

Lat

M. A. PLAVTI TOM. IV.

M. ATTI PLAVTI

COMOEDIARVM

TOMVS QVARTVS.

IN VSVM ELEGANTIORVM HOMINVM


EDIDIT

FRIDERICVS HENRICVS BOTHE.

BEROLINI.

SVMTV AVGVSTI FRIDERICI KVHNI.

1811.



PRAEFATIO.

Est versus παροιμιώδης apud Aristotelem Rhetoricorum libri secundi capite 23:

Ἄπιστ' ἀληθῆ πολλὰ συμβαίνει βροτοῖς.

Id verum esse, in me ipso expertus sum. Nam cum haud alia instructus metrorum cognitione, quam ea, quae adhuc a grammaticis cum veteribus tum recentioribus tradita esset, coepissem emendare Plautum, nec melius eam me rem gerere intellexissem, quam eandem gesserunt viri quidam ceteroquin eruditissimi: subito animum percussit, alia fortasse via magis profici posse, nec tam cognitas in hoc genere formas huic Comico inculcandas esse, quam novas ex eo eruendas, morbique medicinam, quo miserrime laboraret, non aliunde petendam, quam ab ipso aegro. In hoc non aberrare me a vero, facile imbibi, cum meminissem, etiam in Graecorum poëtis dramaticis non pauca me olim reperire metra, de quibus apud grammaticos quidem nulla extaret mentio, nec ta-

men propterea minus certum esset, ipsorum scriptorum auctoritatibus in ordinem esse recipienda. Itaque et septem comoedias illas, quae typis descriptae publice prostabant, denuo perlegere coepi, et reliquas, quae iam edendae erant, aliis, ut ita dicam, oculis adspicere, si forte, deposita quacunque opinione praeiudicata, in mysteria haec metrica penetrarem et rem pene desperatam tandem ad felicem finem perducerem. Quod optatum an impetrarim, necne, haud meum est existimare; sed hoc liquido affirmare possum, ex quo illam poëtae per se ipsum corrigendi rationem inierim, non eundem mihi visum esse, cumque iam non quod mihi placeret, sed quod illi, reponendum in eo per omnia censerem, longe quam antea tractabiliorem se mihi praebuisse Musam Plautinam. Sic autem fecimus. Inter percensendas poëtae fabulas, quicquid novi in formis metricis praeberent cantica et eorum similes loci alii non pauci, diligenter annotavimus, nec quidquam de singulis decernendum arbitrati sumus, antequam, quae ad eundem modulum dimensa viderentur, collegissemus omnia cum iisque contendissemus. Ita factum est, ut multos locos aliis, quam quibus antea cum in antiquioribus editionibus tum ipsius huius volumine primo legebantur, conscribendos nobis esse metris intelligeremus, e quibus quae ad genus iambicum et trochaïcum aliaque simplicia et in vulgus nota pertinent, recensuimus in indice re-

rum memorabiliorum; quae vero ex asynartetis sunt, quibus Hic pullulat, vel parum adhuc notis, vel prorsus incognitis, operae pretium duximus hic perscribere, indicatis simul locis Annotationum, ubi plenius de iis exponitur. Sunt autem haec:

I. Metrum asynartetum, quod constat versu trochaïco dimetro et eiusmodi iambico catalecto. Pagg. 52 sq.

II. Simile, compositum ex trochaïco dimetro et iambico dimetro acatalecto. Rud. 114.

III. Aliud quoddam, syllaba etiam hoc longius. Bacch. 1160.

IV. Aliud, quod continetur versu trochaïco dimetro et iambo dimetro brachycatalecto. Amphitruoni suppositae scenae Di vostram 5 sq.

V. Aliud denique eiusmodi genus, syllabis duabus hoc, quod modo dixi, brevius, de quo monui ad Most. 879.

VI. Versus compositi ex bacchiaco dimetro et iambo hypercatalecto. Amph. 422.

VII. Alii, syllaba his breviores, de quibus, sicut et de iis, quos loco nono posui, cf. monita ad Aul. 92—95.

VIII. Duabus syllabis brevior versus est Cas.

64, ad quem locum videbis annotata pagg. 184 sqq.

IX. Contra duabus syllabis longiores. Vid. ad VII.

X. Genus versuum asynartetorum, quod sexto ex altera parte respondet, hoc est conflatum ex iambo hypercatalecto et bacchiaco dimetro. Capt. 859 sq. ex emendatione huius loci, quam in Annotationibus proposui.

XI. Metrum asynartetum, quod constat bacchiaco dimetro et trochaeo. Capt. 428 sqq.

XII. Syllaba longius exstat Cist. 414 sq. et ibid. 417, ubi et clausula invenitur, ex bacchiaco dimetro composita.

XIII. Eiusmodi versus asynarteti, duabus syllabis longiores, habentur Merc. 329 sq. et Rud. 179 sq.

XIV. Metrum compositum ex duabus penthemimeribus iambicis, quod frequentant tragici poëtae Graecorum et Aristophanes.

XV. Simile, ex tribus conflatum, tam acatalectum, quam catalecticum. De his dixi ad Amph. 422.

XVI. Versus asynartetos, qui continentur tro-

chaïco dimetro et eiusmodi anapaesto, reperi Cas. 703 sqq. et Rud. 823 sq.

XVII. Metrum, constans versibus duobus trochaïcis hypercatalectis. Bacch. 584 sqq.

XVIII. Aliud quoddam, in quo copulatur creticus dimeter cum trochaïco hypercatalecto.

XIX. Item aliud huiusmodi, syllaba brevius. De utroque horum expositum pag. 53.

XX. Duabus syllabis breviores sunt versus Curiose et Clausit in Amphitruoni suppositis pag. 53.

XXI. Contra syllaba longioribus, sive ex cretico et ithyphallico, hoc est trochaïco dimetro brachycatalecto, constantibus, ipse Plautus usus est, de quibus vid. ad Capt. 140.

XXII. Compositio ex duobus versibus anacreonteïs, quam etiam Pindarus adamavit habetque Callimachus apud Hephaestionem libri Hermanniani de Metris Graecorum et Romanorum pag. 389 infima. Vid. pag. 53.

XXIII. Duo versus asynarteti ex illis, quorum, tanquam ab Anacreonte usurpatorum, item meminit Hephaestio apud Hermannum mo-

do laudati libri pag. 387, leguntur Curc. 96 sq.

XXIV. De metro asynarteto, quod trochaeo et iambo continetur, monui pag. 56 infra.

XXV. Metrum, constans anapaesto dimetro et trochaïco dimetro catalecto. Cas. 703 sqq. Stich. 710 sq.

XXVI. Denique aliud, in quo coniunguntur iambus dimeter et ithyphallicus, in Artamonis fragmento primo deprehendi, quod etiam ex Euripide et Callimacho profert Hephaestio apud Hermannum De Metris pag. 386.

Horum metrorum plerisque et potioribus tam saepe utitur, nisi omnia me fallant, poëta noster, ut mirari subeat, ea neminem adhuc observasse eruditorum. Reliqua malae fidei non sunt insimulanda ob eam causam, quod aut semel aut raro inveniuntur usurpata, neque ea mihi videntur, quae convincere nihil negotii sit; sed locum, spero, haec quoque tuebuntur suum, nisi quis et notiores in hoc genere formas suppeditaverit, et eas, in quas se redigi lubentius patiatur Plautus. Nam id quidem cuivis metrico perfacile est, addendo, demendo, transponendo, mutando denique poëtae verba, quocunque modo libuerit, formare et reformare; sed eiusmodi remedia, quae quidem ipsi

olim male adhibuimus, nemo unquam rei peritus approbaverit.

Vt autem in his metris Comico reddendis non omnino lusisse operam videor, ita spes destituit de convertendo in usum meum vel potius Plauti codicem longe antiquissimum, qui nunc Lutetiae Parisiorum asservatur in bibliotheca imperatoria. Ex eo libro enotare discrepantes a vulgaribus lectiones pluribus ad me datis hac de re literis promiserat, qui Napoleoni Magno est a libris, vir clarissimus, Hasius; sed aliis, ad officium eius pertinentibus, districtus negotiis tantum apud me beneficium collocare adhuc non potuit, neque diutius exspectare id auxilii mihi licet. Est autem is liber membranaceus, continetque, sicut olim Camerarianus ille, quem decurtatum vocant, has comoedias duodecim posteriores, Bacchides, Mostellariam, Menaechmos, Militem, Mercatorem, Pseudolum, Poenulum, Persam, Rudentem, Stichum, Trinummum, Truculentum; quae fabulae quo rarius inveniuntur descriptae (nam fere priores tantummodo exstant in antiquis codicibus), eo magis miseranda est haec iactura.

Lenierunt tamen eam aliquantum libri bonae notae scripti tres, quos, liberalitate serenissimorum principum, Regis Bavariae et Ducis olim

Brunsvicensis, ex bibliothecis publicis, quae sunt Monachii Guelferbyti et Helmstadiae, transmissos, versare mihi ipsi contigit. Quorum duo, Monachiensis et Guelferbytanus, sunt membranacei, tertius in papyro scriptus est, nec tamen propterea et quod recentissimum horum fatetur genus scripturae, contemnendus; quem quidem ante me excussit et in libro, qui inscriptus est Literarum humaniorum bibliotheca, descripsit variasque eius lectiones excerpsit clarissimus Wideburgius; reliqui duo nondum, quod sciam, collati sunt cum editis, quos codices, nitidissime scriptos, seculi undecimi vel duodecimi esse arbitror, nisi propter frequentiora verborum compendia ad serius aliquanto aevum referendus sit Monachiensis. Exhibent autem, ut vulgus manu scriptorum Plautinorum, octo fabulas priores hasce: Amphitruonem, Asinariam, Aululariam, Captivos, Curculionem, Casinam, Cistellariam et Epidicum, cuius quidem comoediae versu 678 finitur liber Guelferbytanus. Hi codices, cum optimis fere consentientes, quantum mihi profuerint ad lectionum fidem qua explorandam qua confirmandam, ex annotatis ad loca singula intelligetur. Novo etiam versu ditasse videtur Sarsinatem Helmstadiensis, Captivorum 638.

Praeter hos libros manu exaratos ex editionibus principibus usurpavi Sarracenianam et Pii

Mediolanensem, quae typis descriptae prodierunt annis a Christo nato 1499 et 1500; deinde Iuntinam et Argentoratensem, quae quidem non nisi quinque fabulas praebet, Amphitruonem, Asinariam, Aulaulariam, Captivos et Curculionem, anno 1514 excusam utramque; postremo Aldinam, editam anno 1522, et ex recentioribus inprimis Camerarii Lambini Parei Taubmanni et Gronovii. cum ipsam editionem omnium primam Venetam et Carpentarianas aliasque nonnullas antiquiores neque in his terrarum regionibus investigandi neque aliunde arcessendi facultas esset. At non omnes tamen hae copiae fuerunt meae. Nam cum saxum me hoc volvere primum innotuisset, I. I. G. Huberi varias lectiones Amphitruonis, ex editionibus Venetis annorum 1495 et 1522, Mediolanensi, Argentoratensi, Parisiensi et Basileensi, quae annis 1500, 1514, 1530 et 1568 curatae sunt, depromtas, una cum Huberi annotatiunculis ad eam fabulam, ultro, quae est eius humanitas, ad me misit vir clarissimus, Seyboldus, bonarum literarum apud Tubingenses professor publicus. Rogatu autem meo et animadversiones suas in partem Militis mecum communicavit antiquariorum hodie in Germania facile princeps, Böttigerus, et celeberrimi I. H. Vossii, qui Homerum nobis interpretatus est, emendationes nonnullorum Sarsinatis locorum mihi tradi curavit, iussu Vossii, clarissimus Bredovius, professor historia-

rum in universitate literarum Francofurtensi; Heindorfius quoque, literarum humaniorum in Academia Berolinensi professor doctissimus, annotationum in Plautum metricarum, quas olim a Reizio libro cuidam edito allitas descripserat, usum mihi haud gravate permisit; quibus viris optimis de sua erga me voluntate gratias et habui habeboque semper, et hic publice ago, maximas.

Atque his quidem instructus ego subsidiis externis, opus suscepi difficillimum, sed cui magna proposita esset gloria, emendandi atque explicandi Plauti. In quo opere perficiendo sicubi forte erraverim, veniam mihi ab aequis iudicibus facile, spero, impetrabunt rectius excogitata. Iniquos, quorum larga hodie apud nos seges est, qui laudem suam in sola obtrectatione positam putant, minime morabor, sed virtute me mea, ut ait Horatius, involvam. Gratiam autem a bonarum literarum studiosis initurum me spero, nisi aliam ob causam, certe propterea, quod, improbato exemplo Taubmanni eiusque asseclarum, et ipse de difficilioribus Plauti locis copiose disserui, et integras fere dare quam mutilatas malui virorum eruditissimorum sagacissimorumque in eum animadversiones. Quam rationem meam si quis improbarit, ei respondebo verbis non meis, sed celeberrimi F. A. Wolfii in praefatio-

ne ab ipso editarum Mureti Variorum Lectionum, ubi sic loquitur pag. VI: „Hic illud prope locum habet, quod in veterum Graecorum et Latinorum libris plerisque. Esto, in breve coactos esse omnes philosophos, oratores, historicos, rebus, quas illi habent, excerptis plenissime: num contractus iste thesaurus ingenio formando eundem usum praestabit, quem praestabat integer? A d e o i i s, q u i b u s s t u d i u m e s t a c u m e n i u d i c i i a d s u b t i l i t a t e m c r i t i c a m f i n g e r e, h a u d s a t i s e s t s c i r e, q u i d q u o q u e l o c o a c o r r e c t o r e t e n t a t u m a u t r e p o s i t u m s i t; v e r u m c o r r e c t i o n u m r a t i o n e s a c m o m e n t a c o g n o s c e r e o p u s e s t. Qui ergo critici, exemplo Mureti, coniecturas et emendationes suas explicatius perscripserunt, ii fere tum quoque, quum errant, melius erudiunt, quam quorum nuda edicta sunt hoc genus S i c s c r i b e, s i c l e g e, aut, quod ne Latinum quidem est, f o r t e l e g e n d u m. “

Quod superest, morem scribendi veterem servavi, cum absurdum mihi videretur ad modum recentiorem pronuntiari iubere antiquissimi verba scriptoris, pravaque inconstantia eadem in Catone probare, in Plauto improbare. Quod in edendo Terentio sensit etiam Bentleius.

Iamque non amplius detentos homines elegantiores ad coenam Plautinam invitamus, sperantes fore, ut haud omnino convivium hoc servile fastidiant.

Scribebam Berolini,
mense Martio 1811.

D. Bothe.

ANNO-

ANNOTATIONES.

ANNOTATIONES IN AMPHITRVONEM.

ARGVMENTVM PRIVS.

V. 1. Iupiter. Sic litera p simplici semper H, sicut et olim Pall praeter V. C. et Pal. 4., item Iunt. Ald. earumque editionum sequaces.

2. G. gerit, haud ineleganter, modo versus ferret.

7. deluditur. Ita G. H et Pall.: deluduntur. Vulgo luduntur, quod correctorem sapit, metri perperam curiosum: nam recepta Guelferbytani codicis lectione verba potius transponenda erant, nisi quis, Pall. 1 et 2. secutus, a quibus abest dolis, quod quidem ex v. 5. assumtum videri potest, cum V. C. et Pall. 3. 4. praeferant: in mirum modum, versum sic legere malit:

Vterque deluduntur in mirum modum.

Quod vulgata non deterius.

9. Pall. 1. 4. emissa.

ARGVMENTVM POSTERIVS.

V. 1. Scripti fere Alcumene vel Alchumene, editiones, in his Iunt. Ald., Alcmenae, prorsus inconcinne. V. C.: Alcumenas, M: Alcmenae as iupiter.

3. cernit. Sic Pall. 3. 6. margo 1. et 5., item V. C., „sed ita," inquit Pareus, „ut quis supra lineam appinxerit: de; deinde alius postea addidit praepositionem: dum decernit: ob versum." Versus quidem causa id fieri non erat necesse; etsi non negem, modulatiorem eum reddi recepto decernit, modo meliore id tibicine suffulciatur. Nunc neque hanc lectionem probo, neque codicum Pall. 2. 5. 6. H. M., certat.

5. et. Ita Iunt. Ald. Gryph., quod praetuli scriptorum lectioni ac propterea quod statim sequitur: atque. Si quis tamen hoc potius iudicet, non magnopere repugnabo.

8. Pal. 3. discernere.

9. illa. Codd. scripti et editi: Alcumena vel Alcmena, versu refragante.

ANNOTATIONES IN PROLOGVM.

V. 4. vostrorum. Ita V. C. et fere Pall.: nam 5. vestrum, quae serioris aevi scriptura etiam versui minus congruit. Vulgo: vestrorum. Vti pro ut dedi ad similitudinem versus 8.

5. peregrique. Sic V. C. initio, ut est in edd. Ven. 1495, Mediolan. 1500, Iunt. 1514, Ald. 1522, Paris. 1530, omnibusque propemodum vetustioribus. Etiam in Pal. 4 peregri superscriptum erat, tanquam rectius, ut est re vera. Charisius p. 189 Putsch.: „Peregri, cum in loco est. Peregre dicimus, cum abit quis in locum." Cf. Taubm.

9. In G. ut omittitur, perperam. H: et ea ut n., editiones aliquot recentiores, in his Argent. 1515 Ven. 1522, Paris. 1530, eaque ut n., numerorum haud dubie utrumque causa. Sed asyndeto servato scribendum potius fuit: ea uti n.

13. ac nitier. Sic praeter Venetam anni 1522 prior Aldina, ex qua sensu monente lectionem eam arcessebat etiam Gruterus suspicc. 3, 1. Basil.: ac adnitier; Pall. H et pleraeque edd. vett., in his Iunt., adnitier: G. enitier, quod fortasse fuit antea: et nitier.

14. V. C. Subpetat; ceteri fere libri tam Mss. quam impressi vel: superet, quod immodulatum, vel supperet eadem significatione, quod insolitum versusque tantum sarciendi causa male inventum. Sequimur nos inprimis codd. G et H.

17. quoius. Sic H, ut etiam 26.

19. Pal. 5: Mercurio, quod vulgato non deterius. Fallitur itaque Lambinus, cum hoc loco omnes libros tum manu scriptos tum vulgatos praeferre dicit: Mercurii, non, quod aliis placuerit, Mercurio. Sic enim ille loquitur interdum, et nominatim duorum meminit codicum Mss. ad v. prologi 69.; sed plerumque tantum veteres libros vel codd. commemorat. Helias quoque in praefatione editionis Lamb. conquisitos undique comparatosque ait a Lambino vetustos libros, quorum magna penuria sit, praesertim bonorum. Sed qui fuerint et quales isti libri nusquam dicitur; saepeque libri Lambiniani ridentur a Douza, Acidalio, Taubmanno, praesertim ab hoc in notis ineditis ad quasdam vett. Plauti edd., Dresdae in bibliotheca Regia servatas.

26. ille. Vid. ad 46.

30. Atque. Palatini 2. scriptor, parum intellecto, ut videtur, compendio: At ego.

31. Vulgo: mei patris; sed satius erat in ἄρσι poni vocem graviorem. Ceterum male Pall. 4. 6. et M.: matris, Pal. 6. etiam: meae.

32. Vulgo: Propterea pace advenio, et pacem ad vos affero, prorsus inconcinne. Quod sentiens Acidalius reponebat: fero, non male, nisi verisimilius est, librarios, asyndetum mirantes, sicut passim, ita etiam hoc loco intersisse copulam, verbaque ad vos cum ad utrumque verbum, proprie quod dicitur, referri possent, aut casu aut socordia de-

scriptoris ab altero ad alterum esse translata; quam suspicionem firmat Palatini 5. scriptura haec: Propterea pacem ad vos venio. Nec spernam tamen, qui dicat, poëtam, cum scripsisset: Propterea pace advenio vos, forma loquendi et antiqua et ipsi non prorsus insolita, secus id acceptum in fraudem librarios induxisse, ut pronomen, quod ipsis pendere videretur, addita ad praepositione ad sequentia referendum esse existimarent. Et huc ducit explicatio, in margine Pal. 6. scripta: id est, venio ad. Invenerat haud dubie, qui hoc scripsit: advenio vos, recteque id accipiendum esse monuit tanquam si dedisset Plautus: venio ad vos.

34. Iusta. Vulgo: iuste, lusca sententia, cum non dicatur, quid oratum venerit Mercurius, modus autem rei gerendae, ut iuste fiat, satis inutiliter significetur. Vt modo: Iustam rem — oratum, ita hoc loco: iusta orator recte dicitur, nomine verbali casum verbi sui regente ex prisco more.

35. impetravi. Sic V. C. Pal. 6 Ms. Fruter. item scripti mei G H et plerique edd. vv. Vulgo: impetrare.

36. Vulgo: Iusta autem ab iniustis petere, insipientia est. Versum durum audacius fortasse reformavi, cum ferendus esset pariter atque alii similes nonnulli in Plauto interdum dormitante. Continue autem scriptum Iustaitem facile degenerare potuit in Iustaautem, literarum a et i altera prave geminata, altera cum simili permutata, quorum utrumque saepius observare licet in scriptis. De d ephelcystico in voce petered dico ad 149.

37. Vid. ad 46.

38. Vulgo: Nunc iam huc animum omnes ea, quae loquar, advortite, numeris parum suavibus et, quod maius est, contra fidem scriptorum: siquidem Pall., praeter unum V. C., item Ms. Fruter. et nostri G H, sicut etiam edd. Sarracen. anni 1499 Iunt. Ald. aliaeque praeferunt: animum ad ea, τo omnes autem nusquam comparet, nisi quod: omne que loquar legitur in V. C. Iure igitur meo hoc quicquid est voculae delevi. Sed cur id et a quibus arcessitum? Nempe factum ab iis, qui non animadvertissent, r literam finalem, qualis est verbi loquar, passim apud hunc producendis valere syllabis, velut legitur Amph. 404, qui versus est bacchiacus t.:

Tamen quin loquār haec, uti facta sunt hic (cf. ibid. 891 Men. 273 Poen. 1196);

et Aul. 733:

Meus fuit patēr Antimachus; ego vocor Lyconides (cf. Asin. 804);

et Men. 477, qui versus est b. t.

Si paupēr est atque haud malus: nequam habetur;

et Cist. 398, versu simili, sed trimetro;

Loca haec circitēr excidit mihi;

et Amph. 554:

Verum non est puero gravida. — Quid igitūr? — Insania (cf. Stich. 503).

Saepissime autem priscus hic usus observatur in or syllabis nominum substantivorum verborumque, quae proprie dicuntur, extremis; quem locum attigit Valens Acidalius Divinationum Plautinarum pagg. 450 sq., ubi Rudentis versum 1148 declarans: „Non transponenda autem," inquit, „quod censeas, verba nihil ullum moror lucrum. Longa enim ultima in moror ex Plauti consuetudine, qua passim or in fine producit. Hic superius (Rud. 914):

Si in proreta isti navi es, ego gubernator ero.

Sticho (126):

Hostis est uxor, invita quae ad virum nuptum datur.

Poenulo (232):

I soror: abscede tu a me. Ag. perii. eho, quid agis Milphio?"

Haec Acidalius. Quibus addas licet Epid. 643, ubi, expuncto τῷ mea, glossemate quidem nescio cuius, de metro perperam sollicito, itidemque producta posteriore syllaba vocis soror, legendum est:

St. Sequere hac me, soror. Ep. Ego ad vos Thesprionem iussero

Huc transire.

Et similiter longa habita or syllaba ante vocalem expeditur Asin. 901 (— odium, non uxōr, eram), Mercat. 786, qui est i. s.:

Vxor, heus, uxor, quamquam tu irata es mihi,

Rud. 110, ubi nisi honor pro iambo babeatur, ruit versus. Quem usum secutus, Amph. 67. τὸ imperator metri causa in locum vulgati imperatores succedere iussimus, ut, itidem producta syllaba extrema τὸ imperator, scriberetur secundum legem carminis cretici:

Deinde uterque imperator in medium exeunt.

Fiunt haec propemodum more Graecorum, quibus nomina substantiva in ηρ et ωρ, pro natura istarum vocalium, porriguntur. Sed latius hoc genus patet apud Latinos, etiamque adiectiva et verba, proprie dicta, in or complectitur, cuius rei exempla praebent Amph. 592, Aul. 170, Epid. 362, Ba. 39, Most. 42, quibus in locis verba longior, vorsutior, stultior, superior, productis ante vocalem syllabis extremis reperiuntur, et Merc. 401, ubi legendum: adsentōr ego, nisi recte exire putes trochaïcum catal. in huiusmodi creticum: — tior ego, quod cras fortasse credam, non hodie. Sed haec hactenus. „Plura," inquam cum Acidalio l. l., „ubique inveneris, ni veneris."

Ceterum G: loquor, M: ea quae dicam adv., uterque male.

Quod autem editum hic est: animum huc pro huc animum, quae vulgata lectio, casu id factum, non consilio.

41. Alias. Ita nonnulli, quos Pareus commemorat, neque vulgatum alios fert sententia. Erratum similiter Men. 739, Merc. prol. 3.

42. Copulam addidi, ne simul prima postremaque syllaba verbi Virtutem acueretur, media cum acuenda esset:

nam rarissime apud ipsum Plautum versus eiusmodi reperiuntur, qui quidem facilem correctionem non admittant.

44. G: beneficiis.

45. architectus. Pal. 2. et Ms. Fruter.: architector, unde recte Fruterius faciebat architecton. Vtraque forma Noster utitur, quarum altera mere graeca est, altera nescio quam gratiam habet priscae Latinitatis.

46. Mss. fere, etiam noster H, item vv. edd.: Sed mos nunquam illi fuit p. m., nisi quod Pal. 5 et Mss. Langg.: meo patri, G. vero: fuit illi. Omnes uno ore: illi, non illic, ut editum a recentioribus, qui nescirent, pronomen hoc a Plauto plane sic usurpari, ut demonstrativum illud ὁ, sequente nomine, apud Homerum eiusque aetati suppares et imitatores. Non est haec ταυτολογία, sed aevi antiqui simplicitas perspicuitasque, ut eadem vel persona vel res pronomine simul et nomine significetur; quomodo Hic infra 305 sq.:

Nisi etiam is quoque me ignorabit: quod illic (i. e. ille) faciat Iupiter:
Vt ego hodie raso capite calvos capiam pileum;

et 695 sq.:

Nimis ecastor facinus mirum est, qui illi conlubitum siet,
Meo viro, sic me insimulare falsum facinus tam malum:

et Most. 398, item Pseud. 925: Ita ille faxit Iupiter; similique passim dixit.

Ceterum, Fruterii exemplum secuti, ordinem verborum mutavimus, ne versus hiaret, cum, quamde pro quam priscis illis placuisse, ex Festo et grammaticis constaret, nunquamde vero vel, quod Meursio in mentem venit, nunquame nulla auctoritate adstrui posset, ut taceam, ne alterutro quidem horum recepto numeros bene procedere, sed nulla adhibita caesura, praeterquam prima regione, quot pedes tot verba habiturum esse versum sic constitutum:

Sed mos | nunquamde (vel nunquame) | illi | fuit |, patri | meo, |

quod valde vitiosum.

47. Etiam G et H: quae h. f. bona, ut fere Pall. Stant pro vulgata V. C. et M.

50. V. C. inter lineas et G: quam ob rem, male, nec melius G: veni, loquar.

51. Pal. 5: proloquar.

54. V.: Eandem hanc, si voltis: faciam, ex tragoedia, nulla vi est Eandem, cum, quam fabulam dicat Mercurius, nemo dubitet, versuque etiam laborante, nisi ἀνεκθλίπτως efferatur faciam. Cum igitur in G et H repperissem Eadem, h. e. eadem opera, lectionem optimam et talem quidem, quae facile cum altera commutari posset, haud cunctanter recepi in ordinem.

55. M. Comoediam. Pall. 1, 2, G, M: omnibus et iisdem. Isdem pleraeque edd. vv., vulgatae: iisdem.

56. an ne voltis. Ita G, antique; vulgo: an non v.

62. V. C. H et M: habet; quae vox a plerisque libris abest.

63. V.: Faciam sit, proinde ut dixi, tragicocomoedia, versu excrescente, cui vitio alii aliter medicari sunt conati. V. C.: tragicomoedia. Vel hoc, vel tragocomoedia (sed illud potius, quia latinius), arcessere debebam, nulla praeterea facta mutatione. Pareus, edd. recentiores secutus, edidit: Faciam hanc, proinde ut dixi, tragicocomoediam.

66. Tò Vt vulgo praecedentem auspicatur versum, corruptis numeris.

67. favitores. Sic Pall. 1, 3, 4, 6 et G, quomodo infra 78 sq. legitur: favitoribus, favitorum. V.: fautores, ex interpretatione.

68. Pall. 6 et M: capiatur, H: accipiatur.

69. V.: Sive qui ambissent, inconcinne; ambiissent praebet Argent. anni 1514. Tò palmam sequente vocali non liquescit, figura Nostro valde familiari: vid. ad Amph. 341. Hiatum ut auferrent, etiam de syllabam adverbiis quibusdam addidere prisci illi, velut quamde pro quam legitur apud Lucretium, legendumque est me auctore Epid. 64, Men. 144, sicut simulde pro simul Men. 758, Merc. 774. Cf. Festus v. Quamde.

74. Quasi magistratum sibi alterive ambiverit. Cave versum ita dimetiare, ut extremam syllabam vocis magistratum corripias: tales enim correptiones ut in primis versibus solennes sunt, ita in mediis prorsus sunt inusitatae. Sed elidenda est prior i litera in sibi; quod ne tanquam novam rem mireris fierique posse neges, ecce proferam tibi exemplorum quantum declarando adstruendoque huic usui Comicorum Latinorum, inprimis Plauti, satis sit. Vt igitur hoc loco τὸ i in sibi, sic passim apud Comicos extritae reperiuntur literae vocales natura breves; quod ubi fit, ut saepissime quidem fit, in voce disyllaba, accentus a priore syllaba ad posteriorem transfertur. Percenseamus singulas vocales. A litera extrita legendum videtur cantharum (canth'rum) Most. 337, cave Mil. 1358, Chrysalum Ba. 608, dari Terent. Ad. 3, 2, 13, Phorm. 2, 1, 31, facit Amph. 950, Ba. 375, Trin. 226, malaeque Truc. 134, malam (m'lam) Cas. 517, Rud. 1062, Truc. 269, male Cist. 275, Curc. 39, mali Ba. 1062, Epid. 60, Merc. 122, Pers. 208, malum Merc. 350, nisi glossema existimandum sit, malo Most. 865, manum ibid. 323, Ba. 53, Pseud 862, mari argum. Rud. 1, ubi frustra turbat Lambinus, parem Pers. 763, pater Bacch. 409 argum. Truc. 9, pati Aul. 680, tametsi Capt. 232, valet Ep. 18. — E vocalis, ne trio pro terio a terendo frumento similiaque nonnulla commemorem, velut scheva aliquod hebraicum negligitur in adgerunda Poen. 95, bene (b'ne) Poen. 932, ceteris, ceterum (cet'ris, cet'rum) Poen. 1038, Cas. 601, decem (d'cem) Most. 232, Merc. 686, 834, Truc. 349, dedi Poen. 285, Trin. 695, ea Aul. 486, fenestram

(f'nestram) Cas. 44, fenestrasque Rud. 6, gerit Truc. 693, heri Mil. 362, meri ibid. 1063, merum, si recte conieci, Ba. 63, neque utroque Trin. 253, posteriore neque (n'que) in isto versu Attii Philocteta:

Quem neque tueri contra neque adfari queas,

per Epid. 329, sed Ba. 358, Capt. 393, Cas. 115, Merc. 522, Poen. 713 et passim, sedens (s'dens) Ba. 13, senecta (s'necta) Cas. 128 sq., 349, Most. 211. senem (s'nem) Capt. 703, senex (s'nex) Cas. 612, Epid. 86, Rud. prol. 35, Terent. Hea. 1, 2, 23, seni Cas. 610, temperi (temp'ri) bis Pers. 765, tenes (t'nes) Pseud. 211, vel (v'l: nam quae versa incipit, u litera, nusquam eliditur, sed quae medias verborum syllabas: ne quis forte 'el pronuntiandum putet) Amph. 752, ubi male verba transposui, Poen. 636 bis, Rud. 1306, velim, velis, Amph. 538, Poen. 403, 1062, venas Rud. 29, veni Stich. 173, venustatum Poen. 1033, vetustate (v'tustate, ib. 509. — I vocalis in nonnullis verbis ne perscribitur quidem, velut caldus pro calidus, valde pro valide, in usu est et puertia pro pueritia dixit Horatius Od. 1, 36, 7, quem locum inducit Meurs. Exercc. critt. 1, 192. Omittitur inprimis Epid. 449 extremo, ubi nisi accipias efferatur ut acc'pias, versus non stat recto talo; item in abdomini (abdom'ni) Terent. Eun. 3, 2, 7, suspicato id etiam Bentleio; vel negligitur vel pro consona est in Aegyptii (Aegypt'i vel Aegypiji) Poen. 1136, ambiunt (ambjunt) Mil. 69, audio Rud. 843, audi Curc. 589, carinarii Aul. 461, cibo Most. 890, dormierunt, (dormjerunt) Poen. prol. 21, dies Most. 229 Pers. 261, 309 Trin. 545 (cf. Bentl. ad Terent. Andr. 1, 2, 18), diu Poen. prol. 21, fide Pers. 241 Poen. 759, filii (filji) Ba. 1178 Mil. 1067, filio (filjo) Ba. 1117 Trin. 805, glandium Pseud. 161, gratiam (gratjam) Trin. 263, illiccine (illic'ne) Pseud. 957, indicem Men. 487, Iupiter Poen. 1036, maceria Truc. 274, neminem Mil. 1124, nuptiis, ut disyllaba fiat vox, sicut passim gratis dicitur pro gratiis, Cas. 706, perdidi (perd'di) Poen. 1043, Philippum (Ph'lippum) ibid. 498, Philoxene Ba 1063, Phoenicium (Phoenicjum) Pseud. 59, piscium (piscjum) ibid. 165, postridie (postridje) Amph. 100, proeliis (proeljis) Men. 490, promontoriumque Ovidii Met. 15, 709, quia Amph. 98, Aul. 66, Ba. 23, Capt. 2, Merc. 397, Poen. 560, 855 Truc. 185, 843, quid passim, velut Aul. 669 priore loco, Epid. 663 tertio, item Ba. 7, 10, 20 Men. 69, Merc. 404, quidem Amph. 564, Cist. 42, Curc. 394, Merc. 172, Poen. 150, quispiam (quispjam) Cas. 74, quiesce Poen. 677, Trin. 36, sapientia (sapientja) Epid. 58, sibi ut hoc ipso loco, quem tractamus, ita etiam Aul. prol. 32, Curc. 532, Rud. 133, Stich. 113 et saepius, silentium (silentjum) Pers. 521, simul Mil. 1123, Pseud. 202, 563, sine praeposit. Mil. 571, Pseud. 570, subditicium (subditicjum) ib. 754, tibi (t'bi, ut sibi, s'bi) Ba. 153, 562 Curc. 532 Epid. 530 Merc. 703 Pseud. 1141 Stich. 710 Truc. 723, videbatur Rud. 505, vides ib. 843 Stich. 604 sqq., victor Rud. 891, victis

(vjetis) et vindemiator (vindemjator) Horat. Epod. 12, 7, Serm. 1, 7, 30, viminei (vim'nei) Epid. 26, viri (v'ri) Cas. 532 Stich. 3, viris (v'ris) Pseud. 170, viro Cist. 42, id quod intellexisse Reizium testatur G. Hermannus De Metris p. 175, Men. 33, viros Pseud. 165, vivito (viv'to vel vi'to, sicut aetas pro aevitas dici coepit) Trin. [illegible]. — O eliminandum est in boni Ba. 1140 Trin. [illegible], bono Pers. 642, colas ibid. [illegible], comest ibid. 226, domi [illegible] Epid. 548 Truc. [illegible] Terent. Eun. 455, domo (d'mo) Epid. [illegible], eloco (el'co) Cas. 584, foras Epid. 178 Mil. [illegible] Most. [illegible] Poen. 975 (cf. Acidalii Divinatt. p. 457), fores Mil. [illegible], [illegible], foris Ba. 1081 Men. 50 Trin. 855, quod imitatus est Terentius Hea. 872 nostrae editionis, nisi locus sit leviter depravatus; loco (l'co) Pseud. 1230, modo (m'do) Stich. 509, novos (n'vos) Truc. 642, potes Pseud. 948 Stich. 511, Pseudole Pseud. 330, quemadmodum Amph. 286, quod Capt. 294, Men. 431, Merc. 571, Mil. 162, 663, quomodo (quom'do) Cas. 705, ut molossus — modo celeri ponatur pro ionico a minore, sicut sequente versu — tiis nostris, et inprimis Most. 60, qui versus aut hac ratione extricandus est, aut accipiemus quoniam, codicis veteris Camerariani lectionem; quot Stich. 202, rogat Curc. 537, soror (s'ror) Aul. 102 Stich. 9, symbolum Pseud. 538, volaticorum Poen. 345, voles Ba. [illegible], volet Poen. 761, voluntate Mil. 1110 Pseud. 529 Stich. 47, voluptarium Poen. 471, voluptas Cas. 48, 337 Peud. 50, voluptate Poen. 1118. — U exterendum est Poen. 778 et passim in apud, Curc. 138 in gutturi (gutt'ri), nisi finalem i literam dativorum sing. 3 declinationis corripi posse apud priscos Latinorum scriptores existimes Graecorum more in nominibus dativo sing. similiter terminatis, Stich. 212 in Hercules, Ba. 949 et Pseud. 595 in lubet, As. 7?4 in mortualia, ubi consonae vicem praestare videtur, in optume Capt. 7?9, in pessume Aul. 674, Poen. 1000 et Stich. 20 in supellectili et supellectilis, laud. 858, 966, 1006, in vidulum (vid'lum), scribique etiam desiit olim in verbis poplus periclum et similibus; ad quam faciem Lucretius 6, 1069 dixit singlariter et ibidem 1086 coplata. — Denique y eliditur in graeco verbo Syracusas Men. prol. 37: hanc enim potius inierim rationem, quam priorem a literam, quae natura longa est, correptam esse a Comico concedam. Et haec quidem ad declarandam confirmandamque rem sufficiant, quam dudum attigere dignamque liberalibus studiis indicavere prae aliis Ioach. Camerarius in Commentatione de versibus Comicis extrema, Chr. Wasius Senarii capp. 9 et 12, ubi de Synaeresi et Syncope agit, et inprimis Rich. Bentleius, sicut alibi passim, ita etiam, et subtilissime quidem, in Schediasmate de metris Terentianis, ubi de licentia Afri et Comicorum Latinorum plenius exponit, etsi in exemplorum ibi prolatorum farragine plura insunt, quae alia, quam ipsi probata, via facilius explices, ea praesertim, quam hic illustravi, ut extritae statuantur vocales, natura breves.

Similis est ille locus abiectarum nonnunquam in extremis verbis vocalium brevium, de quo vid. ad Asin. 770.

79—82. Hi versus post 87. leguntur in G.

81. V. manco versu: Hoc quoque etiam mihi in mandatis dedit. Ald. anni 1522, Paris. 1530, Basil. 1558, dederat, ut passim apud Hunc et priscos latinae linguae auctores, Terentium quoque Eun. 800, ubi vide nos, imo Nasonem Met. 8, 860, 12, 443, perfecti vicem sustinet plusquamperfectum: cf. Amph. 274, 751, 754, Asin. 557, Aul. 720, Cas. 347, 8, Curc. 425, 555, Rud. 13. Argent. 1514 nescio quo auctore, sed arbitror eo ipso, qui innumeris in locis hanc editionem temere interpolavit: mihi ille. Hoc igitur missum feci: sed τὸ dederat, quod glossemati cessisse videtur, cum reverentia antiquitatis adductus, tum numeris admonitus, quos pleniores sonantioresque reddit, adsumendum putavi, praetereaque τὸ mi, quod vulgo sequentem versum moleste incipit, in ubi mutato, huiusque extremitati apposito, utriusque versiculi mensuras satis, puto, probabiliter exaequavi.

84. V.: Quive, quo placeret alter f. m. Haud nescio, quae de variis generibus apocopes tradant grammatici cum veteres, tum recentiores, in his Wasius. Sed pleraque exemplorum, ab iis prolatorum, quae quidem huc pertinent, qualia sunt vel decurtatorum vel non pronuntiatorum ne que ve encliticorum, cum manifesto aut sint corrupta aut perperam accepta ab interpretibus (velut cum, τὸ que elidi non sequente vocali, ut doceat, hunc illum ex Meleagro versum excitat Wasius, tanquam trochaicum octon. catal.:

Heu, cor ira fervit coecum! amentia rapior ferorque!

cum sit eiusmodi acatalecticum), haec igitur cum ita sint, parcius quam vulgo fit ista figura utendum ratus, malui, non ineleganti transpositione: Quive, alter quo placeret etc. Vid. tamen ad Asin. 770. Ceterum V. C. Pall. 2, 4 et M. noster: placerent, itemque V. C. Pal. 4 et G.: fecisset, proclivi lapsu.

85. Eis. Bene sic Taubmannus, cum vulgo libri tam scripti quam impressi, velut V. C. et Iunt., exhiberent: Eius etc.

87 Nunc histriones curet. Codex noster G.: Hunc (h. e. Nunc) ystrionibus curet, exquisitius haud dubie dignusque Plauti seculo. Repressi tamen manum, tum quia uni huic voci tot alii obstrepunt haud levioris auctoritatis libri, tum propterea, quod constat, circa extremitates verborum, per compendia scribi solitas, saepius errasse olim librarios, velut 185 ubique adhuc legebatur, praeterquam in Camerar. et Basil. 1558: introrumpam in aedibus, et 887: Pergam in aedibus, et Aul. 505: Intromisisti in aedibus, cum omnibus his locis scribendum sit: in aedis, et in loco Varronis ex libro 4. de L. L., quem ibi laudant: Qua in Caelium montem itur, quicquid [illegible] crepant Meursii et Popmae. Vide nos etiam ad Aul. 51.

89. V. Q. adm. est., violato numero, nisi scribas: admiratid: vid. infra ad 1 .

90. Iovem hoc loco, sicut Rud. prol. 25, monosyllabum est, elisa u litera, qua elisione, tanquam digammatis cuiusdam Aeolici, apud scriptores Latinos, praesertim priscos, nihil est frequentius: cf. Amph. 11, ubi servitus δισυλλάβως pronuntiandum est, Amph. 0;, A in. 201, Aul. 636, ubi cum avonculo pronuntiandum tanquam c'aunculo, Ba. 243, 753, Capt. 102, Epid. 709, Men. 259, 428, Merc. 833, Mil. 112, Pers. 256, 259, Poen. prol. , Pseud. 814, Rud. 446, Stich. 15; quo pertinent etiam haec et similia verba aetas, aliorsum, horsum, prorsum, quorsum, quae elisa u litera dicuntur pro aevitas, alio vorsum, hoc vorsum, pro vorsum, quo vorsum. Vide, quae in eam rem non modio neque trimodio, ut Hic ait, verum ipso horreo demensa dant grammatici, inprimis Wasius Senarii capite 14.

91. G: annio. In omissum etiam in nostris codd., sicut in Pall. et Ven. 1495, Mediol. 1500, aliis. Fraudi fuit verbo litera, quae antecedit, persimilis.

93. certe. Ita G, quod aptius sententiae, quam vulgatum certo: siquidem hoc dicit prologus, Iovis personam, etiamsi comoediae minus conveniat, certe aptam esse tragoediae, qualis quodammodo sit haec fabula. Vidit hic aliquid Lambinus.

94. Vox Iupiter, τῷ -ter producto (vide nos ad 38.), quartam claudat necesse est versus regionem, nisi quinto loco habere velimus merum iambum (die i-), quem pedem ibi vitari in huiusmodi metris docuit Bentleius. Vid. ad fab. 355.

95. Τὸ vos, quod a scriptis et pridem impressis abest, metri causa arcessivimus ex Aldina, quam pro more sequuntur Gryphii editiones aliaeque, in his Pareanae. V. non legitur.

97. Iunt.: Thebe, quod exquisitius.

100. V. pravo numero: Is n. A. praefectust l.

103. V. vel prorsus ἀμέτρως, vel pessime modulato versu: G. A. ux. f. s.; neque melius, quem inspexi, M: ux. ipse f. s.

106. V.: siet, everso metro, nisi legas cum G: siet eius, quod placitum e. s., quod minime probandum. Aliquot edd. mediae, velut Argent. 1514 Iunt. Ald. Paris. 1530 Bas. 1568: Q. amator, quom (vel quum) quid compl. est' s., ex interp.

109. V.: Et gr. fecit is eam c. s., nulla vi saepius repetiti is pronominis. Atque G: eam is, H.: is fecit, sicut vagari solent interpretamenta, ut verisimillimum sit, fecit itidem paulatim, τῷ it semel posito, degenerasse in fecitidem, et propter similitudinem a et d literarum scriptarum in fecitiaem, feciteam. Certe sic infra 972: Tu gravidam item fecisti, neque aliter etiam h. l. debuit subtilis scriptor.

114. V.: Dum ille, quacum volt, v. c., hiante versu,

nisi quis τὸ dum non elidendum putet, quam rationem equidem non nisi summa necessitate adductus ineam, praesertim in fabula tam elaborata. Et scripti quidem impressique vetustiores paulo aliter: V. C. Pall. 4, 5, M, Venet. 1495, Med. 1500: D. illa, G: D. illam quam volt (et quam quidem initio etiam V. C.), Argent. 1514: D. ille illa, quod tanquam suum protulit Taubmannus; denique H quantum pro quacum, ut passim c et t literae inter se permutantur. Hinc lectionem nostram concinnavimus.

117. Schema a graeco σχῆμα, quod Hesychio idem usitatiori σχήματι, ut bene monet Taubm., derivandum neque quidquam mutandum est. Ne autem adiectivum schema mireris, audi, sis, Priscianum 1, 6, p. 679 Putsch.: „Neutra eiusdem terminationis (in a) Graeca sunt, et addita tis faciunt genitivum, ut hoc peripetasma huius peripetasmatis, hoc poema huius poematis. Haec tamen antiquissimi secundum primam declinationem saepe protulerunt et generis feminini, ut Plautus in Amph.: cum servili schema —, Valerius in Phormione:

Quid hic cum tragicis versibus et syrma facis?

pro syrmate. Plautus in Persa (459): Theatrum lepida condecorat schema. Caecilius in Hippolyto:

Filius in med incedit satis hilari schema.

Pomponius in Satura:

Quoiusvis leporis liber diademam dedit,

pro diadema. Laberius in Cancro: Nec Pythagoream dogmam doctus. Plautus in Milite glor. (148): Glaucomam ob oculos obiiciemus etc."

120. Eccum, eccillum, ellum et similia etiam in absentibus usurpari, dudum est cum observavere vv. DD.: cf. Aul. 735, Mil. 782, Pers. 245, nosque ad Terent. Andr. 825. Ceterum, loci sententiam minus perspicientes, est addiderunt: nam v. legitur: Nam m. p. intus nunc est, eccum, Iuppiter: In Amph. —, quasi id denuo dicere velit, quod dudum dixit, Maiae filius, Iovem intus esse cum Alcumena, cum causam aperturus sit, quapropter ipse servile schema induerit, quia Iupiter se converterit in Amphitruonem. Delevi igitur inutilem vocem, cuius compendium (ē) ex sequente litera natum esse mihi videtur, interpunctionemque emendavi, sicut passim, etiam ubi nihil monitum.

125. indu. V. in, claudicante versu. Vide Festum h. v. V. quoque: abiit hinc, sed Argent. hinc abiit, leniore numero. M τὸ hinc non agnoscit.

134. V.: M. Alcumenae. at illa illum c. v. Sed at abest V. C. Pall. Langg. G, H, M, item Venett. 1495 et 1499, ac Mediol. 1500, neque dubitandum, quin aut forte natum sit ex — ae vel ai, aut consilio additum, postquam Alcumenai formae tritiori cessit, a nescio quo metrum expleturo.

137. V. sit donis, minus suavi numero.

140. Vt h. l. huc, ita hic adverbium saepius corre-

ptum legitur, velut Epid. 332, Mil. 276, 440, 1073, Most. 236, Pseud. 1110, Truc. 875. Vide etiam ad Amph. 136. G: venit.

141. hanc ego.-Ita Argent. 1514. V. inconcinne quidem: ego hanc. In H. ego omissum est. Pareus immodeste: Et Sosia servos, quoius ego hanc f. i.

145. Te hic a-est a scriptis impressisque vetustioribus, non sine numerorum detrimento, nisi quis legat: habebod: vid. ad 149.

146. V. hiante versu: Ea s. nemo horum f. Horuncce Camerarius, quem secutus sum; nunc malim: Ea signa nemod horum etc.: vide sequentem annotationem.

149. V.: laterna, metro impedito, cui male prospicientes Basil. 1568 et Par.: cum laterna huc advenit. I. Lipsius Antiqu. Lect. l. 2. c. 14: „Quod genus," inquit, „antiquae scripturae vel sexcentis locis in Plauto occurrit, ut post vocalem in fine dictionis D additum reperiatur, ut Med, Ted. Sid, Meritod et similia, id intellegi haud dubie Quinctilianus voluit, cum lib. 1. (c. 7.) scripsit: Latinis veteribus D plurimis in verbis ultima adiecta, quod manifestum est etiam ex columna rostrata, quae est Duillio in foro posita." Ita enim propemodum hunc rhetoris locum legendum esse, tunc primum docuit I. Lipsius, hodieque satis constat. Haec vero inter alia leguntur in columnae istius inscriptione, quae Romae spectatur in Capitolio, monumentorum quidem linguae latinae antiquissimum: . . . . CNANDOD CEPET (pugnando cepit) - MARID CONSOL (mari Consul) — DICTATORED OL . . . OM IN ALTOD MARID (dictatore ollorom [secundum Lipsium, i. e. illorum] in alto mari) — NAVALED PRAEDAD (navale praeda) —. Latius sane patuit hic usus, quam qui diu ferretur, cumque antiquissimi illud d etiam ante consonas interserendo linguam temere asperassent, iam tempore belli Punici secundi, quo Plautus floruit, eo deducta esse res videtur, ut ista litera non nisi vitando collidentium in duobus verbis vocalium hiatui arcesseretur. Certe istius quidem consuetudinis antiquioris vestigia nunc in Comico supersunt nulla (nisi eo pertineant importuna ista ut Ba. 91 et Pseud. 108), huius vero paucissima apud eum monumenta tum magistrorum veterum prava diligentia, cum priscae loquelae ac scripturae reliquias ex oculis discipulorum amoverent, tum librariorum Christianorum ignorantia oscitantiaque reliquerunt. Sic enim Amph. 534 in omnibus libris Quid legitur pro Qui; sic Bacch. 1036 Mss. duo Cameriani praeferebant potavid edi, vel, quod eodem redit, potavi dedi (primitus exaratum fuerat procul dubio scriptura continua: POTAVIDEDI; sic Cas. 124 Mss. Langiani: unguentad olent, unde pessime factum unguenta adolent; sic Cist. 305 libri: longe. Desiti pro eo, quod sententia reponi flagitat, longed. Instici, et Curc. 588 Pone. di quidem pro Poned. equidem; sic Merc. 967 V. C.: aetate

diis, h. e. aetated iis, animadvertente etiam Pareo; sic idem codex Mil. 1200: Ad sed eas pro Ad se eas; sic denique idem Poen. 404: de qui oederis pro de quid (h. e. qui) ederis. Eumque potissimum morem seniorem dicere videtur Sosipater Charisius, Latii grammaticorum unus antiquissimus doctissimusque, cum eius tantummodo, non illius antiquissimi, proferat, quod quidem certum sit, exemplum. Digna hominis verba, quae item adscribantur ex collect. Putsch. p. 87, ubi sic ille: „Haud similiter d litera terminatur: ὧδε enim graeca vox d litera terminari apud antiquos coepit, quibus mos erat d literam omnibus pene vocibus vocali litera terminatis adiungere, ut Plautus (Curc. 1.):

Quo ted hoc noctis dicam proficisci foras?"

Ad hanc igitur faciem Aul. 548 excudi iussi quid pro qui ἀμέτρως illo, quod vulgatae exhibent; et eiusdem fabulae 400: quoquod ibo; et alia eiusmodi passim per totum librum. Vt autem, curiosioribus paulatim factis poetis, scita verborum positione hiatus aut vitabantur, aut, si qui minus ingrati remanerent, ferebantur: ita usus ille inveteravit in verbis, cum praepositione compositis, quaeia sunt prodesse, prodire, redarguere, redhibere, redire, redonare, redimens, similiaque huiusmodi, ex quibus tamen eximendum antideo, antidhac, et si qua eius generis alia sunt, quae obsoleverunt. Cf. Lud. Carrionis Emendatt. 2, 16; Val. Acidalii Divinatt. Plaut. p. 410; nos supra ad 69, item ad Terentii Eun. 1021, Heaut. 739, Hec. 822, Phorm. 200.

151. V. Mss. et edd.: Adest, ferit. Operae etc. Sed recte Palmerius Spicilegio: „Nusquam adiit ostium Sosia, ut res ipsa loquitur: ante enim a Mercurio vapulat *). — Restituo igitur: Adeste: erit operae pret. etc. Citat animum auditorum: operae pretium enim esse." Hanc rationem, Douzae et Meursio aliisque satis probatam, ex parte tantummodo cum Mureto iniisse me in exaranda hac editione, magnopere nunc doleo, siquidem nihil verisimilius est, quam literarum E et F inter se similitudinem ansam praebuisse depravandi huius loci, ut continue scriptum ADESTEERIT forte mutatum fuerit in ADESTFERIT, quomodo Asin. 745 forum pro eorum legitur in plerisque codd., et Stich. 335 misera falgebunt vel falgebant pro eo, quod nunc obtinet in libris, miserae algebant; et contra, F litera in E versa, eorum pro forum Asin. 730, e mira corruptione, quam primus ego deprehendi, en dico pro fodico Cas. 245. Adeste autem pro Attendite vel Favete etiam Poen. prol. 126 alibique invenitur. Nam si retineamus, quod dedi: Adest. Erit operae etc., lectionem quidem habebimus haud absurdam et, ut ita loquar, modoriam, ut qui modo adveniret, iam advenisse dicatur; sed quid tunc altera E literarum, quae sunt inter T et R in ADESTE-

*) Vide vel fabulae versum 106.

ERIT, factum esse existimabimus, nisi forte bis positam dicamus literam, quae semel ponenda esset? Sane eiusmodi vitiorum haud immunia veterum scripta: itaque, utra harum lectionum potior sit, iudicium penes lectorem esto.

Ceterum τὸ pretium non est elidendum: vid. ad. Amph. 341.

152. facered. Ita reponendo metrum versus sanavimus, de quo solliciti lectionem omnium, quotquot sunt, probatae fidei scriptorum pridemque editorum librorum et in atque mutaverunt male feriati quidam homines, ut talis scilicet versus (versus autem? imo versus simia turpissima) effingeretur:

Iovem at | que Mer | curiúm | facere hi | strio | niam.

De addita d litera vide ad 149.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 1. V.: aut qui me confidentior. Sed alterum home fere abest a scriptis (e nostris solus M habet) veteribusque editionibus, item Prisciano de versibus Comicis p. 1323 Putsch. Addita haud dubie vox est a sciolo quodam, metrum laborare perperam arbitrato, cum nesciret, extremam syllabam in audacior vel porrectam recte haberi, de quo loco egimus ad prol. 38, vel brevem quoque ferri posse in medio iambo tetram. acat., sicut habemus contigit 31, advenimus 47, ordined 55. Etiam ecthlipsis ibi cessat nonnunquam, velut in fugam 94, Pergamum Ba. 889. Quae licentiae itidem locum habent, alia genera ne commemorem, de quibus idem valet, in eiusmodi versibus catalecticis, quibus saepius Hic et Comici utuntur, et in iambis trimetris hypercatalecticis: vid. Asin. 371 sq. 543, 559, 581, 602, 607, 610, 617, 640, 650, 651, 684, 694 etc.; infra 8, Stich. 21, 27, 31, et nos ad 116.

4. M: cras de promtuaria cella depromar ad fl., quod nativa quadam proprietate placet. Velim, id in pluribus libris reperiri. Cf. 59, 61, 62.

5. V.: dicere mihi, neque etc., versu nimio. Sequor Argentoratensem anni 1514, inutile pronomen, quod cuiusvis erat addere, omittentem. H: auxilium, numero meliore.

7. V., exemplo praecedentis versus inducti, sequens Ita huic addunt, metro plane inextricabili.

8. V. hospitio publicitus, itidem inconcinne. Versum, sicut hic exhibitus est, laudat Charisius v. Publicitus Putsch. 190, nisi quod poplicitus scripsi, ut prima vocis syllaba recte corriperetur, quod item feci infra 862: nam pessime quidem ita haec dimetiremur:

Ita pere | gre adveni | ēns pū | blicitus | hospiti | o accipi | ar,

cum

eum iam, licentia ista usurpata, de qua ad 1. fabulae versum dixi, sic versus se habeat:

Ita pere | gre adveni | ens popli | citus | hospiti | o accipi | ar.

Vt poplus pro populus, ita prisci illi dicebant poplicitus, Poplicola, Poplilius, Poplipor et quae sunt huius generis alia.

Bene autem hominis animo commoto subinde mutata conveniunt, eaque omnia magni spiritus, metra: et hoc quidem in loco mirum quam apte inter iambos plenos et trochaïcos interseruntur iambici hi catalectici, transitu aures fallente; cui arti non semper Plautus, sed semper studet Terentius.

9. cogit. Sic Pall. 1, 2, 3, 4, 6, G, M, ut versus rescribi iubet pro coegit, quae est vulgata lectio.

Transpositiones quasdam verborum, metri potissimum causa factas, neque hic neque in sequentibus annotabo: quis enim modus esset talium annotationum futurus?

10. hoc adverbium est scriptura prisca pro huc, ut recte Gruterus.

luci. Charisius Putsch. 182: ,,Luci. Plautus in Amphitryone: Hoc luci. ubi Sisenna: Quaecunque nomina e litera ablativo singulari terminantur, i litera finita adverbia fiunt, ut mani. ,,Vid. etiam ad Capt. prol. 15.

11. De pronuntiatione τȣ̃ servitus monui ad prol. 90. Divitis vel simili modo efferendum, vel legendum est ut diviti', abiecta ex more prisco s litera extrema. Et hoc quidem praetulerim.

12. adsiduo. Quidquid sentiunt de etymo huius verbi Cicero, Quintilianus, Gellius, Charisius, Caper, alii, certum est, Hunc id non derivare ab assibus dandis, sed ab eo quod est adsidere vel secunda coniugatione vel tertia. Intelligitur hoc ex prosodia verbi, cum i literam modo brevem Hic habeat, velut Trin. 181, Truc. 395, modo porrectam, ut h. l., ubi nisi τὸ adsiduo mensura poni dicatur epitriti tertii (— — ᴗ —), in planissima via (quid enim planius, quid apertius, his iambis trim. hypercat.?) pessime titubabimus, et Most. 934, quo loco adverbium adsiduo trochaicum claudit octonarium catalecticum. Sic autem me indice legendus est is locus, paulum affectus in vulgatis editionibus:

Ph. Aio. Th. Atque eam manu emisissed? Ph. Aio.
Th. Et postquam eius pater
Hinc siet profectus peregre, perpotasse adsiduo
Tuo cum domino?

Si ab assibus duendis originem horum verborum Plautus repetiisset, i literam ubique in iis corripi apud eum pariter atque apud seriores scriptores necesse foret. Intelligi autem locupletem, sicut in legibus XII tabularum, ipsa loci ratio ostendit.

13. V.: aut dicto adest opus. I. Gulielmius Verisimm. 2, 6 pessime haec, sicut infra versus 63—91 Acidalius Divv.

in fab. c. 5, in formam iambicorum senariorum redigens, id tamen bene animadvertit, semper Latinos dicere Est opus facto, nunquam eo modo, quo vulgo legitur h. l. Potior haec ratio septem libris manu scriptis (quanquam in tribus tantummodo τὸ adesi invenisse se testatur Pareus) et omnibus, quotquot sunt, editionibus, quas crepat Taubmanni invidia, nihilque verisimilius Parei (nam Parei est, non Gulielmii) correctione dictod est, quam scripturam, praesertim continuam, qua olim utebantur, quam ab ignaris istius d literae usus antiquissimi mutari proclive fuerit, neminem latere potest. Vid. ad prol. 149.

19. Mediol. 1500, Iunt., Argent. 1514, Ven. 1522, Paris. 1530: ferundum, quod per se neutiquam spernendum, nisi credibile est, homoeoteleuton quaesivisse Comicum.

24. Numero. Mss. et edd. fere: nunc vero, sed noster G: num eri, prope veram lectionem, quam servavit Nonius.

28. ingrata atque inrata. Proverbialis locutio, quam itidem habes Asin. 120. Inrata dedi pro vulgato Irrita cum more scribendi in compositis adductus veteri, tum studio homoeoteleuti, quod amat Plautus. Infra 719 M: infacta, et 760 plane codex G: irrata. Cf. et 64 nosque ibi, et Aul. 754, 760, item Heusinger. ad Cic. de Officc. 2, 23, 10. 3, 10, 19; 14, 2.

29. solent. G et M solet, quod haud deterius. Neque propterea versui timendum: vid. ad 1.

33. Tres Pall., item G, H, M, et pleraeque edd. vett.: internectis, quod verbum agnoscit Priscian. 625 Putsch. Pal. 5: interemtis.

34. Quod. Sic Pall. 3, 5, et aliquot edd. mediae, quomodo Scaliger reponendum vidit: nam v. Qui legitur, perquam absurde. Saepe compendia horum verborum fefellerunt librarios, velut prol. 117 H. exhibet Qui ego.

35. V. populo, inconcinne quidem et de trivio.

36. V. auspicio, versu impingente. Nusquam fere nisi in med et ted d literam vocales dirimentem antiquitus exhibent vulgati libri, tam scripti quam impressi; quod semel moneo.

43. Recensor veteris codicis, qui κατ' ἐξοχὴν hic dicitur, h. e. libri illius antiqui membranacei, quo potissimum usus est in emendando Plauto Camerarius, eius igitur codicis Recensor, teste Pareo, inter ego et fugiebam supra lineam tum addiderat, ad versum, puto, sarciendum. Sed tali is tibicine non eget.

44. V. invitis V. C. et editionibus Iunt. Venet. 1522 Paris. 1530 Basil. 1568, pessimeque modulato versu, editur: Verumtamen quasi affuerim. Rarissime, si unquam, iambi tetram. tam acat. quam cat. alium pedem metricum quam purum iambum in incisionibus admittunt.

51. reddere. Ita doctus Corrector veteris codicis, in quo cum scriptum esset, sicut in ceteris libris, redderent, cum reddant temporum requireret consecutio, literas nt

si Pareo fides, scalpello is erasit fecitque reddere, quo nihil melius est excogitare. Versui quo minus cavendum putes, obstant, quae monuimus ad 1.

Ceterum verbis Si, quae asportassent, reddere altera exprimitur, eaque lenior, pacis conditio, ut solummodo rapta tradantur, non item raptores: ne ταυτολογίαν his inesse arbitreris. Bene asyndeton usurpatum in rebus trepidis animisque perturbatis, quales hic dicuntur.

54. suum. Ita G, bene; v. eorum. Forma rarior tritiori, sicut passim, cessit.

57. Langg.: ferocitus, quod specie antiquitatis blandiebatur Grutero Suspicc. 3, 3; sed plurium librorum expectanda sunt suffragia: nam codicis quidem veteris scriptura ferocit' nihil aliud valet quam vulgata.

58. Pal. 4. et aliquot edd. recentiores, in his Iunt., bello et se. Equidem ταυτολογίᾳ offensus (nam quid ad sensum interest inter se et suos?), libenter rescripserim, deleta copula: se suos.

59. Codd. fere, etiam nostri H et M: P. de suis finibus. Reposuerim numero meliore: P. suis de fin.

60. Eloco pro vulgato Illico, ubi significat Statim, ubique scripsi, more prisco, monitus a Salmasio ad Truc. 616, Gulielmio Verisimm. 2, 13. Gronovio ad Epid. 137. Et sic semper Mss. Camer., non Illico, teste Taubmanno, vel potius Grutero, ad Truculenti l. l.

61. H: Amph. a castris, edd. Iunt. Venet. 1522 Paris. 1530 Basil. 1563: e castris, utrumque ex int.

64. Dispartiti. Sic utroque loco Pall. praeter 4. et V. C, item nostri Mss. 3: Iunt. Partiti priore loco, posteriore dispertiti, sicut utrobique Aldus ceteraeque fere edd. Vide Pontederae de veteri scribendi ratione libellum, scriptoribus de re rustica nuper insertum a celeberr. Schneidero, nosque ad 28, 719, 891, 954, Aul. prol. 19, Aul. 235, 282, Poen. 373, Stich. 704.

65. Nostros. Sic plane codex G, versumque sequentem τῷ Hostes incipit. Vulgatum nostras locum praebuit addendo glossemati legiones, quo metrum evertitur. Paeon primus - struximus i - pro cretico legitime usurpatus est. Quod autem Nostros nos pro Nos nostros (nam sic vulgati codd.) iussi exarari, ideo feci, ne molossus pro cretico rite adhibitus accentu mediae syllabae vitiaretur, exutaque sua natura (Nōstros nōs) pro ionico a minore (Nos nōstrōs) habendus esset. Similiter infra 83 et Merc. 187 item Poen. 271 peccatur in vulgatis libris.

67. uterque. Sic Pal. 2; ceteri Pall. ad unum omnes, item H, M et vv. edd.: utrique; Langg., G et Servius Fuldensis, a Pareo laudatus: utrinque, quod haud cunctanter recepissem in ordinem, cum utrique plane absonum sit, ut quod versui contrarium imperatores requirat, si de fide locutionis Utrimque imperator exeunt pro Uterque imperator exeunt, vel Utrique imperatores exeunt, mihi constitisset. Facile autem fieri potuit, ut sciolus quidam τῷ

exeunt accommodandum nominis pluralem numerum arbitraretur, itaque pro genuina Plauti manu Uterque imperator daret, ut nunc passim legitur, Utrique imperatores, quod deinceps mutatum fuerit in Utrimque imperatores. Certe imperator reponi iubet metrum creticum, neque desunt similium exempla depravationum, velut Most. 164 exhibetur:

Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum,

cum itidem ipsius metri gratia legendum sit:

Non vestem amator mulieris amat, sed vestis fartum.

De productione or syllabae in imperator h. l. et 73 vide nos ad prol. 38.

68. Pleraeque edd. vett., in quibus Iunt.: colloquontur, pro more antiqui istius seculi; ceterae colloquuntur. Sed talia ut corrigamus, ne librorum quidem, recentiorum praesertim, requiritur auctoritas.

70. V. dederent, turbata temporum consecutione.

74. V.: hortari, hiatu admisso contra morem Plautinum. Argent. 1514: hortarique. Similiter infra 611 scripsi circumferrier pro vulgato circumferri, et passim talia correxi. Quod semel moneo. Vide tamen infra ad 341.

75. V.: quisque potest, cum ruina versus.

77. V.: ex spiritu atque anhelitu, pessumdato metro, nisi quis probet huiusmodi poenem: spīrĭtu ātque ăn —. Atqui coniunctio plerisque omnibus libris abest, si a vetere codice discesseris, legiturque fere in scriptis, etiam G et M, spiritus anh., in quarto vero Palatinorum nostroque H: spiritu anh., versu hiante, quem bene explent Sarracen. 1499, Mediol. 1500 et Argent. 1514, et coniunctione, quae forte periisse putanda est, ut facillime quidem potuit, accita.

78. V.: cadunt volneris vi et virium, perquam absurde versuque iugulato. G plane: virum, sententia metroque pariter restitutis. Volneris si quis ita defensum eat, ut numerum singularem pro plurali usurpatum dicat, modo exempla proferat idonea talis usus, non repugnabo.

79. 80. Sequor edd. Iunt. Argent. Venet. 1522 Paris. 1530, versus hos ita collocantes: nam vulgo quidem 80 alterum antecedit. Prava autem istae interpunctione in fraudem inductae, prius cadunt omittere potius quam ταυτολογίαν, quae videbatur his inesse, admittere maluerunt, cum admodum graphice primum hostes, hoc est aliquos hostium, cecidisse dicat servulus, mox crebros cecidisse, dein iam Thebanos ingruisse, tandemque vicisse.

81. Clausulae creticorum in caesuris fieri solent, vel post primum pedem, ut 91 Epid. 314 Rud. 578, 585, vel post alterum ut h. l. et Capt. 145 et Curc. 135 et Pseud. 577. Dantur etiam aliae, quae trimetro constant cretico vel trimetro hypercat. vel denique tetrametro cat.: vid. Rud. 148, 168 Capt. 147 Trin. 223. Saepe autem negliguntur.

82. Sed fugam in se tamen nemo convortitur. Hoc est, quoniam de sententia loci dubitari video, anastrophe usurpata positoque verbo passivo loco activi, quod quidem hic fieri, iam pridem Nonius annotaverat: Sed nemo tamen se convortit in fugam. Sicut hic fugam in pro in fugam, ita Curc. 463 habes quo in pro in quo, similiaque passim leguntur, quorum satis longum catalogum dat Pareus in Lexici Plautini Mantissa v. Anastrophe. Neque minus Huic solennis vocum passivarum pro activis usurpatio. Priscianus p. 799 Putsch.: „Multa," inquit, „similiter ancipiti terminatione in una eademque significatione protulerunt antiqui, ut partio et partior, munero et muneror, mino et minor, minito et minitor, meridio et meridior, modulo et modulor, meto et metor, modero et moderor, mutuo et mutuor, mentio et mentior, o b s e r v o et o b s e r v o r, p r a e v e r t o et p r a e v e r t o r" etc.

83. V. quin statim, sicut supra 65: nos nostros: nam statim, porrecta priore syllaba, sic accipiendum h. l. ut infra 120.

84. amittunt. Sic Pal. 4 et Corrector codicis M; G et H: obmitto; ceteri: Animam omittunt, quomodo haud scio an nullus veterum locutus sit.

85. Taubmannus et Gronovius, quos ceu caecus ubique sequitur Ernestius: uti, versu temere corrupto invitisque libris omnibus, tam scriptis quam impressis.

Ceterum (ne quis porrectam posteriorem τȣ iacet syllabam miretur) incisio creticorum tetrametrorum fieri solet post alterum pedem, ibique quoniam, praesertim vel non obstante vel etiam adiuvante sententia, vocem inhibere aliquantillum licet, eius pedis extremae syllabae sunt ancipites, sicut extremorum versuum mediorumque asynartetorum. Vide nos infra ad Scenae Di vostram 55, item Asin. 118, 121, Most. 108.

89. Verbum s u o addidi, ut numeri utcunque sibi constarent. Cum tamen Ms. Pirkheimeri olim non alacri exhiberet, sed voluceri, qua parte adstipulantes habet a nobis inspectos libros G et M, videndum, annon potius legi possit: impetud ŭolucri (quomodo sŭada pro suada similiaque passim inveniuntur), nulla praeterea facta mutatione.

91. Vid. ad 81. Vulgo haee antecedenti versui adduntur.

93. illi. V. illic, numeris durioribus. Frequentant illam formam inprimis Plautus et Terentius.

94. 98. De pronuntiandis vocibus Perduelles et quia vid. ad prol. 74 et 90

103. Male Taubm. et Gronov.: ditionem, cum libri omnes Pall. praeferant, id quod et in nostro G legitur, deditionem. Arbitrium pro arbitratum plerique scripti, etiam a nobis collati 3, minus quidem exquisite.

107. Illi vulgatum retinendum et ἀνεκθλίπτως legendum est: vid. infra ad 341.

108. Tó hominem item non eliditur: vid. ad prol. 69 et inprimis infra ad 341.

113 V.: m.litia, a for., ingrate concurrentibus inter se duabus a literis porrectis.

116. Ecthlipsis cessat in Nocturnum, quod frequenter fieri etiam in caesuris trochaicorum tetram. catal. (neque ab acatalecticis hoc abhorret), monuit doctus Censor Trinummi Hermann. in ephemeridd. Ienens. nr. 226—228 anni 1805. Protulit is quoque satis magnam exemplorum copiam, sed quorum fides, si a tribus discesseris, quae habentur Amph. 684 Asin. 521, 608 nostrae edit., quibus addo Amph. 355, As. 182, Rud. 821, 965, parum est explorata. Sane dicendum, longe rarius vel ecthlipsin neglectam vel hiatum reperiri in hoc versuum genere, quam in istis iambicis, de quibus exposui ad 1. Reperitur tamen ibi quoque utraque illa figura prosodica, neque est quod eiusmodi licentiis offendamur cogitemusque de emendandis locis, qui sunt sanissimi, velut hic novare cupit Iac. Durantius Casellius Varr. Lectt. 2, 14, inducendo ex nescio quo libro Nocturninum illud, quod legitur apud D. Hieronymum libro adversus Vigilantium et in Martiano Capella.

119. iugula. Scripti quidem cogniti: iugulae; sed edd. aliquot haud contemnendae, velut Iunt., Ald., quae non ubique illius vestigia premit, item Paris. 1530, Basil. 1568: iugula. Et hoc quidem (quod maximi momenti est) Varronis, Festi, et glossatoris cuiusdam, quod hominum genus antiqua sectari solet, suffragiis adiuvatur. Varro de L. L. l. 6 c. 5: „Iugula," inquit, „signum est, quod Attius appellat Oriona, cum ait: Citius Orion patefit. Huius signi caput diditur in stellas quatuor (sic enim vulgatam lectionem dicitur e stellis qu. emendandam puto), quas infra duae clarae, quas adpellant humeros. Inter quas, quod videtur iugulum: unde Iugula dicta." Festus: „Iugula stella est Orion: dicta, quod amplior sit ceteris, quasi nux iuglandis." Denique glossator ἀνώνυμος apud Pareum in lexico v. Iugulae: „Iugula ἀστρον Ὠρίωνος." Antiquiores igitur, nisi multum fallor, Iugulam dixere Orionem, non Iugulas; nec tamen hoc propterea improbo apud seriores, velut Manilium 5, 175: siquidem ut stella, id est sidus (Sternbild), in Iugula, quod ex Festo colligas, ita in Iugulae intelligendum stellae. Quid autem de ipso verbo Iugula existimabimus? nam vix, et ne vix quidem, probari potest Varronis derivatio; nec melius, quod Festus profert. Sane Iugulus recto tramite venit a Iugus, quod veteribus idem τῷ Iugis, unde habemus apud Catonem et Varronem iuga vasa, et apud Festum, sed activo sensu, Iunonem iugam. Significatur itaque proprie τῷ Iugula sive Iugulae sidus quoddam iugulis, hoc est iugis sive iugibus continuisve, stellis constans, cumque Orionem hoc nomine designari in confesso sit, neque is tamen totus continuis stellis contineatur, sed pars tantum eius, quae Cingulum nunc dicitur, noli dubitare, quin hoc solum initio sic vo-

catum fuerit, mox vero totum sidus ab hac parte eius praecipua splendidissimaque similiter sit appellatum. Cf. eruditissimi L. Ideleri Untersuchungen uber den Ursprung und die Bedeutung der Sternnamen, Berl. 1809, pagg. 221 sqq. 333 sq.

Vox vergiliae sequente vocali non eliditur, quod quo minus mirere, consideranda est antiqua pronuntiandae scribendaeque ratio linguae latinae. I. Lipsius De recta eius pronuntiatione cap. XI: „AE," inquit, „antiquioribus paullum AI scripta, ritu Graeco. AIMILIA et AIRA et similia" (velut AIDES, AIDILES, AIRE, CAISARE, QVAISTORES, ROMAI, VICTORIAI etc. apud Pontederam l. l. ad 64) „occurrunt in monumentis. Et cum circiter Tullii Augustique aevum exolevisset, retrahere conatus Claudius Imp. publico etiam scito. Itaque lapides omnes illius aevi eam habent. Sed obiit abiitque iterum cum illo. Sonus eius quis? Idem qui Graecanicae" etc. Vide etiam ad 541.

122. Optume optumo. Hic horum verborum ordo est in edd. aliquot vett., velut Iunt., quo approbato id assequimur, ut Optume, vox totius sententiae gravissima, praecipuo versus loco collocetur. Scripti fere: Optumo optume.

123. G: noctu, sicut 116.

124. Nisi priorem syllabam longam habet h. l., sicut alibi interdum, velut Merc. 704 Poen. 364 Pseud. 231, 942 Rud. 485, 657. G mirifice: per penem.

125. vincit. Ita Pall. 5, 6, 11, edd. aliquot vett., Douza, et hoc sententia requirit, cum de re nondum acta, sed de ea, quae agatur, sermo sit. V. tamen: vicit.

128 Aiin' geminata i litera scripsi (nam vulgo: Ain'), ut de producenda priore vocis syllaba constaret. Audi, sis, Priscianum lib. 1. p. 545 Putsch.: „I quidem modo pro simplici, modo pro duplici accipitur consonante. Pro simplici, quando ab eo incipit syllaba in principio dictionis posita, subsequente vocali in eadem syllaba, ut Iuno, Iupiter. Pro duplici autem, quando in medio dictionis ab eo incipit syllaba post vocalem ante se positam, subsequente quoque vocali in eadem syllaba, ut maius, peius, eius; in quo loco antiqui solebant geminare eandem i literam, et maiius, peiius, eiius scribere, quod non aliter pronuntiari posset, quam si cum superiore syllaba prior i, cum sequente altera proferretur, ut pei ius, mai ius, et duo i pro duabus consonantibus accipiebant" etc. Ipsum Ciceronem scribere solitum fuisse Aiio, Maiiam, testis est Quintilianus Institut. orat. 1, 4, ubi vidd. interpp. Paulum a regula Prisciani devertit Huiic, quomodo passim apud Comicum legendum est metri causa, velut infra 557 Bacch. 449, 721 Rud. prol. 39.

131. Abripi me passus sum editionum aliquot mediarum, in his Iuntinae, item Camerarii, Douzae, Taubmanni, Gronovii denique auctoritatibus, ut scripturam Palatino-

rum, si ab uno, eoque omnium novissimo, sexto discesseris, nostrorumque H et M, et editionum antiquissimarum, in quibus legitur soliti inviti, vel, quod eodem redit, soliti initi, novo commento posthaberem. Scribendum esse, sicut prima editione Pareus scripsit, solite pro soli, ostendit locus geminus, qui est Mil. 282, ubi cum alteri servo quaerenti: Quod id est facinus? alter respondit: Impudicum: Tute sci solite tibi, inquit Palaestrio; hoc est: Tute id scito pro more, ut qui saepe talium tibi sis conscius. Ibi duo Mss. Camerar. dilucide: solite, neque erat, quod eam scripturam mutare cuperent, cum similiter dicantur lecte, promte, sedate, meditate, alia, insoliteque etiam legatur apud scriptorem non incuriosum et antiquitatis studiosissimum, D. Augustinum Doctr. Christ. 2, 23 extremo.

136. Hic pronomen corripitur h. l., sicut passim, etiam apud Epicos, velut Lucretium 6, 9, Virgilium 6, 792. Diomedes p. 423 sq. Putsch.: „Communis syllaba est longa in brevem, vel contra, certis observationibus versa. Communium syllabarum modi sunt septem. — Sextus est, cum pronomina hic vel hoc" (hoc quidem primo et quarto singularis casu, ut monet Faërnus ad Terent. Andr. 207; cuius rei exempla habes Aul. 624, Most. 429, Terent. Andr. 173 primo pede, alibi), " c litera terminata, vocalis statim subsequitur, quando in his pronominibus c litera crassum et quasi geminatum continet sonum, ut (Virgil. l. l.): Hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius audis. est enim in hoc tam prima syllaba longa, quam tertia brevis." (Similiter hic pronomen corripitur inprimis Ba. 1161 et Pers. 544, qui sic se habet:

Hospes ille, qui has tabellas attulit. Do. Hiccine est?
To. Hĭc est.)

De hisce igitur pronominibus satis constat, non minus recte corripi, quam produci. Sed idem valere in adverbia hic et huc, certe apud nostrum Comicum, non ita pervulgatum est; quam rem exemplis idoneis probavi ad prol. 140, nec me movet Donatus (si quidem Donatus is est), cum dicit Putsch. 1755: „Hic correptum, pronomen est; hic productum, adverbium loci."

Vox homo hic et 139 et passim apud Hunc posteriorem syllabam longam habet, more antiquo in verbis o litera finitis. Diomedes Putsch. 430, quocum tantum non verbotenus concinit Charisius ib. 5: „Illud etiam," inquit, „magna cura videndum est, quod veteres omnia verba vel nomina, quae o litera finiuntur, item adverbia vel coniunctiones, producta extrema litera proferebant, adeo ut Virgilius quoque idem servaverit, quamvis tamen refugerit incultae vetustatis horrorem, et carmen contra morem veterum levigaverit. Invenitur autem apud Virgilium in verbo posita brevis, ut (eclog. 8, 43): Nunc scio, quid sit amor, et (Aen. 5, 602):

Hoc sat erit. Scio me Danais e classibus unum.

Quod quia in uno verbo videtur, in synaloephen contra-

hunt, qui servandam vetustatis consuetudinem putant. Illam autem ego fuisse opinor rationem, quod veteres, secuti Graecos (apud quos ω litera ubique quidem natura longa est, plurimum tamen in extrema verbi syllaba ponitur), etiam in sermone communi sive prosa oratione similiter proferebant: ita, dum id usurpavit prosa, versus obtinuit. Paulatim autem usus invaluit, ut in sermone nostro, ut scribo, dico, et in ceteris eiusmodi, o non solum correpta ponatur, sed etiam ridiculus sit, qui eam produxerit. Mirum ergo non est, si consuetudinem sequitur versus, nisi sicubi (ita legendum, sicut apud Charisium l. l., pro sit, ubi) poeta maiorem sibi licentiam vindicavit.“ Sic igitur etiam Ennius de Fabio Cunctatore apud Ciceronem in Catone maiore:

Unus homō nobis cunctando restituit rem;

et Terentius Heaut. 25:

Homō sum: humani nihil a me alienum puto.

Sic ambo producta posteriore syllaba legitur Virgil. eclog. 7, 4. Aen. 9, 446; cito Bacch. 167 et certius etiam Terent. Heaut. 553; ego Mil. glor. 1102; modo Asin. prol. 5 etc. Cf. G. I. Voss. lat. prosod. Amstelaed. 1707, p. 130.

137. V.: — aeque. So. quem? in m. v. ex correctione Meursii, ut in quem? intelligatur: video hoc noctis ante aedes? quo nihil fingi potest frigidius. Aliquot Pall., item noster G, nulla facta interpunctione: quem in m. v.; V. C. et Pall. 4, teste Pareo: quom in m. v., quod Camerarius admisit, suffragante Taubmanno; Pall. 1, 2: quem mihi in m. v.; H: quid in m. v.; M. denique: que in m. v. Et hic quidem liber Palatinique 1 et 2 fontem mihi erroris aperire videntur, ut τὸ que, praesertim in scriptura continua omissaque, pro more veterum codicum, nota personae Sosiae, forte repetitam putemus verbi aeque, quod antecedit, posteriorem syllabam, quo facto et m litera τοῦ mi sequentis initiali huic figmento addita, ut quem existeret, proclive fuit, contrario descriptorum vitio, alteram i literarum, quae insunt vocibus mi in, omitti scribique primum: aeque quemiinmentem, mox gliscente corruptione: aeque quem in mentem, sicut nunc legitur. Certe τὸ mihi cum in pari proborum librorum reperiatur, minime spernendum duco, quem vero istud, quod pronomine recepto ne locum quidem in versu habet, ad sententiam prorsus est inutile.

138. V.: hoc, numero imperfecto. Priscianus libro 15, ubi agit de ille, ipse, iste, is, hic pronominibus, et ultimi quidem horum casibus singularibus, qui in s desinunt: „Quibus,“ inquit p. 956 Putsch., „frequenter auctores solent addere ce syllabam: huiusce; quomodo et pluralibus eius in eandem terminantibus consonantem, ut hisce hosce hasce, quamvis reliquis quoque casibus vetustissimi addebant eandem ce syllabam: hicce, haecce, hocce. Vnde vocali quoque sequente e ablata per synaloepham, manen-

tibus duabus c, solebant producere hoc, ut Virgilius in Aen. 2. (664):

Hocc erat, alma parens, quod me per tela, per ignes
Eripis.

Sed scriptorum negligentia praetermisit unum c." Cf. Velius Longus de Orthogr. ibid. 2219 et Mar. Victorinus p. 2467.

139. Perii, exuto proprio significatu, pro interiectione ponitur apud Comicos, omnesque propemodum animi affectus exprimit, sicut *αἶβοῖ*, *οἴμοι*, *φεῦ* Graecorum, et illud **Owe**, scriptorum medii aevi nostratium quavis pagina recurrens. Cf. Terentii nostri index h. v. Libri plerique tam scripti quam impressi, etiam H et M: proh; alii: pol; utrumque inconcinne. Persimilia per et pro praepositionum compendia in codicibus.

140. pugneo. Scripti fere: pugne, impressi pugnae. „Et illud teneri potest," inquit Acidalius Divinn. p. 11, „quanquam ego sane malo levissima mutatione: hospitio pugneo. Mirum hoc quanto elegantius; et profecto non aliter scripsisse Plautum adiurarim, maxime quia similiter in eadem voce ludit Rudente (667):

— — si attigeris ostium,
Iam hercle tibi messis in ore tibi metet mergis pugneis.

Nec autem vel proprie pugnam hic dixeris, vel cum aliqua gratia pugnae hospitium; pugneum venustissime ex eo, quod pugnis accipiebatur postea, non sane nimis hospitali comitate."

Sic perbene vir ingeniosus, siquidem hoc modo loqui et iocari amat Plautus: velut Asin. 311 dixit:

Mihi tibique interminatust, nos futuros ulmeos,

et Mil. 510, partim ex Bentleii correctione:

Nisi mihi supplicium stimuleum de te datur;

ad quam faciem idem ibidem 501 reponendum videtur

Nisi mihi supplicium virgeum de te datur,

pro eo, quod ante legebatur, supplicium virgarum. Cf. Capt. 885, Pers. 182, Pseud. 903.

142. hodie obdormiam. Codex, quem inspexi, G, item edd. Iunt. Ald. Paris. anni 1530: hodie ut obdormiam, quod lectius vulgato: hodie ut dormiam. Versui prospexisse videntur, qui sic reponerent, cui item opitulaturus Nicolaus Angelius, Iuntinae curator editionis, reposuit, numeris quidem pessimis, vel potius nullis:

Fecit | , ut vigi | lem, hic pu | gnis fa | ciet ho | die ut ob | dormi | am.

Glossatoris est ut coniunctio, quae passim non perscribitur, sed intelligitur, apud omnes scriptores, apud Hunc infra 144, 184, 368, 711, 786, 795, Epid. 507, Men. 740 etc. De Hodie vid. ad 270.

145. Igitur, Igitur demum, Igitur tum, Tum igitur demum, frequentari Plauto in apodosi, docuit Acidalius

Divv. in Amph. c. 6. Vide, quae ille exempla profert, Amph. 317, Cas 104, Most. 127, Trin. 745 etc.

147. V.: Iampridém videtur factum, pessimo accentu verbi Iampridem.

149. Ne, monosyllabum longum, ictu gaudens, sequente vocali, non eliditur, sed corripitur: vide R. Bentleii Schediasma de metris Terentt. c. 8, item infra 202, 26., 566, 698, Asin. 79, 131, 134, 212, Aul. 157, 181, Ba. 77, 159, 180, Cas 159. Ruid 657.

151. Sic volo. Ita Iunt. Ald. Paris. 1530 Basil. 1568 Camer. Lamb. Contra Mss. et vv. edd. fere: sicolo, vel si colo, II: si tolo, G, plane ut nunc edi solet secundum Gruteri emendationem: sic colo. Significare id possit: sic vivo, hoc pacto, hisce artibus, vitam sustento, quomodo Poen. prol. 13 legitur:

Exsurge, praeco — — —
— — — — — — —
Exerce vocem, quam per vivis et colis:

quanquam ibi vivis tantum ad victum, colis ad cultum, recte referunt intpp.; et similiter paule ante dixit Mercurius:

Agite, pugni! iam diu est, quod ventri victum non datis.

Sed nescio quomodo id mihi semper visum est affectatum longeque repetitum, adeo ut malim, si recepta lectio deserenda sit, vel si colo, i. e. si vivo, quod in minis usurpari docet Parei lexicon h. v., vel sicola, i. e. sicula, ut sicam suam alloqui fingatur grassator, qualem hic agit Maiae filius; quanquam non eiusmodi armis, sed solis pugnis, rem videtur velle conficere.

154. Forte mi pro me, quae vulgata librorum lectio, exaratum est: quod nolim factum in prisco scriptore: siquidem isti aevo solenne fuit addere ibi verbis pronomina, ubi omitti solent apud seriores. Exempla cuivis sunt in promtu.

159. V.: male discit. Dedimus Gruteri egregiam emendationem, de qua vide ipsum Suspicc. lib. 3 cap. 5.

165. Codd., etiam nostri, et edd. fere: Hei (vel Heus), nunquam ego obolui? sententia non magis expedita, quam versu. Primitus in V. C. fuisse tradunt: nummam, sensu quidem idoneo, sed metro item laborante. Camerario placebat. Hei mihi, quianam ego obolui? quasi scilicet in manu Sosiae fuisset obolere, aut non obolere; ne addam suspicionem fraudis haud exiguam movere rarissimum illud Quianam pro Quidnam, quocum facile permutari potuit. Accedit, quod id mihi in sola Argentor. anni 1514, parum illa quidem exploratae fidei editione, inveniatur, nostrumque numquidnam et sententia comprobetur, et literarum ductibus, quos libri exhibent, longe sit vicinius.

168. Si in me exerciturus. Intelligendum es, sicut passim id verbum omittitur apud scriptores priscos, etiam Terentium: vide Terent. Andr. 578, Hec. 335, nosque ad priorem locum, item infra 235, 422, 761, 799. Ba. 59, Men.

96, Most. 917, Poen. 426, Rud. 357, 594, Priscian. Putsch. p. 1178 sq.

169. Vox mi ad auris advolavit. Recurrit locutio. Merc. 848.

Vt. Ita Pall. 1, 2, 3, G., quod magis ex usu Plauti est suaviusque ad aures accidit, quam vulgatum Nae ego homo etc., quod collidentibus simul e et o vocalibus negotium pronuntianti facessit; nam versui quidem nihil officit: vid. ad 149.

173. Male vulgatae: Lassus sum hercle e navi, quasi scilicet hoc ita diceretur, ut alibi haec et similia: vectus sum in navi, lassus sum de via, quorum longe diversa est ratio. E ex hercle natum videtur; vel compendia in et e praepositionum persimilia librariis imposuerunt. Ratio prior etiam Lambino placuit.

Codex G: Lassus hercle etc., quod antiquitatis odorem habet: vid. ad 168.

176. certe. Sic Iunt. Ald. 1522 Paris. 1550, quod magis frequentant veteres, quam vulgatum certo. Similem iocum habes infra 836.

177. V. inconcinne: Hinc enim mihi etc. Τὸ enim adhuc sonasse videtur in aure librarii ex versu 175.

180. Pall. 1, 2, 5.: scio, ubi roger; Pall. 3, 4.: scio, ubi roget. Utrumque ἄμετρον. Monachiensis scriptor, vitio calami: si quis roger.

184. V. numeris excrescentibus: fortis, a me ut abst. m. Vid. ad 142.

186. Vtcunque animo conlubitum est meo. Sic solent confidentes: cf. Pseud. 916.

188. Vero in extrema sententia finitaque oratione non eliditur, licet sequatur vocalis. Possis et verod reponere: vid. ad prol. 149. Certe sic expediri locum praestat vulgatae rationi, qua iam versui additur invitis V. C., Pall., nostris G, H, et omnibus propemodum edd. vett. Mentire quoque scribendum fuit, non mentiris, quod vulgatae praeferunt, siquidem hoc versuum genus trochaicorum semper puro cretico vel compari pede terminatur.

192. scelestam. Sic, teste Taubmanno, Pal. 3 una cum edd. vett., quarum eadem fere quae scriptorum librorum est auctoritas; quod dudum Camerarius quoque vulgatae lectioni sceleste praeferendum duxit. „Prima editio," inquit Taubmannus, vel potius Gruterus, „Camerario fuit loco manuscripti, et melior fere est ubique quam liber eius calamo exaratus. nam quod attinet ad Pall., omnes sunt scripturae recentissimae."

193. Bene pudiceque. Vid. ad Aul. 238.

194. Sequimur edd. aliquot bonae notae, inprimis Iunt. Codex quoque G: negotium. Vulgatae: Quid a. h. a. negotii e. t.? So. i. quid t. e.? quod cui potius videbitur, ei certe negotid reponendum erit hiatui vitando: vid. ad prol. 149.

196. domi. Ita membranae Langg. V. C. Pall. 3 et ex editionibus Iuntina. Vulgatae: — peregre tutatust (male Taubm.: tutatu'st, peius Gronovius Ernestiusque: tutatu' est) domum. I. Gulielm. Quaest. in Amph. c. 2.: „Captavit manifesto," inquit, „ἀντίθετον in peregri et domi, et genus dicendi nimis quam elegans est, ad hoc Terentii exemplum Eunucho (724): solus Sannio servat domi." De Peregri vid. ad prol. 5.

197. Pall 4, 5, 6., item nostri G et M: familiarem, haud dubie ex prava interpretatione.

200. V.: atque hor. servos cum; sed Pal. 5 et Basil.: atque hor. sum servos.

At scin', quomodo tibi res se habet? ut legitur Aul. 8, vel Scin' tu, ut tibi res se habeat? ut est Terent. Eun. 744, sive ἐλλειπτικῶς: At scin', quomodo? ut Aul. 783 Poen. 244, item: At scin' etiam, quomodo? Aul. 259, vel: Scin', quemadmodum? quod usurpatur Mil. 1148, vel: Sed scin', quomodo? velut est Rud. 700, vel denique simpliciter: Quomodo? quod habes infra 878, Aul. 691, Pseud. 536, formulae sunt familiariter aliquem compellandi eo consilio, ut magis attendat ad id, quod dicturi sumus; sicut hodieque dicimus: Weifst du was? Nam non minantes solum sic loqui, testimonio sunt infra 437 Aul. 259 Mil. 1148 Poen. 723, 763. Vbi quis vero eiusmodi formula minatur, ut hic quidem fit, itemque in reliquis Huius locis, quos protuli, etiam aperte ira significari solet, velut Ba. 561 dicitur: At scin', quam iracundus siem? Bene de hisce formulis loquendi Acidalius Divinatt. etc. p. 16: „Aliud alibi subintelligendum de proximis ubique verbis."

202. Iocum recolit Curc. 564. Si non liquescit: vid. ad 149.

203. V.: Q me esse huius familiae f. pr. Primum med exarari iussi, exemplo Camerarii, ut plene exaudiretur pronomen, quod h. l. ὀρθοτονούμενον est, non ἐγκλιτικόν. Huius monosyllabum est, sicut passim apud Comicos: vid. R. Bentleii Schediasma de Metris Terent. c. VIII. Familiai vero scribendum esse, neque med reponendo posse nos defungi, ut scilicet sic dimetiremur versum:

Quín med ésse huius famíliae f. pr.

vetus me docuit verba, quale est familiae, pronuntiandi ratio, de qua adi, sis, Bentleium ad Terent. Heaut. 219 et Phaedr. 1, 31, 13, nos ad Terent Andr. prol. 25 Eun. 940. Habebant autem accentum in quarta ab extrema syllaba ex veterum more, non, ut recens receptum est, in tertia, cum magis ad Graecorum in hoc genere consuetudinem accommodaretur Latina lingua. Cf. 895, Asin. 216.

207. V.: Amph., qui nunc praefectust Theb. leg., vitioso accentu τοῦ Thebanis. Tritum verborum ordinem, pro more suo, sectati esse librarii videntur.

210. tu istic. Asseverandi causa pronomen pronomini additur, velut etiam infra 419 et 582, ubi similiter, ut hic

Donza Centurionat. p. 24, istuc reponi iubet, sed frustra, Meursius, item Rud. 1500 et passim. Fere autem ad contemtum vel iram valet haec formula loquendi. Cf. Mil. 555. G quidem et Mediol. anni 1500: istuc.

211. V. audaciae, versu manco. Audaciai scribi posse, „antiquis usitatissimae formae genitivum,“ iam Camerario in mentem venit.

212. V.: advenio, quod minus respondet praegresso Advenisti.

214. Sicut h. l. quater Profecto, ita Trin. 699 sqq. octies I modo, et Cas. 485 sqq decies repetitur Quin. Amat eiusmodi lusus verborum Noster. Vid. etiam ad Cas. l. l.

220. V. fidi, sed G noster: fide, quod fuerit fidē, h. e. fidem, ut legendum viderunt, usu suadente, Palmerius Meursiusque. Simili lapsu Asin. 8 adhuc legebatur: Per deum fidium, ubi idem liber scriptus dilucide: P. d. fidem, sicut hoc ipso loco Venet. 1522 Paris. 1530.

221. Loquere. Sic Veneta, modo dicta. V.: Eloquere, trochaïcos frustra interturbante versu iambico.

228. Scripti et impressi fere: Nam Amph. socium nae me esse v. d., mire illata nae interiectione, quam ex depravata scriptura ortam recte iudicans Camerarius reposuit sociennum. Παρέγχυσις in hoc verbo non minus manifesta, quam in socium. Saepissime autem, ex quo scriptura continua in usu esse desiit, male saparandis, quae coniungenda essent, et contra librarii impegere, velut etiam Catonis de R. R. c. 9. adhuc legitur: „Salicta locis aquosis, humectis, umbrosis, propter amnes ibi seri oportet,“ ubi istud Ibi, quod neque resumendo orationis longioris filo servit neque ullam sermoni vim addit, nisi quis familiarem quandam negligentiam somniet, a qua alienissimus Cato, quid aliud esse dicamus nisi meram fraudem et corruptelam? Equidem, deleto interpretamento aquosis, legendum puto: „Salicta locis humectis, umbrosis propter amnis ambiseri oportet;“ ambiseri, h. e. circumseri, cuius generis verba plura recenset Festus operis sui principio.

231. V.: E. s. S. ille, quem tu d. e. aiebas mihi. Sed edd. Argent. Iunt. Ald. Paris. anni 1530 Lamb.: quem te. Utrumque pronomen perspicuitatis causa recipiendum duxi.

232. Recentiores quidam editores contra fidem codicum tam scriptorum quam antiquitus impressorum: Obsecro per pacem etc.

235. Scripti fere ἀμέτρως: D., si quid vis. Secutus sum edd. aliquot medias, in his Argent. Iunt., quas item expressit Camer., malim tamen nunc: Dicito quidvis, sicut 237 legitur Quidvis loqui. Camerariana lectio accipienda est per hellenismum pro Dicito, quid velis: vide nos ad Terent. Eun. 478, 547, Ph. 802, Hec. 589 et infra ad 851.

241. V.: V. utut es facturus, horridiore numero et ex interp., ut opinor: vid. ad 168.

244. V.: Nec nobis praetér med alius q. e. s. S., pessime acutis verborum nobis et praeter posterioribus syllabis, ut de τῷ nobis quidem unusquisque fatebitur, de praeter vero ne quis obmoveat, quae dixi ad Terent. Andr. 667, animadvertendum est, pronomen med h. l. esse ἐγκλιτικὸν (?). Anastrophen amat Noster: vid. lexici Pareani Mantissa h. v.

245. V. inconcinne: una ieram in ex. Vide ad prol. 149, 125.

246. Codd. G, H, M, alio ordine: H. h. non est sanus.

247. V.: non sum ego s. A. S.? Sed 5 Pall. et edd. vv. praeter utramque Venetam: nonne ego sum, sub ictum collocantes pronomen.

248. To hinc metri causa arcessivi ex Argent. et vulgatis edd. Ineptissime Taubm. coniectabat: N. h. n. n. navis, navis ex p. P.

251. V. nullis numeris: homo modo me p. c. Modo, natum ex-mo syllaba antecedente, abest a G, item Ven. 1495, Sarracen. Mediol. Basil.

252. V. abest misere, versu imperfecto. Praebet illud G, a quo rursus abest misero. Utroque in ordinem recepto metrum sibi constat melius, quam si vel mihi inculces cum Argent. Iunt. Ald. Paris., vel, Taubmannum audiens, in fine addas male, numeris pessimis.

254. V.: Quin quae dixisti m. Et V. quidem C. initio: Quinque d. m., sed ceteri Pall. item Langg. et nostri G H non Quin quae, sed Quaeque, Langg. etiam dixti, quos secutus I. Gulielmius Quaest. in Amph. c. 2. reponebat: Quin quaeque edixti modo. Sed edicere non est huius loci.

255. H ex interp.: O. mentitus es. Vid. ad 168. V. autem: equ. Sosia Amph. sum; sed lepidius est, haec eundem hic ordinem servare, quo 247 dicuntur: nam sic vocem gestumque eorum, quibuscum litigantur, imitari per irrisionem, nec non verba sibi invisorum quantum fieri potest proprie repetere, solent irati, qualem se simulat Mercurius.

258. Pall. praeter V. C., item G H: expugnando, minus quidem bene, cum modo illatum fuerit expugnavimus.

259. V. perperam correpto pronomine: Et ipsus A. obt. r. Pt. in pr. Malim tamen nunc, servata solita horum trochaicorum incisione: Et reg. ips. obt. Pt. Amph. in pr. Quanquam ea non semper observatur: vid. Asin. 867, 871, 872, 877, 879, 882 etc.

262. V.: S. q. a.? q. Amph. a Tel. datum est, versu manco. Atqui H, quem contuli: Teleb. hostibus datum est, sicut infra 569 legitur: Hinc profectus sum ad Teleboas hostis, et in priore argumento fabulae: Dum bellum gereret cum Telebois hostibus. Recte autem statuit Acidalius Divinatt. in Amph. c. 2., argumenta harum fabularum

nulla quidem a Plauto esse, sed studiose ex ipso Plauto ad exemplum eius efficta, neque raro vel ipsos integros versus, vel imitatione paulum immutatos, vel certe de iis leviter adumbratos ubique se ait deprehendere. Quem vide etiam ad Capt. cap. 1. (Capt. prol. 8.)

264. V. abest ea, nullis numeris. Praebet vocem Argent., sed incommodo loco, ante patera. H post hoc inculcat aurea, ut scribendum videri possit: E. est. V. pat. est aurea nunc? Me. In cist. Vel, cum cistell. exhibeant, non cistula, codd. Pal 5 et nostri, cistellula cuipiam in mentem veniat, quod infra legitur 608. Et hanc quidem rationem propter incertam fidem editionis Argent. (nam Helmstadiensis lectio glossam sapit) nunc potius ipse inierim.

268. Male de numeris sollicitus editor Argentor.: Iam hunc ego. Iam monosyllabum, ictu percussum, sequente vocali, non eliditur: vid. ad 140.

270. Hodie praeterquam quod passim apud Comicos non tam diem, qui agitur, designat, quam nunc, qua de re dixi ad Terentii Andr. 577, etiam saepe familiari dicacitate ex abundanti additur, velut h. l. et 307, 852, Curc. 680.

272. Operarum vitio transpositae sunt voces Quid in tabernaclo fecisti, quae est vulgata lectio, nisi quod ἀμέτρως exhiberi solet tabernaculo. Tribrevis Quid in ta- primo versu offendat neminem, qui legerit R. Bentleii Schediasma de metris Terentr. c. 8. Vid. etiam supra ad prol. 74.

273. H: cyrenam pro hirneam, et similiter in seqq. Vid. Taubm. ad h. l. Pro Ingressust viam plerique Mss., velut Pall. praeter V. C. et nostri omnes, item vett. edd.: Ingressus iam vel Ingressust iam, versu quidem hoc non nolente, modo τὸ iam δισυλλάβως pronuntietur, sicut saepissime fit apud Comicos, sed ipsa sententia refragante; siquidem ingredi per se nihil aliud significare posset h. l. quam incipere loqui, velut est apud Maronem Aen. 4, 105—107: Olli — Sic contra est ingressa Venus; quod absurdum, cum dudum locutus sit Mercurius, neque id nunc agatur, eum loqui, sed recte loqui remque acu tangere: atqui id valet Ingredi viam: vid. lexica, inprimis Plautinum Phil. Parei v. Via pro ratione.

274. Locus paulo intricatior, quem sic construes: Ego eduxeram eam (hirneam) vini meri, ut matre (h. e. vite) natum fuerat. Recepi autem ex Langg. eduxeram pro vulgato eduxi, quod stare non potest nisi non eliso τῷ vini, illatumque procul dubio est a glossatore ignorante veterem illum usum plusquamperfecti, de quo dictum ad Prol. 81. Acidalius ex nescio quo libro reponendum putabat: eduxi clam meri.

276. V.: Factum est illud, versu impingente. Edd. aliquot mediae, in his Iunt.: F. illud, absque τῷ est, quas sequor.

280. Libri ioco extincto: per Mercurium iuro, qua lectione recepta non est quod iniuratum se dicat Maiae filius.

filius. Iniuro probum verbum est, quo lexica augeant licet Gesneri Schellerique nostri. Praepositionem illexit τὸ praecedens, sicut passim similia similibus fraudi esse deprehenduntur in Mss.

283. V.: Sosia nolim, versu titubante. H: Sosiae vel Sosium, quo confirmari videtur editionum lectio recentiorum: Sosia iam esse. Sed mea transpositione utendum, quod dudum est cum suasit Taubmannus.

284. Ignominis dicti quomodo dicitur cognominis, ne addam, confirmari illud verbum derivato ignominia. Cf. Nicol. Perotti Cornucop. p. 555 ed. Ald. Vulgatum ignobilis ab hoc loco abhorret, siquidem Sosia etiamsi nomen amisit suum, non tamen propterea is est, qui nosci non possit, quae quidem foret τῷ ignobilis, si admittendum esset, significatio. Sed ignominis, h. e. nomine privatus, tunc sane fuit, et huc pertinet, quod infra dolet v. 442, formam sibi una cum nomine ablatam esse. Vocem rariorem cito mutari a librariis, fuit consentaneum.

285. Similiter Cognoscito adhibetur Poen. 1078. Pseud. 978, et gemino illo loco, qui est Men. 636, [illegible]. Ignorans hunc verbi usum scriptor Palatini 3 τὸ et perperam omisit.

286. Scripti: Quemadmodum ego sum, saepe etc.; sed edd. non agnoscunt τὸ sum, neque [illegible] dixerim), quomodo versus eam vocalem ferat, equidem perspicio. Addita fuerit, cum speculo nescio qua forte transiisset in speculum (sic enim libri), verbaque Saepe in speculum inspexi seorsim accipienda esse viderentur. Sed durum hoc et abruptum, longeque melior editionum ratio, τὸ sum omittentium. Pronomen quoque, quod versum onerat, delendum, et nimium pro vulgato nimis numerorum gratia reponendum esse vidi: nam quis ita haec scandat?

Quemadmo | dum ego sae | pe in specu | lum inspe | xi,
ni | mis simi | list me | i.

Ceterum vox Quemadmodum itidem metri causa δισυλλάβως pronuntianda est, elisa o litera, de quo loco egi ad prol. 74.

288. Istud nasa plerorumque scriptorum atque edd. vv. ortum procul dubio ex compendio τῷ nasum (nasū). Id non explicandum Fr., sed intelligendum hoc vel quiddam simile: „si consideretur."

291. sum idem. Ita G, non i. s., ut vulgo, pravo accentu pronominis.

303. Intelliguntur ludi funebres. Cf. Most. 416 sq. et inttpp. ad. h. l.

305, 6. Numeris dum prospicio, male quaedam hic transposui. Legendum, sicut vulgo, non eliso ego, nisi quis egod scribere malit (nam Pareo hic ante hodie non admittendum):

Nisi etiam is quoque me ignorabit, quod illic faciat Iupiter:

Vt ego hodie raso capite calvos capiam pileum.
De usu pronominis vid. ad prol. 46.

307. V.: B. p. h. h. operis p. m., versu abundante. Acidalius tentabat: Bene prospere hoc etc., ut bene pro valde acciperetur. Sed usus hic vocis, ubi quidem alii adverbio adiungitur, et rarior, quam qui ex mera coniectura inducatur, et similiter Hic alibi Bene benigneque, Bene atque amice, Bene et commode, Bene et pulcre: vid. Parei Lexicon Plaut. hh. vv. Haud magis placent, qui τὸ hodie deletum eunt, quod itidem tam est ex usu Plauti et Comicorum, quam quod maxime: vid. ad 270. Istud operis, quod ad sententiam nihil confert, addere interpretationis causa, cuiusvis erat.

331. H: creavit.

332. V. absolvat, turbata temporum consecutione. Atqui Iunt. Ald. aliae seriores: exsolveret. Sic passim erratur, velut etiam Cic. De Off. p. 389 versu 4 ed. Heusinger. sit legendum et pro esset, et ibid. p. 390 v. 8 non viderentur, sed videantur, ut recte 2 codd. Goth., et p. 387 vv. 1. 2. sint et repugnent pro vulgatis essent et repugnarent; denique p. 634 v. 4 habeat pro haberet. Vid. etiam ad Aul. 474. H: Vno et lab.

333. Pro hoc versu in vulgatis duo veniunt huiusmodi:

Et ne in suspicione ponatur stupri,
Et (H: Sed) clandestina ut celetur suspicio.

Haec tam ταυτολόγα constare nullo modo posse, facile intelligitur. Eleganter autem et verecunde res turpicula dicitur in posteriore versu, pervulgate et aperte in priore, quod minus aptum Mercurii personae, „has res multas“ patris sui utique verbis lenissimis fucantis extenuantisque. Expuncto igitur priore horum versuum, tanquam interpretamento posterioris, videndum de hoc ipso: nam ne is quidem vitii videtur immunis esse, siquidem non agitur h. l. de celanda suspicione hominum clandestina, sed de fraude hac Iovis perpetuo, si fieri possit, silentio dissimulanda. Suspicionem igitur commovet ista „suspicio,“ cumque Donatus ad Terentii Adelph. 4, 5, 32 hunc Plauti locum ita laudet: Et clandestina ut celetur consuetudo, dubium non est, quin aliquid viderit Scioppius, reponens: Et c. ut c. consuetio, secundum Festi illa: „Consuetionem Plautus pro consuetudine dixit.“

Delevi autem copulam, ne quae hic dicitur res durans et quasi perpetua (nam talem voluisse fingitur Iupiter hanc amoris sui celationem) confundatur cum actione illa praetereunte, de qua in versibus duobus antecedentibus sermo est; quod ne fiat, ipse Hic cautum voluit mutato tempore verbali.

339. V.: S. c. e. in m. ut sinat. Sequor V. C. Sarrac. Argent., ut plene exaudiatur vox gravissima „mortalis.“

341. Τὸ Cum non eliditur per licentiam priscorum Latii poetarum, inprimis Comicorum, a Terentio et seriori-

bus refrenatam. Alia cessantis ecthlipseos atque elisionis, praesertim in verbis gravioribus, exempla vide Amph. prol. 69, 151, Amph. 420, 684, 710, Asin. prol. 4, Asin. [illegible], 732 sqq., Capt. 101, Cas. prol. qui prologus non est a Plauto scriptus, 23, 41, Cas. 6[illegible], 784, Curc. 98, 113, 202, 557, 448, Epid. 313, Men. 176, 148, 307, 315, 340, 375, 578, 591, Merc. [illegible], 255, 322, 4[illegible] 872, ubi Domi e- [illegible] efficit, Graecorum more correpta vocali longa ante [illegible] (cf. Pers. 224, Pseud. 1202, Stich. 140), Rud. prol. 23, Rud. 58, 127, 132, ubi similiter τὸ mei [illegible] legendum est [sicut etiam amici Cas. 399, animi Cist. 207, pauci Pseud. 435, illi ib. 787, homini Most. 912, nihili Bac. 850, dehortor et praeoptavisse Capt. 142, 609, male Cist. 53, i Poen. 971, mi ibid. 987 et Mil. 1375, si Cist. 53, ibi Most. 1129, Rud. prol. 55, sibi Cist. 455, tibi Capt. 346, Merc. 953 Pers. 321, Pseud. 212, Rud. 300, ubi Most. 876 video Most. 1071, amisi Mil. 1361, vidisti Stich. 301, colloqui Capt. 705, salve Mil. 1300, salveto, quia o litera in hoc verbo longa est (cf. alterum Palaestrio Mil. [illegible]), sensi Pseud. 424, time Ps. 925, meae ib. 187, quae Capt. 105, ego (ἐγώ) Amph. 306, Capt. 494, tu Capt. 949 Mil. 293 Rud. 45], Rud. 15[illegible], 761, 126[illegible], Stich. 317, Trin. prol. 9 Trin. 215 sq. 255, 623, 632, Truc. 910. Priscianus Putsch. p. [illegible]: „Finalis," inquit, „dictionis subtrahitur M in metro plerumque, si a vocali incipit sequens dictio, ut: Illum exspirantem transfixo pectore flammas (Virg. Aen. 1, 44). Vetustissimi tamen non semper eam subtrahebant. Ennius in X. Annalium:

Insignita fere tum millia militum octo
Duxit delectos, bellum tolerare potentes."

Similiter Lucretius 1, 437: Corporum augebit numerum, summamque sequetur; et 2, 405: Nam quod fluvidum est, e levibus atque rotundis Est; et 4, 1267: Vomere enim, atque locis avertit seminis ictum. Quin Horatius Serm. 2, 2, 28: Quam laudas, pluma? cocto num adest honor idem; ad quem locum vid. Bentleius. Neque ecthlipsin tantum neglexerunt interdum, ut vides, ipsi Epici atque Lyrici, verum etiam vocales et diphthongos est cum praeter morem communem non eliserunt. Lucretius 5, 7: Nam si, ut ipsa petit maiestas cognita rerum. Catullus 8, 19: At tu, Catulle, obstinatus obdura. Horatius Od. 3, 14, 11: Iam virum expertae, male ominatis. Maro Eclog. 8, 108: Credimus? an, qui amant, ipsi sibi somnia fingunt? Et Georg. 1, 281: Ter sunt conati inponere Pelio Ossam. Et Aen. 3, 211: Insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno. Sed haec hactenus. Cf. Wasii Senarius cap. 4, nos supra ad 116, 119. Corrigendus in transcursu Charisius Putsch. 249: „Ἔκθλιψις est, cum duabus eiectionibus (l. dictionibus) aliqua consonantium aut plures (falsum hoc, plures elidi, quod fieri nequit), quas habet (l. habent), eliduntur, ut Multum ille et terris iactatus et alto."

350. sit meus pater. Ita Pall. praeter V. C., item G

noster et vv. edd., quo verborum ordine probato id assequimur, ut acuatur meus, vox gravis, cum vulgo in thesi delitescat: legitur enim fere: meus sit pater.

351. Tò cum ad fulciendum versum addidi.

352. Ego te experior, quanti facias uxorem tuam. Ita codd. Mss. ad unum omnes, etiam a nobis adhibiti praeter G, in quo desideratur pronomen, item vv. edd., neque erat quod hoc usu accusativi pro nominativo offenderetur, sumtumque te pro tu „haud paullo efficacius fore" arbitraretur Douza Centur. p. 28, quem temere secuti sunt editores. Sic enim Graeci; sic Latini interdum Graecos imitati, velut Hic supra 141 sq., 242, infra 679, Asin. 124, Capt. 307, Mil. 148 sq., 1242, Pers. 455, Pseud. 71, 110, 268, 1072, Rud. 301 sq. et Terentius Ad. 5, 4, 20: Illum ut vivat optant: ad quem locum Donatus: „Συλληψις: nam sic veteres loquebantur; nos vero dicimus Illi (l. Ille) optant, non Illum." Cf. Scioppii Suspp. Lectt. 4, 19.

354. istis. Ita V. C.; ceteri fere libri, tam scripti quam impressi, „furtis," sicut etiam H et M, vel „furtivis," ut G, quem contuli. Interpretibus procul dubio haec debentur.

355. Restitue veterem lectionem: Ampl. esse malis, etiam propter meliores numeros, siquidem in paribus trochaïcorum, imparibus iamborum, sedibus amantur spondei pedesque his compares: vide nos ad Terentii Andr. 239. Tò Ampli. non eliditur, figura Nostro perquam familiari, praesertim in incisionibus versuum. Vid. ad 116, 341.

356. mihi. Sic Mss. et vv. edd., bene, siquidem trochaicum versum non dedecet, praesertim in loco pari, proceleusmaticus, spondeo pes compar. Hoc nescientes invexere mi, quod per se quidem ferri potest, secus ac quibusdam videtur, ante consonam, quomodo Most. 170 scribendum est: Neque patiar te istanc gratiis laudasse, quae placet mi, nisi tot iambis tetram. cat. unum obtrudere velis acatalecticum; et Virgilius dixit Aen. 6, 123: Quid memorem Alciden? Et mi genus ab Iove summo; et Flaccus Serm. 1, 4, 116: Sit melius, causas reddet tibi: mi satis est, qui —: sed absque libris nihil in hoc genere novandum est. Cf. et 53, 825.

Tò me dictum est per pleonasmum, priscis valde usitatum et a quo ne recentiores quidem, in his Cicero et Livius, prorsus abstinuere: vid. Asin. 57, 79, 173, Curc. 179, Most. 602, Terent. Eun. prol. 1 et l. Rivius ad Sallustii illa: Omnis homines, qui sese student praestare ceteris animantibus etc., Scioppii Suspp. Lectt. 4, 19.

362. Non ego te novi? Formula contemnentium atque iratorum. Cf. Capt. 436. Similiter nostrates: Ich kenne dich! Das kenn' ich!

363. Quid tibi hanc curatio est rem, — aut muttitio? Amant hanc loquendi formam Hic et prisci. Cf. Most. 367, Terent. Eun. 617, Heusinger. ad Vechneri Hellenolex. 1, 2, 17, 2.

364. Quoid ego. Sic hiatum absterſi, more priscorum: vid. ad prol. 149. Mss. fere, etiam H, Quo lego, Ald. Quoi lego, h. e. Quoid ego, quo ducit etiam V. C., in quo litera inter o et l fuit erasa, si quid Pareo credimus.

365. H et M: prima haec paras.

366. Forte excidit „tu“ ante dicis, quod male abest editionibus quibusdam mediis, in his Iunt. Argent. 1514, Ven. 1522, Paris. 1530.

370. timidam. Aegram, turbatam, commotam, ut Donati verbis utar ad Eun. 4, 2, 14. Similiter Hic Bacch. 72: ut in navi vecta es, credo, timida es. Cf. Parei lexicon Plaut. h. v.

373. Lacr. — uxorem. Vulgo haec Alcmenae tribuuntur perquam frigide, si quid sentio, praesertim propter verba „ex abitu,“ quae subtilitatis cuiusdam sunt, a perturbato mulieris animo abhorrentis. Heri sermonem interpellat h. l. supparasitans Mercurius, sicut supra 300, infra 382, 387, et similiter eius Lacr. „vulnose“ pronuntiato, retunditur, atque intra Sosia 541, 578, 658.

378. V.: Nunc tibi h. p., q. d. mi illic (Acidal. illi) ob v. d. est, — Alcumena, tibi condono. In quibus offendit geminatum sine omni gratia pronomen tibi, quod vix et ne vix quidem excusetur exemplis illis pleonasmi pronominum Attici, prolatis a Vechnero Hellenolex. 1, 2, 6. Contra ibi, quod in tibi degenerasse puto, transpositum est per synchysin, Huic atque ac Terentio satis familiarem: Cf. infra 540 sq., 547, 725, 686 sq., 757, 912, Asin. 140, 170, 822, Aul. 75, 278, 439, 704, Cist. 471, Curc. 150, Men. 508, Merc. 444, Mil. 855, 1137, Most. 1055, Pers. 221, Poen. 327, Stich. 280, Terent. Eun. 278, 546, ibique nos, Heaut. 499 sq., Ad. 540. Postquam depravatum erat ibi, ὁ τυχὼν istud illic addiderit, ut sciremus scilicet, non Thebis, sed apud Teleboas, haec gesta esse.

380. Facis, ut alias res soles. Formula gratias agentium: cf. Stich. 505.

383. Perdere. Vox iratis frequentata apud Nostrum: vid. Acidal. Divv. p. 19 et Parei lexic. Plaut. h. v.

386. tamen. Vidd. de hoc usu τȣ̃ tamen in extremis sententiis Capt. 325, 734, Cas. prol. 65, Mil. 1326, Douza Centur. p. 303 sq., Acidalii Divv. p. 55, Parei lexic. h. v. Graecorum haec est imitatio. Eurip. Orest. 679: Κἀγώ σ' ἱκνοῦμαι, καὶ γυνή περ οὖσ', ὅμως, et Med. 280: Ἐρήσομαι δέ, καὶ κακῶς πάσχουσ᾽, ὅμως.

387. luciscit. Ita V. C. a manu prima, et a nobis collati codd., sicut et Terent. Heaut. 3, 1, 1 Bentleii liber perantiquus et duo Mss. Berolinenses. Pall.: lucescit. To hoc recte coelum interpretatur Faernus ad Terentii locum laudatum. Cf. Curc. 180, Mil. 218.

389. Illud modo a Pareo profectum est, neque inusitatum Plauto in hac formula. Mallim tamen nunc absque illo additamento:

Prius tuad opinioned hic adero: **bonum animum habe.**

Vid. ad prol. 149.

390. V.: cedas, deficiente numero. Facile con-, scriptum per compendium, obliterari potuit. Taubm.: uti cedas, quod nunc praetulerim.

391. V.: Vt mortalis inluciscas, quasi hoc de nocte diceretur; id quod ineptum esse sensit Acidalius. Deinde mortalis solus Camerarii V. C., rudior ille quidem altero eius libro decurtato, et quem vix audias, ubi tot alii bonae notae codices in diversum ab eo abeunt, velut ceteri Pall. Langg. et noster G.

392. De porrecta extrema syllaba τȣ̃ longior vid. ad prol. 58.

393. Dies monosyllabum est h. l., sicut passim vocales ie contrahuntur: cf. Men. 487 (cliens), Merc. 457 (Quiesce), Most. 229, Pers. 257, 261, 390, Poen. 737 (Diespiter), Rud. 292, Trin. 544, Bentleium ad Terent. Andr. 1, 2, 18.

Ceterum v. legitur: — ut aeque disparet, Et dies e nocte accedat. Ibo et M. subsequar; in quo nec sententia nec metrum sibi constat. Et huic quidem o itulaturus sequar pro subsequar suadebat Acidalius, non male. Sed quod diei pro dies reponendum esse putat, „ut, quod nocti supersit, diei accenseatur," fugit eum ratio: nam si hoc modo dies cum nocte exaequetur, quomodo dispares dici possunt? Equidem probavi Pal. 6, H et M, qui: aeque dispar et dies etc., arbitrorque et forte geminatum τῷ disparet se agglutinasse. Certe iam optimam habemus sententiam hanc, ut aeque dispar (aliis diebus, ut nox ista aliis noctibus,) et dies e nocte (h. e. post noctem) accedere dicatur. Nam quod usum τȣ̃ Et pro Etiam ipsi Ciceroni abiudicant VV. DD., nae viderint isti, quomodo expediant infra 580, Curc. 488, Mil. 1326, 1357, Most. 532, Poen. 14, Rud. prol. 8, et inprimis illa Terentii Ad. 1, 2, 49: De. Curae est mihi. Mi. Et mihi curae est. Sic enim ibi unanimes, quotquot innotuere, libri tam scripti quam excusi.

401. Tuus tum. Vox servorum coram heris. Cf. Capt. 589, nosque ad eum locum.

402. quidquid Pall. praeter V. C., item H et M.; quod non deterius, nisi quod versum paulo duriorem reddit.

409. H et M: nam ego tuus sum.

413. res ita est. Sic V. C. Pall. Langg. G, H, M, et vv. edd., quod melius convenit bacchiaco.

416. V. sententia et metro nullis: si id ita factum est. Sequor equidem membranas Langg., a quibus non multum recedunt Pall. 3, 5. G quoque: si non ita id f. e. Pall. 1. 2., item H et M: si res non ita facta est, quod haud deterius.

420. Vox inquam non eliditur: vid. ad 341; nisi recipere velimus tibi post dixi, quod praebet H.

422. V. τῷ locutus addunt Esse, quod, quomodocunque

haec dimetiuntur, neutiquam admittunt numeri, dubioque procul nescio quis interpres addidit: vid. ad 168.

Proxime sequentia sic velim scribas:

Am. Vah, apage te a me! So. Quid est negoti? as. ex 2 i. h.

Am. Pestis te tenet. So. Nam cur istuc dicis? as. ex b. d. et i. h.

(Codex G: Nam quid est istud, quod dicis? — Accentus metricus in posteriore syllaba verbi Pestis enclitico sequente minus offendit. Ceterum molossos eorumque compares locum habere in bacchiacis et creticis Latinorum, nota res est. Cf. supra 20 sq. 401 sq. 404, 409 sqq. 414, 416, Ba. 1074 etc.)

Equidem valeo et salvos sum recte, Amphitruo.

Am. At ted ego faciam hodie, perinde ac meritus,

Minus etc.

Utrumque horum metrorum, affectibus exprimendis vehementioribus aptissimorum, cum primus ego in Sarsinate reppererim, non abs re fuerit, exemplis pluribus adstruere inventum atque confirmare. Et asynartetus quidem ille, qui constat duabus penthemimeribus iambicis, metri genus est Graecorum, e quibus haec fere pendent, scriptoribus dramaticis valde usitatum, velut (Tragicos ut mittam) Aristophanes dicit Eccles. 1016 edit. Invernizz.:

Ὦ χρυσοδαίδαλτον ἐμὸν μέλημα.

Plautus id adhibuit etiam Aul. 99 sqq. cum clausula ex i. h. constante, et Cas. 517, qui versus sic legendus est:

Ph. Quid cum ea negoti tibi est. St. Peccavi;

item Epid. 165 sq., 319, Men. 592, (ubi eiusmodi catalecticus clausulae loco usurpatus est, qualem itidem praebent Graeci, velut Aeschylus Agam. 104, 447, Eum. 165, 374, Sophocles El. 1018, 1226, nostrarum editionum, Euripides El. 1186,) nec non Most. 863 sqq., 879 sq., Pers. 268 sq., Pseud. 580 sq. Rud. 815 sq. et infra suppositae scenae Di vostram versus 4, 13, 16, 19.

Inveniuntur quoque versus ex tribus penthemimeribus iambicis compositi Capt. 429, ubi vide nos, Epid. 318, quem versum, tanquam clausula, sequitur alius ex duabus constans Epid. 326 sq. Rud. 848, et aliquoties in spuriis Amphitruonis. Eiusmodi catalecticum habes Epid. 319 et scenae suppositae Quis tam 16.

Sed propero ad alteram illam speciem asynartetorum, a me hic erutam, quae continetur baccheo dimetro et penthemimeri iambica, sive iambo hypercatalectico. Eam quoque non raro usurpavit Noster velut Capt. 198 sq., 720, Cas. 533 sqq., quem locum quomodo nunc correctum velim, vide ad ipsum, Curc. 117, Epid. 534, Merc. 350 sqq., Most. 101, 306 sq., 738 sqq., 771 sqq., 872, 864 sq., Pseud. 1116 sqq., Rud. 111 sq. Neque desunt apud eum similes metrorum formae, quas recensui ad Aul. 92—95.

Versu autem admonitus vulgatum proinde mutavi in perinde, quae verba passim inter se permutantur, dedique meritus es: vid. ad 168.

430. V: tergo, quo servato τὸ in delendum erat, siquidem, monente Acidalio, vel expetere alicui, vel expetere in aliquem, dicitur. Sed praestat reponere cum eodem et Lambino: in tergum; et sic G.

434. V.: nunc uti tu hic etc., inconcinne quidem. Codd. et vv. edd. fere: ut. Vid. ad 440.

436. Τὸ Amphitruo, quod vulgo desideratur, numeros sarciendi causa addidi, ut dudum Pareus fecit. Sequens personae nota fraudi fuit nomini, ut contra 924 eius addendi ansam praebuit scriptori codicis H, qui sic ibi: Br. Geminos. Am. Amphitrio, di me servant. Similiter in eodem libro nomen Sosia omissum est 459, et scatent eiusmodi vitiis Mss., velut etiam Cic. De Off. 1, 16, 5 non, ut vulgo, ut sit constitutum, e quibus ipsis, sed legendum puto: ut sit constitutum antiquitus ipsis, τὸ ant — a simili, quod antecedit, um interceptum ratus. Nomine autem herum appellat h. l. servus pro simplicitate aevi heroici, sicut supra 424, 431, infra 453, 490, 553: neque aliter subditivus ille Sosia 387: Bamus, Amphitruo. Quod propterea moneo, ne quis auctoritate Servii moveatur, observantis ad Virgilii Georg. 4, 321 et Aen. 12, 652: Contumeliam esse, superiorem nomine vocare: nam seriorum ille temporum mores respexit.

440. quidquid. Ita quidam Langg. Pall. praeter V. C., item H, neque erat, quod hoc Plauto abiudicaret Douza Centur. 31. Vulgati libri: quidque, Venetae annorum 1495 et 1499, item Camer.: quidquam. Maluit quidquid etiam Bentleius ad Terentii Eun. 5, 4, 48, praeferendumque est vel euphoniae causa, ne verborum huius loci e litera terminatorum numerus augeatur. VV. edd. fere ut, non uti, pro more suo et scriptorum.

442. Pall., Ms. Pirkheim. apud Pareum et noster M: lactis, ut statim: mei.

466. V.: nonne, minus significanter. Sequor veterem codicem Scriverii, Venet. anni 1522 Par. 1530 Bas. 1568. H: num me intelligis. Saepe autem inter se permutantur non num et nunc.

468. Vitiose Pall., item H M et vv. edd.: V. a. nosces (h. l. distinguitur in Pall. 1, 2.) inquam illum nosces; quam etiam V. C. Saepius i pro a scriptum in codd.

472. Similis locus est Pers. 170.

474. Satin' seu Satin' ut priscis illis in usu fuit pro Nonne satis, Nonne satis (causae est), ut hoc vel illud facias? Nonne satis (est), ut (quomodo) aliquid fecisti? Τὸ ne etiam sequenti vocabulo annectitur, velut As. 427. Exempla vide apud Pareum in lexico Plautino hh. vv. Cf. Gronov. ad Most. 73. Ceterum rarius inveniuntur bacchiaci senarii, inveniuntur tamen praeterquam h. l. etiam Capt. 432 sq., ubi vide, quae annotamus, item Truc.

677 cum b. tr. pro clausula usurpato, cuius vicem praestat Captivorum loco b. d. Bacchiacos octonarios non nisi h. l. reperi et Ba. 1074—1095, ubi item videnda annotatio.

475. Operarum oscitantia quoi dedit pro quoique, quae omnium librorum lectio est, sententiaque non minus quam metro comprobatur. Animadvertas autem, τὸ ita posteriore longa passim apud Hunc legi, velut hoc et sequente versu, item Asin. 5, Aul. 50, Ba. 77, Capt. 25, 302, Cis. [illegible], Poen. 435. Idem patiuntur Cedo, Cito, Ego, Eho, Homo, Imo, Modo, Nisi, Quasi, Quia: vidd. nos ad Aul. 658 sqq. Ba. 759 sq., Merc. 663, 700, Poen. 112, 114, 182, 194, Wasii Senar. cap. 16.

476. V.: voluptatem: sed edd. vv. voluptati, quod elegantius: vid. Taubm. ad h. l.

480. V.: repente, vitiato numero. Repentino Hic Pseud. 37. Charisius Putsch. p. 193: „Repentino pro repente. Cicero (Quint. 4), ut Statilius Maximus notat. Afranius in Emancipato:

Vt sint repentino adparandae nuptiae.

Item in Vopisco:

Vbique repentino huius consimile accidit.“

Rarior vox tritiori cessit, sicut passim.

483. Vi caesurae vel ictus posterior syllaba τῶ vicit producitur. Nihil hac figura frequentius apud poëtas. Virgilius Georg. 4, 147:

Ille comam mollis iam tondebat hyacinthi;

et Eclog. 6, 53:

Ille latus niveum molli fultus hyacintho;

et Eclog. 9, 66:

Desine plura, puer, et, quod nunc instat, agamus;

Ovidius Epist. ex Ponto 4, 3, 44:

Indigus effectus omnibus ipse magis.

Inprimis vero illud -it praesentium magisque praeteritorum activorum hoc modo saepe porrigitur ante vocales, velut Capt. 9, Merc. 441, Mil. 824, Pseud. 304, Poen. 591, Rud. 6[illegible], Stich. 371, Truc. 821, 844, Ovid. Met. 3, 346, 4, 711, 7, 170, Epist. ex Ponto 1, 3, 74, 4, 46. Quin etiam extra caesuram idem fit Asin. 592, Mil. 824. Vide Wasii Senar. cap. 5, nos ad Terentii Eun. 215.

486—88. Nimia patientia tuli ista: Virtus praemium est optumum, quae insipidi glossa hominis existimanda est, non dubitantis praemium dicere virtutem, quae neque capi in bello potest, ut praeda, neque praemii loco cuiquam dari, sed ipsa potius donis praemiisque afficitur ab intelligentibus et probis. Et frustra haec interturbant versus bacchiacos, quibus constat locus, eoque signo non minus agnoscuntur spuria. Quibus deletis, ita reponas velim:

Victor belli clueat: satis mi esse ducam. Virtus omnibus rebus anteit profecto. b. o.
Libertas, salus, vita, res et parentes, et patria et prognati tutantur, servantur.

Virtus omnia in se habet: omnia adsunt bona,
quem penes est virtus. t. t.

Legitur v. inconcinne: res, parentes, Patria. Priorem copulam praebent V. C. Pall. H M, posteriorem H et M, quas addendas esse vidit etiam Hermannus de Metris p. 200. Trochaicus plenus transitum munit ad eiusmodi versus catal., qui iam sequuntur.

489. Vox peregre advenientium. Cf. Most. 450.

493. V.: optato, ταυτολογικῶς. Illi optatae, sicut 511: uxorem speratam suam. Non enim sperata ibi ἡ μνηστευομένη.

495. V.: S. h. tu me, versu impingente.

499. V.: navem. Rariorem formam navi ex Iunt. Ven. 1522 Par. 1530, quam nescio quo pacto [illegible] pro at Donatus Putsch. 1750, ubi haec leguntur: „Illa quoque nomina ablativo casu singulari i litera fuerint terminata, genitivum pluralem in ium mittunt, dativum et ablativum in bus, ut ab hac puppi, harum puppium, his et ab his puppibus. Huiusmodi nomina casum accusativum pluralem propter differentiam melius in is quam in es syllabam terminant, ut has puppis, navis, clavis, quia puppim, navim, clavim, et non puppem, navem, clavem.“

503. quom abeo, pro quom abivi, sicut passim Noster, ad quam faciem rescripsi etiam Most. 24: Haeccine mandavit tibi, quom peregre hinc it, senex? Similiter Dum Quia Postquam tempori praesenti iunguntur apud veteres: vidd. Capt. 418, Men. prol. 57, Pers. 526, Rud. 279, 419, Stich. 487, Phorm. prol. 1 ibique Donatus. Frustra hic turbatur.

505. V. dictare, quae loquendi forma prorsus inusitata est. Sequor Lambinum.

506. V. ἀμέτρως: Sc. q. b. a. sim? Si situlam cepero. Sim et si ex prima syllaba τȣ̃ situlam videntur orta. Codex G: si situlam illam cep., quod primitus fuisse puto: si sit. iam cep., ut praeferebant, testo Pareo, V. C. et omnes Pall. Langiani: situlam si iam cep. Cepero, ut Dedero Asin. 420, etc.

507. V. itidem inconcinne legitur ex interpretatione: N. e. tu m. div. quicquam cr. etc. De forma loquendi cf. Asin. 440, Bacch. 469, Truc. 278, inttpp. ad primum horum locorum, Gruteri Suspicc. 4, 5.

510. V.: M. nunc meum off., versu manco. Langg.: M. nunquam m. off., quod fuerit: M. nunq iam, h. e. nunc iam, casco illo more scribendi, quo et coquus pro cocus, hirquus pro hircus et similia olim scriptitarunt. Possis etiam legere: M. n. me meum off. etc.: vid. ad. 356.

512. Codex G: Q. o. Thebes viri unam — diiudicant. Illud viri fortasse ortum est ex viram, h. e. feminam: vid. Festus v. Querquetulanus.

515. Festus et Nonius: rumiferant, quod quibusdam videtur praeferendum.

519. V.: Quasique (veteres libri fere: Quasi qui) n. p. recipias te domum huc ex h., pravo accentu verbi recipias: vid. ad 203. Huc abest codice G.

527 sq. V.: Am. D.? q. d. i. f. e.? Al. T.; iam dudum, pridem, modo, versu hypermetro. Et H quidem: Tentas quasi dudum (hoc ex 518), modo, omisso pridem; sed infra vetus scriptor scenae supposititiae Di vostram, qui plures Plauti locos verbo tenus expressit, vv. 61 sq.: Am. Quando gentium? So. Dudum, iam pridem, modo: ubi metrum iubet deleri τὸ Dudum, sicut fecimus in recensione istius scenae. Expungendum id igitur etiam h. l. in Alcmenae responsione, si quidem non est verisimile, quemquam τὸ dudum, quod iam ter hic legimus, si explicandum sibi putasset adscripto pridem, quarto potius loco quam primo explicaturum fuisse; sed nove illatum pridem τῷ dudum, in antecedentibus sublecto, eum declarasse verisimillimum est. Genuina igitur haud dubie lectio, a me posita, cumque sequente versu ipsa coniugis verba repetat Amphitruo, ibi quoque iampridem pro vulgato iamdudum fuit rescribendum.

530. Dele signum interrogandi.

557. huiic. V huic, quod inconcinnum. Vid. ad 128.

540 sq. At pol quin certa res Hanc est obiurgare. Synchysis: vid. ad 378. De formula cf. Asin. 799.

543. V.: ἀμέτρως: quid vis rogare? roga. Ex interpretatione irrepsit rogare, quod abest Venet. 1522 Paris. 1530 Camer. Basil. 1568. Similiter Aul. 115 Pal. 3: si quid vis rogitare, roga.

545. in mentem est. Ita Langg. et Pal. 5, cum vulgati libri exhibeant: in mente est. Cf. de hac et similibus elegantiis supra 24, item Asin. 85, Aul. 17, 757, Cas. 131, 368, Cist. 457, Curc. 333, Epid. 182, Merc. 872, Poen. 1134, Rud. 838, Scioppii Suspp. Lectt. 1, 17 et grammaticis. Ceterum v. versu imperfecto: Q. i. m. est tibi, mi v. p.? H: — mi vir, ex me p.? Camerarius tentabat: — tibi me, mi v., p.?

546. V.: antidhac: Appellare etc., asyndeto prorsus intolerabili. Facile antedac transiit in antidhac.

549. V.: heri, quod ferendum, τῷ advenientem non eliso: vid. ad 341.

551. V. prehendi. Expressimus elegantiorem Helmstad. codicis lectionem.

553. Forte ante istanc excidit ego, quod abest quidem G. De proceleusmatico tibi pari- vid. ad 356.

554. De producta ante vocalem extrema syllaba τοῦ igitur vid. ad prol. 38. Quid valet qui: vid. ad prol. 149.

558. praegnati. Sic Langg. V. C. Pal. 2, ut prisci loquebantur. V.: praegnanti. Legitur quoque vulgo: et malum et malum dari; sed Pall., teste Pareo: et malum malum. Aliena Gruteri bina mala amatoria, ut quae non [illegible]: sed legendum: ad malum malum d., h. e. malum (Punicum) contra malum: vid. Horat. Tursell. de

Partt. v. Ad n. 15. Quod etiam accipi poterat sicut illud Ba. 389: hoc ad malum arcessebatur malum; et duplicem hunc intellectum captavit Plautus.

561. V. versu claudicante: Am. In s. fortasse. Al. I. vigilans vigilantem. Am. V. m. m. Fortasse verbi rarioris interpretamentum est.

564. H: implicarier, ex int.

566. Restitue veterem verborum ordinem: Te heri me. Te monosyllabum sub ictu positum non eliditur: vid. Bentleii Sched. de mett. Terentt. c. 8, nos supra ad 149.

570. V.: Quid id est? nullis numeris. Sequor Ald. etc. Post hunc versum ista ex Nonio v. Scelestae (nam quod Mss. ipsius Plauti praetenduntur, aures non praebeo):

Nihil (Douza: Nihilne) te pudet, scelesta, populi
in conspectum ingredi?

inculcabat Meursius, male: vid. Pistoris infra ad 2, 2, 193 Taubm.

576. G, fortasse per synizesin: ista e.

580. V.: A. etiam i. t. s. etc. turbatis numeris, nisi deleas quae cum G, quod nolim. Argent. 1514 Ven. 1522 Paris. 1530 Basil. 1568: An et id, quod probo: vid. ad 593.

582. Tute istic. Vid. ad 210.

590. Soloece in vulgatis legitur: Quin n., m., a. i.? G et H: Quid, Lange. V. C. Pal. 3: Qui, quod eodem recidit. Quid nunc? vel Quid igitur? Τί οὖν? formulae loquendi sunt pervulgatae, quid alter dicturus facturusve sit, impatientius expectantis. Vid. Parei lexicon Plaut. hh. vv. Verba ego vero — credis? etiam in nostris codd. desiderabantur.

596. V.:

— pateram mihi
Dedisse dono hodie, qua te illic donatum esse
dixerat?

quasi credibile sit, in eadem sententia neque mutato affectu variari metrum, et tot trochaïcis unum iambum intersitum esse a poëta. Quin singulus trochaïcus longus hic usurpatus est, sicut saepius, ad significandam gliscentem animi perturbationem: cf. 897, Aul. 101. Capt. [illegible], Cas. [illegible], Cist. 364, Curc. 569, 573, Epid. 81, 218, 601, Men. 76, 272, 276, Merc. 132, Mil. 216, 230, 260, Most. 859, 895, Pers. 194, 249, 269, 468, [illegible], [illegible], 810, Poen. [illegible], Pseud. 196, 198, 215, 218, 579, Stich. [illegible], [illegible], 655, [illegible], Trin. [illegible], Truc. 89, 97, 568, 672, Terentii Andr. 217, [illegible], [illegible], [illegible], Eun. 564, Phorm. 145, 455, 691, Hec. [illegible], [illegible]. Ceterum V. C.: illi, vulgati libri: illic. [illegible] priscis, [illegible] et Terentio, valde usitatum. Donatus ad Adelph. 1, 2, 56: „Ego illi maxumam partem feram.] Errant, qui putant, illi esse pronomen, cum sit adverbium loci, ut (Aen. 2, 548): Illi mea tristia fata Degeneremque Neoptolemum narrare memento. Illi ergo: ibi, ubi ille peccat. Quare

quidam etiam li syllabam discretionis causa, ut locum significet, corripiunt.“

598 V.: quis istuc, correpta priore syllaba τῦ istuc, quod duriusculum in extremo versu.

600. Mane vel Manedum, vel etiam Mane, Mane, formulae sunt novi quid dicturi acturive et ad id attendere alterum iubentis· cf. Asin. 851, Rud. 922, 926, nos ad Terent. Hec. 688—90.

601. M: illi, quod recipiendum fuit: vid. ad 596.

604. Hic iambus est tetrameter, quod in margine annotabis: nam hoc, verbum grave, corripi, durissimum foret.

605. V. ἀμαρτάς: Tu. Sequor Pareum.

608. V.: quae in hac, horridiore numero. Omissa praepositio in H.

614. Commate distinguendum post facta.

618. V.: Agedum, eam s. c. Sed istud eam nec sententiam iuvat, cum per se facile intelligatur, et aspera contractione τῶν-dum eam in unam syllabam corrumpit versum.

628. V. — verum est. Am. A. c. cruciatu iam, ni a., t., versu pessimo. V. C. et Pall.: nisi.

636. V. haec Amphitruoni tribuuntur; sed exclamatio ista iam illud non placet principium de osculo non decet virum, mulieris facta caute ac leniter exquirentem (cf. sequentia usque ad 644), decet servulum loquacem, qui similiter mox: Euge, optume! Nunc exquire! et: Hei, non placet convivium! V. etiam: Pergam exsequi, quod correxit Muretus V. L. 10, 13. Ita 638: Perge porro dicere.

637. V.: L. Am. Quid etc., male collocato verbo Lavisti, quod iam vocali sequente accentum retrahit ex regula. De usu τῦ Au in rebus trepidis vid. lexica, inprimis Parei Plautinum. Sequens nota personae interiectioni simili offecerit.

638. Malim: exquaere. Vid. supra ad 28.

639. V. coenavisti; sed G.: concenasti, M: cocenavisti, quod non spernendum duxi, cum concoenatio legatur apud Ciceronem, nec non sit verisimile, vocem rariorem glossemati cessisse.

640. V.: I. e. l.? Al. I. e. Illud est pro st, nota silentii, saepius scriptum reperitur in codd. Quae si cui minus placeat, is certe numerorum causa reponet: lectod. Vid. ad prol. 149.

643. V.: V. tu cub., pravis numeris. Abest pronomen G.

646. hinc. Ita G et H, recte. V.: hic.

648. falsa. Sic Iunt. Ald. Paris. 1550 Basil. 1568, item codex Meursii, quod probat etiam Douza Centur. V. falso bis ponitur, semel in Pall H M plerisque vv. edd., ut similia omitti solent. Terentius Hec. 466 sq.: My. Mihine, mi vir? Ph. Vir ego tuus sum?

649. V. minus bene: H. haec r. Hic, h. e.: in eo, si etc. Passim confusa haec, heic, hic.

653. G et H: fueras, h. e. fuisti, quod non deterius: vid. ad prol. 81.

655. nostro generi non decet. Graeca locutio: vid. inttpp. ad h. l. Donatus ad Terent. Ad. 5, 8, 5: „Imo hercle ita nobis decet.] Antiqui si addebant statim verbum, Nos decet facere, Nos decet dicere, si non addebant, Nobis decet dicebant."

656. V. inconcinne: impudicitiae.

659. Hunc inter et sequentem versum haec praebent aliquot edd.:

AM. Qui testes: AL. Testes. AM. Quid testicularis? AL. Enim uno sat est;

Nec nobis praesente aliquis nisi servos Sosia affuit,

e quibus id, quod revera olim ad Plauti Amphitruonem pertinuit servatumque est a Nonio, in Fragmentorum collectione (Amphitr. 1) damus. De reliquis vidd., si tanti est, inttpp. ad h. l. in editione Taubm. Verba quidem Sosia affuit ab ipso Camerario profecta sunt.

660. nisi si. Ita V. C. 3 Pall. Langg. G H. Pleraeque edd. τὸ si omittunt non sine versus periculo, siquidem rarissime apud poëtas vetustos syllaba prior τȣ̃ nisi porrigitur.

661. G: alter pro alius, de quo consulendum. Cf. 691. M: hinc abs., quod minime malum, reponendumque fortasse et hoc et sequente versu. Cf. 646.

663. nimist. Ita Mss.; edd. inconcinne: nimis est.

664. V.: de istoc, minus bene: nam de subditivo Amphitruone sermo iam est, de subditivo Sosia fuit, quod pronominibus illo et hoc rite exprimitur. Atqui hoc vv. edd., in his Iunt., quae versum Amphitruoni tribuit.

665. V. oratio Sosiae continuatur, male: nam quia frustratam, i. e. ludificatam vel per dolum stupratam, coniugem suspicatus erat h. l. ipse Amphitruo, propterea mulier tam sancte iurat, neminem praeter ipsum secum rem habuisse. Sosiae talis sermo non is erat, qui tam serio refelleretur. Et fac, Sosiam haec dicere, cur non huic, sed viro, respondet Alcmena? Sane audiendus Aldus, qui Amphitruonis nomen huic versui praescripsit.

666 sq. Synchysis: nam verba sic ordinanda sunt: Iuro per regnum regis supremi et Iunonem, quam par est maxume me matrem familias, vereri etc. Vid. de hac figura ad 578. Τὸ et ante vereri additum a me est eam maxime ob causam, ne prima atque extrema syllabae τȣ Iunonem perperam acuerentur, quae vox iam sequente vocali accentum retrahit.

672. V.: A. e., confidenter etc. pessimo asyndeto. Sequor Iunt. Ald. Paris. 1530 Basil. 1568. Fraudi fuerit τῷ et, praesertim per compendium scripto, antecedens e in verbo esse.

673. V. inconcinne: AM. S. a. AL. Vt p. decet. AM. Tu v. p. Codd., in his G H, fere omittunt pronomen, V. C. et M: In v. p. Gruterus: AM. Ain'? v. proba es. Mihi

verisimilius videbatur, τὸ - cam simili syllabae sequenti con - offecisse. Saepius verbo Condecet utitur poëta.

675. Codd. vulgati, perperam acuentes τὸ sedatum, sicut τὸ cognatum sequente versu: S. p. et p. et s. c. Sed H.: et sed. et c.

67[illegible]. Posterius et v. abest, quod itidem praebebat H.

678. vera haec. Ita Argent. 1514, quod elegantius vulgato haec vera.

6[illegible]. I. n. homines immutantur, quasi quisquam praeter Amphitruonem et Sosiam fuisset immutatus. Recte Scioppius Susp. Lectr. 3, 7: „I. n. omnes immutamur. — Omnes, scilicet qui hinc ad bellum iveramus.“

682. Langg.: amittier.

684. Male novavi, dum ecthlipsin cessare in cognatum non animadverto: vid. ad 341. Scribendum, ut ubique legitur:

Quid, si adduco tuom cognatum huc a navi Naucraten.

Naucraten M et pleraeque edd. vv. Vulgatae ineleganter: Naucratem, uti et 689, 753, 844. Cf. Asin. 71.

690. Τὸ praeter enclitico sequente posteriorem syllabam acuit. Egimus de hoc loco ad Terentii Andr. 667.

691. G itidem alter pro alius. Cf. 661, Capt. prol. 8 ibique nos.

693. De usu pronominis vid. ad prol. 46.

696. V. impeditis numeris: E. s. i. A., cui est s. S. Pall. G M vv. edd., in his Iunt.: cuius vel quoius est.

697. M: Itidem.

698. Similiter de Iove Pers. 811: ille, qui supra nos habitat. De non eliso qui vid. ad 149.

700. V.: adventum apporto, inaudita ac prorsus inepta loquendi formula.

705. Venio, ut supra 702. V.: veni. H mire: darem pro feram.

707—9. V.: S. i. Alcumenae innocenti e. —— assimulabo. Vid. ad prol. 149.

710. Frustrationem non liquescit: vid. ad 341. Iniciam prisce Mss. et vv. edd. V.: iniiciam.

711. De ut intelligendo vid. ad 142.

719. Scripti ac vv. edd. fere: infecta ve, ut etiam H (vel inf. ne), acclamitat, inf. re acclam., inf. re est at clamitat, inf. restat, clam., inf. re clam., ut G, a me collatus, in tecta ve acclam., denique infecta esse acclam., sicut Langianus unus; unde quidem Gronovius haud male: infecta esse occlamitat. Τὸ d hiatus causa verbo infecta additum in fraudem illexisse puto descriptores. Vid. ad prol. 149. M. infacta, bene: vid. ad 28, 64. Camerarius: inf. refert, ac clamitat, et sic vulgatae edd.

721. G: habiturnm.

722. Edd. aliquot vetustae: Ne, vel Nae, e. f., H et M: Neque e. f.

724. V.: A. s. mihi ille a. a. i. Plerisque edd. mediis, velut Iuntina, τὸ ille abest, quod sane nemo facile desi-

deret. Qui tamen servare voculam cupiet, is rescribet: mi ille.

729. Illi. Sic Argent. Iunt. Ald. etc., quod placet prae vulgato ille. Sentit mecum Acidalius.

734. Quonam Camerarius, quem sequi satius est, quam versum pentametrum pro senario vendere, quod faciunt vulgatae, in quibus legitur: Quo te avertisti? Al. Ita ingenium meum est. Arg. Iunt. Ald. etc.: Quo te avertisti nunc? Al. I. i. m. e. Ferri et hoc potest.

737. M: hec (haec) pro hoc.

738. G: iracunda, quomodo legendum male coniecit Lambinus. Cf. Cas. 117 sq., 715. Ἀμιτρῶν autem v.: Potin' es ut etc. Sequor Camerar. et Basil. 1568.

752. Restituenda vetus lectio: Vel hunc r. S.: vid. ad prol. 74. G: R. c. etiam h. r. S.

755. Naucraten. Ita vv. edd., quas inspexi, omnes praeter Sarracenianam. V.: Naucratem: vid. ad 684.

757. V. C. illum, iocum.

759. V.: hanc, claudicante versu.

760. G: irrata; v. irrita. Vid. ad 28.

761. abstinens. Ita H, et huc ducit vulgata codicum scriptura abstines, quomodo alibi legitur animas, damnas, infas, praegnas, et infra 812 praeses pro praesens in V. C. In abstinens intelligendum sum, sicut passim: vid. supra ad 168. et de hac verbi forma periphrastica infra 824 Capt. 858 Cas. 228. Poen 897, et inprimis Curc. 599, ubi vide quae annotamus.

764. Iuben' mi comites. Ita Langg., nisi quod: mihi. Vid. ad 556. V. duriore numero et ex interpretatione, nisi fallor: Iuben' mi ire comites? Comites, ancillas matronae proprias et ab immundis operibus vacantes. Cf. Merc. 583 — 409 Cas 71.

765. V. nullis numeris: I. e., comitem P. duxero. Nostri codd: — comitem mihi P. d. Langg.: Al. Sin: ibo comitem mihi P. d. Hinc lectionem meam concinnavi, τὸ comitem in antecedentibus olim sublectum et pro interpretamento adscriptum ratus.

770. V.: Confide, invecto trochaeo, quae ἰάμβου λύσις est, ut ait Hephaestio. Confido G et vv. edd. Cf. Stich. 432, Trin. 426.

772. Bene facis, Bene fecisti, Melius feceris, formulae sunt aut grates agentium, aut benevolentiam honeste significantium: vide nos ad Terentii Eun. 141, ubi Donatus: „In consuetudinem venit, Bene facis et Bene fecisti non iudicantis esse, sed gratias agentis."

776. Male τὸ forte omissum est a Pareo, puto quia nesciebat, verba Cuius, Eius, Huius, passim μονοσυλλάβως legi apud Comicos: vid. Bentleii Schediasma de metr. Terentt. c. 8, nos ad Aul. 243.

792. V.: Optime advenis, deficiente versu. Passim Opportune et Optime inter se commutata deprehenduntur, velut itidem Terentii Heaut. 127 in codd. Berol. A et Helm-

Helmstadiensi legitur: Optime advenis, ubi ceteri libri recte: Opportune a. De d addito vid. ad prol. 149.

798. V. ἀμετρως et ῷ Derides perperam acuto: Derides, qui scis haec iamdudum me dixisse per iocum. Cf. Curc. 389 etc.

802. G: ex navi.

805. H: iubeam, ex int., ut videtur.

807. Pall. praeter V. C., item G M et edd. aliquot, in his Venet. 1495 et Iunt.: veni.

Quando vis, Si vis, formulae sunt aliquid vel iubentium vel pètentium. Cf. infra 817, Cas. 640, 670, Terent. Eun. 758, Ad. 158, Hec. 330. Donat. ad Eun. 4, 7, 29: ,,Cave sis.] Quia imperativa sunt contumeliosa, veteres addebant Sis, quod significat Si vis."

Post hunc versum in edd. Iunt. Ald. Brix. Lamb. ista inseruntur:

Quando istaec omnia exiurasti te mihi dixe per iocum,

quae fere, tanquam fragmentum huius fabulae, exstant apud Nonium, sed in nullis Plauti codicibus apparent. Vid. Fragm. Amphitr. 7.

813. Tò huc habetur in Argent. Iunt. Ald. etc., quo expuncto non elidenda est vox Amphitruonem vid. ad 541.

814. Libri, praeter unum G: Vt a. q. p. fac. c. s., ταυτολογικῶς quidem et inconcinne.

820. Lege audax. Langg. quidem: Non q. tam ausus etc., unde Gruterus Suspp. 3, 11 faciebat: N. q. tanti ausus etc. Vellem de hoc nomine constaret. Quid quo qui dedi, ne vox elideretur: vid. ad prol. 149.

825. mihi fere scripti, etiam H, et vv. edd., non mi, sicut vulgo. Vid. ad 356 G: atque concedere.

833. Forte excusum deludatur pro vulgato deludetur. Faxo iungitur futuro, neque est quod eam loquendi formulam vituperes: vid. Parei lexic. v. Faxo

Ceterum vulgo: spectantibus, vacillante versu. Sequor codicem G.

835. V. scabris numeris: i. o. cispellam v. V. C. scis pellam, ceteri scripti fere cispellam, vel expellam, ut etiam G. Sed H et M dilucide: aspellam, quomodo legendum coniecit. Bentl. ad Terent. Heaut. 2, 3, 20. Simillimum ci τῷ a in Mss.

842. Decet, πρέπει, cum dativo construitur Graecorum more. Langg.: potos, minus eleganter; vulgati libri depravate: potius.

843. V. ascendam, minus quidem ex vetere consuetudine: vidd. inttpp. ad Trin. 4, 2, 100, Bentl. ad Terent. Andr. 2, 2, 19. Tralatitia ista commutatio.

844. Naucraten. Ita hic et 849 Argent. Iunt. Ald. etc.; v. Naucratem. Vid. ad 684.

851. Iunt. Ald. etc.: fuit, graece, ut passim scriptores, inprimis Comici: vid. Pareani lexici mantiss. v. Enallage modi, nosque ad Terentii Eun. 478, 547, Ph. 802, Hec. 589, item infra 964, Most. 447.

852. hodie. Vid. ad 270.

856. V.: quid, ego sum. Sequor codd. G et H. Ridicule verba Ego sum pro nomine advenientis accipit Mercurius, tanquam si aliquis se Caium dixisset, et alter quaereret: Quis Caius? Similis verborum lusus est 176.

858. Quo modo? Vide de hac formula ad 200.

863. Es haud raro porrigi apud Plautum, monet Acidalius Divinatt. p. 385 et alibi, item Bentleius ad Terentii Eun. 5, 1, 56. Cf. Asin. 43 Capt. 105, 263 Trin. 24 sq.

864. M: sum. Vid. ad 851.

866. adulescentia. Ita h. l. Mss., etiam noster G, non, ut vulgo, invita priscorum consuetudine, adolescentia. V. C. vitiose: adulescentiam.

---

869. Quae post hunc versum usque ad illa Vos inter vos etc. pag. 88, compressioribus literis excusa, leguntur, ea dubium non est quin aliqua certe disiecti membra poëtae contineant sintque omnino, quod etiam Ios. Scaligero visum, aevi quidem sequioris, sed non recentioris tamen, sicut ista, quae Bacchidum et Pseudoli principiis mediaeque Mercatori adsuta sunt. Horum itaque maximam partem, quae inconcinna iacebat, in numeros redigere operae pretium duxi, cum versibus, non prosa oratione, usum scriptorem, quisquis ille fuit, satis apparere videretur. Absunt autem hi centones Plautini primariis Comici editionibus, velut Merulae, Mediolanensi anni 1490, Sarraceniana, quae prodiit Venetiis 1499; sed leguntur in Iuntina Aldina earumque sequacibus.

Scenae Tun' me, carnufex versu 1. v. legitur ex int.: Tun' me mactes, carn., quo versus evertitur.

2. V. minus eleganter: Faxo ut bubulis etc.

6. V. Increpuerint. Sequor Acidalium.

8. 9. Edd.: Tun', furcifer, meis me procul prohibessis aedibus? Tun' meas pulsare foreis? hasce illico toto demoliar cardine. Quae iam sic emendatius legi arbitror:

> Am. Tun', furcifer, meis me procul prohibessis aedibus? Me. Tun' meas i. t.
> Pulsare foris? Am. Hasce imo toto demolibor cardine.

Imo facile in illico transierit. Eleganter autem particulae aliud verbum praeponitur: vid. Gronov. ad Capt. 284. Demolibor habes etiam Bacch. 348.

10, 11.: Sceleste, in herum? s. t. h. apprehendero, etc. Te post id praebent Iunt. etc.

13 sq. Inepte v.: Am. quid? censeo? Me. Malum tibi: praeter Amph. etc. Nam quae causa est, cur malum hero apprecetur servus supposititius propterea quod, quomodo hic suum se neget, ille non statim intellexit? Malum Plauto et Terentio in conviciis, ut notum.

16. Pessime edd.: num satis Amph.? Num glossema est τȣ̃ Satin'. Vid. Gronov. ad Most. 73.

17 sq. V. ἀμέτρως: nonne — rogites?

23. V. itidem ἀμέτρως: ludifices.

24 sq. V.: Am. Dic quaeso, mi Sosia. Me. Blandius, cum Alcumena. Am. In e. c.? Me. Imo, ut arbitror, etc. Dictum iam est, cum Alcmena cubasse falsum istum Amphitruonem, et illa Quicum cubat? non tam quaerentis sunt, quam mirantis, novaque re quasi attoniti. Dubium igitur non est, quin verba cum Alcumena perperam repetita sint, quibus deletis, metrum facile restituebatur. Blandius dic nihil aliud esse quam εὐφήμει censebat Taubm.; sed plura eius significationis exempla desidero interimque dubito cum Grutero. Forte versa p litera, quod saepe factum, blanius, mox blandius, exaratum est, nisi multum fallor, pro planius, quo nihil convenientius fingi potest. Noster Cist. 151 sq.:

Quodsi tacuisset: tamen
Ego eram dicturus, deus, qui poteram p l a n i u s.

Et sic passim loquuntur. Similiter p in b mutatum videtur Asin. argum. 6.

27, 8. V. inconcinne: Perinde e. p. ac si ag. st. f. l. Am. Sosia. Me. Q., m., S.? Am. Non me n., v.?

30. Forte omissum est ego ante herus.

32. V.: Meus Amph. u. c. Alcmenam complexu t., quasi iam nunc de duplice Amphitruone cogitaretur.

34. V. turbatis numeris. C. accersi. utinam ne pro b. etc.

Scenae Di vostram fidem primo versu sic rectius scribi nunc existimo, elisa i litera in fidem, de quo loco egi supra ad prol. 74:

Am. Di, fidem vostram, quae intemperiae familiam
agunt nostram! quae mira etc.

Versus 4, 5, 6 satius est legi in hunc modum:

Et saevas beluas mansitasse, as. ex 2 i. h.
Neque unquam denuo parentibus cognitos? as. ex 2 an. c.
Bl. Quidq u i d illuc, Sosia, magna sunt quae mira praedicas. t. t. c.

V. 2. v. nam legitur pro eo, quod dedi, num, minus quidem commoda sententia.

De asynartetis, quos versibus 4, 5 posui, vide, quae statim pluribus monebuntur.

15 — 29. Haec ita potius nunc quidem disposuerim:

Indu nostro olim Thebano genere plus quam mira memorant. t. t.
Martigenam ille adgressus beluam Europae magnus quaestor as. ex t. d. et i. d. c.
Anguineo peperit repente hostis seminio, et pugnata
Illic pugna frater fratrem trudebat ha'ta et galea;
Et nostrae auctorem gentis cum Veneris filia anguis as. ex 2 an. 19

Repsisse tellus Epirotica vidit. De summo
Summus Iupiter sic statuit, sic habet fatum: optumi omnes t. t.
Nostrates pro claris factis diris agitantur malis. t. t. c.
Fata istaec premunt me. Pertolerarem vim tantam, cladisque t. t.
Exantlarem inpatibilis? t. d. c 23 sq.
So. Blepharo? Bl. Quid est? So. Nescio quid mali suspicor. Bl. Quid? So. Vide, sis, as. ex 3 i. h.
Herus salutator oppessulatas ante foris graditur.
Bl. Nihil est: famem exspectat obambulans. as. c. ex 2 i. h.
So. Curiose quidem: foris enim as. ex c. d. et t. c.
Clausit, ne praevortatur foras. 27
Bl. Oggannis! So. Nec gannio nec latro. as ex 2 i. h.
Si me audias: observes. Nescio quid secum solus. as. ex 2 anacr.
Puto, colligit rationes. an.
Quid memoret, hinc excipiam. Ne propera. as. ex 2 i. h.

Praestat haec versuum divisio alteri, quam olim tentavi, propterea quod sic ferme nihil in verbis mutatur: nam quod v. 1 Indu scripsi pro vulgato In, quod v. 2. adortus pro aggressus, ut pulcra verborum „magnus Europai quaestor" collocatio servaretur, quam si quis non tanti putat, is rescribat licet: M. ille aggr. b. E. m. q., quod v. 4 exarari iussi illic pro illac et v. 8. agitantur pro aguntur, quod denique v. 27 praevortatur pro eo, quod libri exhibent, praevorteretur, eae mutationes uti et quaedam verborum transpositiones tam sunt leves facilesque, ut propemodum dubitari non possit, quin veritati sint consentaneae. Superest, ut de metris, quae hic usurpata arbitror, inusitatioribus rationem reddam, eaque exemplis, si quae sunt, tum ex ipso Plauto, tum aliunde, petitis comprobem. Et asynartetum quidem illum, qui constat ex t. d. et i d. c., dudum est cum Reizius reperit in Milite, ut auctor est G. Hermannus De Metr. p. 390. Hos versus, tam catalecticos, quam plenos, item hypercatalecticos et brachycatalecticos, quales sunt Curc. 98 sq. Epid. 71 sq. Most. 319 Pers. 252 sq. Pseud. 211, 217, brevioresque etiam quam saepe Plautus adhibuerit, ex hac nostra editione primum intelligetur. Catalectici quidem exemplum profert Mar. Victorinus Putsch. p. 2551 hoc, nescio unde depromtum:

Caeruli monarcha ponti, ratisque rectitator.

Cuiusmodi sunt huius loci versus 2 — 4. Vsurpatur hoc versuum genus in rebus trepidis et quae ad catastrophen spectant, velut Bacchidibus extremis Pseud. 582 sqq., itaque pedibus trisyllabis syllabisque brevibus gaudent; id quod passim observare est, velut Ba. 1111 sq., 1132 Cas. 97; etsi non desunt quoque, qui meris longis decurrunt, velut Ba. 1044 sq. Solent iis inmisceri clausulae ex t. d.

constantes: vid. instar omnium locorum Bacch. 1130 sqq. Pro iis eiusmodi catalecticum habes Mil. 1331, et i. d. Ba. 1115, quod non absurdum, cum versus ex trochaeis iambisque conflatus sit; et convenientior vehementi senis affectui versus iambicus. Qui iam venit secundo loco asynartetus, constans ex 2 anacreonteis, apud Pindarum (vid. eius a me germanice versi vol. 2 in indice v. Metrik) passim legitur, puto etiam apud Aristophanem, sed non succurrit nunc quidem, quibus in locis; hic vero etiam infra 34, 57 et scenae Quis tam 30, item Capt. 148 sq. 766 sq. cum galliambo, pro clausula adhibito. Eiusmodi catalectici et brachycatalectici commemorantur Hotibii Lectt. Aristoph. pp. 66, 75. Catalecticos, h. e. galliambos, praebent ipse Plautus praeter quam Captivorum l. l. Men. 664 sq. et hic scriptor scenae Di fidem 55, 59, et scenae Quis tam 31; compositum ex 2 anacreonteis catal., quo versuum genere item frequenter utitur Lyricus Thebanus, scenae Di fidem v. 3. Anacreontèum catal. post asynartetum ex 2 anacr. usurpatum habes scenae Di fidem 57. Versus 23 et 30 clausulae sunt, de quibus adi, sis, Bentleii saepe laudatum Schediasma de Mettr. Terentt. Tertium genus asynartetorum, quos h. l. inveni, illud est, quod 3 penthemimeribus iambicis continetur, de quo, sicut et de simili, quo 2 coniunguntur eiusmodi penthemimeres, quod habes versibus 25, 28, 31, dixi supra ad fabulae genuinae 422. Denique quinta asynartetorum species se praebet vv. 26, 27, quae quidem constat cretico dim. et trochaeo catal. Huiusmodi versus acatalecticos Plautus usurpavit Most. 314, 317 sq., 322, Trin. 240 sqq. ubi et clausula est 243, ex cret. dim. composita. Item eiusmodi hypercatalectos habet Capt. 164 sqq., ubi vide, quae annotamus, Cas 517, Epid. 159 sqq., ubi et 2 clausulae, ex cret. dim. catal. constantes, Most. 104 sqq. 129 sqq. 137, 326 sqq. 669 sqq. Pseud. 1268 sqq. Rud. 187, 8, 580, Truc. 550. Nec non inveniuntur etiam versus conflati ex cret. dim. et t. d. br. sive ithyphallico Pseud. 1232 sq. Ceterum versu 26 τὸ foris in unam syllabam est contrahendum, de quo loco egi ad prol. 74. Apta autem talis metrorum varietas exprimendis affectibus, qui hic moventur, diversis concitatisque et mirum in modum mutabilibus, quam quicunque mirabitur negabitque ferendam esse, nae is ingenue prodiderit, cantica melicaque Tragicorum atque Comicorum utriusque linguae, inprimis Graecorum, ne primis quidem labris sibi fuisse unquam degustata.

30 sqq. Lege potius:

Vt metuo, ne hostibus di victis partam expungant gloriam! i. t.
Totam miris modis turbatam nostram video familiam;
Tum vero uxor vitio, stupro, dedecore me plena enicat.

Reposuissem mirimodis, sicut Trin. 890, nisi verisimilius esset, versum hunc esse iambicum, qualis est praecedens, ad quem pertinet. Vid. ad Ba. 350. Ceterum non erat, quod lacunam statuerem h. l.

33. V.: S. d. p m. e.: erat tamen s. o. p.

34 sqq. Satius fuerit haec ita scribi:

Quin etiam pugnas pugnatas prolocuta et Pterelam op- as. ex 2 an.
pugnatum, nostris occisum manibus fortiter. gall.
Attate ——
Qui hodie quoque praesentem indigne ausit me praevortier. t. t. c.

De asynartetis anacreonteïs supra monitum ad huius scenae 15—29. Vulgatum Quid enim? non est huius loci. Versu 35. praepositione ob a verbo suo seorsim posita metri causa non est quod quisquam offendatur, cum tales divisiones in iis tantummodo verborum syllabis aegre ferantur, quae per se nihil significant. Versu 37 Qui, ictum experiens, non eliditur: vid. ad Amph. 149. Priscum illud ausit non erat sollicitandum.

38 sqq. Lege:

So. De me locutus, et quae velim minus. Ne congrediamur as. ex 2 an.
Hominem, quaeso, priusquam stomachum decoxerit. gall.
Bl. Vt lubet. Am. Si adprendere illum hodie datur mastigiam, t. t. c.
Ostendam, quid herum fallere sit dolis, minis incessere. i. t.
So. Audin' tu illunc? Bl. Audio. So. Illaec machina meas onerat scapulas. t. t.

De asynartetis illis vide ad huius scenae 15 sqq. V. autem corrupte: detexerit pro decoxerit, perverse: herum fallere minis et dolis incessere, utrumque vitium animadvertente Douza filio.

44. V. dicturus sis, quod ferri potest, ut versus hic habeatur pro iambo t.

45. Restitue veterem lectionem, nisi quod antiqua forma famis arcessenda est, metri causa, pro vulgato fames, quod posteriorem syllabam porrectam habet:

Vetus est adagium: Famis et mora bilem in nasum conciunt. t. t. c.

Vide Erasmi adagg.

46 sqq. Reponas velim leviore mutatione:

Bl. Verum. Nunc quidem eloco compellemus alacre. Amphitruo! t. t. c.
Am. Blepharonem audio. Mirum, quid ad me veniat. Opportune t. t.
Tamen offert se, uti convincam facta uxoris turpia. t. t. c.

Primo horum versuum eloco δισυλλάβως legendum: vid. ad prol. 74. Sequente Optume rescribendo pro Opportune tro-

chaïcum t. c. habueris, quales sunt fere ceteri huius loci versus: vid. ad 792. Sed nihil opus: vid. ad 596. Mox vulgatae inconcinne atque haud dubie ex interpretatione: Sed ubi illic scelestus?

47 sqq. Vt dies diem docet, haec ita potius nunc digesserim:

Bl. Eccum illum! Am. Vbi? Bl. Ante oculos. Non vides? Am. Vix video prae ira: adeo as. ex 3 i. h.
Med istic hodie delirum fecit. as. ex 2 i. h.
(vid. ad huius scenae 15 sqq.)
Ne te sacruficem, nunquam evades! — Sine, Blepharo. Bl. Ausculta, precor. i. t.
(v. inconcinne: Sine me, Blepharo.)
Am. Dic: ausculto. — Tu vapula! as. ex t. et i.
So. Qua de re? num satis tempori?
(Metrum hoc recurrit scenae Quis tam 16, ubi vide nos.)
Non ocius quivi, si me Daedaleis tulissem as. ex 2 anacr.
Remigiis. Bl. Abstine, quaeso! Non potuimus nostros
(vid. supra ad 15 sqq.)
Grandius gradus grandire Am. Sive grallatorius, sive t. t.
Testudineus fuerit: certum est mi hunc scelestum perdere! t. t. c.
En tectum! en tegulas! en obductas foris! c. t.
En ludificatum herum! en verbereum scelus!
(v. inepte: en verborum scelus. Cf. Capt. 885, Pseud. 903, nos ad 140. De licentia, quae in hoc versiculo observatur, metrica vid. supra ad 85.)
Bl. Quid mali fecit tibi? Am. Rogas? as. ex t. et i.
(vide paulo supra.)
Ex illo tecto exclusum foribus me deturbavit as. ex 2. an.
Aedibus. So. Egone? So. Tu. an. c.
(vid. supra ad 15 sqq.)
Quid ——
(Versus Nonio laudatus v. Minitas.)
Negas, sceleste? So. Quin negem? En testis ampliter, gall.
(De metro vid. ad huius scenae 15—29.
Quicum venio, missus sedulo, ut ad te ducerem vocatum. as. ex t. d. et i. d. h.
(vid. ad Ba. 1160.)
Am. Quis te misit, furcifer? t. d. c. claus.
So. Qui me rogat. Quando gentium? So. Dudum, as. ex 2 i. h.
(Genus versuum, de quo monui ad 422.)
Iampridem ——
(v. Dudum, iampridem modo. Sublecta haec Amph. 527 sq., ubi vide quae annotamus.)

67. Dele τὸ te. Cum non liquescit: vid. ad 341.

68 V. ἀλιτρῷ et insolite: scelestum caput. Vulgatum postea retineri poterat.

72. Non deterius est vulgatum mihi; sed vide ad 356.

73. Prius Aut vulgo abest, quod et sententiam decet et numeros integrat. Vulgatum forte nunc retentum velim, etsi latinius est Fortasse. Hoc si quis est qui tueatur, is τὸ praestigiator ἐρασυλλάβω, leget, sicut vindemiator apud Horatium Serm. 1, 7, 30.

74. et v. abest, a praecedente syllaba absorptum.

Scenae Quis tam versum 2 tanquam glossema primi delendum censeo.

4—6. Lege potius;

Nihil est, ut dici solet, quod hodie succedat bene t. t. c.
Mihi. Deserueram Blepharonem et Sosian, ut Naucraten
(v. Deserui: vid. ad prol. 81.)
Convenirem cognatum: hunc non reperi et illos perdidi.

10 sq. sic potius redigendi sunt in numeros:

Istic si fuat, illum sane non eum esse oportuit, t. t. c.
Nisi quidem sit geminus. Am. Eccum cum Blepharone Sosiam.
Compellabo hos prius. i. d. br. claus.

12. Vulgatum tibi post Dixin' versui non officit, modo in unam syllabam contrahatur: vid. ad prol. 74.

13 sq. Laudat haec, tanquam genuina, Nonius v. Impedivit, quem audire debebam nec mutare vulgatum impedivit, etsi rarius ita loquuntur scriptores, Nosterque supra 851 dixit similiter: corpus stupri complere, quomodo plura tum ipse, tum alii. Causa mutandi fuit metrum, quod non alia ratione expediri posse videbatur, cuiusque gratia verba per quem deletum ibat Douza. Sero intelligo, rescribi posse:

—— uxorem impedivit t. t.
Meam inpudicitiai, p. q. t. t. s.

Quod singulum trochaicum acatal. usurpavit scriptor rei metricae peritissimus, nec sine exemplo neque inepte id fecit: vide nos supra ad 596.

16. Haec ita ordinabis, si me audias:

Am. Pergin', mastigia? So. Abi ad Acheruntem, venefice! as. c. ex 3 i. h.
(vid. ad scen. Di vostram 15 sqq.)
Am. Men' veneficum? Vapula! as. ex t. et i.
(Vsitatum hoc metri genus Graecorum Tragicis et Lyricis: vid. scenae Di fidem 50 sq. et 56, Aechyl. Sept. 259, Agam. 346, 391, Soph. Oed. R. 849, Oed. Col. 1444, Phil. 1169, Pindari a me conversi et explicati vol. 2 pp. 18, 58, 70 sq., 87.)

19. Dele τὸ ego: Amph. non eliditur: vid. ad 341.

20. V. prorsus inconcinne: — ut dudum memet ego ille alter S. S.

21. Lege, τῷ popinam non eliso:
Dum isti certant, in popinam est devortundum mihi:
nam vocula iam abest libris.

22. V.: omneisque trullas, corruptis numeris minusque eleganter. Extremo versui adde:
Ivp. Tun' t. t.

24 sqq. Lege:
Mentiri — — Ob istuc t. t.
Dictum indignum te hinc obstricto collo abripiam! Am. Vae mihi misero!
Iv. Ante praecavisse oportet. Am: Blepharo, suppetias mihi!
(V.: At id pr. oportuit, nullis numeris. Ante pro At Iunt.)

30 sq. Praestat sic legi sine ulla verborum mutatione:
Bl. Quidni? Vnus olim; nunc vero partust geminus. Dum tu as. ex 2 anacr.
Vis esse, alter quoque esse forma non desinit. galliamb.
(Vide de hisce metris ad scenae praegressae 15 — 29.)

32. V. videturne tibi Istic etc.

32. Haud concoquo istud ubi. Lege:
—— Pro summe Iupiter, ut mihi hodie
Formam adimas? etc.
(Form. non liquescit: vid. ad 341.)

36. Putide vulgatae atque inconcinne: I. p. me nemo; atque etc.

37. Τῷ Palam non eliso abesse potest pronomen a me additum: vid. ad 341.

42. Fortasse, itidem τῷ meum non liquescente:
Q. p.? Tace, sis, tute: meum est q.

43. V. abest tu, non sine detrimento versus.

47. Restitue versum:
Sis, attende. Hac dextera mactavi, ut nosti, regem Pterelam. t. t.

48. Malim nunc, servatis verbis in cistella:
Spolia ad., et pat., qua is potare solitust, in cistella t. t.
Pertuli etc.

52 sqq. V. ex interp.: Ego idem ille sum Amphitruo, Gorg. nepos, imper. Theb., Et Creontis unicus, Tel. perd.

55. V. Illisce.

58 sqq. Reponere licet:
Aetoliam, Achaïam, Phocidem, per Ionium et Aegeum i. t. c.
(v. ex interp.: per freta Ion. etc.)

Et Creticum vagati, vi piratica vortebant.
Am. Divi immortales, mihimet non credo: ita omnia, quae facta as. ex 5 i. h.
Illi, examussim loquitur. Vide, Blepharo! as. ex 2 i. h. d.

62—65. Lege potius, fere nulla facta mutatione:
Novi, quid dices: cicatricem in dextro musclo ex illoc as. ex t. d. et i. d. c.
Volnere, quod mi impegit Pterela. Bl. Eam quidem. Am. Apposite. Iv. Viden? En,
Adspice! Bl. Adspiciam: detegite. t. d.
Iv. Vide: deteximus. Bl. Supreme Iupiter, quid intuor? t. t. c.

V. inconcinne: intueor.

66. V. eodem in loco, itidem ἀμέτρως.

67. V. ex interp.: cicatrix ruf. et subl.

---

870. Τὸ istaec, quod v. desideratur, praebent codex G et edd. aliquot mediae, in his Iunt. Ald. V: ego abeo, quod servari potest, ut versus sit iamb. t. Sequuntur trochaïci t. c.

874. V. abest ego, quod habetur in G H Iunt. Ald. aliis, versuique est necessarium.

875. V. Quid ego, V. C. Pall. 1—4, item edd. 2 primae Venetae, Mediol. anni 1500, aliae: Quid ago. Vtrumque verum est, τῷ quid affectus causa repetito. Sic Thais apud Afrum Eun. 455: Quid, quid aliud volui dicere? pluraque eiusmodi exempla protulimus ad Eunuch. 258. Iam versus suos numeros habet.

877. V.: ut facta est, el., inconcinne quidem. G: loquar.

883. V.: in aedibus, uti et 887. Vide nos ad prol. 87.

884 sq. Vulgatae inconcinne: sive uxorem, sive ad., Seu (H et edd. quaedam mediae rursus: Sive) p. sive avom.

888. Spes atque opes. Cf. Capt. 440, Pers. 250, Rud. 1045.

889. V. iam meo in corde. Abest meo codd. Langg. et G, item plerisque edd., bene: nam devenustat huiusmodi iambos incisionem praecedens anapaestus, decet pyrrhichius: vid. ad 1, Asin. 416.

891. Extrema syllaba τȣ opprimar licet vocali sequente longa est h. l.: vid. ad prol. 58. Nescientes hoc correctores nunc iam inculcavere ante verba ut enicer, velut factum in G, nunc eodem loco posuerunt et, quod conspicitur in H Iunt. Ald. etc. Ceterum Pall. H M et vv. quaedam edd. enecer, non male: vid. ad 64.

893. Abest atque codd. Langg. G.

894. G: doleo.

895. Bene Langg.: Nec miserior me; nam vulgo libri: N. me mis.: vid. ad 203.

896. V.: deos sibi invocat, impingente versu. Abest sibi edd. Argent. Iunt. Ald.

897. Nihil mutandum, sed versus in duos dividendus erat hoc modo:

Strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus! t. d.
Vt subito, ut propered, ut valide tonuit! as. ex 2 i. h.

De posteriore versuum genere vide supra ad 422.

898. V. satis inepte: concidit crepitu. Hoc in praecedentibus arbitror sublectum.

901. Langg.: meo corruistis, G: me cecidisti, H: m. concidistis, M: cecidisti absque meo. Omnia haec interpretamenta τȣ̃ occidistis sensu rariore usurpati.

904. V.: ocius accurro, ut sciscam, quid velit, versu quidem hypermetro. In Langg. item edd. 2 primis Ven. et Mediol. 1500 omissum ocius.

907. Bentleii abreptus auctoritate, hunc versum habui pro iambo, cum haud dubie sit t. d. c. Non adstringendus Plautus istis clausularum regulis, quas tradit Vir eximius Schediasmatis de Mettr. Terentt. cap. 5.

912. T. B. a. Synchysis, de qua monui ad 373. De porrecta τȣ̃ ita posteriore syllaba vide ad 475.

918 sartam. Ita Langg., ut legi posse monuit Camerarius, edidit Lambinus. Libri vel saream, ut nostri Mss. et 2 Pall., vel saccam, ut V. C. et Palatinorum reliqui.

927. V. Ibi utero etc. minus bene et invitis Pall. praeter V. C. omnibus, item G et vv. edd.

936. V. inconcinne: — istaec; atque haec etc. Langg.: m. i. atque quae. Sed ac ex - aec praegresso ortum puto.

938. Sed coniungens particula h. l. est, non adversativa. Cf 945, Asin. 41, Aul. prol. 6, Aul. 241, Capt. prol. 46, Men. 85, Mil. 1266, Poen. 829, Trin. 546. Ita et At passim usurpatur, velut Aul. 13. Item Atque et Autem. Animadvertit hoc Heusinger. ad Cic. De Off. 2, 24, 9, non animadvertit ibid. ad 3, 15, 13. Vid. etiam ad Terent. Heaut. 374.

946. citi. G: erecti.

947. prorsum. Ita Argent. anni 1514 Iunt. Ald. Paris. 1530 Basil. 1563, ut Meursius quoque legendum esse vidit: nam vorsum, ut in vulgatis legitur, non est huius loci.

950. G: rectum. Facit μονοσυλλάβως pronuntiandum est, qua de re vide quae monemus ad prol. 74.

954. enecat H et edd. aliquot primariae. Vid. ad 64.

955 Male H: — aguntur, unus voce etc. V. autem exclamat, quod, Douzae obsecutus, perperam mutavi.

957. V. ἀμέτρως: cubilibus. Correxit Ios. Scaliger.

963. Dele τὸ mi, quod libris abest. Vox coni. non liquescit: vid. ad 341.

964. G: censet, non male: vid. ad 851.

966. Aspera est vulgatorum lectio librorum haec:

Bono animo es: adsum auxilio, Amphitruo, tibi et tuis;

sed servari utcunque potest: nam sic passim loquuntur: cf. supra 900, Aul. 175, 179, 690, Epid. 532. Τὸ tibi μονοσυλλαβως efferas licet, ut aliquanto suaviores numeri reddantur: vid. ad prol. 74.

ANNOTATIONES IN ASINARIAM.

ARGVMENTVM.

V. 4. V.: Numerarier, inconcinne quidem atque invitis propemodum omnibus libris tam scriptis quam pridem excusis.

6. Libri fere: ob raptam; sed V. C. ob re reptam, quod, p litera forte versa, conflatum arbitror ex obbrereptam, cum bis positum initio b semel scriberetur, more librariorum. Vide nos ad Amph. Scen. Tun' me 24 sq. Illud ob raptam versui non sufficit, neque audiendus Casp. Barthius Advers. 5, 8 reponens: R. a. est ob raptam m. Tò Est intelligendum: vid. ad 8, item Amph. 168.

8. Codd. et vv. edd. fere: ac v. eius triste agit, quomodo et nostri libri 3; V. C.: ac v. eius trisrae. Scilicet ex quo scriptura continua in usu esse desiit, τὸ e sequenti voci male additum, et haec ipsa perperam divulsa atque cum literis non suis conglutinata, maxime vero conversione p literae pro apit exaratum agit, ansam corruptionis praebuerunt.

PROLOGVS.

V. 3. V.: Gregique huic et dominis a. c., baccheo invecto loco iambi, quod fieri non potest. Aliqui Langg., item Ms. Barth. (Adverss. 5, 8) et a nobis collatus H: et conduct., quod curationem loci promittit, non praestat, nisi quis tales numeros ferendos putet:

Gregique huic ét dominís et conductoribus.

Iis quidem prospiciens Camer. pro arbitrio reponebat: domino. Vidi quoque, qui scriberet, deleta coniunctione: Gregique huic dominis, h. e. Gregisque huius dominis, per figuram Colophoniam; sed praeterquam quod ista figura rarius utuntur Plautus et Latini, duriusculum est, prologum bene ominari sibi et spectatoribus, item gregis dominis conductoribusque, silentio autem praeterire gregem actorum, ad quem ipse pertinet. Dedi igitur: Gregique et dominis etc., τὸ huic a nescio quo additum interpretationis causa arbitratus.

4. Restitue veterem ordinem verborum hunc:

Face iam nunc tu, praeco, omnem auritum poplum.

Omnem, vox gravissima, non liquescit: vid. ad Amph. 341.

10. G: Onogo; H: Onago, sicut Pall. 1, 3, 4, recte quidem: onagro nihil hic negotii.

15. Vulgo inepte: Vt vos item alias, p. n., M. a. Malim autem nunc:

Vt vos, item ut alias, pariter nunc Mars adiuvet.

Tò ut raptum fuerit a litera simili, quae antecedit.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 3. Nescio qua forte hic versus excidit in Pall. 1—5 et nostro G. Producitur autem τȣ̃ ita syllaba posterior: vid. ad Amph. 475. Hoc nesciens Pareus invexit tum post obtestor, quod ne latinum quidem est.

8. V. inepte et nullis numeris: Per deum Fidium quaeris: iurato mihi etc.: nam (de metro ut taceam) quid, quaeso, hic debetur deo Fidio? Accedit codicis G auctoritas, qui dilucide: fidem. Hoc igitur recepto cum sententiae et versui deesse aliquid intelligerem, non: quae quaeris, ut idem sentiens Camerarius, sed qua quaeris reposui, h. e. ea ratione, qua quaeris, quod quidem non numeris tantummodo convenit, verum etiam sententiae lucem affert. Sed nunc video me errasse, neque de nihilo esse istud fidium, sed conflatum ex fidētu, h. e. fidem ut tu, cum fidem per compendium scriptum esset, t vero vitiosa librariorum consuetudine semel positum. Reponendum igitur:

Per (vel: Proh) deum fidem, ut tu quaeris, iurato mihi etc.

Cave autem verba Per deum fidem coniungas cum iurato, sed in hoc intelligendum est tanquam, ellipsi Graecis usitatiore quam Latinis: vid. S. Bos. de Ellipss. v. ὡς.

9. H: rogas.

17. aut ubi istuc est. Ita Mss. praeter M et vv. edd. V.: a. u. est istuc.

18—24. Horum versuum ordo in vulgatis talis est:

Vbi flent nequam homines, qui polentam pransitant.
De. Quid istuc sit aut ubi istuc sit, nequeo noscere,
Vbi flent nequam homines, qui polentam pransitant.
Li. Apud fustitudinas ferricrepinas insulas,
Vbi vivos homines mortui incursant boves.
De. Modo pol etc.

Hanc horum dispositionem primus editorum, quod sciam, Sarracenus, non libris admonitus, sed proprio iudicio ductus, mutavit, et versum quidem primum reliquit, sed ceteros ita ordinavit, ut in hac editione factum est. Cuius rei causam aperiens vir ille ingeniosus, quem hac ex parte

sequimur, Valens Acidalius In Comoedias Plauti, quae extant, Divinationum et Interpretationum pag. 59, ubi versus hos vulgato ordine perscripsit: „Sentio," inquit, „et scio, non incommode prorsus ita legi: sed commodius multo legi posse, vix equidem ausim dicere, scio; certe quidem sentio, nec aliorum iudiciis sic diffido, quin huius sententiae meae aliquos mihi sperem suffragatores. Nam ut de repetito versu nihil dicam, qui non sine gratia sane omni, ut nunc est, iteratur: illud urgeo praecipue, quod et unum me movet et in quo ratio maxima est, continenter insequi iungique oportere eum Libani versum,

Vbi flent nequam homines, qui polentam pinsitant,

et istos Demaeneti,

Modo pol percepi, Libane, quid istuc sit loci.
Vbi fit polenta, te fortasse dicere.

De illis enim Libani solis verbis, in quibus polentae mentio, coniicit tandem senex, de pistrino eum loqui, ubi polenta fiat. Qui nisi coniungantur, omnis argumentorum ratio iacet et venustas sensuum perit. Nec vero tam Oedipus hic senex, ut aenigma servi de vivis hominibus et bobus mortuis interpretatione tam liquida trahere possit ad pistrinum: non hercle magis, quam idem Davus coecutivit ad argutias priores." Sic ille. Superest, ut potiores lectionum varietates, quibus in diversum a vulgatis abeunt libri veteres, commemoremus. 19 igitur et 20 G H, sicut pridem Pall. et pleraeque vv. edd., nescio quo errore (nam error est) post 33 inserunt. Pro pransitant posteriore loco V. C.: pinsitant, quomodo et priore Mediol. anni 1500, exstincto quidem ioco et procul dubio ex cuiusvis interpretatione, illud Fortasse in sequente senis oratione non attendentis, cui verbo locus non erat amplius, ubi iam servorum in pistrina opus proprio vocabulo, τῷ pinsitare, fuerat indicatum. Imo subobscure polentam eos pransitare dicit Libanus, h. e. prandere cupere, quod et in alios cadebat, quomodo usurpantur dormitare Amph. 642, noscitare Trin. 827, vendito et inprimis capto passim. Versu 18 turbant libri adhuc collati, neque nostri iuvant, e quibus G: A. fustidineas ferricrepidenas i., H et M.: A. fustidinias ferricrepidinas i. Sequor cum aliis V. C., assentiorque Acidalio, ita scribenti loco supra laudato: „Hic uno eodemque flexu procudisse videtur Plautus ut a t u d o t u d i n a s, sic a c r e p o c r e p i n a s."

Saepius autem factas in Plauto versuum traiectiones, fatentur I. Gulielmius Quaestt. in Mil. c. 3, Acidalius Divv. in Capt. c. 1, alii, neque id addubitare sinunt loci, qualis et hic est et Capt. 33 sqq. 110 sqq. 129 etc.

24. At. Obtemperavi Langianis, qui: hat, quomodo infra 65 hego pro ego legebatur in Ms. Barth. (vid. Barthii Adverss. 5, 9), et 358 habeo pro abeo, et ubique Heuclio pro Euclio in Aulularia, et hecferet pro ecferet ibid. 615 in V. C. Camer., item hec pro ac et haec (vel hec) feceris pro ecfeceris Capt. 900 et Ba. 653 in Pall., hodio Epid. 2

in 3 Pal., ohe odiose pro odiose Ba. 1022, heheu et holus Pseud. 251, 815, in omnibus propemodum Mss., haram Rud. 1232 in V. C., Afranius Homine, quod fabulae nomen inauditum, pro Afranius Omine Non. v. Baccillum p. 78 Merc., hostium et horcus pro hostium et orcus passim. Codd. h. l. varie: ahe V. C. et H, at at Ms. Barth. et 2 Pal., ah 1, ha 3, 5, Palatinorum, etc.

25. neque d. v. Sic fere Mss., in his M, quod opus non erat mutari.

26. locutus. Vid. ad Amph. 168.

28 sq. V.:

De. Etiamne? Li. Quaeso hercle usque ex penitis faucibus.

(Mss., etiam nostri praeter M, item vv. edd.: Age, quaeso hercle etc., et ponunt fere versum post 41.)

De. Etiam? Li. Amplius. De. Nam etc.

sine omni gratia. Atqui notam personae ante Etiam? posteriore versu omittunt Mss., in his H, quibuscum facit Sarracen., et continue Pall. Langg. H M Sarracen. posterior Mediol.: Etiam amplius. Primus, ut opinor, Nicolaus Angelius, Iuntinae curator editionis: De. Etiam? Li. Amplius. Quem non audire debebant VV. DD.

32. G.: quodcunque optas.

34. Ms. Barth., item noster G et edd. Mediol. Argent.: nescientem, ex int.

37. Hic versus una cum sequente, male ibi repetito, v. post 69 inseruntur, merito improbante Acidalio, qui posteriorem quidem hoc tantum loco reliquit, priorem vero emigrare iussit et post 58 collocavit. Quorum illud quidem optime ab eo factum est; hoc autem nemini, puto, probari poterit, qui considerarit, versu 58 iam eo deductam esse rem, ut servo de patris erga filium animo satis constare possit, neque locus sit amplius dubitationi, nedum metui. Vide, an melius, quem sequor, I. F. Gronovius.

38. V.: Equidem scio iam, filius quod amet meus, oratione semibarbara. Pal. 4: E. s. i. f. quidem a. m., frustra. Lambinus nimio conatu, quamvis ad exemplum istarum loquendi formularum, de quibus nos in Amph. 352: E. s. i. filium, quod amet, meum; quae coniectura tacitum suffragatorem invenit Acidalium. Equidem dedi, quod Latinae aures ferrent: E. s. i., filius quoad amet meus Istanc meretricem, h. e. in quantum vel quantopere istam amet, de quo usu τοῦ Quoad vid lexica, inprimis Parei Plautinum. Quod pergit quaerere Demaenetus: Estne hoc, ut dico? eo tantum pertinet, quod amare dixit filium. Vidd de hoc loco intpp., inprimis Gronovius, item Sciopp. Suspp. Lectt. 4, 9, G. I. Vofs Syntax. lat. p. 62, Vechneri Hellenolex. 1, 2, 37 ibique Heusinger.

41. Sed. Vid. ad Amph. 938.

43. ēs adi. Vid. ad Amph. 863.

46. V.: V. m. u., Libane, nescis, qualis siet, versu hypermetro, neque satis verisimile videtur, id quod cuivis in mentem

mentem veniat venitque revera Camerario, sit pro siet esse reponendum, cum verba qualis siet tam apte claudant iambum senarium, ut nihil supra. Rescripsi igitur potius: V. m. u., Libane, scis, q. s.? syllabam ne in Libane temere repetitam verbo sequenti adhaesisse ratus. Sic infra 187: scis, quoius? et 679: Scin', ut dicam? et Aul. 168: Scis meam aetatem? et Trin. 317: sed civi inmuni scis quid cantari solet? et Truc. 578: tonstricem Suram Novisti, nostras quae nunc erga aedis habet? in quibus omnibus intelligendae an vel ne particulae, quibus interrogamus.

47. nos tamen in pretio sumus. Ita V. C. et Langg., sententia quidem clara et faceta. Ceteri libri: nos tamen praenoscimus (Pal. 6: pronoscimus), quod frigide defendunt VV. DD.

51. obsequentiam. Ita Ios. Scaliger et Gruterus. V. C. et Pal. 2: obsequellam, ceteri libri fere: obsequelam, utrumque inconcinne.

52. Quippe qui. Cave creticum hunc putes: vid. infra ad 770.

54. V: V. me patris mei similem. Abest mei Langianis, et elegantius quidem abest, quam adest. De finali o litera verbi Volo porrecta vid. ad Amph. 136.

58. V.: beneficiis, sed H: benefactis. Bonae notae haec vox et quam verisimile sit verbo sequioribus usitatiori concessisse.

63. V. pravis numeris: V. a. obs. illius. Eius monosyllabum est, sicut passim.

64. V. C. Langg. G H: arte, quod eodem redit.

71. Saurean. Bene sic Douza Centur. I, 5, ut versus rescribi flagitat. V: Sauream. Vid. ad Amph. 684. Dotalis servus Chalinus quoque iste in Casina.

77. defrudato. Ita H et Pall. 1, 4, quomodo statim servus: Tene ego defrudem? V.: defraudato, et similiter in sequentibus.

79. Langg. Defrudem ego te, quam correctionem alicuius censeo τὸ te ante vocalem liquescere arbitrati. Vid. ad Amph. 149.

84. V.: Non offuturum, versu imperfecto. Quod sentientes quidam, invitis omnibus scriptis et olim excusis vel me inculcaverunt post offut., vel ediderunt:

Tibi non offuturum, si id (saltem scripsissent: id si) hodie effeceris.

Senex commodus et liberalis ut non offuturum tantummodo se promittat servo, cui ipse auctor est argentum undecunque filio comparandi? Nugae. Codex G: obfirmaturum, quod et versum complet et personae loquenti longe melius convenit quam offuturum: cf. infra vv. 90—92, 547. Similiter Terentius Eun. 2, 1, 11: Censen', posse me obfirmare —? et Heaut. 5, 5, 8: Ne tam offirma te, Chreme; ad quem locum Calpurnius: „I. e. Noli te tam obstinatum

ostendere. Ille enim dicitur se obfirmare in aliquo proposito, qui obstinate ac pertinaciter in illo perseverat, tanquam immobilis truncus. Et est translatio sumta a repagulo obfirmando." Quidquid igitur fecerit Libanus, ut argentum Argyrippo inveniat, quantasque propterea turbas turbaverit vel uxor senis, vel atriensis Saurea: obdurabit senex, amissumque imperium certe in hunc diem vindicabit.

Verba Nunc et Non inter se permutari, tralatitium est. Si quis tamen est, cui potior videatur vetus lectio, is, non elisis vocibus offut. et si reponet:

Non obfuturum hodie, si id ecfeceris.

85 G: aërem Vid ad Amph. 545.

86. V.: Venari autem rete iaculo in m. m., inepte quidem: nam rete iaculo venari in mari, h. e. piscari, aliquem, mirum non erat neque id, quod fieri non posset; quin quotidie factum esse in Italia consentaneum est: vide Serv. ad Virgilii Georg 1, 141, ipsumque Nostrum Truc. 14. Piscatorum instrumentum rete iaculum, non venatorum, neque igitur est huius loci, ubi de venatione agitur. Iam omnibus Palatinis, ubi a sexto, recentissimo illo quidem, discesseris, aberat τὸ rete, sicut etiam abest a G H M, quos libros i, . contulimus, itemque editionibus aliquot non contemnendis, velut Iunt. et Argent. anni 1514. Quid verisimilius, quam istud verbi adscriptum esse τῷ iaculo, ut intelligeremus, quod non intelligendum esset, instrumentum piscatorium, quoniam scilicet res agenda esset in medio mari? nam iaculum etiam per se dici rete iaculum, nescierit iste interpolator, quisquis fuit. Hoc profecto verum, eoque posito ne vestigium quidem interpretamenti servandum est, quod feci, cum, lectionem urgens editionis Mediol. 1500, in qua excusum retiaculo, darem reticulo, quod an rete venatorium significare possit, necne, incertum est, sed absque ulla dubitatione rescribamus:

Venarier autem iaculod in medio mari.

89. V.: Perficito, laborante versu, nisi quis τὸ argentum non elidendum putet: vid. ad Amph. 341. Legi posse Perficitote, iam olim intellexerat Camerarius.

90 Quae post hunc versum uncinis inclusa legis, ἄμετρα illa quidem et putidae plena ταυτολεξίας, ea non conspiciebantur olim in 5 Palatinis, nec nisi recentiore manu adscripta erant in Pal. 3, absunt item G M, et in H praecedentis versus fini addita sunt, ut appingi solent genuinis glossemata, verbis forte in omissis.

92. aliquid. Ita G, quod elegantius vulgato aliud. Idem liber, sicut et M editionesque Iunt. Argent.: quod lubet, cum in reliquis legatur: quid l. Nihil etiam rescribi vetat: T. t. i. aliquid cura quidlubet vel quodlubet.

93. Libri fere: —— nisi quid vis. Li. Fiet, ne ambula, quo non immerito offensus Camerarius correxit: I; etiamne ambulas? quomodo Noster Poen. 299: etiamne abis? Amph. 220: Etiam clamas? ibid. 225: Etiam muttis?

Curc. 41: Etiam taces? Most. 906: Etiam aperis? etc. Nec tamen spreverim lectionem editionum quarundam mediarum, in his Argent. 1514, hanc: Fietne? ambula. Vel legendum: Fiet. Ne ambulas? h. e. Ambulasne? per anastrophen: vid. ad Aul. prol. 39.

94. V. inconcinne: A. audin' e.? L. E. D. S. q. te v., u. e : G: audi.

101. V.: A. A. ego ero a. G: A. A. hic ero a. Scires et ego et hic esse addititium.

102. Nempe in forum. Ita G, eleganter: vid. ad Amph. 545. V. in foro. Guelferbytano abest Ibi.

105 sq. Expressit haec Terentius Ad. 346.

110. V. horridiore numero: quod inc. G: quo i., Cf. 100.

Quae sequente versu leguntur, non melioris notae sunt, quam ista supra post 90: Quid, si etc. Ibo libris vetustis abest, additumque haud dubie fuit a Camerario ad versum sarciendum.

117. V.:

Perlecebrae, pernicies, adolescentum exitium.

Qui versus foret b. t, parum venustus is quidem, sed ferendus tamen, nisi *ταυτολόγον* et male iunctum praegressis verbis istud exitium fraudis suspicionem commoveret. Nam coniungenda pernicies et adolescentum, siquidem vulgari convicio lenones ac lenae audiebant pernicies adolescentum, quod intelligere licet ex Pseud. 354, Terent. Ad. 162. Huc accedunt codd. mei Mss., in quibus omnibus perscriptum legitur: adolescentium, quo recepto in ordinem deletoque verbo exitium habemus creticum versum, quales sunt vicini, quod metrum simili affectu per omnia pertinente, praesertim in eadem sententia, uno versu mutari, deinde statim ad pristinam suam formam redire, minime erat necessarium.

11. Dactylus (est mare) in medio cretico neminem offenderit: vid. 121, nos ad Amph. 85.

120. V: irrita. Vid. ad Amph. 28.

124. Vid. ad Amph. 352.

125. amens. Ita Ms. Barth. (Barthii Adverss. 5, 9) et G. V.: amans, versu titubante. Frequens haec permutatio. V. quoque ego ante animum legitur, additum id quidem, ut opinor, ad integrandos numeros, postquam exarari coepisset amans. Abest vocula M.

126 Operarum vitio editum Sordide pro vulgato Sordido, quanquam illud exhibet G. Cf. Terent. Eun. 5, 4, 17, ibique Donatus, item Iuvenal. sat. 5, 11 cum scholiis, Senec ep. 18. Sed pro in pannis, quae fere librorum lectio, non dubitavi reponere, quod in M habetur, inpanis, h. e. inpannis, ut legere suasit I. Lipsius Antiqq. Lectt. 5, 13. Neque distinguendum est, ut vulgo fit, ante inopia.

127. V.:

Atque ea si erant, magnas habebas omnibus dis gratias,

versu quidem nihili, oratione vero inflata, quicquid dicat Gronovius: nam quis, quaeso, est, qui pro sordido pane et pannis magnas omnibus diis gratias habeat? Corruptum est verbum ea et aliquid pro eo sufficiendum aptius. Aptissimum autem omnium simulque vulgatae simillimum lectioni id, quod dedi, aes. Scilicet ea verissima est hominum pauperrimorum descriptio, ut sordide vitam sustentare, ut impannes incedere, ut ceterarum rerum ad bene vivendum necessariarum inopia premi, denique ut, si quando aes contigit, Darios, ut cum Hoc loquar, Philipposque re reges credere dicantur. Cf. infra 185, Aul. 327. Quanquam res ipsa loquitur.

128. me ignoras. Figurate dictum pro me oblivisceris. Cf. Capt. 365.

129. mansuetem. Ita Langg. Pall. 1, 3 et ex emendatione 4, item Ms. Barth. et 3 nostri, adstipulante Nonio. Mansuetam, usitatiorem formam, praeferebant V. C. et ceteri Pall.

131 Te utroque loco non eliditur: vid. ad Amph. 149.

135. V.: hic, minus quidem apte.

136. V.: M. m. l., quae volam, quoniam i. n. l. e. m., perversis numeris, nisi quis τὸ loquar o litera elisa μονοσυλλάβως pronuntiandum existimet, quod durissimum. Quom pro quoniam praebent Iunt. Argent. anni 1514. Compendium verbi fefellit librarios. Meo modo, ut Pers. 556, 371 et passim.

140. V.: F. h. a. n. est animus t. cl. C., invenuste acuto verbo clavo, cui vitio ut medicarer, synchysin usurpavi, de qua vide ad Amph. 378. Langianis aberat est, frustra.

143. V pravis numeris: Ego pol i. p. prívabó portorio. Té privabo sequente vocali retrahit accentum. Cf. Ba 258, Poen 445.

145. V. eiicis, vel eicis, ut V. C. et nostri G H. Eiicias meliores reddit numeros: vid. ad Amph. 355.

151. V.: Qui (M: Quis) modus dandi? Sed Iunt. Argent.: modust, quod admisi et dando reposui cum Acidalio, ut haec magis responderent illis, quae sequuntur: Qui modust ductando, etc.

152. Inepte v.: M. quod a. Sequor easdem edd.

153. V.: Quid modi'st? ductando, etc. Sed G et H: Qui, unde colligas, corrupte scriptum esse modist pro modust, ut 151. Distinctionem post modi'st recte damnavit Acidalius. Ita 151: Qui modust dando?

159 Restituo nunc veterem lectionem Vbi lena bene, pariterque 162 lego: Quasi piscis. Bonum est, in ictu collocari verba graviora et acutas verborum syllabas; sed semper id fieri nec potest nec debet, cum concinnitatis membrorum causa orationum, tum ne praecipua quaedam venustas proborum pereat scriptorum, naturalis gratia. Cf. Ba. 1046, 1049, 1139, Capt. 354, Men. 742, 916, Mil. 226, 1056, Most. 255, 366, Poen. 234, Pseud. 212, 967, Rud. 823, 1019, Stich.

481. In hoc loco vereor ne etiam apud Terentium Bentleius et ego non semel offenderimus, nec tamen propterea artem Viri summi nimis fortasse curiosam stupidae aliorum inertiae praeferam.

165. ibi. Sic Ms. Barthii Adverss. 8, 9. H: tibi. V. inepte: ubi.

170 Ad —— callidum. Memorabile exemplum synchyseos, de qua figura dixi ad Amph. 378. Cf. Truc. 384.

172. Pall., libri a nobis inspecti 3, item Ms. Barth. Sarracen.: prohibeas, unde Barthius legendum coniecit: praehibeas, non male: vid. Rud. 56, et infra 189.

173 — te eam ductare postulas. Pleonasmus pronominis, de quo monui ad Amph. 356. Correctorum est illud tu pro te in Pall. 1, 2, 6.

177. G: dederis. Palatinis 6 aberat τὸ dantur.

182. noctem, haec. Hiatus: vid. ad Amph. 116.

186. Dele commata, quae vocantur, post manus et sunt, quae me imprudente irrepserunt. V. autem: nost. sunt man., invitis numeris codicibusque melioribus, in his V. C. Langg. G.

187. Libri: coactio, cohactio, coacti, coaxatio, actio; sed constat legendum esse: cocio. Sententiam perspexit I. F. Gronovius, qui sic: „Non desidero," inquit [lena], „et pro nihilo habeo cocionem, qui intercedat et promittat, ad diem solutum iri; praesens volo. Cum autem addit: scis cuius? indicat verbum hoc frequenter auditum in scena ex notissima aliqua comoedia." In quo postremo tamen ausim dissentire a viro doctissimo et in quoius potius intelligam: pauperis, mendici, quod verbum reverentia adolescentis reticet Cleaereta. Pauperis autem cocio recte dicetur arrilator, quem secum adduxerit aliquis male nummatus, ut pro se intercedat resque contrahat. Nam nomen poëtae alicuius cur non aperte dicatur, nulla causa est. Malim autem legi: scis, quoius: non dico amplius, ut certam se mulier significet, adolescentem scire, cuius cocionem ipsa dicat; nam si ea de re dubitet quaeratque ex illo, an id sciat necne, Argyrippo nihil respondente, tanquam eo, qui nesciat, invenustum sit, nihil amplius addere neque hominem certiorem facere, de quo agatur.

188. Operarum oscitantia excusum despolitato. Lege: despoliato.

189. Vulgatae manco numero: Longe aliam, inquam, praebes etc. Mihi inter aliam et inquam inserebat F. V. Reizius, bene: nam non versum modo iuvat sententiaeque convenit, sed mi forte exaratum pro mihi, praesertim scriptura continua, facile quoque neglectum fuerit propter literas utrimque vicinas, cum easdem semel tantum ponere solerent scribae. Nisi potius existimes, mihi ad praecedentem versum aberrasse, indeque tantum retrahendum esse, ut scribatur:

Aliam nunc orationem despoliato praedicas,

Longe aliam mihi, inquam, praehibes nunc atque olim, quom dabam.

Hoc profecto verum. Pro praebes substitui antiquam formam, qua et alibi Noster utitur.

191. V.: T. m. aedes quoque a., nullis numeris, nec satis est, mi reposuisse, nisi acui velis posteriorem syllabam τοῦ aedes, priorem, quae acuenda est, in thesi obmutescere. Aedesque posui pro aedes quoque, sicut passim usurpari Que, vel lexica docent. Vid. I. F. Gronov. ad Liv. 1, 26 extr., nos infra ad 821 Pseud. 27 Trin. 404.

192. unice unum. Plautina haec elegantia. Cf. Ba. 372, Stich. 10 Truc. 169.

196. V.: quod nolebam ac vet. Sequor codd. H et M, quorum ille: nolueram, hic: aut. Vtrumque vulgato elegantius; et apprime concinnum est, quod nolueram aut vetueram eadem ratione nunc dici, qua modo dictum: quod ego iusseram, quod volueram.

201. Aves extrita v litera legendum est: vid. ad Amph. prol. 90. V. autem ἀμέτρως: A. a. Nec. e. f. s., q. q. l. De proceleusmatico Facere ne- vid ad Amph. 356.

206. Auscultando. V.: osculando. „Tamen," inquit Acidalius Divinatt. in Asin. c. 4, „sincerum vix illud ego credo: nam de osculo cur hic interserat, de quo post demum sequitur Suavium si sumsit etc." Corrigebat igitur vir doctus Oscultando, ut revera praeferebat Pal. 3, quod antiqua vice τοῦ o et au scriptum fuerit pro auscultando. Sed praestat ipsum Auscultando, quod reposui. Nam quod Taubmannus longe aliud dicit osculum, aliud savium, fallitur et fallit, siquidem generale nomen est Osculum, quo etiam basia et savia comprehenduntur; neque audiendus Donatus, Oscula officiorum tantummodo esse tradens ad Terentii Eun. 3, 2, 3.

Pro vinnula 4 Pall., item nostri G M et edd. aliquot vv., velut Mediol. anni 1500 Iunt. et Arg 1514: vinula. H quoque a manu 1: venula, quod eodem recidit. Nosti lites de etymo vocabuli, quas non nostrum est componere.

207. V.: haud est a. r. a., versu imperfecto, nisi legas red. Sed verisimilius videtur, id absorptum esse a literis praecedentibus.

212. De si non elidendo vid. ad Amph 149.

216. V.: est reliquum quo peream magis, pravo accentu verbi reliquum: vid. Bentl. ad Phaedr. 1, 31, 13, item ad Terentii Heaut. 219, nos supra ad Amph. 203, Terentii Eun. 940.

220. Domi pro monosyllabo est: vid. ad Amph. prol. 74.

224. Inepte vulgatae: Portitorum. Argento dato, ut ianuas lenonias, ita portus patere dicit mulier, non portitores.

227. V. minus lepide: E. p. nisi illud p. a., p. e. m. Langg.: nisi ego illud. Illud a glossatore est.

230. V.: — experiri certum est mihi, versu non extricabili. De singulo troch. acat. vid. ad Amph. 596.

231. mutuas. Ita Mss. Palatin. 4 in glossa: scilicet pecunias. Nonius: mutuo, approbante Gulielmio Quaest. in Asin. c. 4, quia pervenuste mutuum opponatur foenori.

232. Inter hunc versum et proximum vulgo talia leguntur inconcinna:

Atque argento comparando fingere fallaciam,

quae nemo facile dubitet sublecta esse a nescio quo interpolatore in sequentibus.

236. V.: reice e. s. amove. Atque etc. Quibus admissis quid faciemus sequentibus? Vnde Atque, unde Recipis pendere dicamus? Audiendus erat Lambinus.

243. V.: Consuadent: c. hercle est v. c. s., ubi Consuadent prima et extrema syllaba male est acuendum. Hercle, de proximis petitum, addere cuiusvis erat.

245. Vulgatae inaudito loquendi genere: ex augurio auspicii i. Sequor Merulam.

261. Recte habet quadrigis albis: qui maximi fiebant equi et honoris insigne erant, pro velocissimis sunt positi.

262. Herum non liquescit: vid. ad Amph. 341.

268. V. inconcinne: siet.

271. V. minus commode: extemplo Sequor Langg. Pal. quoque 3 et G: exemplo. Gulielm. Quaest. in As. c. 5: „Mulio," inquit, „rectius [quam extemplo] Mss. [Langianos autem dicit]: pro monstro exemplumst: neque id aliud quam si dixisset, monstri simile est: nam exemplum ἀντίτυπον, ὑπόδειγμα glossis veteribus, et hinc ea Comicorum Ad hoc exemplum, Hoc exemplo. „Tralatitius hic error: cf. 370.

274. V.: E. hominem infelicem, quod ferri quidem poterat τῷ hominem non eliso; sed cur hemonem Ennius et prisci dixerint, Plautus non dixerit? Festus: „Hemona humana et Hemonem hominem dicebant." Cf. Pseud. 197 Charis. et Priscian. Putsch. 120, 683.

285. V: alligatus es; V. C.: all. est. Scriptum erat in archetypis: alligatūst, h. e. alligatum est: hinc error.

288 Similes ioci sunt Merc. 158, Pers. 727, Pseud. 77. Cf. et Rud. 455.

289. Verbivelitationem. Ita Meurs. Exercc. critt. cap. 1., ut verbum respondeat graeco λογομαχία. V. minus lepide Verbis velitationem per hyphen.

295. nunc. Ita G; v. inconcinne: modo.

301. Mss. fere: familiare, ex interpretatione; sed M: familiarem, sicut Nonius.

302. Pall. 1, 6, item H et edd. Mediol. anni 1500 Argent. 1514: fortitudinem.

304. Longe lepidius per alliterationem G: P. a. perdurabo etc. Hoc in órdinem receptum oportuit.

306 Vitio calami Langg. 4 Pall. et M a m. 2: potiturbonum. Lusus hic verborum.

307. **Edissertas.** Ita Gulielm. Quaest. in Asin. 5, cum in Langianis invenisset: edisseras. Ita etiam alibi Noster: vid. Parei lexic. Plaut. V. inconcinne: — edisseris? cupio malum nanciscier.

308. V.: P. e. unumquidque derogita, ut acq.: n. v., paeone (derogita ut) in locum trochaei succedente, id quod fieri non potest. Gulielmius: erogita secundum Capt. 836. Atque huc recidit etiam vulgata lectio, ut exaratum fuerit primum, scriptura continua, unumquidquiderogita, mox, vocibus non recte distinctis et e posito pro i, sicut passim factum, unumquidque derogita. Vt interpretamentum est: vid. ad Amph. 142

312. V. inconcinne: dives es factus. Vid. ad Amph. 168.

313. V. istuc semel tantum legitur, versu imperfecto.

314. Dele illud tu, quod libris vetustis abest, neque a metro requiritur: vid. ad Amph. 116.

320. V. I. e., s. tamen tu nempe etc. perquam absurde. Ait devorandum se censere, sed temetum, non adolescentem illum. Locus servo dignus.

323. V. minus bene: Memor es p. Obtemperavi Langianis et libro H, cum frequentem τὸ memorare usum esse viderem in Sarsinate. adi Parei lexic. Plaut. h. v.

331. V.: Extemplo facio fac. me atque m. v.

335. Herum si. V.: Si herum. Illud praetuli, ne vox gravis Herum in thesi prorsus delitesceret.

336. H. morabo.

337. dixeram: vid. ad Amph. prol. 81.

340. advectorem. Ita Pall. Ms. Barth. et 3 libri nostri; in quo intelligendum est: argenti. Vid. I. F. Gronov. De pecun. vet. 2, 3 et ad Senec. de Tranq. an. c. 5. V.: adventorem, h. e. hospitem, minus quidem significanter, et ταυτολογιῶν, cum statim sequatur ille hospes.

341. V.: exasciatum. Sed Acidalius Divinatt. in Asin. c. 5. „Sententia," inquit, „vult ut legatur exasciandum. Scio, ut Lambinus alterum torqueat, sed vere torqueat: cui quidem explicationi aperte repugnant consequentia statim verba. — Sensus germanus est: iamiam sine mora dedolandum esse dolum, ne ab hospite praeveniantur. Sed an omnino tamen exasciandum scribi debet? Vereor, ne exasciato potius sit, in eandem plane mentem."

344. ulmeos. Vid. ad Amph. 140.

350. V. F. uti iubes, quod correctoris est, τὸ pro non elidi nescientis: vid ad Amph. 149. Mss.: ut i.

354. Sic fere Mss., nisi quod: si me sapis, quanquam in V. C. linea subductum erat τὸ me, tanquam id, quod deletum cuperet librarius, et Palatino 5. plane aberat, ut neque in Iunt. Ald. etc. legitur. Frustra obturbat Gruterus cum inconcinne suo: si me tagis.

358. hostire. Pugno, addit G.

360. V. inconcinne: tu.

361. V.: tu off., minus usitate: vid. Parei lexic. v. Offictum facere. Adstipulor libro H, qui: tuum.

367 sq. V.:

—— nolo ego fores conservas meas
A te verberarier: sane ego sum amicus nostris aedibus,

ioco exstincto et numeris innumeris. Iam M, quem contuli, pro fores praebet aedes. Scires, utrumque esse addititium. Deinde quod attinet τὸ aedibus, recte Galielm. Quaest. in Asin. c 6: „Illud aedibus furcillis ex ello: quod huc inferserunt ii, qui non animadverterent, Nostros dixisse veteres de iis, qui in eadem secum familia, h. e. familiares essent, ut ceteros Alienos. Paret manifesto ex Amphitr 243. — Latius haec tamen postea accepta, et Noster sive Familiaris quemvis amicum artiore usu et prope cotidiano coepit significare, Alienus eum, qui nullo nos usu attingeret. Lepide igitur servus de ianua ut de familiarium aliquo loquitur."

370 Pessime V C. et nostri H et M: extemplo. Cf. 271 ibique nos Exemplo ceteri olim Pall. et G. Ceterum Langg. H M: extemplo omnibus, pronomine omisso, non male, modo legas: exemplo! omnibus

375 ivisset. Ita luut Ald. Mss. perperam: venisset, cui verbo superscriptum erat ivisset in Pal. 4.

Syllaba re in rediit longa est h. l., sicut saepius, etiam ubi sequens consona non geminatur: cf. Cist. 429, Men. 933, Truc 715, Wasii Senar. c. 16, Parei lexic. h. v.

383 V. Q. o. huic hic occ., metro deprovato. Abest τὸ hic plerisque omnibus Mss.

386 V. iidem inconcinne: incedit, quod interpretamentum est. Sensit Gronov., qui confert Aul. 468, 478. Sed saepius verbum hac potestate legitur apud Nostrum.

388. V: Q. h. est n., invitis Mss. et vv. edd. Recensoris hoc, versum non expedientis, cum vel Quid i litera extrita legendum esset, vel hoc corripiendum, praesertim in primo versu.

389. Τὸ ut aberat Langianis et in H puncto subter posito notatum est, tanquam delendum.

391. Poenitet, Acidalio auscultantem Iussim exarari me curasse pro vulgato Iussi Facete Saurea iste supposititius: Salvere iussi Libanum libertum, h. i. non amplius salvere eum iubeo (nam haec propria vis perfecti), malam rem ei precor. Sic et Curcul. 555 miles lenoni: Iusseram salvere te, ubi similiter impegit Acidalius.

401. Lege: — semper me ira incendit, secundum Mss., etiam 3 nostros. Male secutus sum Gronovium et Ernestium, τὸ me omittentes. Pro vulgato et G: ac, Ms. Barth. et H: hac, quod eodem redit: vid. supra ad 24.

403 V. C: cenciens, ut quotiens, totiens. — H: obganniam. V.: ogg.

405. H et M: I. s. hac iam.

406. V.: deiici cum hiatu. V. C. et 4 Pall. item edd. vv.: deici.

410. M.: recipiam.

411. V.: aedibus, quod inconcinnum et, nisi fallor, interpretamentum est. Cf. 203 etc. Reizius delebat: in.

414. V.: Resolvit? Li. Resolvit, minus quidem recte: nam proprie resolvi dicimus argentum, quod debemus. Rem solvere passim Noster: vid. 435, Curc. 376, 518, 613 etc. Aldus, secundum scriptos, ut opinor: Resolvit? Li. Solvit. Vulgata lectio etiam metrum evertit.

416. Putide vulgatae: Neque eo esse etc. Expressi Mss. Barth. M, edd. Sarracen. Iunt. Ald. Parean., in qua quidem nihil monetur, ut etiam Palatinis abfuisse vocula videatur. V quoque aedibus heri qui sit pluris quam ille sit, versu pravo, etiamsi reposueris: ille est, quod aeque bene vel aderit vel aberit: nam horum versuum pes quartus aut iambo puro aut pyrrhichio semper constat, nunquam spondeo vel alio pede τετραχρόνῳ Vid. ad Amph. 889. Tò heri et posterius sit Reizium quoque improbasse comperio. Scripsi autem metri causa quamde pro quam, more priscorum: vid. ad Amph. prol. 69.

417. quae heri. Vid. ad Amph. 149.

419. V: N. v. huc i. a., invitis G M, quod dudum est cum correxit Acidalius, ut in hunc Stichus, in ipsum intelligatur Exaerambus. Vox trapezitam fere depravata legitur in Mss. V. C. veritati proxime: adducere et trap. Reponendum: Nam vidi hunc ipsum abducere et trapezitam Exaerambum. Ait Exaerambum ipsum, h. e. sponte vel ultro, ut est 421, abduxisse Stichum et trapezitam. Sed quo illos abduxit? Nempe domum suam, quod versu 421 intelligitur, ut ibi numos scribat, h. e., ut pro his in certum diem solvendis apud trapezitam syngrapha se obliget, hunc vero iubeat in foro et de mensae scriptura, ut cum Donato loquar ad Terentii Ad. 2, 4, 13, potius quam ex arca domoque, quod minus erat solitum, debitam Sticho pecuniam numerare. Vidi, qui reponerent: abducere ad trap., cum non animadvertissent, domum, h. e. domum suam, illos abduxisse dici Exaerambum 421. Nam quod et ibi scripturam librorum mutant, minime sunt audiendi, quod sensit etiam Pistoris.

424. loc. e. Sic Mss., non, ut vulgo, e. l.

425. V. versu imperfecto: Li. N. e.? Le. H. non? si velis etc Acidalius: Non? hem, si etc., non male. Verum tamen cum nostri libri et vv. nonnullae edd. exhiberent: hem, nunc si velis, simile simili offecisse ratus, ut passim factum, dedi potius, verbis non transpositis: Hem, non? Nunc (h. e. igitur), si velis, etc.

429. Langg et G: incipiat.

433. Negat. Intelligendum aliquis, servus, ellipsi Nostro perquam usitata: cf. Curc. 464, Merc. 289, Most. 782, 841, 986 sq. Rud. 850 Stich. 145, 649, 989; quomodo τις omitti solet apud Graecos. Hoc non advertentes correxere Negant, quod comparebat in 6 Pall. Ms. Barth. nostrisque G M.

436. Male v. ex interpretatione: — tibi hero p. r., vix audito verbo graviore tibi. Sublectum τὸ hero in sequente versu.

440. Vid. ad Amph. 507.

444. V inconcinne: d. q. ipse i. m. h. M: ipse quidem. V. C. a. m. 1. item Pal. 3 et G: habebo, quod praeferebat Acid.

449 sq. V. continuantur, tanquam a Leonida dicta omnia; quod aegre feras, praesertim quia minas istas vix e ne vix quidem est quod suas appellet servulus. Sequor Sarracenum.

452. V.: Li. M. h. i. m. t. nunc (Langg. ni) i. n. r. d. I. n. n. v. i.? Le. P. p. Li. F. h., d. o. a. h., n. m. l. Vidit hic aliquid Gulielmius Quaest. in Asin. c. 2. Sed quod verba da obsecro — loquatur Leonidae tribuit, haud facile quenquam, opinor, inveniet approbatorem, siquidem argentum non Libano dandum erat, sed Leonidae, personam Saureae gerenti. Male locutus est Leonida, cum 452 dixit, usurpata ellipsi irato, qualem se fingit ille, valde convenienti: Malo hercle iam magno tuo, h. e. M. h. i. m. t. facies, ni isti etc. Libri parum iuvant, neque magna est eorum in his rebus auctoritas.

454 Flag. hominis. Vid. ad Amph. 341.

456. Pall. 6, item Ms. Barth. G M et pleraeque edd., in his Iunt.: percuties (H: pernities), inepte quidem et contra metrum, ut mirer, hanc lectionem placere potuisse Lambino, qui etiam in obscenum sensum male detorquebat. Vt Ciere passim valet clamare, appellare, ita Perciere h. l. nihil aliud est quam valde, h. e. clara voce, appellare, per praepositione significationem augente, velut cum dicimus haec et similia, percolere, percrepare, perdiscere, perfrui. Lucretius 4, 567 sq.:

Praeterea Edictum saepe unum perciet auris
Omnibus in populo emissum praeconis ab ore.

457. V. non mutata persona Libani:

Sceleste, non audes mihi scelesto subvenire?

in quo ne mica quidem salis. H noster utroque loco: sceleste, quod praeferunt etiam edd. Mediol. anni 1500 Iunt. Argent. 1514. Hac lectione visa illico me penetrabat, prius Sceleste tribuendum esse Leonidae, insusurranti id conservo suo pessimo, ut eo quoque convicio mercatorem perciea. Iudicet lector aequus.

458. Quae res? Vox iratorum: vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

459. tibi quidem. Ita G et H. V.: q. t., τῷ tibi in thesi occultato. Terentius Phorm. 812: Ge. Vapula. An. Id quidem tibi iam fiet, etc.

461. Lege potius:

I. i. v. t. Le. Non eo. Me. Non is? — Memento.
Li. Memini.

Libano Memento dicit mercator, antestans illum, non Leonidam scilicet. Respondet igitur Libanus Memini, sed gestu aliquo impudente irridet hospitem neque se in ius

eum secuturum esse significat. Hinc ad utrumque iam Chlamydatus, ut vocatur in libris: Dabitur pol supplicium mihi de tergo vostro! Nihil clarius.

462. Vae te. Usitatius Vae adsciscit casum tertium; similiter tamen Claudius imperator apud Senecam Apocol. fere med., si locus sanus: Vae me! concacavi me! Langg.: Vae, vae; G: De te, quae amplianda sunt. Fuit, cum reponendum arbitrarer Valde vel Valide, quod interdum affirmantis est cum irrisione: vid. Pseud. 334, 354.

463. V. versu nimio:

T. q. s., carnufex, de nobis detur? Me. Atque et iam

Pro etc.

Detur ab interprete profectum est. Formula Atque etiam (nam etiam fere libri vv.) vulgari potestate non est huius loci, cum nihil novi ad sententiam suam addat mercator. Sed scribendum est, ut sero video:

Tibi supplicium quidem de nobis, carnufex? Me. Atque etiam.

Atque respondentis est, Etiam affirmantis, sicut passim, cum τῷ Non opponitur; velut nostrates dicunt: Nun ja. Seorsim igitur accipienda sunt verba Atque etiam, non, ut vulgo fit, cum sequentibus coniungenda. G: a. quae omisso etiam.

464. Vulgatae inconcinne: maledictis. Langg.: maledicis. Tralatitius hic error: vid. nos ad Terent. Andr. prol. 7. G: maleficis.

465. V. minus lepide: Quid, verbero? ain' tu, furcifer? quasi haec omnia a Leonida dicerentur. Notae formulae illae Comicorum: ain'? ain' vero? ain' tandem? siccine ais? quae usurpantur, ubi alterius sermonem aut miramur aut contemnimus. Vid. ad Terent. Eun. 54. Fere autem in primis, non mediis, orationibus locum habent. V. quoque, versu abundante: herum nosmet f. c.? In H omissum censes. Reizius, recepto Langianorum nos pro nosmet, transpositione verborum utendum esse sibi persuadebat, ut scriberetur: fug. h. nos censes? Sed nosmet gravissima vox et ea, quam non facile ab interpolatore suffectam credas. Malae notae illud herum, quod sequens versus suppeditaverit. Fugitare absolute dictum, velut Capt. 141 legitur. Nos fugiamus? quo fugiamus. Reponendum igitur:

Le. Q., v.? Me. Ain' tu? Le. Furcifer, nosmet fugitare censes?

466 sq. V. sine omni gratia et lepore:

I nunc iam ad herum, quo vocas iamdudum, quo volebas.

Me. Nunc demum? tamen nunquam etc.

G: quin vocas. Similis verborum lusus habetur Cas. 485 sqq. Tam, quod versum iuvat, pro tamen dixisse veteres, Festus auctor est.

472. V. pravis numeris: M. m. n. me A. est a. h. q.

473. V.: Fortassis; sed facetius est, eodem hic semper verbo uti hominem: cf. 479, 482. Forte geminata esse videtur sequentis verbi litera initialis.

476. V.: secunda, τὰ δεύτερα. Sed fere secundas, non secunda, agere dicunt Latini. Secundas facere dixit itidem, sed loco subobscuro, Apollinaris epist. 1, 2. Vidd. I. Lipsius Antiqq. Lectt. 5, 13, Acidalius Divinatt. in Asin. c. 6.

480. Lege: talenti. Operarum hic error.

481. V. inconcinne: S. a. et mihi cred., n. d. i. e. Reizius tentabat: S. a. credidit, neque est d. i. e., quod minime spernendum.

485. V: ut qui e. m. imperii sies. Qui pro Quae usurpatum esse Plauti aevo, non probant Meursii et Lambini. Ex quo vero gemina i litera terminari coeperit genitivus nominum substantivorum in ium vel ius exeuntium, docuit Bentleius ad Terent. Andr. 292. Bene itaque Io. Brantius: imperiis, numero quoque haud paulo meliore. Ad quam faciem Lucretii 5, 1004 repono:

Inproba navigiis ratio tum coeca iacebat.

Vulgo ibi navigii, quod ab usu eius seculi abhorret.

488 V.: A. d. e. a. m. t. praeceptis? Phil. Quid est? Gulielm. Quaest. in Asin. c. 6: „Langiani hic Philenii personam non interserunt: id mihi suspicionem iniecit, fortean verius scribi A. d. e. a. m. t. praeceptis quidem? Hoccine —. Tralatitius error in perturbatione harum vocum quid est et quidem: apparetque sane haec omnia continuanda sub persona matris. Quidem ita saepe traducit Plautus. Capteiveis (791): Vin' te faciam fortunatum? He. Malim quam miserum quidem.“ Sic ille, quem sequor.

489. V.: matris, versu titubante, nisi reponas: imperium m., ut factum in G Iunt. Argent., quod nolim, ne in thesi ponatur matris.

491. Is quaestust mihi. H. e.: ipse amor mihi quaestus est; praeterea nihil quaero.

492. hortat. Ita reponendum esse, suspicabatur Acidalius. Sane prae hoc friget vulgatum orat, et facile fieri potuit, ut ortat pro hortat primum scriptum postea magis etiam degeneraret, quomodo ortum pro hortum praeferebant Mss. Epid 643 et odie pro hodie ibid. 671, Pers. 279, et aedi pro hoedi Poen. prol. 31. — Res. quia tantum debemus Argyrippo.

496. V: Ergo una pars — mihi, quo recepto haberemus unicum iambum inter trochaeos, quod haud committendum. V. C. Egoua pars.

497 sq. Insulse libri: Ph. Et meam partem loquendi et tuam trado tibi. Ad loquendum atque ad tacendum tute habeas portisculum. Quin pol etc. Ista tam obnoxia Et meam — portisculum et quae sequuntur audacissima Quin pol — tibi ut ab eadem persona pronuntientur? Non ego credulus, sed priora Cleaeretae sunt per irrisionem dicta, posteriora Philenii, amara matris ironia offensae. Excidit vero aut 497 et ut sequente versu, quod quam facile fieri

potuerit, unusquisque, opinor, videt. De forma loquendi cf. Rud. 1026.

499. G: deposui.

502. Quotiens. Ita Langg. G H, prisce. V.: quoties.

508. te id. Langg.: ted, fortasse verius.

510. V. ex interpretatione, versu quidem nimio: E. nobis p. m. et fam. p.

514. Mss. fere summe vel summa est, unus Palat. summust, uti et Iunt. Sequor Gronovium, qui confert Pers. 33.

527. V.: Qui advorsum etc. Sed qui alienum est, quicquid moliatur Gronovius, putoque forte scriptum inter tot verba cum que coniuncta fretique pro freti, quomodo Aul. 98 peiorque pro peior legitur in G M, et hoc ipso versu laminasque pro laminas in H et M, locum dedisse depravationi. Abest autem vocula Iunt. Arg., probantibus Meursio Exercc. critt. 1, 1 et Acidalio Divinn. p. 53

528. Mss. fere Indoctoresque, quod nihili. Langg. Inductoresque, quod aptissimum eo sensu, quo vel tectorio paries, vel auro argentove aliquid inducitur, ut bene Gronovius. Et huc pertinent glossatoris ista (nam glossatoris esse, vel numeri produnt) versu sequente, quem uncinis inclusi, Qui saepe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt, quod nihil aliud est quam tergum inducere potestate illa, quam dixi, eiusque gnaros esse, utpote quod saepe sic induxerint.

530. V. Eae (vel He, Hae, Hehe, ut Ms. Barth., Heme, ut M) n. l. copiae etc., quod itidem male defensum ibat Gronovius, quem vide, si tanti est. Nos audimus Iunt. Argent. et, quod maximum est, rationem. Forum, φωρῶν, non eorum, ut v. legitur, omnes propemodum Mss., etiam nostri, nisi quod G: exercitus furumque, ut Gudianus apud Gronov. ad 525; ad quam faciem, suadente agnominatione, forinum est forum scripsi Pseud. 785. Fur commune convicium: vid. Parei lexic. Plaut. h. v, Terent. Eun. 720. De permutatione F et E literarum dico ad Cas. 245.

531. V.: Vi púgnandó periuriis nostris eugé potiti. Quae satis est indicasse. V. C. Eug. ae.

533. V.: fortior est a. s. p., invitis plerisque Mss. et versu: vid. ad Amph. 889.

535. V., frigidiuscule quidem: possim. Expressi Langg. G M.

536. V.: N. i. e. p. m. nunc t. m. m. p., improbante etiam olim Reizio.

541. Astutos. G: Assuetos.

545. V. ex interp.: — sies ea m. v. Monet versus.

547. V.: Vbi heris damnó, mol. etc.

548. V. pravis numeris abnuentibusque Mss. Pall. 1, 2, 6 Langg. G et Mediol. anni 1500: V. c. tibi quod sit, tibi d. e. p. Posterius tibi abest H, M.

550. Dare ad languorem, dare ad mortem (Amph. 644), improprie dicuntur, ut haec et similia proprie: dare ad pi-

stores (infra 685), dare ad terram (Capt. 729). Terentius Heaut. 754 sq.: Vel me haec deambulatio Quam non laboriosa! ad languorem dedit.

551. Adfectus. Ita Bosius, recte. V.: affectos, ut passim u et o inter se permutantur. G: lectis.

554. V.: quod vis. Auctores habeo G H: cf. Amph. 543.

555. V. abest tu non sine detrimento versus. Praebuit Argent.

558. V. turbatis numeris: N. a. r. continui, u. h. i. Dedi contini, quomodo haec et similia tetinerim, tetinerit, tetinisse, attini leguntur apud priscos: vid. Non. Mercer. p. 178, Meurs. Exercc. critt. p. 166.

562 Libri fere: — os. is etiam s., versu nihili Ortum isetiam ex estclam: vid. Gruteri Suspicc. 3, 7. Clam subauscultemus, ut mox Tacite auscultemus.

568. V.: Ar Vale Ph. Aliquanto a. ect. Sed Pal. 1. et M: aih quanto, Pal. 5: ha q., Meursii vetus codex, item Iunt. Ald. Parm.: ah quanto. Ah videtur interceptum ab al sequente.

569. V. C. Pal. 3 Langg. G: offers.

573. Langg.: Q. n. a.? oho quin etc. Non spreverim: Q. n. a? eho, quin manes? Et sic fortasse Plautus in posteriore aliqua fabulae recensione. Ceterum libri: mox, corrigente Lipsio Antiqq. Lectt. 2, 7, prout sequentia requirunt.

590 sq. V.:

— — — vita es
Mihi. compl. Ar. facio lubens etc.

Mihi numeris haud convenit. At, quod addidi, cum elegans eius usus sit in responsionibus, firmiorem reddit versum, qui vulgo debilioribus pedibus incedit. Offecerit particulae similis, quae antecedit, nota personae.

592. V. semel legitur Qui amat, versu imperfecto. Quid pro Qui scriptum ex usu vetusti illius seculi: vid. ad Amph. prol. 149. Potest tamen etiam produci τοῦ amat secundo loco positi posterior syllaba, de quo loco egi ad Amph 483. Camerarius τὸ Libane geminabat.

593. H: scio, quia p. f.

598. V.: E. h. n. perdidi ideo, quia etc., ubi pyrrhichius quarti pedis duabus vocibus dividitur, quod inauditum. Ortum perdidi ideo ex perdidid eo, quod cuiusvis erat animadvertisse.

602 G: quidlubet, quod non deterius.

605 sq. V. — longe, qui hodie etc. corrupto numero, nisi reponas Quid, quod durius. Quid, Libano tributum, valet Qui, Quomodo, sicut Aul. 328.

607. V.: Q. e. h. a. e. haec me amat: huic quod ego dem, n. q. e., versu horridiore. Ego abest Langg. 3 nostris et plerisque vv. edd.

608. Libri fere me clamantem, proclivi lapsu. Cf. 660.

609. Male feci, cum, hiatum ablaturus, librorum lectionem me in med mutavi. Hiatus ferendus est neque com-

mittendum, ut mortem, totius gravissima vox sententiae, in thesi delitescat. Vid. ad Amph. 541.

613. Langg.: perii.

615. Si quid vis. Formula homini, qui rem nobiscum agere se velle significavit, honeste respondentis. Cf. Aul. 115, Epid. 435. Trin. 483.

616. Capita contulerant servi, seorsim collocuturi. Hinc iocus adolescentis, Philenium complexi, quasi itidem illi se amarent.

619. V.: meum autem haec aspernatur, et Leonidae fere haec tribuunt scripti atque edd. recentiores; sed H verba E. c. h. n. m. Argyrippo assignat, sequentia huius versus Libano. In edd. vv. nulla personarum distinctio comparet, et Iunt. Argent. Ald Camerar. etc hic, non haec (quod ex heic ortum fuerit); utrumque recte, quicquid obloquantur.

632. Pessime vulgatae, unum illae V. C. secutae, qui minus castigatus erat libro Camerarii decurtato et editioni principi fere ubique posthabendus, teste Taubmanno ad Mercat. 408 Amph. 192 Bacch. 911: S. interioris hominis a. i., qualem huius generis versum in toto Plauto non invenias. Contra Pall., G H M, item vv. edd. et mediae, in his Iunt. Ald.: S. interioris corporis, cuius glossema est istud veteris codicis S. interioris hominis. Scribendum vero numerorum causa: interior. Quod τὸ corporis insulsum vocat Taubmannus, non meminat locorum notissimorum, quales sunt Ovidii Met. 3, 58, Virgilii Aen. 2, 18, 6, 22 etc. Neque propterea contemnendi libri, quod scripturae sunt recentissimae, quales fuisse 6 Palatinos ait Taubmannus ad Amph. l. l.; sed ipsa lectionum exploranda est bonitas et fides, quibus quidem nullis aliis adhuc inspectis concedunt isti libri et mei 3, in his simillimus hac ex parte Palatinis codex H.

634. V.: sis mihi, versu hiante. H: sies.

637. V.: Q. n.? q. e.? q. t. h. c. pressatum (aliquot Pall. et 3 nostri: impressatum) herum, satis inficete nec probis numeris. Paulo melius Langg.: pressatam acre vel aere. Gruterus Suspicc. 4, 8: praegnatem aere, minime quidem male, sed iusto audacius, quem tamen in excudenda fabula sum secutus, ut aliquid certe haberent lectores, quod probabiliter explicari posset: nam quae alii commenti sunt, aere pressatam, h. e. effertam numis et distentam, vel aere impressatam, h. e. aere gravidam, vel pressatum herum, sicut vulgo, pro pressantem herum, vel denique crumina herum pressandum, quis probet? Quibus omnibus reiectis, et ab ipso etiam Grutero seorsim sentiens, iam repono:

Quid nunc? quid est? quin tradis huc crumenam
pressatum aerum?

crumenam aerum, h. e. crumenam aeribus plenam, per pleonasmum, cum satis esset crumenam dixisse, quomodo leguntur haec et similia: cadus vini, olla pultis, puer boni ingenii;

ingenii; verbo pressatum vero accepto pro supino, ut Argyrippus quaerat, cur non tradatur sibi crumena pressanda, h. e. digitis tentanda, an plena sit aeris, necne. Locus gemellus est Pers. 309 sq., ubi Toxilus, crumenam de collo Sagaristionis pendentem videns manumque ad eam tendens: Quid hoc hic in collo tibi tumet? Ad quae Sagaristio:

Vomica est: pressare parce:
Nam ubi qui mala tetigit manu, dolores cooriuntur.

Pluralem τϰ aes pro singulari usitatiore itidem usurpavit, alios ut taceam, Horatius in noto illo loco Epist. 1, 7, 22 sq.:

Vir bonus et sapiens dignis ait esse paratus,
Nec tamen ignorat, quid distent aera lupinis.

Genitivum aerum ne quis miretur, facit Priscianus, qui sic Grammaticc. Putsch. p. 744: ,,Maria, aera, vina, mella, hordea, genitivos quidem et dativos plurales in usu raro habent, nisi apud vetustissimos, apud quos multa praeterea deficientia invenies." Aerum etiam I. Scaligero in mentem venisse, ex Taubmanni ad h. l. annotatione intelligo, et hac duci veteris lectio codicis: pressatum erum, quanquam nec vulgatorum multum divertit: vid. supra ad 24.

640. V.: D. m. o., m. r., mi an., da m. v. Sed posterius da libris abest, nisi quod H sequente versu: Leonida, argentum da mihi, ad quem locum τὸ da ex antecedentibus videtur aberrasse.

642. V.: D. i. me t. p., versu impingente. Facile me intelligitur; nec tamen improbarim: Dic me igitur t. p

646. Langg.: At pol non feres, quin g. confringantur. Confringantur etiam V. C a. m. 1., Pal. 1: confrincantur. Pall. 5, 6 et ex emendatione 3: confricentur.

647. V. inconcinne: Da nunc quod oro. V. C.: dant, unde Gruterus faciebat: dâne quod oro! pro dasne. Sed reponendum potius: dane (pro da, ab antiquo danere), q. o. Dane degeneravit in dant, danc, danē, h. da nunc. Mirum, quantum in compendiis saepe verborum offenderint librarii, velut etiam apud Festum v. Oratores circa ista qui cit acte frustra trepidat Dacerius, quae scripta olim puto per compendia qd ēet actū, h. e. quid esset actum. Vide etiam ad Aul. 16.

649. V.: beneficio; sed M: benefacio, h. e. benefacto. Hoc accipiam, ne dactylum sequatur anapaestus, quod invenustum, etsi talia nonnunquam sibi indulsit Sarsinas, velut supra 21, Aul. prol. 20, Capt. 41.

653. V.: etiam me d., minus recte, siquidem non Argyrippum tantummodo, sed Philenium quoque, delusit servulus.

654 Corrige: fricares, ut ubique alias legitur. Oscitarunt operae.

662 Libri fere: iubes, unde Gulielmius Quaest. in Asin. c 7 fecit iube sis, perperam in quartum locum iambi t. c. invecto anapaesto: vid. ad Amph. 889. Hoc tamen, tan-

quam certissimum, arripuerunt seriores. Sequor edd. medias, in his Iunt.

669. V. imperfecto numero: D. i. me anat. Aliqui Langg.: D. i. me tuam niticulam.

672. V.: Circumdatoque me b., laborante versu. Langianis aberat me, quod probarem equidem, nisi amplius quid adderetur simile iam dictorum, ex quo intelligas, non pronomen esse obliterandum, sed copulam. Atqui clare Iunt. Argent. Ald.: Circumdato me b

677. V. versu hypermetro atque inconcinno: P. h. si verum quidem est (est omittunt scripti) dec herum vehere servum. Addidi Sed, absorptum id ratus a simili, quod sequitur, si, quomodo supra 627 Sed aberat Pall., si Langianis, et herum mutatum esse in verum cum satis verisimile videretur, τῷ herum expuncto, scripsi: P. h.! Sed si herum q. e. d. v. s. Sed nunc video, potius reponendum fuisse, itidem deleto verbo herum:

Perii hercle! Sive herum quidem est decorum vehere servom:
Inscende.

Argyrippus cum se periisse dicit, dolet vicem suam seque indignum esse a servo sic inequitari significat; sed statim apud se reputans, haec tantilla ignominia quantum sibi boni sit allatura, recipit animum sedateque addit: Sive (h. e. Vel si) decorum est, herum vehere servom: inscende! Similiter Terentius Andr. 162:

Dehinc postulo, sive aequom est, te oro, Dave, ut redeat iam in viam,

de quo loco vid. Horatius Tursell. De Particc. v. Sive. Facile ex siveerum continue scripto exstitit siverum, mox si verum. Posterius erum (nam sic libri vv., non herum) ortum videtur ex -orum, quod antecedit. Ceterum post Perii quidam ista inserunt, quae tanquam Casinae laudat Nonius v. Defloccare:

Perii, illic habebit flocco iam homo lumbos meos.

679 Sc., ut d. Langg.: stabin', ut dico?

680. V. C. et Pall., teste Pareo: H. s age, minus quidem bene. Donatus ad Terentii Ad. 538: Abi addidit, quasi dicat: Non est, quod iam te morer: perfectus es. Cf. Trin. 796, Terentii Adelph. 739.

682. V: D. h. i. de ordeo, tol. n. b., hiante versu. Pal. 4 et H, de ordeo tuo, quibus libens obtemperavi.

684 H: cliuon; v.: clivum.

685. V. inconcinne: Postea.

687 V.: Quid nunc? quoniam ambo, ut est libitum, nos ambo delusistis, sententia inepta, versu horrido. Atqui V. C. et Pall. 1, 3, 6 a. m. 1, item M. noster: Q. n. q. amabo etc Alterum ambo neque in V. C. et Pall. conspiciebatur, et abest edd. Mediol. anni 1500, Iunt. Arg. 1514, aliis, ut etiam Ms. H. Membranae Langg.: Q. n? quom (solitus hic error in compendio) delusistis nos, ut est lubitum. Amabo, datis argentum? Intelligere mihi videbar,

et ambo et amabo Plauti esse, cum praesertim blandimentum illud Amabo tam comici usus esset, quam quod maxime, sententiaeque apprime conveniret. Cf. 668, 683. Est autem transpositum, cum illo potius pertineret, ubi ponunt, sed ex correctione, ut opinor, Langg.; quam figuram frequentasse Hunc et Afrum, docui ad Amph. 378. Nam gravitatis plenum istud Ambo omittere cum Langianis, ut reponatur, vel non eliso lubitum, vel rescripto uti pro ut:

Quid nunc? quom delusistis nos, ut lubitum est amabo,
Datisne argentum?

parum placet. Neque, prae hisce solis libris ceteros omnes contemnens, reposuerim, mutato verborum ordine, qui est in vulgatis,

Quid nunc? quom delusistis ambo, ut lubitum est, nos, amabo,
Datisne argentum?

Sed de his iudicent peritiores.

690. V.: E. t. h. i. a. a. t. atque ipse me aggredire. Sed τῷ ipse nulla hic emphasis, ac ne usus quidem ullus, ut recte observat Acidalius Divv. p. 58; nec multo utilius, quod ipsi in mentem veniebat, ipsum. Forte exaratum atqueuicipsim pro atque uicissim, quomodo substinere tempto et similia leguntur in scriptis, ansam corruptionis praebuisse arbitror. Certe vicissim loco aptissimum: cf. 698. Mss. aggredere.

692. V. inconcinne: deum. Transpositio nominem deum, quae est in G et edd. Argent. Camerar., correctorem sapit.

696. V. versu impingente: O. i. q. ut e. t. v.

704. Vt consuevere homines. Intellige: frustrari. Minus recte vulgatae: Vt consuevere, homines S. f. e. F. Sequor M.

708. rem non liquescit: vid. ad Amph. 149.

712. V.: I. advenire, quaeso, versu nimio. Aberrasse videtur quaeso a fine praecedentis.

716. Dele a me accitum te. Graecum nomen Leonida extremam syllabam producit.

717. ne. Ita H, antique. V.: non. V. Parei lexic. Plaut. v. Ne.

720 sq. V.: Heia, Benedicite. ite intro cito. valete. Le. et vos amate. G: Benedicito, recte: si quidem solus Libanus male ominatus erat. Nota personae abest H. Nulla autem causa erat, cur cito introirent servi, erat, cur Argyrippus et Philenium, quippe sene iamdudum eos intus apud Cleaeretam expectante. Codicum scripturae in hisce parva est auctoritas.

726 Hercle transpositum est. Vid. ad Amph. 378. Hoc non adverterunt mutatores.

731. To id abest vulgatis. Numeri eiusmodi quid sibi postulant, nisi haec ita velis dimetiri, acutis trium vocum

extremis syllabis, contra ac fert ingenium latinae linguae, docente Bentleio Sched. de Mettr. Terentt. c. 9:

Addone? — Adde, et scribás vidé plane et probé.

Quod vide posteriorem syllabam corripit, audiendus idem vir doctus ibid. c. 8: „Abi, domi, redi, dari, roga, iube, tace, vide, et siqua id genus alia quae ultimam brevem habent, vix est ut Licenter dicas, sed legitime corripi, cum veteres Epici idem ius usurpaverint.“ Bene, nisi quod posteriores vocales in domi et dari similibusque corripiendas putat potius quam elidendas priores, de quo loco egi ad Amph. prol. 74. Delenda commata, quae vocantur, post scribas et vide.

732. Non liquescunt verba Al. et hom., ut eo plenius exaudiantur auresque auditorum personent. Saepius h. l. ea figura utitur poëta. Vid. ad Amph. 341.

735. V.: sient, invitis scriptis. Scilicet ita haec scandi voluere:

Fores occlusae omnibús siént nisí tibí.

736. Occupatam esse se. Nota formula loquendi: cf. Cas. 428, Cist. 321, Mil. 252.

738. V.: sit, deficiente numero.

739. si quae. V.: si qua, quod quidem usitatius; sed illud magis ex analogia dictum in feminino singularis numeri, placebatque Reizio. Vid. G. I. Vossii Lat. gramm. pag. 89.

741. V.: quo abs te arg. a., sed Pall. fere: quo (vel quod) ex te a. a. quomodo et noster M et edd. Mediol. Argent. Iunt. Illa vulgatarum lectio soloeca est; hanc, quae et ipsa vitio non caret, castigavit Acidalius, ut sit praepositionis ἀναστροφὴ pro ex quo, quem sequimur cum Pareo.

743. possit fac. Ita M, faciliore quidem numero, quam vulgatarum quae: f. p.; sed hoc retinendum erat: vid. ad Amph. 356.

745. quemquam. V.: quem; sed G: cuiquam, unde feci quemquam, quod lectius vulgato. Cf. 753 sqq., 771, 774.

748. Ineptissime libri: tu bibas, quasi vinum bibere Philenium prorsus nolit amans adolescens, cum id potitare iubeatur illa praecedente versu. Imo compotricem quidem eam cupit, sed quae aeque secum bibat, h. e eodem poculo, quo ipse, nec prior, sed postquam biberit Diabolus dimidiumque vini exhauserit, quo facto ab ipso poculum illam vult accipere et ipsi propinare, tum bibere reliquum, ne scilicet minus aut plus quam ipse sapiat, h. e. potet, sed aeque secum. Turbavit compendium, sicut Cas. 207.

752. Illa, quod addidimus, auferendo est hiatui, nisi quis malit neque indu.

754. V.: ne cui a , sed G: neque cuiquam, Argent. cuiquam, Iunt. quoiquam. Iuvat hoc etiam versum.

758. V. ἀμέτρως: fuerit.

760. V.: homini, quod et ipsum ferri potest.

761. sit. V.: est, versu impedito, nisi legere placeat: extinctad est. Est et Sit saepius confusa.

765. V.: votitam, solito errore librariorum, o pro e scribentium; nam qui voto pro veto priscis in usu fuisse contendunt, nugas agunt. Vetitam fere Pall., item G M, quod ideo tantum mutavi, ne ad causam male referretur. Vid. etiam ad Ba. 180, 885.

767. V.: loquere, flaccidioribus numeris. Facile elementum a praecedente fuerit interceptum.

770. V. Forte, invecto cretico pro iambo, nisi quis Fort' pronuntiandum putet abiecta e litera, quomodo haec, illaec, istaec pro haece, illaece, istaece, item neu pro neve, seu pro sive, in usu sunt et interdum Ill', Ips', Ind', Nemp', Quipp', Redd', Und', pro Ille, Ipse, Inde, Nempe, Quippe, Redde, Unde legendum arbitror potius, quam priores harum verborum syllabas corripiam, quae est Bentleii ratio in Sched. de Metr. Terentt. c. 8. proposita. Cf. Terentii Ph. 4, 3, 76, supra 52, Aul. 247, Ba. 154, Capt. 37, 60, Cas. 482, Cist. 286, Men. 486, Mil. 120, 337, 896, 912, Poen. prol. 2, 72, 109, Poen. 54, 534, 771, Pseud. 346, 434, 585, 1188, Rud. 256, 1298, Stich. 739, Trin. 197, 294 (qui versus sic se habet:

Bene volo ego illi facere, si tu non nevis. — Nempe de tuo,

ubi ne ipse quidem Bentleius, credo, Nem- in Nempe corripi iussisset, non magis quam Cas. 482,) Trin. 592, nos ad Amph. prol. 84, et Chr. Wasii Senar. cap. 13, ubi de Apocope agit. Medias quoque vocales passim elidi, demonstratum ivimus ad Amph. 74.

771. V. C. et Pal. 4: proserat, quod placebat Grutero et Scioppio Suspp. Lectt. 5, 19.

773. Τὸ sic, οὕτως, gestu adiuvandum est; h. e. ore savium faciente. Vid. Donat. ad Terentii Andr. 1, 2, 4.

774. Savium facere non est basiare, quod fieri non poterat praesente atque inspiciente amatore, sed significat ita os comparare, quasi basiaturus sis, ut fere explicat Turneb. Adverss. 1, 15 et 4, 13. Hoc id erat, quod nec facile a quoquam caveri nec fraudi esse posset mulieri, cum melius abstergendi labelli causa factum esse videretur.

781. Langg. et H: ea, non male.

782. pure habere, ἁγνῶς ἔχειν. Non cogitandum h. l. de Casto seu Pervigilio Isidis, cuius cultum primus Sulla introduxit in Italiam, ut monet Clar. C. A. Boettiger Sabin. p. 199, sed de noctibus, quibus pure velle se habere vel valetudinis causa, vel superstitione aliqua inducta, puella significaverit.

783. V. nullis numeris: quot puras h. Male Camer. omisit noctis.

784. Mortualia extrito u legendum est: vid. ad Amph. prol. 74. Langg.: mortalia.

786 Hoc versu incipere actum quartum, quem vulgo 722 ordiuntur, res ipsa docet, siquidem aliquantulum intus apud Cleaeretam manendum fuit Diabolo et parasito, dum scirent, quid rei esset.

792. Vulgatum tu post tacita, quod versum onerat natumque procul dubio est ex ta syllaba praecedente, recte abest edd. Iunt. Argent. anni 1514. Haud melius Langg.: S. p. tu me etc.

794. V.: Nisi, numero quidem duriore. Guelferbytano abest te, minime male. V. C.: occupas si te e.

796. V.: faciendum. Sequor Mss., in his G M, item edd. Mediol. Iunt. Argent.

799. At pol quin d. r. Cf. Amph. 540. Male v.: A p. qui, sicut utrobique V. C. Expressimus nos Pall. G H M et plerasque omnes vv. edd.

800. face. Ita G et vetus codex Meursii. V.: fac.

802. Perperam vulgatae: expilare iam, quod correxit Gulielm. Quaest. in As. c. 7, collato supra 791. Poterat et laudare Men. 459, 705. Scilicet praecedens e litera simile traxit c in clam, quo facto mox lam κακέμφατον in iam est mutatum. Ceterum G et M: Ne me mone, ut bene edidit Camerarius. Iam emone V. C. Pall. 4 et H noster. Ceteri Pall.: Iam emore.

804. V. invito iambico senario: Agedum dec. V. C. et plerique Pall. item Langg. atque Iunt., ut edidimus; H et Mediol: Agedum cubamus; Sarracen.: Agedum cumbamus; Pal. 5: Agedum accubamus. Malim autem: iusseras, h. e. iussisti: vid. ad Amph. prol. 81. Nam de solo decumbendo agitur. Si generatim loqueretur senex, vel diceret Vt quidque insseris etc., vel: Vt iusseris, ita quidque fiat. — De producenda-ter syllaba vid. ad Amph. prol. 58.

805. fiat. Ita Langg. M: fidet, quod eodem redit. Vulgatae indecore: fiet. Donatus ad Terentii Eun 5, 2, 47: „Faciam vel Fiet diceret servus; liber vero Fiat, tanquam et ipse iubeat sibi.“ Cf. Aul. 216.

806. V.: si haec nunc mecum a., invitis Pall. praeterquam V. C,, qui τὸ nunc praeferebat, teste Grutero ad h. l., item Langg. 3 nostris et edd. vv. Langg.: si haec mecum una a.; sed una ortum videtur ex vocibus vicinis.

807. V.: q. ego istanc amo; G: q. istanc ego a., pronomine migrante. Scires addititium a nescio quo, qui istam invenisset, versus sarciendi causa.

813. V.: C. i. si esse te h. v. — A. t. esse m. t. p.? Sed M: si ego te esse h. v. Vagatur prius esse, ut solent glossemata. Posterius vix est ut versus ferat. Vtrumque igitur delevi.

817. parens. Ita M. V. ex interpretatione: pater.

818. ego quidem. H: equidem, non male.

— patri. Ita G, perbene, h. e. utpote qui sis pater meus. V. putide: pater, cum modo elegantius verbum fuerit illatum, parens.

819. Mss. et edd. vv. fere: Ea res me male h., versu horrido. Sequor G, M. V. etiam quin, vel qui, ut est in H. Illud soloecum est sequente non, nisi quis negationem putet geminatam graeco more, de quo vidd. Vechner. Hel-

lenolex. 1, 2, 35, Par. lexic. Mantiss. h. v., quod merito improbat corrector Acidalius. Similiter peccatum in codice orationis Ciceronianae pro Milone 22, impingentibus Graevio et Ernestio.

820. Libri fere possum, et hoc melius vulgato possim, quod Camerarium habet auctorem.

821. V.: Mihi qnae ego ex. v., sententia male coniuncta cum praecedentibus. Mihique valet Mihi quoque: vid. supra ad 191. ego abest H.

825. Transpositum Obsecro: vid. ad Amph. 378.

826. Et. M: Etiam. Ferri posset Et iam; sed nihil muto.

830. V.: fui, imbecilliore numero: vid. supra ad Amph. 355

838. V.: H. e. e. quod ille it ad coenám q., pravo accentu verbi coenam. G: quod ille ait. Fuerit hoc: quod illic it.

842. Cf. Cas. 293, Men. 564, 669 sq. 744, 5, 882, Merc. 269, 990 sq. Magna dotatarum auctoritas.

843. V.: T. m. N. illum e. m. h. — Ego i. s., versu nihili. Temere vel addi vel omitti solent a librariis pronomina. Vide nos passim ad Terentium, item Aul. 14, Ba. 812.

845. Prius aut non conspicitur in vetustis libris, sed inculcatum est a Camerario, ad versum, puto, sarciendum. Et eum quidem non elidendo hominem expediveris, de qua figura dixi ad Amph. 341; nisi etiam elegans est hoc additamentum et id, quod facile omissum fuerit, tanquam ad sententiam nihil conferens, ut captus est librariorum.

851. Manedum. Vid. ad Amph. 600.

856. V.: amplexandi, minus bene, cum sic modus amplexandus dici videatur. Cf. supra 155, Mil. 1296. Correxit Acidal. Divinatt. in Asin. c. 3.

859 Scribito: — deferam? ut est in vulgatis. Errarunt operae.

864. dari. Sic G, ut legendum viderat Acidal. V. soloece et inconcinne: dare. Iube pyrrichius est: vide supra ad 731.

865. savium. Ita V. C. et membranae Langg. V. suavium, quod quidem a suavis derivant, sed falso, ut opinor, Nonius et apud eum Varro Non. 5 n. 11. Certe savium fere exhibent probatiores libri. Vid. tamen ad Bacch. 82.

868. Repone melioribus numeris:

Dic amabod (vel D. amabo te), an tuae foetet anima uxoris? — Nauteam etc.

869 — 874 vulgo disponuntur personisque dividuntur in hunc modum: Bibere — Art. Miser e. e. Pa. Mecastor d. e. Ar. Q. a. d.? Art. Ain' tandem — Dixisti — Quid — Ar. Ecquid —. Vitium statim prodit, quod iuramento Mecastor utitur parasitus, quod mulierum tantum est. Sed omnino haec est arena sine calce, nisi ita ordines, ut nos fecimus, Acidalium secuti: nam scripti hic parum iuvant.

Versu 873 Camer. et Taubm., nescio qua freti auctoritate: Mecastor d. e. Langg. et nostri H M, puto etiam Pall., cum Pareus nihil moneat, item Iunt: Ecastor, bene, ut verbum repetatur, quo usa est Philenium.

770. V.: tu, quod inconcinnum.

871. Ita vulgatae, producta verbi modo posteriore syllaba, ut supra prol. 5. Malim tamen nunc probioribus numeris:

In me dixisti! Sine! venias modo domum! faxo ut scias etc.

876. Τὸ haec scriptis abest, sed apte id inseruit ex nescio quo veteri libro Acidalius. Divinn. in Asin. c. 10. Praeferam tamen nunc: Nae illa ecastor foenerato fund.tat etc., secundum Douzam Centur. 1, 8

879. V.: uxori, minus quidem ἐμφατικῶς atque invitis V. C. plerisque Pall. Langg. G H M.

881. fulloniam. Sic latina quam graeca forma maluit modo l. l. I. Douza; v. enim: fullonicam.

883. V.: istaec. Recte Acidal.: istanc, Philenium, quam 879 invocavit senex.

885. Sat salutis. Ita V. C. et Langg. Sed Pall. 6 nostri 3 Ms Barth. item vv quaedam edd., in his Mediol. Iunt. Arg.: Sic salutas? Nihil definio.

890 V.: in parte. In partem dedit Lambinus, quod sane usitatius; et sic plane G. Idem codex: hanc pro hac, haud male.

895. V.: M. od. enicavit. — S. a. i. d. versu imperfecto. Pall. 2, 5, G H M, item Colon liber, teste Acidalio, et Iunt.: M. hodie e. Vtrumque et odio et hodie genuinum recte iudicans valentissimus ille Valens locum sanavit, non persanavit: nam legendum quoque erat enicabit, secundum V. C. Langg. M et edit. Mediol. anni 1500. Etiam H: enicabat, quod eodem recidit.

904. Pessime edd.: Ar. Ecastor quin s. p. p. t., quasi per Castorem iurare deceret virum. V. C. Pall. Langg. H M et aliquot vv. edd. E. qui.

906. Τὸ Istoscine in praecedentem versum distrahi iam non placet; sed iambus hic est t. acat., quales passim veniunt, affectu gliscente, inter alius generis versus, praesertim trochaïcos.

910. V: ut te dignum est. Τὸ te nullus liber vetustus, neque calamo exaratus, neque typis descriptus, exhibet. Male intellectum dignust, h. e. dignus est, quod haud dubie scriptum fuit pro dignus es, has turbas dedit. Verum divinavit Taubm.

915. V.: i in crucem, claudicante versu.

921. V.: si plausum sic (V. C. a. m. 2.: si) c. d., numeris turbatis. Guelferbytano abest posse, unde legendum coniicias:

Remur impetrarier, si plausum sic clarum datis.

Impetrarier pro impetratum iri, sicut passim infinitivus usurpatur; sic δεικτικῶς.

ANNOTATIONES IN AVLVLARIAM.

ARGVMENTVM PRIVS.

V. 8 Senex elisa e litera priore legendum est: vid. ad Amph. prol. 74. Minus bene vulgatae: Durus senex, ictum excipiente verbo leviore.

ALTERVM ARGVMENTVM.

V. 1. V.: Aulam repertam auri plenam Euclio, non elidendis duabus vocibus repertam et plenam, quod durius mihi videbatur in scriptore sequioris aevi, cumque in G invenissem auari pro auri, alterum verbum alteri offecisse ratus, retraxi fugitivum.

P R O L O G V S.

V. 6. foras. Ita Langg. et G, quod vividius vulgato foris. Ceteri fere scripti: fores.

8. Restitue, sis, veterem lectionem: D. v. me, ut id s. s. Me non eliditur: vid. ad Amph. 149.

9 quoniam. Langianorum alii quom, alii quando; Pall. 5, item Mediol. Iunt. Argent.: quando. Vel fefellit librarios compendium, vel mutarunt, quod non intelligerent. Donatus ad Terentii Adelph. prol. 1: „Postquam poeta sensit] Postquam pro Quoniam; cuius reciprocum Quoniam pro Postquam. Plautus in Aul.: Quoniam is moritur etc." Sic passim Plautus: cf. Capt. 864, Trin. prol. 14 Trin. 128.

14. Qui. Ita Langg. V.: Quo, ex interpretatione.

16. ecqui. Sic V. C., qui tamen et alterum praefert, (etqui: Ecquid, secundum Pareum), Pall 2, 3. Vulgo: ecquid. Gulielm. Quaest. in Aul. c 1: „Credo," inquit, rectius scribi: ecqui: sequitur enim inferius paulo:

ea mihi cotidie
Aut ture, aut vino, aut aliqui semper supplicat.

Pusillum hoc, fateor; sed meas ad aures etiam perpusilla elegantia iucunda et suavis accidit."

17 G: huius.

19 Langg.: impertire. Vid. ad Amph. 64.

20. Vid. ad Asin. 649.

28 V: Quo eam. V. C.: Q. illam; Pall. 1, 2: Q. ille eam. Ei, Eum, eam, eos, iis, praeterquam extremis versibus, fere monosyllaba sunt apud Comicos.

28. V. pravis numeris: Nam compressit eam d. s. a. l. Quod scriptum Namque, vid. praecedens annotatio. Feram tamen et hanc lectionem:

Nam eam (vel illanc) compressit de summo adulescens loco.

29. H: compresserat pro compressit, sicut 33, haud male. Vid. ad Amph. prol. 81.

32. Sibi pronuntiandum ut S'bi: vid Amph. prol. 74.

34. V.: Et. Acidalius Divv. in Aul. c 1: „Nescio, si rectius Enim hic qui poscet. Melius quidem oratio cohaereat, et praecedentium sensus magis explicetur. Nam haec veluti ratio sunt, esse certe debent illorum:

—— id ea faciam gratia,
Quo ille eam facilius ducat, quam compresserat."

Sic ille valde probabiliter. Malim tamen nunc, praesertim quia hic et is pronomina non recte coniunguntur:

Etenim, qui poscet eam sibi uxorem, senex
Is etc.

Etenim quam facile in Ethic mutari potuerit, norunt ii, qui veteres codices versarunt

39. ne subreptum siet. Vidd. Gulielmii Quaest. in Aul. c. 1, Pareani lexici Mantissa vv. Anastrophe et Metathesis, nos ad Ba. 142.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 8. At scin', quomodo tibi res se habet? Vide de hac formula loquendi Amph. 200.

14. V. asperiore numero: O. h. ego istos etc. Vid. ad Asin. 843.

16. V. continue: A. e. n. e. n. etiam. ohe etc., versu μειούρω Atqui Langg.: etiam nunc pro etiam ohe, ex quo legendum intellexi Etiamne, quod tribueretur Staphylae. Cf. Asin. 28 nosque ibid. ad 647.

17. Istuc adesto. Ita G, cum v. legatur Istic. a. Vid. ad Amph 545. Adesto quoque omnes Pall. H M Iunt. Argent., Mediol.: adest. Sed V. C.: atasto, Langg.: at asta, unde fecerunt adstato. Sane etiam sic loquuntur, nisi verisimile est, atasto vel atasta exstitisse ex atesto, atesta, ut saepius d et t literae inter se permutantur.

26. V.: ut visam, versu impedito, nisi quis visam non elidendum putet.

27. Hunc versum inter et sequentem Gulielmius Quaest. in Aul. c. 1. ista inculcabat, quae tanquam ad hanc fabulam pertinentia laudantur Nonio et fragmentis a me inserta sunt:

Nec nocte nec diu quietus unquam eam (l. eram); nunc dormiam.

Huius ea loci non esse, vel metrum est indicio.

28. V.: Nec nunc m., secundum Pall. 3, 5; nam tres alii: Nec numen ecastor. Sed V. C.: Noe num m., superscriptumque erat voci primae: pro Non. Dubium igitur non est, Ne voluisse scribam, et sic plane G et H a. m. 1. Langg.: Non enim m.

30. V.: miseram me, quod commentum puto metricorum, a in ita porrigi nonnunquam apud priscos nescientium: vid. ad Amph. 475. Recte Langg. et H: me miseram.

31. G et M: extrusit.

42. V.: quippini Ego intus servem? quasi servare intus velit Staphyla, cum nolit. Egregie nostri codd.: Quippe nil, et sic etiam Mediol. Argent., quas saepe laudo. Servem, φυλάττοιμ' ἂν, modo potentiali. Cf. Ba. 120, 636, 1006, Cas. 419, Mil. 496, Stich. 449, 486, 667, Trin. 707, G. I. Vossii grammat. p. 94.

46. V.: M. q. t. nunc me c. f. I., abundante syllaba. Atqui Helmstadiensi abest nunc, quod pridem sustulerat Lambinus. Male me omissum in Argent.

51. Ms. Barth. et G: in aedibus, quomodo etiam 59 praeferunt iidem libri et H, M. Vide ad Amph. prol. 87.

52. Sic V. C.; sed Pall. 6 et H: Quodsi q. i. quaerit, Langg. G M et vetuste cusi: Quidsi q. i. quaerit; et Anui fere haec tribuuntur in istis libris, verba vero Extingui volo rursus Euclioni; G etiam quisquam pro quispiam. Facile igitur reposueris:

St. Quid, si quisquam ignem quaerit? Ev. Extingui volo etc.

Sed non deterior est lectio vulgata

56. V. pravo numero: – pístillúm, mort. Pistillum iam sequente vocali retrahit accentum.

61. G: veniet, M: venerit.

63. V. C.: quamquam prope est (Pal. 6 et noster M: q. p. sit); sed verisimile est, verbum ortum esse ex sequente nota persona se. (senex); certe abest reliquis Palatinis, uti et G H et editionibus vetustis. Pro quamquam vero G: quoquam, Pal. 1 teste Gronovio, item edd. Iunt. Argent.: quaquam Langg.: nunquam adit quaquam propet, prope verum; id quod vidit etiam Gronovius, scribendum censens: N. a. a. n. nunquam adiit quaquam prope. Eam lectionem cum expressam vellem in hac editione, τὸ nusquam corrigere forte sum oblitus. Nam ut nunc habet locus, soloecus est verborum nusquam et quaquam altero al-

terum excludente, mirorque eorum coniunctionem probari potuisse Nicolao Angelio editori Argentoratensi et ipsi Camerario in annotatione ad h. l. Legendum autem nunc arbitror, numero venustiore:

Nam ad aedis nostras nunquam adit quaquam prope.

Adverbium Quaquam quod attinet, usurpavit id etiam Lucretius 1, 429 et apud Charisium Putsch. 192 Pomponius, comprobaturque, observante Gronovio ad h. l., compositis Haudquaquam et Nequaquam.

64. Occlude, sis. Vel hoc loco intelligitur, imperativis addita Sis vel Si vis, Si velis (Rud. 736), Sultis, non semper ad minuendam eorum contumeliam pertinere, quod vult Donatus ad Terent. Eun. 4, 7, 29. Cf. Capt. 386, 588, Most. 1, Rud. 722, 730. Et similiter Mil. 1392 herus ad servos suos: Vbi lubet, distennite hominem etc. Nam de εἰρωνείᾳ in talibus cogitare, longius repetitum foret.

66. Quia extrita i litera legendum: vid. ad Amph. prol 74.

69 numos. Ita G H, et 73. numum. V.: nummos, nummum.

79. postidea. Scripti et vv. edd.: post idem, post item, post itidem, recte corrigentibus viris doctis.

84. V.: M. f. t. rei hoc c. f. Sed V. C.: haec pro hoc, Pal. 1. a. m. 1: hac. Fuerit hoc initio heic. Hoc alienum.

92—95. Legendum potius, pene nulla facta mutatione:

Neque occultum id haberi, neque per metum mussari, as. ex b. d. et i. d. c.

(G et M: Neque id o. h., quod fere praetulerim, ionico translato ad pedem primum, ubi regnant eiusmodi licentiae: nam licentia est, sed usitatissima Sarsinati et ingenio priscae Latinorum paëseos consentanea, usurpare ionicum a minore pro baccheo.)

Quin participem pariter ego te et tu me facias.

(V. soloece: Q. p. p. e. t. e. t. me ut f. Pariter ultimam producit ante vocalem: vid. ad Amph. prol. 38.)

Eo nunc ego secreto ted huc foras seduxi,
Vti tuam rem ego tecum hic loquerer familiarem.

Versus eiusmodi asynartetos, quos primus ego nunc perfero in notitiam eruditorum, praeterquam hoc loco et Pseud. 1126 Plautus non usurpavit, quod sciam, sed similes passim, velut compositos ex baccheo dimetro et iambo hypercatalecto, de quibus monui ad Amph. 422; item syllaba his longiores Most. 316, Rud. 129, 580; et syllaba breviores Most. 110, 872, Pers. 800 sq., Pseud. 249, 1262, 1276 sq.

96. Trochaïcus t. c. hic versus est, item minima mutatione sic scribendus:

Me. Da mihi, optuma femina, manum. Ev. Vbi est ea? quis ea est nam optuma?

97. Sententiae lumen magis effulgebit, ubi sic reposueris:

Me. Tu. Ev. Tune ais? Me. Si negas, nego. Ev. Decet quidem vera proloqui: i. t.
Nam optuma etc.

Si serves vulgatam lectionem Decet te quidem vera proloqui, Eunomia hoc versu affirmabit, quod negat sequente: nam si vera locutus est, ut decet eum scilicet, Megadorus, erit eius soror optima femina, qualem tamen nullam eligi posse, h. e. nullam esse, dicit modesta mulier. Vt nunc vero locus a me est constitutus, decere se ait Eunomia, ut ipsa verum proloquatur fateaturque, optimam feminam eligi posse nullam. Sane hoc voluit poeta. Et eo quidem ducunt etiam codicum scripturae paulo divertentium, velut quorundam Langianorum Palatinorum 5 6 et libri M: Decet equidem v. p., Palatini 1: Dedecet equidem v. p.; nam Pal. 3 et nostri G M dilucide: decet quidem v. p., ut legendum esse contendimus.

99 – 103 Etsi haec satis probabiliter a me digesta videantur, tamen aliam nunc viam insisto, quam rectiorem puto propterea, quod multo minus abducit a vulgata lectione. Sic igitur locum constituendum censeo, veriverbium (ut cum Hoc loquar) expertus proverbium de secundis curis.

Me. Idem ego arbitror, nec tibi advorsari as. ex 2 i. h.

(Metri genus, de quo dixi ad Amph. 422. Verba nec tibi deleveram auctoritate codicis G; sed iam eo nihil opus.)

Certum est de istac re, soror, unquam. Quid vis?

(Verba Quid vis? absunt quidem a V. C. et Langianis, sed extant in Palatinis omnibus, nostris 3, item vv. edd., in his Mediol. Iunt. Argent., metroque pulcre comprobantur.)

Ev. Da mi operam, amabo. Me. Tua est: utere atque
Impera, si quid vis. i. h. claus.

(Codd. G H: a. impera sis, M: impetrassis, quos secutus sum; nec per se mala est ea lectio, nisi quod metro adversatur. Formula offerendorum officiorum Impera, si quid vis, recurrit Mil. 1018; cf. Poen. 895, Par. lexic. v.: Impera, si quid opus est. Imperă: vid. ad Asin. 731.)

Ev. Id quod in rem tuam optumum arbitro esse, ted admonitum advento. t. t.

(monitum quidem, non admonitum, V. C. Pall. 1, 2, 4, 6, nostri 3; sed cum Helmstadiensi absit id, et M praeferat: id te, ut vagari solent interpretamenta, inducor ad credendum, te id natum esse ex ted legendumque: ted admonitum a. Agnominationem, qualis inest verbis admonitum advento, amat Noster, ut passim vi-

dere est. De singulis eiusmodi trochaïcis inter alios versus venientibus monui ad Amph. 590.)

Me. Soror, more tuo faci'. Ev. Facta volo. a. d.

(Soror μονοσυλλάβως legendum: vid. ad Amph. prol. 74.)

Me. Quid est id, soror? Ev. Quod tibi sempiternum b. t.

Salutare sit liberis procreandis!

(Ita G et H, non, ut alibi: procreandis liberis, quod inconcinnum. Deleveram haec verba, quia ineptum videbatur, eiusmodi votum comprobari a sene exclamatione Ita di faxint, nomen vero uxoris tantum ei horrorem incutere, ut audito eo se occidisse dicat. Nam verba Ita di faxint tribuenda esse Megadoro, secus ac vulgo fit, dubitare nos non sinunt loci similes, velut infra 210, et inprimis 742; neque fugit hoc Lambinum. Verum enimvero, ut taceam, fieri posse, ut iocetur senex [illegible] quod facit 97, 99, 106 sq., 110 sq., 113, 116 sqq., non tam ab re uxoria generatim abhorret vir optimus, quam ab uxore dotata, qualem intelligere sororem, longa eius consuetudine edoctus praenoscit; id quod ex sequentibus colligitur.)

106. Ferri potest vulgatum mihi, siquidem anapaestus proceleusmatico non deturpatur.

108—111. Restitue iambos t. c.:

Ev. Heia, hoc face, quod te iubet soror. Me. Si lubeat, faciam.

(Posterior syllaba τῆ face producitur vi sequentis qu, quod pro consona duplici est. Sic Bacch. 551: malā crux, Cas. 660: Casinā procul, nisi legendum sit ex V. C. Casinus, Pers. 479: Dordalē. — Credo, Poen. 822: Cretā profecto est, Pseud. 124: Pubē praesenti, et ibidem 554: facinorā promittere, et scenae extremae 15: ordinē scio, Truc. 428: ausā clam, 429: avarā probrum. Cf. Taubm. ad Mercat. 1, 1, 26. Nec tamen improbaverim: Heia, hocce face: vid. ad Amph. 138. Pall. G M et pleraeque edd.: Si iubeat, faciam, solito errore. Non ita obnoxius hic senex, neque cum ista lectione vel antecedentia vel sequentia concinunt.)

Ev. In rem hoc tuam est. Me. Vt emorar quidem, priusquam ducam.

(Emorar pro emoriar scripsi, ut mox venat pro veniat et Ba. 313 convenam pro conveniam, pravis accentibus vocum émoriár, veniát, cónveniám, admonitus. Sic etiam evenat passim est legendum, velut Ba. 111, et omnino misceri solent declinationes verborum apud veteres: vid. Sca-

liger ad Festum p. 104 edit. Dacer., G. I. Vossii gramm. lat. p. 139 sq., nos ad Capt. 611, Cas. 41, 415.

Post hunc versum v. talia leguntur: Sed his legibus, si quam dare vis, ducam, inconcinna illa quidem et versum 111 manifesto interpretantia, quae absunt G H et edd. Mediol. Iunt. Argent.)

Quae cras venat, perendie foras, soror, feratur,
His legibus si quam vis dare: cedo, nuptias adorna!

(Τὸ si retraxi ex interpretamento, de quo modo dixi, cum eiusmodi verbum sententiae plane necessarium esse intelligerem. Pyrrhichium dare pro iambo non est quod mireris: vid. ad Amph. 1.)

113. V.: Sed est grandior natu: media est mulieris aetas, quasi haec ab Eunomia dicantur omnia, fierique igitur possit, ut idem grandior natu sit et media aetate, quod absurdum. Quin illa Sed grandior est natu verba sunt Megadori, mentem sororis divinare sibi visi, nec sine εἰρωνείᾳ, qua abundat senius, pronuntiata. Vid. supra ad 102 sq. Grandior extremam syllabam producit: vid. ad Amph. prol. 38. Scripsi autem mulieri, ne dactylum sequeretur anapaestus vid ad Asin. 649.

115. V.: Num non vis etc. fortius quam pro re. Nunc, num, non saepissime confunduntur in codd. M: Non nam; sed nam est a correctore. Libenter ferrem: Numnam vis etc.

116. V.: qui mediam, quomodo 112 maxumam — dotem 5 Pall. et partim nostri, item nonnullae edd. vv. Media V. C. Langg. et H.

117. V.: praegnantem tritiore forma. Praegnas passim Hic et prisci.

119. V.: demam, sed edd. primae et Pal. 3 a m. 1., item 1 et 4. a secunda et M: degam, sicut Nonius, h. e. deagam, diminuam, recte: nam si demam dixisset Megadorus, locus non erat τῷ diminuam, quod minus est; sed degere et diminuere fere συνώνυμα sunt, quae coniungi possunt.

121. Nonius v. Factio: dapsilas, vetuste. Cf. Pseud. 386 et ibi Douza.

129. V.: — spero. Ev. quid! me nunc quid (G. Mediol. Iunt. Argent.: q. m. nunc vis? procul dubio ex correctione) vis? Mr. vale; quasi mirandum sit, bene sperare senem de his suis nuptiis, de quarum eventu bono vel verbo dubitasse, malum omen fuisset, prudentis atque benevolentis Eunomiae persona indignissimum. Nec melius habent sequentia me nunc quid vis? etiamsi numquid reposueris, ut sane faciendum est, cum viris doctis: nam formulae, quales hae sunt abeuntium, Numquid vis? (Aul. 216, Merc 318) Numquid me vis? (Cist. 116, 118) Nisi quid vis (Asin. 93), Numquid aliud me morare? (Poen.

779) cum aut nulla aut levissima animi commotione pronuntiari soleant, causa non est, cur a consueto verborum ordine recedatur, id quod alias saepe fieri apud Comicos, monui ad Amph. 378. Nemo igitur unquam dixit: Me numquid vis? pro Numquid me vis? Quo posito constabit de corruptione loci. Sive autem totam eius indolem consideres personasque colloquentes, sive apices literarum secteris, nihil profecto aptius rei, nihil similius vulgatae lectioni reperies, quam id, quod excudi iussi, Quidni? quo spem fratris soror approbat. Ceterum Vale, vel Valeas, vel Vt valeas respondere solent eiusmodi formula ab abeuntibus compellati: vid. Merc. 318, Poen. 779, Cist. 118. Nunc quid vis? pro Numquid vis? itidem male exaratum Pseud. 656, neque erat quod in illo haererent editores.

130. Ergo. V.: Ego, frequente confusione. Certe Ergo et sententiae et versui apprime convenit, Ego ne versui quidem, nisi non eliso conveniam.

131 Et. Hoc in V. C Pall. II item edd. Mediol. Argent. Iunt. antecedenti versui annumeratur, librariis miratis, ut arbitror, verbum distrahi, praesertim in extrema sententia, cum percommodus ei iuxta domi se praeberet locus Sane ibi perbene collocari posset, modo sequens id versus fieri pateretur. Cf. infra 619, Men. 461, ubi similiter impegere scribae, Pseud. 934.

137. Quid tu? Quid tu autem? Quid ille? Quid vos? Quid hic ipsus? — quid divitiae? — quid pater? ut legitur Capt 210 — 213, notae sunt formulae loquendi, in quibus intelligendum agis, agitis, agit, agunt. Cf. Ba. 1006, Cist. 51, Capt. 478, Cas. 364, Epid. 7, 19, 141, 565, 625, Men. 101 Mil. 1097 Trin 175 Terent. Eun. 366. Vtuntur illis vel sermonem ordientes, vel latius serere cupientes, praesertim in transitibus.

140. V. inconcinne: P. e. haud a pecunia perbene. Langianorum P. e. h. a p. bene correctorem sapit.

145 sq. Edd. ταυτολογικῶς: — illocabilem, Neque eam queo locare quoiquam. Scripsi quo locare, quomodo infra legitur 440: Quo illae nubent etc. ibid. 442: Quo lubeat, nubant, Cist. 299: Quo illanc dedisset (nam sic Mss. et vv. edd.), Stich. 57: alio nubere, et ibid. 130: quo dedisti nuptum, et 128: ad virum nuptum datur. Interrumpitur autem Euclionis oratio, tale quid addituri: id durum est.

152. V. secundum Gruterum Suspp. 5, 5: Ego istos novi polypos, qui sibi quicquid tetigerint, tenent. Mss. et vv. edd.: qui uibi, quin ibi (sic etiam H et M), quin ubi, nunc ibi, ut G noster, denique: qui qu. omisso verbo medio, ut Pal. 5, quod admisissem, si pluribus suffragiis probaretur; omnes: quicquid. Sed iam pridem intellexerat Camerarius, quid perperam geminatum esse, nec male reposuerat: ubi quid tetigerint, tenent, nisi quod melius Langg. et H: tetigerunt, sicut ante: Vbi manum iniicit. Nam commentum Gruterianum vel versu refellitur, siquidem

dem vox polypus primam syllabam porrectam habet apud Latinos. Mutavi autem ordinem verborum E. i. n. p., tum ut, prima versus regione posita, gravius ad aures accideret ponderosior ceteris huius sententiae vox polypos, tum autem ut faciliores apertioresque redderentur numeri, etsi haud nesciam, Vbi etiam pro iambo interdum esse apud poëtas, velut infra 453, 651, Capt. 429, Cist. 460, Epid. 157, Men. 106, Most. 303, 318, Pseud 207, Rud. 1136, Horat. od. 3, 27, 69, neque semper observari incisionem huiusmodi trochaicorum post pedem quartum, cuius rei passim videre est exempla, velut infra 361 sq 540 sq., 561, 593, 593, 704, 767, Asin 847, 871 sq., 877, 879, 882, Bacch. 543, 5 etc; verum licentiis, quales hae sunt, boni poëtae utuntur rarius, praesertim ubi nullo negotio vitantur.

156. Ms. Meursii Mediol. Iunt. Argent.: domi.

157. Iamiam. V.: Iam, versu manco. Acidalius tentabat: Quonam abis? Quo non liquescit: vid. ad Amph. 149.

158. G et M carent τῷ ego, nec male. Langg. soloece: fecerim

163. V.: quod mihi n. l. p., ex interpretatione, invito quidem versu.

166. M arbitraris, quod recipiendum in ordinem, ne continue sequantur 3 voces e litera terminatae.

170. arbitrōr. Vid ad Amph. prol. 38.

179. V.: Vt propter me, quod tulissem, si me h. l. esset ἐγκλιτικόν, ut pronuntiaretur proptér me: vide nos ad Terent. Andr. 667. Nunc vel numeri sunt indicio, legendum esse me propter per anastrophen. Vid. lexic. Par. Mantissa vv. Anastrophe et Metathesis.

181. me non liquescit, sed corripitur: vid. ad Amph. 149. Esse exhibent omnes libri Mss., quod male omiserunt Gronovius Ernestiusque.

183. V.: me esse as., liquescente et vix audito pronomine ὀρθοτονουμένῳ. Langg.: me as.

188. Mss.: mordicus, mordibus, ut G, morsibus, ut Pall. 1, 2, 6 et M. Nonius et edd. Iunt. Argent. Ald. Camer: mordicibus, h. e. dentibus, quomodo etiam Capt. 527 Pal. 4, teste Pareo, et edd. Iunt. Argent. Ald. Basil. Brix. Vocem rariorem usitatissimae cessisse, consentaneum

Ceterum v.: boves incursent cornibus, τῷ boves in unam syllabam contracto, sicut Iovem Amph. prol 90, ubi vide quae annotamus. Sed praestat plene exaudiri vocem gravem.

191. Libri A. eam desponde mihi, recte, modo reponatur mi pro mihi.

194. Edd pravo numero: Eo dicó, ne etc.

195. Novi, ne doceas. Formula loquendi, ubi molestum colloquium finiri cupimus. Cf. infra 385 Truc 750 et nos ad Terent. Eun. 229. Cognata huic est formula despicientis: Non ego te novi? et saepe recurrens illud Scio Vid. Capt. 456, Cas. 602, Rud. 898.

196. V. versu impingente: Non e. d.? Langg. Num, V. C. et Pal. 3: Num. Vid. supra ad 115.

197. Forte exaratum inc pro hic, quae est librorum omnium, praeterquam Langianorum, lectio.

199. G: vidit.

201. V. inconcinne: congredi. Sensit Acid.

204 Libri nullo numero: Impero auct. s., ut tu me c. c. l. Ferrem quoque: Imperod auct. s.: vid. ad Amph. prol. 149. Non enim huc pertinent ista Epicorum:

Chloreaquē Sybarimque Daretaque Thersilochumque, et Sarculaquē rastrique, et Taxiquē pinusque, de quibus adi, sis, Wasii Senarium cap 5. Tu abest Langg. G M Iunt. etc.

210. V.: Istuc di b. v., versu novenario, quo nihil opus. Notae formulae vel sibimet vel aliis fausta precantium Di bene vertant, Quae res bene vel recte vertat: cf. supra 129, 172, infra 225, 741 sq., Pseud. 637, Trin. 466, 468, 538 sq. Quibus respondent Ita di faxint, Ita di faciant: cf. infra 742 sq. Tò Istuc ab interprete adscriptum censeo. Si quis tamen est, qui id mordicus retineat, is antecedenti versiculo apponet: vid. ad Amph. 596.

215 sq. Inconcinne vulgatae: causa est? — numquid me vis? V. quoque: Fiet. Sequor Langianos: vid. ad Asin. 805.

220. G: obfirmavit.

223. Insulse libri: pure (H: para) propera a. e. Nihil melius Palmerii commento, quod expressi.

226. A me additum est tu, ut versus hic efficeretur trochaïcus, quales sunt reliqui huius scenae. Sed nihil opus: apte enim iambus usurpatur ad declarandum senis animum commotiorem.

227. V.: occlude, quod ferri potest, modo legas A. aedis obclude, prout est in G M. H: obclude.

231. G: veniet, H: venient.

232. V: malum moerorem metuo ne m. b., quod alii aliter emendant. Recte I. F. Gronovius: „Scribe: Malum moerore metuo ne mistum bibam: Malum cui additus sit moeror, ut vinum bibitur mistum aqua." Comparat Acidalius Cas 752, Rud. 786, Most. 342.

235. V.: hic, minus bene. Hinc, ex emta copia: cf. 244.

236. Haec vulgo Congrioni tribuuntur, ut propemodum per totam hanc scenam confusa coquorum nomina. Haec Anthracis esse, liquet e Strobili excusatione 240, animadvertente etiam Acidalio. Et sic M. V. autem nullis numeris: Me quidem h., dicam palam, n. d. Tu a Lipsio est Epistt. Quaestt. 5, 14. Dicam palam scriptum puto sicut supra 231 venient, sient, et Omnia mala Men 619, oculis librarii a prioris verbi fine ad posterioris aberrantibus. Certe dicam versum impedit, et edico, tanquam praetor vel ipse Megadorus (vid. 234), elegantissimi usus est neque a consuetudine Nostri alienum: vid. Parei lexic. Plaut.

h. v. Acidalium et codicem M fere sequor in ordinandis h. l. personis colloquentibus.

238 Bellum et pudicum. Componuntur haec verba tanquam ex formula: cf. Amph. 193 Capt. 925: nam bene idem ac belle, quod contractum, cum proprie esset benule a benulus, h. e. benus, quomodo pro bonus dixisse veteres notum est. Vero, [illegible], vel iram saepe exprimit, vel ironiam: vide nos ad Terent. Andr. 599.

241. V. soloece: quod tu ius. Respondent sibi aliovorsum, istuc, quo. Sed ad coniunctionem tantum valet: vid. ad Amph. 958

242. ducet. Ita Langg.; sicut modo dictum: faciet. V.: ducit.

243. hinc. Ita versum fulciebat Reizius, nec male. Praestat tamen legi absque ullo additamento:

Vicinid Euclionis huius e proxumo.

De d ephelcystico vid. ad Amph. prol. 149. Huius, Eius, Cuius sexcenties pro monosyllabis sunt apud Comicos: vidd. Acidalii Divv. p. 452, Bentleii Schediasma de mettr. Terentt. c. 8.

246. Pall. 6 et Lambini nescio qui codd., item Merulae editio prima: ducis, πέμπεις, quod placebat Douzae, Acidalio, aliis, Bacch. 80, Cas. 582, Truc. 520, conferentibus. Ceterum v.: N huic d. d. d. domi. Sed Langg.: domui, h. e. haud dubie domum, ut reponendum esse vidit Acidalius. Huic saepe permutatur cum Huc, quod τῷ domum longe melius convenit, quam illud.

247. Nempe h. l. pronuntiandum ut Nemp', ne creticus invehatur pro iambo: vid. ad Asin. 770.

248. V.: filia, labante versu. Filiai iam aliis in mentem venit.

253. G: S. r. p. atque ipsum er.

255. Gronovius et eius asseclae, pessumdato versu: follem sibi o. o. g. Istud sibi in solo M. reperi.

257. Pessime libri post hunc versum repetunt: Ne quid animae forte amittat dormiens, quae recte absunt G.

258. Haec mihi ted, ut tibi med aequom est credere. Bene Acidalius Divinatt. in Aul. c. 3: „Quod ait Strobilus, in eo tacite ioci quiddam est, sed civilioris. Neutri enim innuit ab altero credendum. Simiter Poenulo (359) cum miles Anthemonides post narratam hominum volaticorum caedem interrogat: An haec mihi non credis? urbane leno Lycus respondet: Credo, ut mihi aequum est credier. quo tecte, quanquam aperte satis, indicat, habere se tantundem militi fidei, quantum sibi, utpote lenoni, aequum ab aliis sit haberi.“ Cf. etiam Epid. 121. Ceterum V. C. Pall. 3—6 H et vv. edd., in his Colon. Iunt.: — credere credo. Hoc credo in Crede mutatum sequenti versui praeponebat Acidalius. Sed praestat, verbum Anthraci tribuere in hunc modum:

An. Credo imo equidem, credo. St. At etc.

Imo postpositum haud concoquebant, ut opinor, scribae,

de quo vid. inprimis I. F. Gronov. ad Capt. 284. Cf. infra 719, ubi ipse similiter impegi cum Nicol. Angelio.

261. V: exorari potesse. Sed potesse Pal. tantum 6 et, ut videtur, Langg.; 4 alii Pall. et V. C.: potest; 5: posse. G: te exorari. Legam:

An. Censen', talentum magnum exorari potis
Ab etc.

potis pro potis esse, sicut passim subaudiri Esse monui ad Amph. 168. Nam durum foret ita scribere distracta voce:

An. Censen', talentum magnum exorari potes-
se ab istoc etc.

In lectione excusa infinitivum accipiebam pro supino exoratum iri, quomodo, alios locos ut taceam, Capt 3 dicere valet dictum iri; quem usum miratos potest vel posse vel potesse interpretandi causa addidisse et pro exorarier metri gratia exorari scripsisse librarios arbitrabar. Sed abstinendum, ubicunque fieri potest, medicinis asperioribus.

267. V. ex mala interpretatione, nec salvis numeris: adeo esse parcum. Haec vulgo continuantur sub Anthracis persona. Sed is se ista omnia credere Strobilo, iam 259 affirmavit, nec denuo dubitandi nunc est locus. Imo quia non videtur dubitare Anthrax, ideo mirabundus alter coquus: Censen' vero etc.

268. Libri: P. p. ei eripuit m., versu imperfecto. VV. quaedam edd.: eidem pro ei, quod etiam fuisse suspicabar. Sed legendum non elisa voce pridem:

Pulmentum pridem eii eripuit milüos.

274. Langg. minus bene: Ego multo melior. Propterea celeriorem se esse ait Congrio, quia multo melior sit, h. e. artem suam longe melius calleat, quam Anthrax.

275. ergo Debetur hoc Acidalio. V inconcinne: ego, proclivi quidem lapsu.

Sic sum, ut vides, Τοιόσδ', οἷος ὁρᾷς, ut ait Theocritus 22, 59. Gruterus Suspp. 5, 9: „Sermo est hominis nec laudantis se, nec vituperantis, et existimaverim fuisse formulam, qua utebantur vulgo, cum oculis suis quemque credere iuberent, ita ut sui nihil praeterea praestarent." Confert Amph. 446, Rud. prol. 3, Terent. Phorm. 489, quibus addas licet Bacch. 1136.

278. V. Grutero et Acidalio auctoribus haec uni tribuuntur Anthraci, ut eandem is rem et figurate dicat et proprie, quod inficetum. In libris fere verba Me vituperas, fur continuantur sub persona Congrionis, reliquis huius versus Anthraci adscriptis. Sed hoc parum est, audiendique sane aliqui Langianorum, orationem alterius coqui voce vituperas finientium. Ceterum nove dictum trium literarum homo miratus Congrio, quaerit: Fur? h. e. Num fur est, quem dicis? alteroque ad id renidente, statim subiicit iratissimus: Etiam fur trifurcifer .... (h. e. Fur etiam trifurcifer, per transpositionem: vid. ad Amph. 378)

additurus hoc vel quiddam simile: tu ipse es; sed interpellatur a Strobilo.

280. V.:

Co. Licet. St. tu Congrio eum sume, atque (Langg.: Atque) abi
Intro illuc, et (et abest M) vos illum (nostri 3: eum) sequimini:
Vos ceteri illuc ad nos.

quasi pinguior agnus daretur Congrioni, cum Anthrax eum acceperit, ut versu 282 intelligitur. Deinde non illuc dicendum erat priore loco, ne de Megadori domo cogitaremus, quae hic quidem ita designatur, sed huc, Euclionis domum, ante quam stabant homines, quamque digito monstrat servus. Nam quod mox itidem de illa dicitur Huc, Hic, in causa est aedium vicinitas, neque ibi altera alteri domui tam opponitur, quam h. l. Sublato igitur Congrionis nomine, perperam inculcato (nam Anthraci Strobilus dicit: Tu sume), priore illuc in huc mutato, deletisque otiosis nonnullis voculis, haec sanavi, sed non persanavi: nam restat ulcus foedissimum, quod nescio quo pacto non animadverti, ubi Anthrax iubetur abire huc, i. e. Euclionis domum, cum Megadori dicat Strobilus. Non de nihilo est, opinor, quod Langiani: Atque, non: atque. Hinc colligere mihi videor, ea voce novam alterius incipere orationem, iamque totum locum sic emendo et in numeros suos restituo:

Co. Licet . . . ? St. Tu sume, Co. At qui? St. Abi intro huc. Vos eum sequimini.
Vos ceteri illuc ad nos.

Congrio: Licet . . . h. e.: Licet eum mihi sumere? Ad quae Strobilus, Anthracem alloquens: Tu sume; causamque iniustae divisionis sciscitanti Congrioni, de illa quidem etiam verbum facere dedignatus, imperiose respondet: Abi intro huc etc. At qui? sicut infra 290: Qui vero? Cf. Parei lexic. v. Qui. Personarum notas in scriptoribus dramaticis temere addi, omitti, mutari denique solere a librariis, nemo nescit.

282. Dispartivisti. Sic H; v. Dispertivisti. Vid. ad Amph. 64.

285. abidum. Ita Iunt. Ald., quod non spernendum duxi: nam sic passim Comicus Memoradum, Iubedum, Tangedum, etc.: vid. Parei lexic. v. Dum. V.: abi.

286. ἀμέτρως: detrusisti. Correxit Acid.

288 Stultius. V.: Stultum, ex interpretatione, puto. V. C. Pall. 4 et 3 nostri, item vv. edd.: Stultus, et es pro est, solito quidem hoc errore. Notus graecissans hic usus comparativi pro positivo, cuius usus exemplis, a Vechnero prolatis Hellenolex 1, 1, 5 addo Amph. prol. 56 Ba. 42, Capt. 621, Men. 985, Merc. 264, Most. 1020, Poen. 223, 228, 743, 1139, Rud. 372, 774, 1106, Trin 830, 891, 1022, quo pertinent etiam minus pro non adhibitum, et formula illa iuris Melius Aequius, de qua vid. Cic. de Off. 3, 15.

289. Te ibi. Sic Acid. pro vulgato Tibi, quomodo passim secunda persona usurpatur more etiam Graecorum: cf. Cas. 168 etc.

291. qui. V.: quod; sed libri fere, etiam nostri, quid. Utrumque inconcinnum. Sensit Gruterus, non sensere Gronovius Ernestiusque.

293. V. abest autem, quod praebent Langg. 3 nostri et quaedam vv. edd. In iisdem, cum a Langianis discesseris, item in V. C. et Pall., alterum magna non conspicitur.

296. V.: Ibi si perierit q. Haec transposui, ut vox perierit eum accentum haberet, quem Plauti aevo accipere solebant eiusmodi verba quadrisyllaba: vid. ad Amph. 203. Verum cum restent tamen multa poëtarum loca, eaque sanissima, in quibus ista lex migratur, praestat naturalem verborum ordinem servare in scriptore Comico.

299 sq. quippe qui, Vbi quid subripias, nihil est. Sic legendus atque interpungendus locus: nam nescio quo casu quod pro quid exaratum est in hac editione. Ἀνακόλουθον autem hoc est, simile illi Pseud. 465 sq. Hercle qui, ut tu praedicas, Cavendum est mi abs te irato. Cf. ibid. 640 sq., Terent. Heaut. 486, ubi male Quippe qui pro Quippe accipit Faërnus, nosque ad Terent. Hec. 428—431. Aliorum exempla ἀνακολούθων habes Cas. 79 sq. Mil. 140 sqq. Pseud. 519 sqq.

305. V. abest mi, quod praebet Macrob. Saturn. 3, 11, itaque versum sanat.

318. V. Si, hiante versu. Opponitur deorsum comesa coena sursum subductae in corbulis.

323. V. abest me, quod inter lineas ante filiae praebebat V. C. V. quoque, itidem inconcinne: filiae nuptiis. Iunt. et Argent. anni 1514: fil. me in n. Sequor Vossium. Cf. 248, 492, 751.

328. V. nullis numeris: A. iratus illinc, q. n. e. qui e.

336. Ita Priscianus l. 3 p. 611 Putsch, quem emendatiores Plauti codices versasse constat, quam qui nunc habentur. V: N. t. e. atque hasce cor. f.

241. si potest. H. e.: si fieri potest, ut passim loquuntur: cf. Merc. 766, ubi τὸ dari deleri versus iubet, Most. 734, Pseud. 624, Terent. Phorm. 269. V.: si potes, prorsus inusitate in hoc genere. Vid. Douza ad 350 vel Centur. 1, 13. Viciniam fere scripti, in his H. V. soloece: vicinia.

343. V.: P. hercle! aurum etc., versu manco, nisi legas hercule, minus quidem ex usu Comicorum. Editio vetustissima Brixiensis, teste Gulielmio Quaestt. in Aul. c. 4: Perii, hodie aurum etc. Verborum hercle et hodie alterum alteri fraudi fuisse suspicabar, ut non semel factum. Similiter Poen. 1004: Opino hercle hodie, quod ego, etc.; et sic saepius ista componuntur.

344. V. perverso numero: N. o., n. ego intro huc propere propero currere. Abest propere Pall., nostris 3, et aliquot edd. vv.

346. V tu desideratur, horridiore versu.

350. Pro hoc unio versiculo duo veniunt in vulgatis huiusmodi:

Congrum, muraenam exdorsua quantum potes:
Atque omnia, dum absum hinc, exossata fac sient.

Et prior quidem versus et a Nonio laudatur 1. n. 61 et exstat in nonnullis bonae notae Mss., velut Pal. 3. (vel 4. secundum Taubmannum) et nostris G II. Posterioris nec vola nec vestigium in iisdem libris et edd. vv.; Palatini vero et V. C., quibuscum facit noster M., pro istis omnibus haec tantummodo exhibent:

Congrum muraenam exossata fac sient.

Recte Gruterus ad h. l.: „Optimus ille vir (Camerarius) cum secundum versum (Congrum etc.) videret extare in Marcello ac vv. edd, noluit eum eiicere, sed potius cum videret extare in Ms. suo exossata fac sient, de suo versum supplevit. Verum aut omnia me fallunt, aut exossata fac sient est a glossa scribarum ad illud exdorsua; itaque qui versum eum rursum exturbaret, nihil peccaret in antiquitatem, nisi Pareanam."

353. Coci h. c. faciunt officium suom. Hoc est, furantur, ut recte meliores interpretes, siquidem harpagones passim audiunt coqui apud Nostrum. Pseud 791 sq.:

Forum coquinum qui vocant, stulte vocant:
Nam non coquinum est, verum forinum est forum etc.

Cf. ibid. 852 sq. 948 sq., supra 274, Cas 583 sq.

356. V. pessimis numeris: F. i. ne quid hic turbae fiat itidem. Mss. et edd. vv. fere: F. i. ne quid turbae hic itidem fiat.

357. V. Optati, quod exponunt vocati et implorati. Haec significatio verbi dum probetur, interim scripsi Obdati, h. e. obviam dati vel facti, sicut passim valet Ob praepositio, praesertim apud priscos. Certe nihil ineptius, quam optatos consueta vocis potestate dici eos, quos de via sibi decedere vult Congrio, quibus passim etiam malum minitantur, tantum abest ut eos desiderent: vid. Amph. 819 sqq., Capt 723 sqq., Curc. 278 sqq., Merc. 114 sqq., Stich. 270 sqq

359. Festus: „Coquitare pro Coctitare, i. e. frequenter coquere, Plautus posuit" Monet Meursius Exercc. critt. in Aul. c. 2, nec tamen inficiatur, veteres etiam haec et similia usurpasse Coquino, Natino, Negino.

364. V. ex interpretatione, quae versui officit: aperit Bacchanal, adest.

367. Langg.: perfero.

368. Minus vivide libri: Quid comminatus. Facillime olim a et d literae miscebantur.

371. V. versu monstroso: Neque cui ego de industria amplius male plus lubens faxim. Male feci, cum τὸ lubens sustuli, tanquam glossema verborum de industria. Plus eo nomine tollendum est legendumque:

Neque quoi de industria ego amplius male lubens faxim.

Mali pro male nescio quis repererit, sicut equidem reperi in G (H: malis), iamque cum eo coniunctum amplius τῷ plus explicandum sibi sumserit.

375. V.: Etiam rogitas, quod trochaici est initium, non iambi. Rogare et rogitare saepius confusa. Sic itidem peccatum 3 8.

376. Sine. Hoc v. Congrioni tribuitur, quasi is seni minetur, cum, contra esse, ex sequentibus Congrionis At — sentit liquide appareat. Ceterum v.:

At hercle cum malo magno tuo, si hoc caput sentit.
Ev. Pol ego haud scio quid post fiat, tuum nunc caput sentit.

In quibus ne mica quidem salis: nam quid hoc sibi vult, quod senem dicentem faciunt, se nescire, quid post fiat, hoc est (sed pene soloece), quid post futurum sit? Non futurum aliquod malum est, sed praesentissimum, quod coquo minatur senex iratior. Momento temporis ab hoc ille vapulavit vapulaturusque est, ut vix discrimen harum actionum detur, quamobrem alteram nunc fieri, alteram post futuram esse, dicas. Quid multa? Corruptus est locus et ita, nisi fallor, ut in hac editione factum est, emendandus. Scilicet primum Congrioni in oculos involaverat Euclio, hominique, quod Hic ait Most. 600, os verberaverat fuste, non argento. Iam vero postquam coquus se in pedes dedit, non amplius sincipiti erat timendum, sed occipiti; quamobrem scripsi: At hercle cum magno malo tuo, si occiput sentit. Ad quae senex: Pol ego haud scio, quid post (h. e. in posteriori parte capitis, sive occipite tuo) fuat; (sed) tuom sinciput (quidem) sentit. Quod verba attinet, hoc caput non longe distat ab occiput (vid. ad Asin. 24), neque in sinciput pro nunc caput a me repositio quidquam est, quod reprehendas, praeter unius literae dissimilitudinem; fuat iam aliis in mentem venerat: vidd. Pareus ad h. l. et G. Hermannus De Metris p. 171.

381. V. inconcinne: Vtrum c. a. c. edim. Τὸ ego praebuerunt Langg.

382. V. itidem inconcinne: meae domi meane s. f. Mss. fere: mea, non meane.

385 V.: Me h p. Sed cuiusnam rei hominem non poeniteret, id dictum oportuit. Camerarius suspicabatur legendum meum pro meorum. Vicinius τῷ Me Mei, praesertim h litera sequente, quam verisimile est τὸ i absorpsisse. Sic meum etiam infra 714.

386. V. difficiliore numero: Q. e. q. prohibeas nunc gratia etc.

387. secus. Sic Pall. 3 nostri et vv. edd., in his Mediol. anni 1500 Argent. Iunt; Langg.: seu cuiquã nõ velles, in quo itidem latere mihi videtur secus. Solus V. C. Camerarii: sequi usquam, quod primitus fuisse puto casca scriptura, cuius non ita rara sunt exempla in codd., sequus

quam pro secus quam. Vid. ad Ba. 558. Nihil usitatius formulis Secus ac, Secus quam, pro aliter ac, aliter quam; contra Sequius quam eodem sensu nove dictum est, cui fidem nondum fecerunt VV. DD.

383. rogas. V.: rogitas. Vid. ad 375. V. quoque: qui a. o, impingente versu, nisi quis rescribat quid, quod ambiguitatis causa nolim, cum aliud supersit longeque id melius remedium. Scilicet legendum: quine anglos omnis M a. e. c. mihi perviam facitis? h. e. repetita sententia praecedente, Rogatisne, qui anglos etc. Sic passim Noster. Epid. 696 sq.: Adserva istum, Apoecides! Ad quae Apoecides: Quemne hodie per urbem uterque sumus defessi quaerere? h. e.: Illumne ut ego non adservem, quem hodie etc. Most. 714 sqq.: Sed, Simo, ita ventus navem deserit nunc . . . . Si. Quid est? Quo modo? Tr. Pessumo. Si. Quaene subducta erat tuto in terram? h. e. Illamne ut ventus deserat, quae subducta erat tuto in terram? Et ibid. 1083: Verbero, etiam inrides? Tr. Quian' me pro te ire ad coenam autumo? h. e. Proptereane inrideo, quia me etc. Cf. Amph. 532, Mil. 13, Pers. 842, Rud 187, 919 et inprimis 763, corrigentibus Gulielmio Quaestt. in Amph. c. 6, in Rud. 1 et Douza Centur. p. 498:

— — — Rogas?
Quine arrhabonem a me accepisti ob mulierem
Et eam hinc avexti?

Terentius Andr. 738:

Quemne ego heri vidi ad vos adferri vesperi?

Gulielmius Quaestt. in Amph. l. l.: „Quine affirmat venustissimo sermonis genere. Terentius Adelphis (256: Illius opera nunc, Syre, vivo! Festivom caput!) Quin' omnia sibi postputavit esse prae meo commodo? —" Et de Rudentis 763: „Quin arrabonem etc. Apostrophum adde Quin' arrabonem: et sentis, opinor, iam quanto haec efferantur suavius. nam quod diligentissimus Lambinus corrigit qui, Musis omnibus invitis facit."

Haec scripseram, cum sero vidi, unius literae dispendio rem confici, ut corrigatur: quia anglos o. M. a. e. c. m. p. facitis. Τὸ a, cum bis perscribendum esset, semel posuerunt, more suo, scribae. Poen. 133 sq.: — Eho, amabo, quid illo nunc properas? An. Rogas? Quia herus nos apud aedem Veneris mantat. Cf. ibid. 602 sq. Et sic passim Noster. Vid. etiam ad Ba. 671.

389. perviam. Sic libri, vel pervia, forte omissa virgula, ut opinor, supra a literam ponenda, praeter V. C. et Langg., qui: pervium. Cf. Pseud. 754. Turnebus Adverss. 417, ubi de hoc loco agit: „qui angulos hic omnes mearum aedium et conclavium mihi perviam facitis e reconditis pluteorum libris lego potius quam pervios, quod concelebrant omnes editiones: ut enim Obviam adverbium est, sic et Perviam." Cui adstipulantur Gruterus et Meursius ad Pseudoli modo l. l. Confirmat usum vocis Charisius, qui sic v. Obiter p. 187 Putsch.: „Divus Augustus repre-

hendens Tib. Claudium ita loquitur: Scribis enim Perviam ἀντὶ τȣ Obiter. Sed Divus Hadrianus (Sermonum primo): Tametsi, inquit, Augustus non pereruditus homo fuerit, ut id adverbium ex usu potius quam ratione protulerit."

391. V.: fissile, impingente versu. Langg. addebant tuo post fissile, quod tuum primitus fuisse arbitror et ab interprete adscriptum. H: N. fissilea hab., h. e N. fissiled h., quomodo passim d et a literae miscentur sibique invicem fraudi sunt, velut apud Festum v. Rutabulum τὸ ae in quae offecit simili, quod sequebatur, de in desperat, siquidem sic emendandus est ibi laudatus locus Naevii:

Vel quae desperat nupturam se viro adulescentulo,
Ea licet senile tractet retritum rutabulum.

De d illo ephelcystico vid. ad Amph. prol. 149.

392. Inconcinne et contra fidem veterum librorum edd. quaedam, in his Gronovii: A. ut tu m. s iam iam n. p.

393. V: iussero. Praetuli iusso, quo et Hic et alii utuntur, maxime propterea quod o finale verborum ac nominum produci solet apud priscos: vid. ad Amph. 136.

395. Quo abis? r. r. Haec v. Euclioni tribuuntur perquam absurde, siquidem is modo malam rem minatus est coquo, si ad ianuam suam accesserit, neque causa excogitari potest, quamobrem homo revocetur. Imo senem ad se introeuntem sic compellat coquus, ut vasa sibi reddi iubeat. Nihil planius.

396. V.: nisi reddi, porrecta in syllaba in nisi, quod minus usitatum: vid. ad Amph. 124.

397. V.: M. v. iubes, pipulo h. d. a. a., versu vix et ne vix quidem extricando.

400. V.: quoquo, imperfecto numero: vid. ad Amph. prol. 149.

403. gregem venalium. Cf. Cist. 458 (4, 2, 87) et ibi inttpp.

405. postquam — caput. Horum nihil Pall., mei 3 et vv. edd.; sed praebuit ea margo veteris codicis Camer., ab eadem manu, qua priora, scripta. Pro Temperi Pall. et nostri et edd.: Hem perii. De formula cf. Cas. 296.

407. V.: Heu, cui locus hic non est. Intro abiturus Congrio, quem id facere non amplius prohibet senex, postquam aulam suam abstulit: Heus, senex etc.

409. Aut. Sic Langg. H et M; G: tu; v.: i et.

412. V.: Q. c. o p. homine c. r. h. a. n., versu ὑπερμέτρῳ. Abest homine aliquibus Langg. et Ald.

421. edepol ego Sic Mss. versu congruente. V.: ego ed.

422. Exemi e (V. C. et Pall. et H: ex) manu manubrium. Proverbium, ut videtur, „translatum ab eo, cui iam vibrato gladio percussuro repente capulus excutitur e manibus," ut ait Erasmus Adagg. 4, 1, 36.

427. Libri fere: filium; sed Pal. 5. et a correctoris manu 1 (secundum Pareum 3. quoque): De c. ac Euclionis filia, unde, nisi fallor, Rittershusius apud Sciopp. Suspp. Lectt. 4, 3: D. c. hac E. filiae, quo nihil melius invenio:

nam quod Gruterus non improbabat lectionem 3 istorum Pall., non tam eius bonitate pellectus fecit, credo, quam pravitate offensus vulgatae: De conditione hac. Euclionis filiam Laudant: sapienter factum et consilio bono, in quibus illa Eu. fil. laud. quomodo pertineant ad sequentia Sap. f. et c. b., divinari potest; intelligi ex ipsis verbis non potest; id quod sensisse videtur Ritterhusius, cum aliquid in hac oratione desideraret, teste Scioppio, quod minus nimirum latine cohaereret. Cui quando melius erat obtemperare quam hanc suam ipsius coniecturam in medium proferre Scioppium: Euclionis filia laudant sapienter factum, quasi hoc ita diceretur ut: Quid tuo factum est pallio? quid me fiet? In nostra, h. e. Rittershusii, lectione Laudant refertur ad conditionem istam, quam quod quaesiverit Megadorus, visum est amicis eius sapienter factum et consilio bono. Atque hoc haud dubie voluit Plautus.

438. V.: Q a. avidis atque insatietatibus, quae lectio non modo τῷ avidis statim post avidos illato offendit, sed etiam ταυτολογίαν sapit, siquidem avidi non longe distant ab insatiabilibus. Duplex, me iudice, hominum genus carpitur h. l., primum invidi, praesertim patres familiae, qui nollent puellas pauperes opulentis nubere, ne dotatae negligerentur (vid. 440 sq.); dein viri avari dotibus inhiantes. Voces iuidi et auidi quam facile misceantur, norunt, qui scriptos codices versarunt. Et alibi quoque haec iunguntur, velut Pers. 406, Trin. 255 sq. Insatias idem quod insatietas, iam numerorum causa arcessendum erat, etsi alibi non lectum. G: insatiabilibus.

439. Synchysis: vid. ad Amph. 378.

438. V. C. et Pall.: parsimoniam forma tritiore.

453 qui positum h. l. pro quibus, sicut quicum pro quibuscum Capt. 936. Langg.: quo ferar, quod exquisitius.

459. Distinguere obliti sunt operae post aurifex.

261. Codd. praeter G: Flammarii. Coriarii Nonius, cum v. legatur carinarii, h. e. secundum Turnebum, qui cerino colore pannum inficiunt, vel eo tincta vestimenta vendunt, quae cerina dicuntur a κηρός Epid. 224. Ovidius Art. amat. 3, 184: — sua velleribus nomina cera dedit. Retinuissem carinarii, nisi obstare mihi visa esset prosodia, qua prima verbi syllaba producenda est: nam priorem i literam elidi facile ferrem in latina voce, in graeca vix permiserim. Potest tamen servari vox contrahendo τῷ violarii io τετρασύλλαβον, de qua figura vid. ad Amph. prol. 74. G: carnarii.

462. Scripti fere: murobatharii vel mirobatarii, sicut G, Langianorum alii murobanarii, alii cinobatrarii, vett. edd.: mirobrecarii, merobrecarii, mirobrecharii, codex Meurs. et ed. Argent., quam saepe laudo, myrobrecharii, merito probante Meursio, ut quod non intelligi solum possit a graece scientibus, verum etiam sensum habeat aptissimum versuique satisfaciat, quem mancum destituit vulgata.

463. Male edd.: Propolae, linteones. Accipienda haec ὑφ' ἕν, ut intelligantur ii, qui lintea Aegyptiaca praemercabantur a Carthaginiensibus. Vidd. Heerenii liber germanice scriptus de πολιτικῇ et commercio vett. populorum vol. 1 p. 451, Böttigeri Sabina p 438.

466. V.: Petunt fullones; sed iam 459 habuimus fullonem et vix recte hinc absint ciniflones, quae matronas solebant comitari: vid. Horat. Sat. 1, 2, 97. Syllabas cinia praecedentibus literis forte absorptas ansam corruptionis praebuisse puto verbumque ἀκέφαλον et ἄμειρον flones cito degenerasse in fullones.

467. V: S. astant, astant sem., versu refragante.

VV. 468—472. V. nec sententiis apertis nec metro salvo:

1 Iam hosce absolutos censeas: cedunt, petunt.
2 Treceni cum stant phylacistae in atriis,
3 Textores, limbolarii, arcularii ducuntur: datur
4 Aes. iam hosce absolutos censeas,
5 Cum incedunt infectores crocotarii etc.

V. 2. Pall. 2, 3: constat. Acidalio placebat: petunt Treceni, circumstant ph. in aed. V. 3. scripti fere limbuarii. V. 4. G: hosce iam. Scires, glossema esse hosce, ex antecedentibus petitum: nam vagari solent interpretamenta. Certe voculam versus non admittit. Denique v. 5. Iunt. Ald.: crocotularii, Pall. 1, 3, 5 crocotarum, crototarum, crocatarum. Verbum crocotarii syllaba secunda longa extremus iambus respuit. Infectores scriptum pro infector sicut Amph. 67 imperatores pro imperator et Obhaerentes pro Obhaerens altero Militis argumento v. 8, qualibus mendis scatent scripta vetera.

474. V. Compellarem ego illum, ni metuam etc. Soloecismum dudum contexerat Acidalius. Vid. ad Amph. 332.

476. Codex G, sicut olim ex correctione Pal. 4, item edd. Sarrac. Iunt. Ald.: nugivendis.

477. Adsumsi hunc versum, a Nonio tanquam huius fabulae laudatum, Acidalio potius obsecutus quam Gulielmio, qui haec inserebat post 482, Quaest. in Aul. c. 5. ,,Hic quidem,“ inquit Acidalius Divv. p. 77, ,,si non aptior locus, at aeque aptus usque eo, ut ambiguam faciat alterius possessionem. Quid, quod nihil ad argentarium, quibus pro rebus illi debeatur? ad nugigerulos autem facit valide, quod ita contemtim ait Pro illis crocotis.“

478. Intelligendus miles aliquis, missus a tribuno aerarii petitum aes militare. Varro de L. L. 4 sub finem v. Tributum: ,,Tributum dictum a tribubus, quod ea pecunia, quae a populo imperata erat, tributim a singulis pro proportione census exigebatur. Ab hoc ea, quae adsignata erat, Adtributum dictum. Ab eo quoque, quibus adtributa erat pecunia, ut militi redderent, Tribuni aerari dicti; id, quod adtributum erat, aes militare. Hoc est, quod ait Plautus, Cedit miles, aes petit.“ Bene Comicus rem solvi fingit omnibus istis nugatoribus; ubi vero ad Tributum ven-

tum est, reipublicae pendendum, haesitare bonos viros, dotatarum maritos, et spem prorogare flagitatoribus; quomodo etiam Epidico dicit 2, 2, 43 sq., ut monet Taubmannus:

— Tributus quom imperatus est, negant pendi potesse;
Illis, quibus tributus maior penditur, pendi potest.

Cf. Douzae Centur 1, 13

482 V ὑπ·μετρω · E. plus i. u. d. a. Delevit Lambinus plus voculam, cui praecedentia verba originem dedisse verisimile est. Edd. aliquot, in his Iunt. et Argent., temere excludunt ultro.

488. Q. agis? Ita V C. Pall. H, M. Vett. edd.: q. agitur. V. Q ais, solito errore.

489 V. C. teste Pareo: N. libenter di audivi, unde quis fecit: lib edi, i. e. audivi; sed postea τὸ audivi lineola subduxit. Ceteri libri: N. l audivi.

490 V inconcinne: audivisti?

491 V. Tamen e meo quidem animo; sed non solent praepositione hic uti Latini, ut observat I. Gulielm. Qu. in Aul c. 5 Sequor Langg et H.

492. filiai in n Sic Douza Centur. 1, 13. V. inconcinne et omnino male: filiae n. Vid. ad 323.

494. Restitue veterem lectionem: Q. h., meminerint sese, u o. s., etsi meminerint minus ex more istius seculi acuatur: vid. ad Amph. 203

497. V. mancis numeris: Me. Imo est et dii faciant uti (scripti et vetuste cusi fere: ut) siet. Est repetere obliti sunt scribae.

498. V inconcinne: istuc.

500. hic Ita Sarrac. Iunt. Ald. V. minus significanter: hoc

501. Langg.: solum e. s. evocas. G · a sen.

504. V misero mihi, bis illato pronomine.

505. V Qui intr. in aedibus q. c., quasi haec ab Euclione omnia dicerentur. Quod correxi in aedis, vid. ad Amph. prol 87.

516. V Qui, invitis V. C et Pall. praeter unum 3. Nullus codex: atque, quod vulgatae praeferunt. Langg. et G: et.

520 Loca. Ita Argent. Iunt. Ald., prout requirit versus. V.: Loces.

521. V: hodie, minus expedito metro: nam prima syllaba τῆς hodie solet corripi

522. V.: N. p. e. q hercle Me. A. e. i., manco quidem versu, sed cui potius reponendo hercule mediceris.

525. si vivo. Ita Pall. et a m 2. V C., item 3 nostri et pleraeque vv. edd., in his Iunt., formula notissima, de qua vid. Parei Lexicon Plaut. Langg. τῷ si omisso: madidum vino, edd. Pii Paris. et vulgatae: sed vino, perquam inficete, siquidem, ubi madidus quis reddendus est, vino id fieri, non aqua, per se intelligitur.

526. Tibi quoi. Sic omnes propemodum libri scripti, pleonasmo Huic satis usitato: vid. Parei lexic. v. Tibi. Gronov. ad h. l.: „Est idem," inquit, „sermo Epidico 3, 1, 8, praecisus, qui foret integer: Tibi dico, cui decretum est bibere aquam. Vt altero loco: qui, tibi dico, quoi divitiae domi maximae sunt, is nummum nullum habes. Truculento act. 5: Mihi, homo, cave faxis volnus, tibi iam cui sunt dentes ferrei." Quanquam Truculenti locum alio pertinere arbitror, ut ibi pluribus demonstrabo. Frustra vulgatae: Te cui.

528. ut conmutet coloniam. Cf. 615.

534 sq. V.: factum (Langg. facto) — te — Aulam. Recte factu — ted — Aula Meursius Exercc critt. in Aul. c. 4.

535. M: Ibi te a. p.

537. V. numeris innumeris: N. t. in me mutassis. Vidit Acidal.

544 sqq. Male librarii, de metro securi: N. q. a hero s. s., q. e. s. Si herum videt — — non eum, quo incumbat, eo impellere. Postremo horum versuum Langg.: enim pro eum, Pall. 1, 2 et 3 nostri incubat. Potest utcunque servari eius lectio vulgata. Sed in duobus praecedentibus hero et herum interpretibus debentur.

547. V: pueri; Pall. 3 et 5: pueris. Hoc recepto, anacolutho perincommodo carebimus.

548 et 550. V.:

— — — — — — ratis,
Qui laborent minus, facilius ut nent et moveant manus:
— — — — — — — —
Vt toleret, ne pessum abeat, tanquam * *
Herile imperium etc.

Haec mera fraus est et libido glossatorum editorumque. Nam fac Plautum reliquisse: Qui laborent minus, cur, quaeso, addiderit, eadem sententia: facilius ut nent? Et hoc si dedit, quid opus erat istis: et moveant manus, quae descriptio est nandi? Scilicet verbis uti facilius moveant manus alius explicandi causa appinxit: ut facilius nent, alius: quo minus laborent, quae quidem in ordinem recepta et versificata, ut fieri solet, ansam praebuere exturbandorum suo loco verborum genuinorum Toleret, ne pessum abeant, quae postquam proximae viciniae posita essent post 549, abeant sedulo mutatum est, ut τῷ hero conveniret, cum ad pueris referendum esset, et ut figurate de servo dici viderentur, quae proprie dicta essent longeque aptius de rate. Itaque exortus est dimidius versus, post quem etsi lacuna in scriptis comparebat nulla *), tamen nullam ex-

*) Scio Camerarium loqui de lacuna, quae fuerit h. l. in libro eius Ms.; sed tacet de ea Pareus, cui plus tribuo in istis rebus.

plebat optimus Lambinus suo catapirates maris vel catapirateria. Haec, qui vult, tueatur. Equidem disiecta mihi visa membra poëtae collegi, et cum in Iuntina reperissem, quod etiam Salmasio in mentem venit, tamque imperium Herile, deleta ante Toleret inconcinna ut coniunctione, quae passim intelligenda venit (vid. ad Amph. 142), itemque metri causa expulso vago glossemate herile, locum probabiliter restitui.

550. frons. Sic, teste Pareo, V. C Camerarii a manu secunda; nam a prima literas tantum on remansisse ibi tradit; ceteros vero Pall. exibuisse: non os. Et ita quidem H quoque et M, quos contulimus, item Iunt.; G et edd. Mediol. 1500 et Argent. 1514: nam hos; Langianorum vero alii: in eos, alii: nam os. Planti manum hanc fuisse nunc existimo: ut quod νοῦς velit, oculi sciant. Scatent hae fabulae graecis, quae depravari solent.

554. V.: N. herus meus amat etc. et ferri potuit haec lectio, modo huius τῷ filiam praeposuissem. Argent. item omisit meus.

556. Id. V.: Is, sed H: In. Hoc Id fuisse puto, quod aptissimum.

561 qui. Sic Acidalius numerorum causa. V.: quis.

564. Inconcinne vulgatae: Q. u. a. me, meam ext. f. d. d.; inepte quoque, quasi senex arcessendus sit, cum de sponsa agatur deducenda. Natum me ex meam.

566. Mss. et edd. vv. fere: i. t. luco et fano modo est situm, ubi modo non multum confert ad sensum, metroque officit. Atqui abest vocula, teste Acidalio, edd. Florent. et Colon., neque reperitur in Argent. Nihilominus eam nunc servo, sed emendatam, ut legatur: in tuo luco et domo est situm, excluso fano, quod ex interpretatione puto irrepsisse. Virgilius Aen. 6, 82:

Ostia iamque domus patuere ingentia centum
Sponte sua vatisque ferunt responsa per auras.

Domo et modo saepe mixta.

567. Ineptius vulgatae et flaccidis numeris: q. e. h. h. f. audis l.? Iam abiit Euclio, cum haec servus dicit, neque hic igitur audit ista, sed audivit. De metro vid. ad Amph. 355.

570. Carebimus additamento Camerarii, si reponatur:

Atque pater hic, ut ego opinor, huius est, herus quam amat.

571. V.: Ibo hinc intro; M: I. hinc i. Dicendum erat, quo ire constitueret Strobilus. Huc, in fanum, quod digito monstrat homo.

572. V. satis inepte: — occupatus. Sed si repp. etc. S litera τῷ id adhaesit ex antecedente verbo.

575. Cantat positum pro cantavit, quomodo Lucretius 1, 71 inritat dixit pro inritavit et 6, 586 disturbat pro disturbavit. Vidd. grammatici de Metaplasmo, Wasii Senar. c. 14.

576. Simul. Ita Pal. 5, et sic repositum, teste Pareo, in

5 et 6, quomodo etiam edd. aliquot vv., in his Iunt. V. minus quidem apte: Semel.

579. Camerarius, quem sequuntur recentiores: Foras, foras, lumbrice etc., et sic quidem G, sed ceteri libri unanimes semel tantum inferunt τὸ foras, nec verisimile est, in una sententia unoque affectu pertinente variari metrum: atqui trochaïci omnes deinceps huius scenae versus. Audiendum igitur putavi Lambinum, I foras reponentem, I literam uncialem a simili, quae illam excipiebat, F interceptam ratus. Saepe quoque perierunt literae initiales, coloribus variis appingi solitae a librariis.

581. Ego pol. Ita Langg., ut versui convenit trochaïco. V.: Ego edepol.

585. Rogas? Hoc requirere mihi videbatur troch. t. t. c., quales sunt reliqui huius scenae versus; sed sero vulgatam video praestare lectionem Rogitas? usurpato eiusmodi versu acatalectico, ut passim fieri in affectibus vehementioribus monui ad Amph. 596. Quod tibi primum pro pyrrhichio est, deinde pro iambo, valde accentum adiuvat oratorium, quo priore quaestione servi τὸ Quid, posteriore τὸ tibi, praecipue tollitur: nam initio quidem id tantum scire cupit Strobilus, quid subripuisse insimuletur, mox, ubi id reddendum sibi clamavit senex, homo quaerit, quid sibi is reddi iubeat.

586. At — cedo. Similis iocus est Men. 547 sqq.

587. Nam additum a me versui fulciendo; neque prorsus poenitet tibicinis; malim tamen nunc: Quid, quid agam? quae pronominis repetitio mirifice valet ad significandum subirati affectum servuli. Vide nos ad Terent. Eun. 258. Noster Rud. 86: Nunc, nunc periculum est.

588. Codd.: Pone. St. Di (vel Dii) quidem pol te datare etc. Inde Gruterus exsculpebat satis infeliciter: Pone. St. Id quidem pol. t. d. etc., in quo vix orationis apparet forma. Nec multo melius, quod ipse dedi; sed melius nunc reperisse mihi videor hoc:

Poned. St. Equidem pol datare credo consuetum, senex.

D illud ephelcysticon, quod τῷ Pone addidi, passim vexavit bonos viros, qui libros describerent, varieque ab iis est mutatum, velut hic forte omissa personae nota servuli exararunt, ut opinor, Pone de quidem, mox Pone di (vel dii) quidem. Vid. ad Amph. prol. 149. Sic igitur reponendum censeo.

589. Lege: huc, ut est in G, pro quo positum quidem, quod vulgatae praeferunt, hoc, quomodo item prisci illi haec et similia scribebant: istoc, hoiusce, nonciatu, flouio, taboleis, poblice, singulos, detolerit, Luciom, consentiont (vid. Iul. Pontedera de veteri scribendi ratione Scriptt. r. rust. Schneider. vol. 1 pp. 327 sqq.); sed obsoleta ista, praesertim ambigua, recolere in hac editione nihil attinet.

594. V.:

594. V.: Facisne iniur. mihi, an non? inconcinne quidem, sed positum ante iniuriam servari poterat pronomen. Satius quoque fuerit versum hunc habere pro iambo t.

596. Quam. Vulgo: Quid, quod ferri potest, modo non interrogatio haec credatur, sed affirmatio, et indicativus modus Graecorum more usurpatus pro subiunctivo. Vid. Vechneri Hellenolex. ed. Heus. pp. 381 sqq. nos passim ad Terentium. Hic quoque versus est iamb. t., quod minus animadverti.

597. V. sensu alieno: Nive; G et H: Minime. Dele pronomen: τὸ vellem non eliditur: vid. ad Amph. 116.

600. V.: rursum, inconcinne id quidem, nisi ἀνεκθλίπτως efferatur, quod nolim, cum G praebeat: rursus.

602. Au. V.: ah; sed scripti fere: an; V. C. et Langg.: a. Au, praeterquam quod prope abest a codicum scriptura, significantius quoque affectum senis exprimere mihi videbatur.

606. Restituo vulgatum illic pro eo, quod dedi, ille: verba Mane mane proceleusmaticum efficiunt, ut versui nihil sit timendum.

607. V.: hic, quod ad sententiam nihil confert.

609. agis. Ita G. V: agit, minus bene, cum colloquatur etiam cum sene servus.

611. V.: Fugin' hinc ab oc., versu nimio. V. quoque minus apte: C. sis te videam. Cavere ne videretur, servulus non poterat; poterat, ne revideretur. Accedit trochaïci ratio tetrametri catal., in quo extremo locum non habet choriambus (te videam).

614. Namque. Ita Cam., metro consulens. V.: Nam.

615. V.: referet; sed non id agitur, ut aurum referatur a sene domum, sed ut alio efferatur. Atqui huc ducunt codicum scripturae Credo hoc feret, Credo hec feret: vid. ad Asin. 24. Senserunt hoc iam alii.

617. V.: ad ianuam. Acidalius Divv. p. 80: „Digresso sene cum solus relictus servus in brevi oratione postremo sic ait:

Tantisper hic ego ad ianuam concessero:

melius dicere videatur:

Tantisper hinc ego ab ianua concessero.

Cum enim egrediente sene foris creparet, abeundum inde sibi longius censebat, ne revideretur. Ad fani quidem fores omnis ratio dissuadebat accedere: nisi aliam dicit ianuam, quod inepte quis argutetur." Cf Most. 418.

622. Libri hiante versu: ut ego illi al b. Malim nunc, immutato verborum ordine: u. e. illice a. b.

629. V. frustra asperato versu: Iam ego illuc praec. etc. A sequente versu forte pronomen aberravit.

630. V. duris, imo nullis, numeris: Indeque observabo, aurum u. a. s. Vid. praecedens annotatio. Quod Inde pro vulgato Indeque scripsi h. l. et infra 658, non numerorum modo emolliendorum causa feci, verum etiam ex Huius

consuetudine, asyndeton frequenter usurpantis in rebus turbulentioribus, velut legimus supra 557 sq.:

Nunc sine omni suspicione in ara hic adsidam sacra:
Hinc ego et huc et illuc potero, quid agant, arbitrarier;

infra 660: Ecfodio aulam auri plenam; inde exeo; item Epid. 310:

Ibo intro; argentum accipiam a damnoso sene;

et Most. 418:

Concedam a foribus huc; hinc speculabor procul etc.

Copulas passim librarii infersere.

631. me herus. Ita Langg. et H et M. V. peiore numero: herus me.

636. Avonculo τρισυλλάβως pronuntiandum est: vid. ad Amph. prol. 90.

644. video. G: iubeo.

645 sq. V.:

— — — — — — — meum,
Vt istuc quod tu me oras, efficiam tibi,
Vt istuc quod me oras, impetratum ab eo auferam.

Dubito, stuporemne magis mirer editorum, an malam fidem: nam scripti fere hoc tantum et uno versu:

Vt istuc, quod me oras, efficiam tibi, impetratum ab eo auferam;

sapiuntque correctores Pall. 1. 2., qui carebant illis imp. a. e. a., et Langg., a quibus aberant horum verborum postrema tria. Illa efficiam tibi interpretandi causa adscripta esse locutioni lectiori et ἐμμέτρῳ impetratum ab eo auferam dudum est cum vidit Scioppius Suspp. Lectt. 4, 5; correctores isti manum scriptoris pro glossemate habuerunt.

651. fiunt. Ita G, ut Truc. 783. V.: I. i., u. d. c. m. sunt c., quod ferri poterat.

652. Picis. Ita V. C.; Pall. praeter novissimum sextum Dites, literarum P et D, c et t, commutatione non infrequenter obvia in Mss.; edd. aliquot recentiores, in his Junt.: Picos; vulgo: Pici, probantibus Grutero ad h. l. et Scaligero De Causis L. L. lib. 12 cap. ult.. Sed recte Vir Clariss. I. H. Vossius in additamento ad ephemm. literarr. Ien. Ian. 1805, repudiata voce ambigua probataque spectatissimorum lectione codicum: „Den älteren Römern schienen die Greife gleiches Geschlechts mit den Sfingen, und wurden, wie diese, piceis, pices oder phices genannt, welches vom altgriechischen φὶξ oder βὶξ (Hesych.) geformte Benennungen sind. Nach Festus heissen picati solche Hausgeräthe, woran die Füfse in Gestalt der Sfinge gebildet sind, weil man diese im Dorischen phicas nennt. Isidor sagt (Origg. 20, 11), sphingae sein Betten mit Sfinxbildern, die der Römer griphos, d. i. Greife, nenne. Auch Nonius Marcellus 2, 641 bezeugt, dafs unter piceis der alte

Römer Greife verstanden habe, und führt die Stelle des Plautus an Aul. 4, 8:

Piceis divitiis, qui aureos montes colunt,
Ego solus supero.
Der Pike Reichthum, die auf goldnen Bergen baun,
Besieg' ich allein."

654. Addidi me versui sarciendo; sed malim nunc: M. non volo, h. m. Laur. Valla Elegantt. 6, 29: „Ne componitur cum Queo, cum Scio, cum Volo. Frequentius tamen sine compositione, apposita negatione, reperimus illud primum quam duo sequentia; adeo ut barbarum putet Cicero de Orat. ad Brut. dicere Non scio et Non volo, licet nonnunquam apud ipsum quoque reperiatur." Sic non velis legitur Merc. 441 Poen. 115.

658. Codd. fere: exspectabam vel expectabam, sicut M., G: adspectabam, Langg. aspect., Pall. 3, 5: spectabam. Gulielmius Langianorum probabat lectionem; sed praeferendum videtur mihi cum Acidalio espectabam, non quod veteres in talibus (qualibus autem?) e molliusculum prae asperiore a dilexerint, quae opinio est optimi Valentis, sed quia nihil vetat illa Inde espectabam proprie dicta nos interpretari pro spectabam ex arbore, quomodo haec et similia dicuntur elevare, elidere, escendere. Neque alio nomine improbo ipsum illud vulgatarum expectabam, nisi quod ambiguum foret propria et rariore an impropria et communi potestate hic usurparetur.

660. Insulse edd.: inde ex eo loco Video etc.: nam ex quo tandem loco se recepisse dicitur senex, quem abiisse ex luco Silvani scimus, quo abierit, nescimus? Verissime Gulielm. Quaest. in Aul. c. 6: i. exeo (et sic quidem G, non ex eo). Eloco Video etc. Quem consules, si forte dubium est relictum. De Eloco dictum ad Amph. 60.

662. non. Ita V. C. Pall. 4, 5, 6 et ex meis H in ordine, M inter lineas; ceteri scripti: Nam ego declinavi paul. me e. v., unus Pal. 3, et quidem a manu aliena, ut ait Pareus, modo, perquam absurde: siquidem paulum modo declinatum extra viam facile erat videri a sene et comprehendi, secus ac fit in fabula; sed non paulum, h. e. multum, declinatum effugere avari oculos emissitios, erat consentaneum.

664 sq. Coecus fui, cum non vidi, haec ita esse digerenda:

Perii! interii! occidi! Quo curram? quo non curram? Tene, tene! — i. t.
Quem quis? Nescio, nil video, coecus eo, atque equidem, quo eam t. t. c.
Aut ubi sim aut qui sim, nequeo cum animo certum investigare. t. t.

Versu horum primo quod prius Tene posteriorem syllabam corripit, vid. ad Asin. 731. Contra ultimo ubi eandem syllabam producit, sicut saepius: vid. supra ad 152. Absurdas et impudentes quorundam huius scenae emen-

dationes (emendationes autem? imo pessimas depravationes) referre piget.

668—71. In his ordinandis expressi mentem Acidalii et eius amici, Caroli Pisonis Lotharingi: vid. Acidalii Divv. pp. 81 sq. V. sic legitur:

— Demonstretis, qui eam abstulerit,
Qui vestitu et creta occultant sese atque sedent quasi sint frugi.
Quid ais tu? — — — cognosco.
Quid est? — — — — complures.
Hem, nemo etc.

in quibus ille versus Qui vestitu etc. non potuit non male habere sagacissimum Acidalium. „Etsi enim," inquit, „sententiae per se bonae (utcunque de ea variet et hallucinetur vir magnus in Electis), non habet tamen cui cohaereat." V. 670 numerorum gratia vulgatum sese in se mutavi, ut verbi quasi syllaba posterior producatur, sicut passim fit et etiam Quaesei, Sibei, Ubei in vetustissimis tabellis apud Fulv. Ursinum se reperisse testatur I. Lipsius De recta pronunc. L. L. cap. 8 in annott., quicum conferri potest Wasii Senar. cap. 16.

673. V.: H. me miserum, miserum! perii etc.; V. C. supra lineas ante perii exhibebat misere, quod praestare alteri misere, cuiusvis erat videre. G semel tantum praefert miserum.

674. pessume. Langg.: penissume, quo evertitur anapaestus.

678. frudavi. Ita 3 nostri vel potius fraudavi, sicut ex impressis Iunt. V.: defraudavi, quod non convenit iambo tr. h., qualis haud dubie praecedens versus qualemque et hunc esse verisimile est. Similiter Terentius Phorm. 10: Suum defrudans Genium etc.

682. V.: Atque hic, metro duriore. Male quoque vulgatae: Euclio est. est opinor. Sequor V. C. Pall. 3 nostros et edd. vv., in his Iunt.

Rufinus de Metris comicis p. 2711 Putsch.: „Sisenna in Aulularia sic: Haec scena anapaestico metro est, sed concisa sunt, ut non intelligas." Putant quidam loqui veterem grammaticum de hac scena, quam modo explicavimus; ego aliam intelligo ex deperditis.

684. Libri: Quid agam? (G: an, sed ex interpretatione, ut nunc opinor) abeam an maneam? an adeam? an fugiam? quid agam edepol nescio. Possunt haec utcunque redigi in trochaïcum t. c.; sed longe probabilius est, illa Quid agam priore loco temere esse inculcata subiectaque in sequentibus, ut reponendum sit:

— — — — — — — incertum est,
Abeam an maneam, an adeam an fugiam. Quid agam, edepol nescio.

Tò agam non liquescit, quam figuram illustravi ad Amph. 541.

685. Inepte libri: Ly. Ego sum. Ev. Imo ego sum miser et m. p., quasi neget Euclio, Lyconidem eum ipsum

esse. Sequor Ald. 1522. Viderunt hoc etiam Acid. et Meurs.

689. Pol. q. v. e. Ita G., quod glossatoris superare mihi videtur modulum. V. imperfecto numero: Quid ego emerui, ad., m. Pall. 3, 5, 6 et ex nostris G, H: merui. Audivi Douzam.

694. tuom non. Ita G et M, quod recepi, ut accentu metrico tolleretur tuom, vox gravissima.

695. Terentius Phorm. 995: Verum quando iam adcusando fieri infectum non potest, Ignosce.

696. Imperfectum coniunctivi positum pro plusquamperfecto, sicut Rud. 399, 494 et passim apud Hunc et alios: vid. nos ad Terentium et imprimis Heusinger. ad Cic. de Off. 3, 19, 2.

697. Male Gruterus vulgatum ut apud te me i. n. e. defensum ibat istis Cas. 546 sqq. Med occidet? Pa. An quidpiam ad te attinet? St. Vah, — peccavi: illuc dicere villicum volebam. Facile obtemperavi equidem Meursio et Pistori.

699. vitioque amoris. Ita H, quod longe elegantius vulgato vitio atque amoris.

702. Luce claro. Ita Nonius vel potius Luci claro, ubi docet, nomen lux etiam pro masculo fuisse priscis. Libri fere, etiam 3 nostri: L. clara.

708. V.: attactam, sed aliqui Langg.: tactum, quod probat Meursius, nos attactum. Vid. Gell. N. A. 1, 7, Cas. pr. 21.

712. V. vix audito meam, quae vox totius sententiae est gravissima, et τῷ inquam perperam acuto: Q. tu eam inv., inqu., meam illam esse o., E.

713 sq. Hi versus praepostero in vulgatis ordine leguntur, ut dudum monuit Acidalius.

715. V.: Surripio; sed Pall. 3 nostri et vv. edd.: Surripui, recte, sicut Euclio: surripuisti, non surripis, in re consummata. Etiam Langianorum aliqui: Surripuin ego.

718. G.: neque ed. quidem ego.

719. Abripi me passus sum editionum quarundam non contemnendarum, in his Iuntinae, auctoritate, ut τὸ imo ad sequentia referrem, praetereaque nam vulgatum in enim mutavi, ut Imo enim pro frequentiore Imo enimvero acciperetur. Nihil novandum. De Imo postposito supra monitum ad 258

722. furi. Sic Pall., Langianorum aliqui (nam alii: fuero), Ms. Herald., 3 nostri; V. C., teste Pareo, ex interpolatione: iuero vel fuero, unde fecerunt, quod vulgo legitur, i vero. Etiam vv. edd.: furi.

724. V. inconcinne: De alia (H: illa) re rescivisse censui, quod ad me attinet. Minore negotio res confici posset ita reponendo:

De alia re rescisse censui, quod ad med attinet:

nam de relativo notum, minus id interdum nomini suo congruere: vid. index Pindari, a me germanice conversi, vv. Sprache, Relativ. Ibi laudantur Epidici illa 230 sq.:

Nec satis exaudibam nec sermonis fallebar tamen, Quae loquerentur, ubi frustra codd. G et M: Quem loqu.; nec melius Cas. 196 quam postulas pro vulgato quod p. legitur in codice H. Cf. Capt. 858, Epid. 166 sq.; Cato de R. R. cap. 25 extr.: erit lorea familiae, quod bibat; et sic passim scriptores, ii praesertim, qui famiiari orationis genere utuntur Sed h. l. quominus neutrum admittamus, causa est sequens femininum Magna, itidem id referendum ad ista De alia re, ut iam docebo, ubi male interturbaturum esset diverso genere positum pronomen. Atqui Ms. Heraldi plane: quae ad me attineat.

725. V. versu ὑπερμέτρῳ: Magna est res (G: M. res est, ut incertae esse solent sedes interpretamentorum), quam ego etc. Ex quo forte plene distinctum erat post attinet, vicisse se ratus est, quicunque is fuit, qui ad Magna adscripsit est res, ut adiectivum haberet scilicet, quo referretur.

726. Libri fere: Bona, non, sicut et sequente versu, utrobique ex interpretatione.

727 sq. Τὸ id, quod versum iuvat, assumsi ex Iunt. Argent.: nam v., etiam male acuto verbo abstulerit: Neque scis quis abstulerit? Lr. I q. b. Ev. Atque id si scies, Qui abstulerit, mihi indicabis? Elegans indicassis praebuit G.

729. indipisces. Ita Nonius Ms. Meurs. Pal. 1. a m. 2. 3 nostri et vv. edd. V ταυτολόγως: inde posces.

732. qui. Langg. H M: quo ex interp.

732. Τὸ pater posteriore syllaba longa est legendum: vid. ad Amph. prol. 38.

736. V. numero vix extricando: opinor, meo avonc. Scribendum tamen potius: avonclo meo, ne avunculus intelligatur aliquis Euclionis.

745. V.: Quin pudeat, quin purget sese, quasi omnes, qui peccarunt, culpae puderet suae, omnesque eam purgarent; quod perspicue falsum; sed verum est, neminem, qui culpam in se admisit, parvi esse faciendum, quin ei ignoscamus, ubi pudet peccati seque is excusat. Et hoc volunt etiam sequentia.

750. V. ex te ego audio, quod ferri potest, etsi pronomen non male omisit, repudiato homoeoteleuto, codex G.

751. V: filiae nupt. Saepius his verbis impegere scribae: vid. ad 323.

754 Recte Priscianus p. 561 Putsch. item Pall. 3. 4. Ms. Meurs. et noster H: exquaere, prisco loquendi et scribendi more: vid. ad Amph. 18. Similiter Capt. 223 legitur in scriptis exquaesivero, et Stich. 95 exquaesitum.

756. reii V. C. et Pal 3: veri, Langg.: viri, Pall. 5 et vv edd. vesi vel ve si, V. C. Meurs. 5. Pal. et noster G: rei, usitato quidem genere loquendi, cum istud veri vel vesi ne intelligi quidem possit.

757. Bene G: vadum, quod nescio quo modo neglexi-

mus. Vid. ad Amph. 545. Terentius Andr. 815: Omnis res iam est in vado.

760. Reponendum puto exquaerendi: vid. ad 754.

763. Langg.: onustam ego habeo. Pronomen ab eo additum puto, qui nesciret, hiatum saepius inveniri in caesuris horum trochaïcorum: vid. ad Amph. 116.

764. Mage pertinet ad propitii: vid. ad Amph. 378.

766. V. duriore numero: Herumne. Pro hunc 4 Pall. et 3 nostri: nunc; sed bene habet vulgata.

768. V. minus concinne: adisse.

772. item. V.: autem, quod ferri poterat.

777. Etsi τὸ nunc haud male repeti quasi per irrisionem videtur mihi a Lyconide, malim tamen nunc absque additamento isto et usurpato iambo t. acat.:

Egone te manud emittam, scelerum cumulatissume?

781—83. V. inconcinne et soloece:

Redde inquam: ut huic reddatur. St. ah (hoc abest V. C. et G, Langg.: à) unde (Pall. II M: uide)? Ly. Quod modo (hoc omisit G), fassus es esse

In arca. St. Solco h. e. g n. i. l. Ly. at scin'

Quomodo? St. Vel hercle enica, nunquam hinc feres a me.

Quin modo fassus es etc. pro Quod m. f. e. rescripsi, Acidalio obsecutus; sed malim nunc usurpare iratorum istud Quomodo? quod exhibet Pal. 1: vid ad Amph. 200.

Sequuntur supplementa duo mutilae in fine fabulae, quorum prius non exhibent solum edd. Mediol. 1500 Carpentar. 1513 Gryph. 1540 Colon. Longolii et Hervag. 1568, sed invenit id etiam in codice suo Ms. et a Plauto ipso profectum censet Meursius Exercc. critt. 1. Cui minime quidem in hoc possum assentiri, nec multum eius codici tribuo, ut qui nusquam ab eo recte describatur, nec fere quid utile ostentet, quod non alibi quoque repertum fuerit in probatae fidei libris, praesertim Iuntina, cum vero etiam posterius Vrcei additamentum exhibeat, seculi decimi quinti foetum, ne dicam apographum Iuntinae, se fateatur. Quia tamen haec a multis iam annis editiones occupant, de possessione deturbare nolui, nec cuiusquam piget nisi operae, quam dedi versificando priori et antiquiori supplemento: nam prosa id oratione conscriptum esse, nunc vix dubito. Quod quidem sic se habet in vulgatis:

Ly. Quid hic quondam pervicus addit?

(Haec secundum Nonii ista v. Pervico: Hic quidem [Ald. p. 1409 et qui eam editionem exprimunt: quidam] pervicus custodem [Paris. 1511: totidem] addidit; quae in memoriam reducunt fabulae versum 508. Omisit Mediol.)

Non feramn' unquam? St. Quod non habeo. Ly. (Mediol. addit: ne) efferaris cave,

Nisi actutum seni id auri redditio est. (Iam his addendum versus nota t. t. c. in nostra edit.) St. Sive perpensus ferar
Libitinarius, sive pollinctorius efferar, nunquam dabo nisi fodiam
Noviter arrogiam. Ly. Vae capiti tuo. St. Imo senis et capiti
Et pectori, qui auri tantum perdidit. Ly. Quis repperit?
St. Quem repperisse vis. (?Mediol) Ly. Qui in arca illud subreptum habere
Autumat. St. Quam pulcre tibi, here, conniverent oculi, si id
Factum fateor. ludo: quod lusi tecum, non par est identidem
Serio vortier. Ly. At nunc iam ne me irritassis, i, et aurum
Redde: susque deque haud agites. St. Here, id si repperibitur,
Certum est geminam te lanceam confitentem (Mediol.: confitente) icere. Ly. I, et redde.
St. Vis crassum? Ly. I, et redde. St. Atat incassum (Mediol. massum; correxit Meurs.) quaeritas,
Ly. I, et redde. ego ad senem propero, ut quid comitiis
Proxumis videam. Senex aulam auri perdidit, Megadorus
Repudium renunciat. Filiam peperisse vitio resciit. St. Hero
Meo, quantum ego (Mediol. hodie) video, nemo est benignior. Alii non quod
Inventum est non occulunt, modo negant: occulunt vaniloqui.
Sed aliud post aliud si qua sit opportunitas, harpagatum
Volunt, (Mediol.: volunt. Si) si Eleusinie (Mediol.: Eleusinae) sit, facilem deam creduant (an creduunt voluit scriptor?); si Cotytto (Mediol.: Cotytis):
Non videre quem (Mediol. quod) batuat. Ita neque amicis, neque cognatis,
Neque dis parcunt, dum bene parcant sibi. istic quidem,
Ne miserum faciat senem, aut illius familiam opulentam,
Auri aulam, grandem, onustam, plenam, referri iubet,
Vt se faciat olim miserum, atque suam familiam. Ast ego partem
Impartiri malim, unde redimar. Quod vortet bene, picus

A sinistris cantitat, qui auri custos hercle olim traditur.
Ibo et aulam referam: quod illaec mihi bene avis occinat.

Quod ad Vrceum attinet, bene de illo vir doctus in ephemeridibus Berol. (Neue berlin Monatschrift Mai 1810 pp 291 sqq.): „Er hatte den Geschlechtsnamen von dem Stammort seiner Familie Orci (lat. Urcei) im Brescianischen. Kodrus nannte er sich scherzend bei einer gewissen Gelegenheit; die Studenten (denn er war Professor in Forli, und nachher in Bologna) fingen den Namen auf, und er behielt ihn hierauf selbst. Er stand bei seinen gelehrten Zeitgenossen Polizian, Aldus Manuzius, Erasmus, Beroaldus, in grofsem Ansehn. Seine lateinischen Schriften, in Prosa und in Versen, sind in einen Quartband gesammelt, mit vorangesetztem Leben von einem seiner Schüler, Barthol. Blanchinus, geschrieben, oder vielmehr übersetzt aus der italiänischen Handschrift des eigenen Bruders vom Verstorbenen Wir können also nichts Zuverläfsigeres haben. Dennoch liest man allenthalben, als sei von einem fast Unbekannten die Rede (?): Scholasticus . . ., qui vixit sub Imperatoribus Sigismundo et Friderico III Augustis. Unser Antonius war aber 1446 geboren — das heifst 9 Jahre nach Kaisers Sigismund Tode - und starb 1500, im 54. Jahr des Alters. Unter Friedrich III und Maximilian I ist also sein Leben anzusetzen, wenn man es nicht lieber nach Jahrzahlen bestimmen will. Schon in den Menagiana ist der Fehler bemerkt, und es ist sonderbar genug, dafs Ernesti ihn noch stehen liefs in seiner Ausgabe von Fabric. bibl. lat. Art Plautus, obgleich er selbst nachher in den ergänzenden Noten die Menagiana anführt. Auch späterhin scheint Niemand diese Sammlung, oder auch nur den Jöcher, nachgeschlagen zu haben, geschweige die doch nicht sehr seltenen Werke des Codrus Urceus selbst.“

ANNOTATIONES IN BACCHIDES.

Comoediae huius argumentum prologus et scenae principis initium primum, quod sciam, comparent in ed. Iunt., quae anno 1514 prodiit, unde in Gryphii, Longolii, Basileensem Hervagii aliasque sequiores transierunt. „Fabulatur," inquit Taubmannus, „Liscaris grammaticus ille Graecus in epistola ad Bembum, se Messanae in Sicilia ista invenisse. Sunt etiam, qui a Francisco Petrarcha conficta opinentur."

Argumenti versus, praeter ultimum, cum prorsus inconcinni circumferrentur, operae pretium duxi eos quidem addendo auferendo mutando denique in numeros redigere; cetera vix attigi neque officium meum editoris arbitror spuriis eiusmodi ineptiis, quanquam οὔτε πρώην οὔτε χθὲς factis, ut recte ait Ios. Scaliger, multum immorari. Sic autem vulgo se habet argumentum ἀκρόστιχον:

Bacchidis amore furit Mnesilochus.
Aurum ut redimat, Praesumia (?) fertur Ephesum.
Cretam Bacchis navigat atque alteram
Convenit Bacchidem: inde Athenas redit:
Hinc dat Mnesilochus ad Pistoclerum litteras,
Illam conquirat. redit: turbas movet,
Dum putat amari suam, ut mutent geminas,
Ei dat aurum: pariter amant.
Senes dum gnatis student, scortantur, potitant.

Versu ultimo malim nunc melioribus numeris:

Senes dum student gnatis, scortantur, potitant.

Vtrum horum eligas, verbum senes in unam syllabam contrahendum est elisa priore e litera, cuius figurae exempla multa in medium protuli ad Amph. prol. 74. Quod si cui forte nimium videtur in tam novo scriptore, is per me reponet:

Studentes gnatis potant, scortantur, senes.

Prologi versu 2. vulgo legitur Ridiculos strepunt. Dedi, quod saltem intelligeretur.

5. V. abest cum, quod antecedens verbum interceperit. Certe sic versus habet suas 12 syllabas: nam syllabis dimetiendis fere contentus est hic scriptor, quisquis fuit.

26. plene distinguendum post exercitu.

30. Insulse libri: A. e. si pater obs. patri.

31. V. Asibidam. Ios. Scaligero in Catalectt. placebat

Asividam pro Asivehida, „forma," inquit vir magnus, „patronymica, qualia multa componit Plautus iocans, ut Rapacida, Plagipatida. Hoc ex imitatione Aeolum, qui fere epitheta πατρωνυμικῶς formant, ut Σπουδαρχίδης. Asinivehida autem ratio etymi postulabat; sed consultum est euphoniae, ut (?) σιαλόγος dicebant pro σιαλολόγος, ἀμφιβολόγος pro ἀμφιβολολόγος. — Greges Ionii sunt histriones."

32. „Vecturium est τὸ κτῆνος, quasi vehiterium, ut Asivida pro Asivehida. Inde veterinaria animalia." Scal.

43. V.: verum salsus asinus.

85. V. soloece: traherent.

89. V. inepte: prodeo.

Dialogi spurii versu 3. item inepte legitur in libris: Quid id, nisi nauim?

4. V.: — terra ut terat hom. Fortasse legendum: ferat.

7. 8. V.:

E terra quoque obrepere olim dixerunt homines,
Qui dum norant, quom esse cuperent, erant nihil.

Haec non intelligo; sed quae pro illis dedi, nec multo magis faciunt ad propositum, et a scriptura librorum longius recedunt. Sic fortasse reponendum posteriore versu:

— — — — — — — homines,
Qui tum norant, qui, ni esse cuperent, nihil erant:

ut non inficete dicat terrae filios, fruges tantum consumere natos, qualem etiam se ipse nunc credere videtur. Basil. Hervag. Q. d. n., non notant; Par. Q. d. n., non norant.

10. quidem. V.: quem.

15. huic. V.: hinc, proclivi lapsu.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 1. potius. V.: potis. Sequor Sarracen. Iunt. Ald. Lepide laudantis est, ut Mil. 241.

9. V. bis posita coniunctione: se ut revehat domum. Mss. Pall.: seu re uehat d. An hoc fuit primitus: sed (pro se: vid. ad Amph. prol. 149) r. d.?

13. V.: sedens ibi op., elisa priore e litera in sedens: vid. ad Amph. prol. 74. Putadam olim rectius legi op'ribere (nam verbum hoc porrectam habet primam syllabam), sed fallebar.

16 sq. Lege absque ulla mutatione, nisi quod vulgatae inconcinne: arundo alas verb., non eliso autem τῷ unum:

— — — — — — — intellego: du- t. t.
ae unum expetitis palumbem. Perii, arundo verberat alas!

25. haud. Pessime Taubm. Gronov. Ern.: aut.

28. Quia μονοσυλλάβως pronuntiandum est: vid. ad Amph. prol. 74.

30. Hunc inter et sequentem versum v. legitur 40, quem ibidem repetunt libri. Hoc loco delet eum Acidalius, maxime propterea quia ad tantam affectus vehementiam gradatim procedit adolescens. Cui assentior.

31. V.: Et quid a. h. m.? Pi. Quid ego met. rog.? homo adolescentulus etc. V. C. Decurt. et vv. edd.: adolescens, quod requirit versus. Et quid casco scribendi modo pro Ecquid passim quidem legitur in libris; sed hic Et natum puto ex antecedente es, ut rescribatur:

Quid ab hac metuis? Pi. Quid ego metuam, rogitas?
Adulescens homo etc.

Quid metuis? ut Pistoclerus: Quid metuam? non: Ecquid metuam? Et sic plane Pareus, nihil monens; unde colligas, fuisse hanc codicum Pall. lectionem.

32. Penetrem. Ita Iunt. Ald. Gryph. Donatus ad Terentii Phorm. 447. Praeferendum id ducebam vulgatae lectioni Penetrare propterea quod iste usus modi verborum infiniti historicis quam oratoribus longe familiarior est, ita ut figura haec a Servio vocetur historica. Quia tamen ea loquendi forma etiam apud oratores, neque solum in narrationibus, satis frequenter invenitur vimque suam peculiarem habet, piget nunc libris exploratae fidei manu scriptis alios illotas fortasse correctorum manus expertos anteposuisse. Donatus ad ista Terentii Eun. 3, 1, 1: Magnas vero agere gratias Thais mihi? „Plus," inquit, „sonat infinitus modus finito." Sonat autem inprimis consuetudinem. Cf. infra 73, Linac. De emend. struct. lat. serm. pp. 479 sq., I. F. Gronovii Observv. 2, 14. Itaque vulgatum quidem Penetrare in sedem suam postliminio reduco. Sed quod item adhuc legitur h. l., damnis, etiam nunc id depravatum censeo nec persuadere mihi possum, tam infantem fuisse Sarsinatem, ut, cum modo dixisset: ubi damnis desudascitur, continuo inferret: ubi pro disco damnum capiam. Donatus ad Terentii Eun. 3, 1, 22. „Mire est facta nullius ponderis repetitio ad inertiam loquentis exprimendam. Nam postquam dixit Invidere omnes mihi, repetit Illi invidere misere etc." Atqui minime iners Pistoclerus. Scripserint autem librarii domnis pro dominis, sicut passim fecerunt; hoc ansam corruptionis praebuit. Vox domina hac potestate saepius usurpatur ab Ovidio et elegiacis, item Martiale et sequioris aevi scriptoribus; sed similiter pridem Graeci: vid. Musgrav. ad Sophocl. Trach. 210. Quos cur non prius quoque in hoc expressos dicamus a perpetuis eorum imitatoribus Latinis, nulla causa est. Malim autem nunc: dominis. Ceterum similiter Terentius Phorm. supra l. l.: Eccum, ab sua palaestra exit foras, ubi Donatus: „Bene palaestram eius dixit lenonis domum, in qua est exercitus amator assidue." Et ipse Plautus fere ad hunc modum Trin. 618:

In foro operam amicis da; haud in lecto amicae, ut
solitus es.

41. V. supra plantam, quod aiunt, evagantibus numeris:

BA. Simulato me amare. PI. Vtrum ego istuc iocon' assimulem, an serio?

Pareus tanquam ex Mss.: utrum ego iocon' adsimulem istud? a. s.? Vtrum i. e. iocone pro Vtrumne e. i. ioco, per tmesin.

43. V. minus concinne: mihi opus est? Copulam omiset Decurt.

46. V.: Quid? si apud te veniat de subito prandium etc., quod ne Latinum quidem est. Sensit hoc Pareus deditque eveniat, frustra ob id sugillatus a Grutero. Passim haec mixta.

49. V.: Vbi tu lepide etc. Omittunt pronomen Iunt. Ald., quod tamen ferri potest, si voles in unam syllabam contrahatur: vid. ad Amph. prol. 74.

50. locum lepidum dabo. Formula loquendi: cf. Poen. 526.

53. V.: Manum da et sequere. PI. Aha, minime! BA. Quid ita? PI. Q. i. i. Vv. edd., in his Iunt. Ald.: consequere, quod olim placebat adeo, ut τῷ aha in au mutato verbum minime, tanquam interpretamentum eius, tollendum arbitrarer, cum praesertim temere id additum interdum scirem a librariis, velut Terentii Hec. 3, 2, 25, ubi Pamphilus Parmenoni: Cessas? liber quidam non malae notae Ms., quod Berolini asservatur in bibliotheca Regia, servum respondentem facit: minime, quod falsum arguit versus ratio. Verum iam intelligo nihil novandum esse verbumque Manum μονοσυλλάβως pronuntiandum, sicut Most. 323: vid. ad Amph. prol. 74.

56. V.: Ille quidem hanc abducet etc., inconcinne quidem, sed satius erat rescribi Ille hanc quidem abd., ut hic versus sit i. t., quales etiam 58, 59, item 63, 64, 69, 70 nunc existimo.

59. Lepidus. Intell.: es, quod ab interpretibus adscriptum in quibusdam libris. Meursius Exercc. critt. parte 1: lepidu's pro lepidus es; sed nihil opus: vid. ad Amph. 168.

61. Putide vulgatae: Ego tibi arg. etc.; inconcinne autem iubeo pro iubebo, quomodo item Epid. 644 male legitur saeviunt pro saevibunt. Iubebo Charisius p. 180 Putsch. Ergo et ego saepius confusa.

63. Libri: nam id flagitium meum, mea etc., sicut Poen. 819 legitur: Nam tuom flagitium est, tuas etc. Merum flagitium dictum esset, ut alibi mera mendacia, mera scelera, meri comitiales: vid. Poen. 453 et Parei lexic. v. Merum. Sed eo nihil opus; itidemque standum cum vulgatis, Ego obsonabo praeferentibus, siquidem hic et sequens versus sunt iambici tetrametri acat., id quod sero animadverti.

69. Retinenda lectio vulgata: M. ille: nam hic quoque versus et proximus sunt iambi t.

73. V.: Simul hinc nescio qui turbat, qui huc it. decedamus. Mss. 2 Camer.: S. huic n. q. turbare etc.; codex Meursii: S. h. nescio quid turb' est, quin hinc decedimus;

quomodo fere etiam vv. edd. Genuinam nunc censeo lectionem duorum codd. Camer turbare, ut reponatur:

Simul hinc nescio qui turbare. So. Quin nunc hinc decedimus?

Hinc, h. e. ab ea parte, unde veniunt Lydus et Pistoclerus. Vociferari et expostulare cum discipulo audit Lydum Bacchis: nam quod tacitum se dicit paedagogus 75, nugae: magistrorum non est tacere. Nunc, igitur, sicut passim, velut Capt. 951. De infinito turbare vid. ad 32.

75. Cui non hic in mentem veniat Charidemi illius, de quo vid. Martialis 11, 40?

76. Libri vv. inconcinne: tu. Viderunt plerique editores, videre noluerunt Gronovius Ernestiusque.

77 Male Namque exarari iussi pro nam vulgato, ratus verbum ita posteriorem syllabam corripere, quam saepe porrectam habet, ut monui ad Amph. 475. Tò di propter ictum non eliditur: vid. ibid. ad 149.

80. Malim nunc: Cum tanta pompad? Pi. Huc. Ly. Quid etc. V. autem: quis istic, correpta priore syllaba τȣ̃ istic, quo duriusculum in extremo versu.

82. Recurrit versus Pseud. 63. Suaviatio vel potius suaviacio V. C. a m. 1., si Pareo fides, quod retinui h. l. agnominationis causa, quae inest verbis suavis suaviatio. Vid. ad Asin. 865.

87. A. n. p. e. unquam? o L. e. b. Ita Mss. et ex editionibus Iunt. Ald.; nec longe abeunt his vetustiores, velut Sarrac., quae nunquam. Recentiores nec librorum nec metri ratione habita: A. n. p. esse? nimium quam, o L., e. b.

89. Stultior extremam syllabam ante vocalem producit, quam figuram exemplis illustravi ad Amph. prol. 58. Hoc nescientes alii fecerunt Sed is stultior etc., alii idem st., pessime omnium Scioppius Suspp. Lectt. 2, 7: Isne? st.

92. V. minus commode: Hoc (Mss. Haec) app. m. paratum est, q. pl. Scriptum antiquo more, de quo ad Aul. 589, honc pro hunc et ambigue contractum paratust, quod exhibet Iunt., librarios in fraudem illexerint. Quod etiam in hac editione excuderunt paratum est, me invito factum.

94. Ineptissime libri: — argutias? Qui, si etc. quasi omnino mutus esse deberet Pistoclerus, cum se tantum castigante obmutescere velit hic Orbilius. Sic et Epid. 358 erratum.

105. Hunc versum v. post 114 inferunt, cum perspicuum sit, haec Pistocleri eo pertinere, quod paedagogum se non vocari conquestus est Lydus. Quod post 132 haec inseri iubet Acidalius Divv. in Ba. c. 2, fugit eum ratio.

107. V. invitis libris vv.: Cum herus hic intus sit etc. Decurt.: Cum haec intus intus sit etc., in quo agnovi id, quod dedi, ipsus intus, siquidem p et n literas saepe mixtas constat, quod ubi factum esset h. l., corruptum insus in intus sedulo mutari fuit consentaneum. Ipsus: herus.

109. V. inconcinne: Praesentibus illis p. u. u. s. Praesente iis prisce, ut Absente nobis Terentius Eun. 595, ubi vid. interpres vetus. Cf. Amph. fragm. 1.

111. V. duriore numero: éveniát. Vid. nos ad Aul. 109.

113. Inepte libri: iturus sum domum, quo nihil gratius accidere poterat adolescenti. Imo hunc domum ire iubet magister, quem reprimens puer iratus: omitte, Lyde, ac cave malo?

114. V., sicut iam monui ad 105:

— — — — — — — cave malo?
Pi. Iam excessit mi aetas ex magisterio tuo.
Ly. O barathrum etc.

Medium versum delens h. l. Acidalius Divv. pp. 195 sq.: ,,Ad minas," inquit, ,,discipuli sic miser exclamat paedagogus, et de iis queri tantum apparet ex deincipe versu:

Magistron' quemquam discipulum minitarier?

Quodsi et illud ille addidisset hic, excessisse sibi ex magisterio eius aetatem: hic certe id quereretur etiam et multo miserabilius lamentaretur. Iam vestigium in oratione huius nullum est, unde colligas indignam illam vocem cum minis pariter emissam."

116. V.: Video nimio iam multo p. q. v. Haud nescio coniungi interdum nimius et multum, velut infra 630 Mnesilochus: Imo vero nimio minus multo parum; sed huc quominus admitterem nimio, in causa fuerunt primum cumulata homoeoteleuta Video nimio multo; deinde pravus accentus τȣ̃ nimio; tum maxime recurrentes eaedem voces nimio et iam sequente versu: quae quidem omnia ferrem in homine vel infante vel negligentiore, non autem fero in magistro eloquente et severo, qualis est Lydus. Τῷ nimirum quam sit vicinum nimio iam, quamque illud sit aptum huic loco, quisque videt.

119. Notam metricam addere huic versui sum oblitus. Est autem t. t. c., qualem ex propria sua persona, et unicum quidem inter meros iambos, cur pronuntiarit Lydus? Equidem id non exputo arbitrorque haec alicuius esse sive antiquiorum sive aequalium Plauti poëtarum scenicorum. Legitur autem v.: — iam plenos sanguinis, quod quid sibi velit, non assequare, nisi plenos sanguinis interpretere secundum Acidalium ,,adultos robustos et validos," id quod fieri non potest, cum istis verbis nulla insit aetatis significatio, sed naturae animique; nam τὸ iam referri ad priora, ut iungatur (nescio quo sensu) iam esse vel nihil iam moror, quod in mentem veniebat Acidalio, etsi synchysin satis frequenter usurpat Noster, durius tamen est quam quidquam in hoc genere, quod legere meminerim apud scriptores. Recte procul dubio Angelius, Iuntinae curator editionis, quem ignorat optimus noster divinus: tam plenos sanguinis, h.e. interprete Lambino: tam animosos, tam validos etc.

120. Libri adflictat, corrigente Acidalio. Adflictet, adflictare possit, per potentialem, quem vocant, modum. Cf. Aul. 42, Poen. 192.

124. Vereri vicem nominis praestat, sicut amare Curc. 28. Cf. Vechneri Hellenolex 1, 2, 10.

126. Post hunc versum 134, 135 inserebat Acidalius maxime propterea, quod verbis Sequere hac ac tace aptissime concludi videretur scena. Sed nihil opus: magister non foret Lydus, si iussus statim taceret, sed obloquitur hic ut supra 103, vociferansque et cum discipulo altercans abit, convenienter suae personae. Magis etiam errabat noster Criticus, cum post versus istos sequi iuberet 132, 105, et tum denique in versu 127 filum orationis, qualis in vulgatis est, resumeret: nam unde, quaeso, tot simul versuum traiectiones? Et, quod maximum est, libertas pro eo quod est libertas loquendi sive orationis, ut Hic ait, vel graeco verbo παῤῥησία, ne latinum quidem est.

133. V. C.: Sequ. me hac a. t. Legendum: S hac m. a. t. Hac significanter, ad Bacchides, non domum paternam, quo abducere vult perditum adolescentem Lydus.

134. 135. Hi versus ante duos praecedentes legebantur in V. C. Camer.

137. V.: abii, quod ferri posset non eliso Ephesum. Codex Meursii Iunt. Ald.: abii, nunc consp. l. De isto codice quid mihi videretur, dixi ad Aul. 781 sqq.

142. Frustra Nicol. Angelius, anastrophe offensus M. Pistoclêron, ad quem ep. Similiter Hic passim, velut infra 161 Amph. 82 Asin. 378, Curc. 463 Epid. 165 Trin. 1083. Vid. etiam ad Aul. prol. 39.

154. V. invitis libris vett.: R. m. u. s. Pi. Vivit. nempe etc. Inepte quoque, siquidem, viveret Mnesilochus an non viveret, scire non potuit, nisi divinatione, Pistoclerus. De pronuntiando Nempe, quod fraudi fuit Gulielmio Quaest. in Ba. c. 4, vid. ad Asin. 770. Vivit et valet in formula coniungebant de absente nuntiantes: Cf. 211.

157. V.: Q. s. i. i. e. q. ille (hoc abest Iunt. Ald.) amat, vivit recte et (Sarrac. viv. et recte; Iunt. Ald. abest copula) valet; ὑπερμέτρως quidem et inepte, cum id solum quaeratur, an valeat Mnesilochus. Nescio quis, vel quia iuncta supra 154 vivit et valet, vel quia sequentibus moribundus est aliquid respondere voluit h. l., τὸ vivit adscribillaverit.

158. Mss. et vv. edd.: moribundusque est, ut copulas addere de suo solent scribae. Correxit Camer.

159. Τὸ si non elidendum: vid. ad Amph. 149. Frustra Angelius: si eá ab.

163. V. minus eleganter: adv. ei redd. Sequor vv. nonnullas edd., in his Iunt.

171. Ecquidnam. Ita Iunt. Camer. V. frequenti literarum c et t confusione: Et quidnam.

172. unice unum. Pleonasmus Plautinus, de quo vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

173. Absurde libri: I. u. eum c.? Cf. Curc. 59. Iidem minus bene: misera; V. C., teste Pareo, misere. Vtramque correctionem praeivit Acid.

174. Hem

174. Hem v., nescio qua ratione, Pistoclero tribuitur. Respondentis est, sicut Terent. Andr. 1, 2, 13

176. V. refragante versu: Imo hercle abiero. Abest hercle Iunt. Ald.

178. V.: Non herus, sed actor etc., ne hiscentibus quidem editoribus. Locum hic non habet herus, habet res, h. e. fabula seu comoedia. Cf. Asin. prol. 14, Capt. prol. 52.

180. V.: Pellio, quomodo casci illi etiam Apellinem dixerint pro Apollinem. Sed de hoc more veterum non constat putoque o et e literas inter se forte commutatas h. l., sicut alibi factum saepius: vid. ad Asin. 765. P. Pollionem, comoedum illius temporis minus probatum, novimus etiam ex Symmachi Epist. 10, 2.

182. V.: dicerem, quasi scilicet, quia nactus sit alteram Bacchidem Pistoclerus, quae Venus videtur ipsi, alteram Iunonem vocare non liceat. Reponere ducerem, verbum nuptum, cuiusvis erat; tamen id primus fecit Lipsius.

185. V.: N i. fortasse auro est opus, extra ictum posito τῷ auro, verbo totius sententiae gravissimo.

188. V. minus bene: exiget. Non deterius foret: hinc exiget, hinc, a Bacchidis sorore.

189. Male feci cum, editionibus aliquot mediis, in his Iuntinae, obtemperans, dedi sibi pro vulgato mihi, quod longe lepidius isto recteque explicatur a Lambino.

190. V. abest pronomen, non sine detrimento versus, siquidem quoi semper est monosyllabum

192. Operarum vitio excusum hoc pro hic.

195. V. inconcinne Philippos. Cf. 238.

210. prius. Libri: primum, quod retinendum erat, sed ponendum post salutem, ne versus deturpetur.

218. Pancratice atque athletice. Similiter Epid. 18: Pugilice atque athletice.

226. ibi, quod abest vulgo, praebent Iunt. Ald. Fulcit versum, nec tamen omnino necessarium est: vid. ad Amph. 341.

233. etiam. V.: eum, sine vi et gratia. Adulterare iste dixit, ut persuadere quidem seni vult Chrysalus, Mnesilochum etiam aliis rebus, sicut symbolo.

234. Perquam inepte versus hic post 245 insertus legitur in libris. Animadvertit Acid.

239. Dare pro edere, simplex pro composito, est usurpatum. Sic etiam Afer Eun. 843: Dabit pugnam hic aliquam denuo.

343. Legendum potius: indu navem conscendimus. Navem μονοσυλλαβως pronuntiandum: vid. ad Amph. prol. 90.

245. Apage istud tum Iuntinae atque Aldinae; scribendum Circumspectod: vid. ad Amph. prol. 149.

258. Corrupte nec iusto numero libri: Turbare in portu. Ni. E m. m. Syllaba ne in inportune a sequente nota personae intercepta est. Inport. retrahit accentum: vid. ad Asin. 145.

263. V.: eo ex. fui, et continuant haec Chrysalo, quam apte, ipsi viderint. Non est observatoris esse exanimum. Cf. 252 sqq. Eo, ego, ergo saepissime miscentur.

269. abire. Ita Iunt. Ald. Gryph; sed rescribendo extempulo servari potest vulgatum ire.

271. V. ἀμέτρως deposuimus. Correxit Sciopp. Suspp. Lectt. 5, 15.

272. Megalobyzi. Hoc idem τῷ Megabyzi, quod alii praetulere. Ita generali nomine appellati omnes Dianae Ephesiae sacerdotes. Vide Meursii Exercc. critt. p. 128 et, quem laudat, Strabonem lib. 14. Mss., etiam, teste Taubmanno, 2 Camerariani, in quibus Megalobusi fuisse Pareus ait, item vv. edd.: Megalobuli.

273. in D. E. Sic itidem Angelius, quem nescio quo pacto saepius hic audivi: nam v. abest in, et recte abest, modo reponatur Dianai, quod etiam 277 fecimus.

278. Forte exaratum Occidisti pro vulgato Occidistis. Extremo versui non convenit longa τȣ̃ Occidisti syllaba postrema.

280. V.: Sed vos nihilne att. i. a. d.; at Sarracen.: Sed nihilnam att. etc., omisso pronomine supervacuo et in ictu posita voce graviore nihil, sed frustra illato nam, in quo iam latere mihi videbatur, quod aptissimum.

282. Malim: Qui nescis? Infra 431: Phil. Quidum? Ly. Quia, malum si promtet, indies faciat minus; Epid. 51: Erit illi illa res honori. Ep. Qui? Th. Quia ante aliis fuit; et ibid. 263 sq.: Pe. Qui scis? Ep. Scio, quia mihi alius dixit etc.; Most. 55: Tr. Qui scis, an tibi istuc prius eveniat, quam mihi? Gr. Quia nunquam merui, et 439 sq.: Tr. Quidum? Tr. Sic: quia foris ambulatis; et ibidem 717: Si. Qui? Tr. Quia venit navis etc. Cf. Merc. 387, 396, 500, Terent. Eun. 223, Phorm. 295. Sic passim.

285. V., inconcinne quidem: Quantulum att.; Iunt. Ald.: Quantillum att. Legendum: Quantum illim attulerit. Illim sicut Inde 280. Similiter Poen. 841 pro illinc V. C. praeferebat illim, Dec. illum, nec Most. 455 melius expediatur quam reponendo: Tr. Et heus, iube illos illim, amabo, abscedere. Cic. De Off. 1, 42 extr. optimus Fabricii liber: illim, 4 alii: illa, quod eodem redit. Cf. Poen. 913, Cic. ad Att. 7, 13 extr., 11, 17, Mureti Varr. Lectt. 12, 11, Scioppii Suspp. Lectt. 1, 21.

292. V.: Ch. Anulum gnati tui Facito ut memineris ferre. Minus recto accentu τȣ̃ memineris offensus, verborum transpositione usus sum longe duriore, cuius iam poenitet. De accentu eiusmodi verborum vid. ad Amph. 203.

295. V.: mem. et recte mones. Valde friget copula, nec dubito, quin ab interprete profecta sit, asyndeton haud ferente. Quanto rectius nos: Meminero: recte mones, h. e. Meminero: quia recte mones.

305. Inepte v.: Imo hem tant. etc. Mss.: I. em. Compendium τῦ enim non sunt assecuti. Eleganter coniunguntur Imo enim, Imo enimvero. Terentius Phorm. 504: Imo enim nemo satis pro merito gratiam regi refert.

312. Ambiguitatis vitandae causa vetus iit restituendum censeo.

313. V. minus modulate: conveniam. Vid. ad. Aul. 129.

319 Epheson scribendo pro vulgato Ephesum hiatum abstuli; sed nihil opus: vid. ad Amph. 341.

325. V.: q. mihi f. p.? quod inusitatius.

329. V. difficiliore numero: inacto ego ill. inf.

338. Terentius Heaut. 397 sq.: Nam, ut tu scias, Quam ea nunc instructa pulcre ad perniciem siet etc.

339. Protinam item adhibuit Terentius Phorm. 1, 4, 13, ubi vulgo: protinus; sed Donatus: „Protinam," inquit, „fuit, et sic Nigidius legit."

341. desidiabula. Nonius v. Affectare: despoliabula, de quo arbitrandum.

342. adfectas. Mss proclivi lapsu: adflictas; nam lapsum eum esse, non ex editionibus tantum principibus intelligitur et Nonio, qui istam vocem diserte laudat ad priorem formam, ut ait Taubmannus, sed ipsa sententia illud exposcit, hoc adspernatur: siquidem adfectas, pertinens ad appellere et perdere, coniungit haec cum sequente versu, adflictas vero pendentem eum destituit, ut vix intelligas; id quod non animadvertisse miror. Scioppium Suspp. Lectt. 5, 15

344. Τὸ te, quod sententiae peraptum, versui autem est necessarium, arcessivi ex Iuntina: nam v. desideratur.

349. V.: lutulento; sed bene I. Gulielmius Quaestt. in Bacch. c. 2.: „Versus," inquit, „suadere videtur ut corrigamus Vt eum ex luculento coeno: est enim trochaïcus septenarius; tum acute dictum luculentum coenum pro meretricum amoenitatibus et blanditiis, quae in speciem luculentae et splendidae, sed vitam et famam, si in iis volutere, collutulant." Dicere autem voluit vir optimus trochaïcum octonarium catalecticum.

350. V.: Multis modis, solito errore. Multimodis Hic etiam alibi, item Terentius, Lucretius, Cicero; quomodo et Omnimodis legitur et legendum est Mirimodis Trin. 895, si quidem versum salvum velis. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Multimodis, nos ad Terent. Hec. 644.

357. V.: C. is quam t. etc Mirati sunt VV. DD. Quam admirantis ab initio sententiae paulum remotum, quorum Lambinus qui legendum contendit, Acidalius etsi τὸ Quam haud omnino improbet, mavult tamen quoque, ad quam faciem Noster dixerit Aul. 416: Condigne etiam meus med intus gallus gallinaceus etc His ego obsecutus, isque dedi pro is quoque, memor illorum, quae protuli ad Asin 191. sed moris esse immemor Plautini verba liberius transponere, de quo item monui ad Amph. 378, quem et h. l. fortasse usurpavit.

358. Mss. et vv. edd.: sed eccum video incedere. At vero Muretus Varr. Lectt. 13, 18: „Quis, quaeso, ille est," inquit, „quem aït se videre incedere? Certe nemo eorum, quos nominarat Legendum igitur Sed aequum id ei reddere; idque aperte declarant, quae statim subiicit: Nam pol q. etc. Negat committendum sibi esse, ut ingratus habeatur; ideoque diligenter sibi videndum, quomodo gratiam Chrysalo referat." Ingeniosa profecto coniectura, sed nimia: nam quod eccum in aequum commutavit vir elegans, laudo, quomodo V. C. sequius pro secus Aul 387, quoqus pro cocus seu coquus Mss. Pseud. 374, et contra eccum pro aequum Ba. 358, ae cuius pro aequius Poen. 228; sed quod video illud scriptorum repudiavit, id vero ferendum non arbitror, sed vel legendum Sed aequom video id reddere, intellecto me pronomine et eliso e in Sed, quem locum illustravi ad Amph. prol. 74, vel, quod malim, -set syllabam in esset forte geminatam ortum adverbio dedisse ratus, hoc expuncto: Aequom video id reddere.

358. inpensius. H. e. gravius, molestius. Scripserit Graecus, quem Hic expressit:

Ἀνδρὸς ἀχαρίστου δεινότερον οὐδὲν πέλει.

363. V.: Q. me c. magis cum cura esse ea quam (Mss. et vv. edd., velut Sarracen.: cum) obuigilato est opus. Lambinus olim: Qua mi c. m. accurato atque advigilato est o., quem satius erat non audire, sed potius reponere:

Qua me causa magis cum cura esse aequom et obvigilato opust.

Cum cura esse dictum, ut pleraque eiusmodi apud priscos, ubi praepositionem minus amant seriores. Vidd. Capt. 734, Most. 242, 637, Rud 166, Stich. 377, 616, Trin. 806, et lexica, inprimis Parei Plaut. v. Cum.

366. ne incommodus, h. e. an incommodus. V. claudicante versu: commodus, incommodus: nam quae de ectasi tradit Wasius Senario, non omnibus subscribo.

369. V.: P. sodalis et m. etc., qua lectione approbata erit hic unicus tota scena iambus et in media sententia subito usurpatus nulla alia de causa, nisi quia novae personae prodeunt in scenam; id quod nusquam fieri memini in toto Plauto. Accedit, quod verisimile est, vocem rariorem socienni miratos esse librarios eique tritam sodalis substituisse h. l., sicut socii Amph. 228. Nihilominus vulgatam lectionem nunc retineo.

370. V.: Nunc experiar, sitne acetum tibi cor acre in pectore, h. e., inquit Taubm., quod ita resipiat acetum, ut acetum dici possit. Cuius loquendi formulae plura desidero exempla. Mss. continue: coracre, quod ortum, ut opinor, ex corăcre, h. e. coram acre; certe nihil aptius huic loco. Domi paedagogus erat expertus, an ira incenderetur senex, sed frustra; nunc coram filio et scorto factum it periculum. Coram absolute, sicut Trin. 544 et pas-

sim alibi. Acetum pro sapientia item saepe et Hic et alii: vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

372. V. inepte atque inconcinne: uni unicum. Unice unus in elegantiis est Plautinis: vid. ad Asin. 192.

375. V. itidem inconcinne faciat; sed Iunt. Ald.: si non facit, ut ante: si quid facit. Servo autem nunc vulgatum ego post Feci, ut facit μονοσυλλάβως efferatur: vid. ad Amph. prol. 74.

380. Adolescentis affectui magis convenit vehementior iambus t., qualem hunc versum puto.

387—91. Ita locum digessit Groslotius in annotatt. ad Plautum, Douzae filii insertis, cum vulgo hoc versuum ordine legatur: Nego, Digitum, Ante, Gymnasii, Id, Et. Merito viri docti rationem probavit Acidalius, Taubmannus item probans in usum suum non convertit. Ceterum librorum V. C. v. 389: Id quoi obtigerat, Dec.: Id quo o., Sarracen. Milan., quas saepe laudo, Idque o., Iunt. Ald.: Idque ubi o., vel inconcinne, vel sensu imperfecto. Nihil aptius propiusque scripturae membranarum, quam quom, a me repositum. V. 391. malim nunc, verbo solem non eliso, A. s. ni in p. v., ne pravo accentu vitietur τὸ exorientem. Vid. ad Amph. 341.

393. V.: Ibi cursu etc., hiante quidem versu, nisi malis reponere luctandod. Iam etiam versu 395 scribendum erat Illi pro Ibi, ut eo quoque loco libri.

398. Abesse potest tu; modo τὸ si non elidatur: vid. ad Amph. 341.

410. V.: attigas, numero deteriore. Attigere pro attingere Hic saepius.

411. expletus. Ita vv. edd., in his Iunt. Ald., quae lectio praestat nihili vulgatae expretus. Laternam intelligo cum Gronovio linteo obductam, qualis meminit Cic. ad Attic. 4, 3. „Id linteum," inquit vir doctissimus, „oleo tactum fuisse credibile est, et sic lucem transmisisse, ut hodieque passim in Italia, quae fenestris obducuntur." In magistro unctum linteum significat empl[illegible]um vel fomentum fissorum curandorum gratia capiti e[illegible] impositum, ut bene idem. Explere vulnera et similia passim dicuntur.

412. Male v.: Itur illinc etc., cum modo leg[illegible]mus It magister, satisque intelligatur, neminem praeter ipsum [illegible]re dici iure dicto. Literae s et r passim misceri in scriptis, notum est. Ceterum v.: Hoccine, minus expedito versu, nisi rescribatur dictod. Sed praestat, opinor, sequi Camerarium. Iunt. Ald., incertum, qua auctoritate, minimeque probabiliter: I. i. i. dicto. verum hoccine etc.

428. V. minus eleganter: Cave malum. Vid. Parei lex. Plaut. v. Cavere malo.

436. V.: At quae acerrume atque aestuose absorbet, ubi quemque att., sententia ineleganti, metro aut nullo aut durissimo. Mss.: Atque acerrume ac aestuose etc. Quos satius erat me sequentem reponere:

Atque acerrumam: aestuose absorbet, ubi quemque attigit,

quam obtemperare Acidalio, qui e librorum quorundam lectione viros effingebat vivos, eiusque verbi vestigia etiam in vulgato aestuose agnoscere sibi videbatur. Legitur autem in Sarrac. et Mediol.: Atque acerrime viros ea abs., ubi etc.; in Iunt. et Ald.: Atque acerrume east (Ald. ea'st), abs. viros, ubi etc.

443. Lege, sicut v.: Vt ipsus etc., mox potest. Vid. sequ. annot.

444. Servari poterat vulgatum manus, sed ita ut hic versus et 3 praecedentes haberentur pro iambis t.

446 Me illud a me additum deceret Plautum, ut monui ad Amph. 356, fierique facile poterat, ut ab sequente syllaba simili interciperetur; sed librorum auctoritate destitutum est.

447. V. duriore numero: detulit. Sequor Decurtatum.

452 Insulse libri: Vt opinor, illius inspectandi mihi esset m. c. Abest τὸ illius Iunt. Ald.

454. T· ut, quod sententiam pariter ac metrum iuvat, legitur in Iunt. Ald., v. desideratur.

456. Non recte, editionibus vett. obsecutus, omisi pronomen tibi. Legendum eliso tibi, quod passim fieri doceo ad Amph. prol. 74, sicut v. edunt, sed ratione rei non perspecta:

Satin' ut, quem tu habeas fidelem tibi, aut quoi credas, nescias?

459. tecum oro. Sic Noster passim, item Terentius Hec. 629, Caesar de B. C. 1, 22.

468 Inepte nihilique numeris edd. praeter Iunt. Ald.: Nae illa illud hercle cum malo fecit suo, meo; Sarracenus effecto pessimo septenario: N. i. i. h. c. m. f. summo meo. Ioco inexspectato Mnesilochus suum malum dixit, ubi malum Bacchidis expectabant auditores. Cf. 470, 472, 474, Cas. 31, 276, Most. 953, 1003, Pers. 578, Pseud. 330, Stich. 480, Trin. 690 sqq., 720, 954 sq. Sic passim lineola ista, a recentioribus primum usurpata, scriptorum sententias aperit declaratque. Quae etiam infra 722 extremo est perscribenda, nec fortasse dedeceat Stich. 501, 746.

47·. Forma loquendi saepius recurrens: cf. infra 820.

474. V. versu ὑπερμέτρῳ: — ut mend. meus pater. Et sic quidem Decurt., sed V. C.: ut m. pater meus. Scires addititium pronomen: siquidem vagari solent interpretamenta.

478 sqq. Haec in libris hoc modo leguntur:

Verum quam illa unquam de mea pecunia
Ramenta fiat plumea propensior,
Mendicum malim mendicando vincere.
Nunquam edepol viva me irridebit. nam mihi
Decretum est renumerare iam omne aurum patri.
Igitur mihi inani atque inopi subblandibitur
Tum, cum mea illud nihilo pluris referet,

Quam si ad sepulcrum mortuo dicat iocum.
Sed antequam illa unquam meis opulentiis
Ramenta fiat gravior aut propensior,
Mori me malim excruciatum inopia.
Profecto etc.

Non difficile est, manum in his agnoscere glossatoris, nisi quis ipsum poetam idem bis dixisse existimet, et quidem primum apto loco et eleganter et prisce, deinde inepte et absque figura et vulgariter. Scilicet insolitum meis opulentiis explicandum sibi putarunt verbis mea pecunia, et ellipticam locutionem Verum quam istis Sed antequam, et vocem ex antiqua, ut ita dicam, moneta propensior trito vocabulo isto gravior; quae genuinis Plauti adscripta cum iisque mixta paulatim in versus concrevere. Pro plumea Nonius plumbea, minus quidem recte, ubi res dicitur summae levitatis. Pro vincere Mss. Meursii et Sambuci, edd. Iunt. Ald.: vivere, item frustra; nec moror illud misera post malim earundem editionum et scripti cuiusdam, qui olim Schobingi fuit Iureconsulti, ut auctor est Pareus ad Ba. 4, 9, 5, ut quod numeris integrandis excogitatum esse videatur.

492. V. imperfectis numeris: M. dixit vos me seq. Iunt. Ald.: M. d. v. nunc m. s.; Pareus, nescio qua fide: M. dixit. nunc v. m. s.

502. V: Mnes. Is est. adibo contra et tollam gradum. Melius Camer.: et contollam g. Sed Acidalius Divv. et Interpp. in Bacch. c. 5: „Certissima," inquit, „inter alias et deprehendendi vitii et corrigendi ratio est similium observatio locorum, et in iis cum verborum singulorum, tum structurae ipsius universae consideratio collatioque. Ex ea locum nunc scenae, Reddidi patri, et arguemus erroris, et emendabimus, qui minime vitiosus alioqui poterat videri.

Pi. Estne hic meus sodalis? Mn. estne hic hostis, quem aspicio, meus?
Pi. Certe is est. Mn. ist est. adibo contra et contollam gradum.
Pi. Salvus sis, Mnesiloche. Mn. salve.

Vt quadrent omnia, quae vides gemini ubique et iisdem utriusque noscitantium invicem sententiis constare, dico delendum et medio versu, personasque in hunc modum alternandas:

Pi. Certe is est. Mn. is est. Pi. adibo contra. Mn. contollam gradum.

Is Plauti modus est in noscitatione, saepe usurpatus ab eo: cui, etsi plura forte sunt, haec tamen illustrando suffecerint exempla. Aulular. scena ultima:

St. Herumne ego aspicio meum? Ly. videon' ego hunc Strobilum servum meum?
St. Ipsus est. Ly. haud alius est. St. congrediar. Ly. contollam gradum.

Rudente scen. Intelligo (2, 3): — Tr. cuia ad aures

Vox mihi advolavit? Am. obsecro, quis hic loquitur? quem ego video?
Tr. Estne Ampelisca haec, quae foras e fano hoc egreditur?
Am. Estne hic Trachalio, quem conspicor, calator Pleusidippi?
Tr. Ea est. Am. is est. Trachalio salve. Tr. salve Ampelisca.

Persae initio:

Quis illic est, qui contra me astat? To. quis hic est, qui contra me astat?
Similis est Sagaristionis. Sa. Toxilus hic quidem meus amicust.
To. Is est profecto. Sa. eum esse opinor. To. congrediar. Sa. contra aggrediar.
To. O Sagaristio, dii ament te. Sa. o Toxile, dabunt dii, quae exoptas.

Denique et Epidico scen. Si quid est homini (4, 1):
— — — — Pe. noscito ego hanc" etc.

511. V. versu adhaerescente: Sibi ne inv., ipsi ign. r. c. Acidalius: Ne sibi inv., ipsis i. r. c.

515. V. inconcinne: frustrantur. Sensit Acid.

518. V. in me et inconciliare copias omnes meas, loquendi genere prorsus inaudito nec satis explicabili. Equidem cum copulam abesse viderem Mediol. Iunt Ald., non male, ut opinor, dedi: Facere in med, inconc. etc.; sed nunc malim tmesi usurpata: Facere et in mihi conciliare etc. Vid. Par lex mantiss. v. Tmesis, locisque ibi laudatis adde Amph 278, 650, Cas. 258, Pers. 364, Stich. 64.

531 nisi illam Ita Iunt. Ald., sed puto ex correctione. Ceteri libri: nisi cum illa, quod nunc restituendum censeo

546. V. turbatis numeris: Recede h. d.

548. V. itidem inconcinne: Ecquis his in aed. est? Male iteratum -is errorem peperit.

551. Tò mala posteriorem syllabam producit ante duas consonas. Vid. ad Aul. 180 - 111.

555. Revocandum vetus Vtram: nomen Bacchidem non eliditur: vid ad Amph 341.

559. V: negato; sed Acidalius Divv. in Plaut. p. 205: „Fallor," inquit, „an legendum: negat esse ituram? Non puto falli: nam et versus melior, et oratio Plautinior, et sententia nonnihil etiam concinnior." Recte quidem, praesertim, ne utrumque et negare ituram Bacchidem et renuntiare iubeatur parasitus, cum alterutrum imperari satis sit.

561. At scin', etc. Vid. ad Amph. 200.

569 V sine sale et lepore: quoi tu integumentum improbus es Tam integ. inpr. dictum pro tam inpr. integ. si quis mirabitur, is videat nos ad Amph. 378. Similiter Hic Stich. 280: tam gaudium grande adfero.

573. V. ὑπερμέτρως: I. e. nunc haec revenit etc. Perperam τὸ haec abest Iunt. Ald.

579. Scribendum potius: iracundod. Vid. ad Amph. prol. 149.

584—591. Audacior fui in hoc loco corrigendo, quem nunc levissimis mutationibus restituere mihi videor in hunc modum:

Nequior est nemo neque indignior, as. ex 2 t. h.
Quoi di benefaciant, neque quem quisquam homo
Aut amet aut adeat. t. h.
Inimicos quam amicos me est aequius habere; b. t.
Malos quam bonos par magis me iuvare!
Omnibus probris, quae inprobis viris as. ex 2 t. h.
Digna, dignior nullus est homo,
Qui patri omne amans aurum reddidi,
Quod fuit prae manu! Sumne ego miser homo?
Perdidi med atque operam Chrysali!

Asynarteti isti trochaici, quos primus reperi in Plauto, habentur etiam infra 598 sqq. 610 sqq. cum cretico immixto, item Cas. 92 sq. Most. 335, Pseud. 1107 sq. 1306 sq Rud. 158 sq. Trin. 244 sq et cum clausula, ex t. h. constante, qualis et h. l. est, ibidem 262 sq. Similiter compositis versibus nec Graeci abstinuere: vid. Pindari nostri vol. 2 pp. 164, 247.

Versuum horum primo vox Nequior extremam syllabam sequente vocali porrigit, sicut passim fieri in hoc genere docui ad Amph. prol. 38.

593. Libri: Perii. Malim igitur nunc minore mutatione: Divi m. f. Formam Divi rarius usurpat Noster, usurpat tamen etiam Aul. 11 Mil. 723.

594 sq. Lege τῷ nunc tantum transposito:

Pi. Sanus s. n. e. Mn. Perii! Nunc multa mala mi in pectore
Acria atque acerba etc.

598—606. Lege fere nulla mutatione:

Pi. Militis parasitus modo venerat as. ex 2 t. h.
Aurum hinc petere; eum ego meis dictis malis
(libri: ven. aur. petere: hinc eum ego etc.)
His foribus reieci atque repuli hominem.
(Perverse libri: H. f. atque [Cam. inculcavit: hac] repuli, reieci h.)
Mn. Quid mi id prodest? quid faciam? Nil habeo
Miser! Illic quidem hanc abducet, scio.
Pi. Si mihi sit: non pollicear. Mn. scio, duis
(Novi), sed nisi ames; nunc non habeam tibi fidem tantam: as. ex t. d. et i. d. c.
Nunc sat agitas tute tuarum rerum. Egone ut opem mihi ferre
Posse putem inopem te? Pi. Tace modo: deus respiciet nos aliquis.
Mn. Nugae! Pi. Mane. Mn. Quid est? Pi. Tuam copiam eccam Chrysalum video.

De horum versuum generibus asynartetorum vid. supra ad 584 sqq. et ad Amph. scen. Di vostram fidem 15 sqq.

607. Hunc hominem. H. e. me: vid. ad Capt. 84.

610—12. Lege absque ulla mutatione:

Callidum senem callidis dolis as. ex 2. t. h.
Conpuli et perpuli, mi omnia ut crederet. c. t.
Nunc amanti hero, filio senis, as. ex t. h.
Quicum ego bibo, quicum edo et amo,
Regias etc.

Quicum utroque loco non patitur ecthlipsin: vid. ad Amph. 541.

615. Tò isti forte, non consilio, latioribus literarum interstitiis excusum est, siquidem tam genuinum est, quam quod maxime. Forte item omisere Gronov. Ern.

617—27. Locus sic potius ordinandus est:

Nequius nil quam egens consiliis servos est, nisi habet multipotens t. t.
Pectus: ubicunque siet usus, pectore expromat suo. t. t. c.
Nullus frugi esse potis est homo, nisi as. ex c. d. et t. h.
Qui bene et male facere teneat, inprobis
Cum inprobus sit, harpaget furibus, quod queat.
Vorsipellem esse frugi hominem convenit,
Quoi sapit pectus: bonus sit bonis, malus
Sit malis; utcunque est res, ita animum habeat.
Sed lubet scire, quantum aurum herus sibi
Demsit et quid suo reddidit patri.
Frugi si est, Herculem fecit ex patre:
Decumam partem ei dedit, sibi novem abstulit.
Sed quem quaero, optume ecce obviam mihi est.
Num qui numid exciderunt, here, tibi, quod sic terram obtuere? t. t.
Quid vos moestos tam tristisque conspico? Non placet nec temere est.
Etiam quid mihi respondetis?

De asynartetis istis vid. ad Amph. scen. suppos. Di vostram 15—29.

630. Qui potestatem suam h. l. non potest obtinere. Mss. non Qui, sed Quia. Quid primitus fuisse arbitror legoque: Quid, malum? parum?

631. Pronomen tu, quod v. desideratur, versum fulcit videturque ab antecedente syllaba interceptum.

641. Propter crimen. Propter criminationem Lydi, ut bene Gron. ad 595.

642. Mihi. Soloece editores: Me male consuluisse, neque Me pro Mihi dictum Festus voluit, sed Mi, quod cum simili Me est commutatum.

645. V. claudicante versu: dedisti. Nostrum est ab Acidalio, qui confert Aul. 20. Vid. etiam Par. lexic. v. Dedere.

650. Tolle pronomen, quod libri non agnoscunt. Tò etiam non liquescit: vid. ad Amph. 341.

655. Male v. haec feceris, bene Meurs. Palmer., probante Acidalio, ecfeceris, verbo in hac re proprio. Fontem erroris indicavi ad As. 24

671. V.: Sed quoi animus sperat, quibus haud dubie corruptis alii alia suffecere, Scioppius: Sicut animus sperat, Acidalius: Si cui an. superat, h. e. superest, Groslotius apud Douzam Si quoi a siet. Pi. At apud etc. Verum hoc nunc arbitror: Sic quia animus sperat, et huc ducit manuscriptorum Si quoi, olim cusorum Si cui, quod Si qui fuerit, a litera ab sequente verbo intercepta. Vid. ad Aul. 388. Similiter in re simili Pseud. 105: ita supercilium salit.

674. Perperam in vulgatis verba Coctum est prandium Mnesilocho tribuuntur. Non decet adolescentem de prandio cogitare in re turbulenta sua, Chrysalum securum decet

678. V.: Ch. Quid tu loqueris? Mn. hoc ut futuri sumus, quasi nescio quae mira locutus esset Mnesilochus, quasique hic, non Chrysalus, de personis dixisset, prandium comesuris; ut demus Taubmanno, verba Hoc ut futuri sumus significare: Hoc scilicet loquor, quo modo una erimus.

679. Mss.: exqueris, h. e. exquaeris, bene quidem, et sic passim Noster more prisco in compositis: vid. ad Amph 28.

681. Tò Euax versum incipit, iambum illum quidem t., trochaicis immixtum, sicut passim fit apud Hunc et Afrum.

684 sq. V.: imperasti et: tu iuss., utrumque inconcinne. Sarracen.: imperavisti, Iunt. Ald. impetravisti, impetratum — et sequente versu tu mihi iuss. Tute pro Tu passim Comicus: vid. Par. lexic. h. v.

702. Sic interpungito: Ch. Adscribedum. Mn. Etiam. Loquere etc. Etiam affirmantis est.

708. Gravius 2 Mss. Camerar.: atque ut ne parcas mihi?

714. Tò ut versui non necessarium: etiam non liquescit: vid. ad Amph. 341.

716. O coalescit cum vocali sequente, sicut passim, quod etiam (pace Bentleii dixerim ad Terentii Hec. 5, 2, 21) I saepe patitur. Vide Trin. 26, infra 1131, 1137 Aul. 645 Men. 846 Merc. 276 Mil. 805 Poen. 274, 293 Truc. 654, nos ad Terent. Andr. 373.

717 Fugiamus: ne pater forte superveniens constantes nos videat remque odoretur. Quanquam non male Camprarius in notis posthumis legi posse existimabat: Euge, eamus; modo versus admitteret. Ceterum libri: ego efficiam meum. Lege: ecf. ego m.

722. Ferri potest vulgata lectio haec: S. t. esse. Vbi me adsp., sed ea lege, ut tranquillum legatur ἀνεκθλίπτως et Vbi posteriorem syllabam producat, sicut passim fit,

Vid. ad Amph. 341, Aul. 152. Ceterum ioco inexpectato Comicus: Vbi me adspexerit: — Vorsabo ego illunc etc. Expectaris enim potius: pessime me excruciabit. Dixi de hoc genere facetiarum supra ad 468.

734. Non recte libri, bis illata ut coniunctione: ut ni meum etc.

736 sq. lacerentur — conteras. Modus potentialis: vid. ad Aul. 42.

741. V. imperfecto numero: Ego verbum faciam. Lambinus: Ego nec v. f.; Douza Centur. 24: Ego verbum non f.; neuter bene: nam hoc non est minitari, quod fecisse servum indicio est subsequens oratio senis. Hoc procul dubio reliquit Plautus: Ego verum verbum faciam! h. e. ego faciam, ut verum de me dixerit Mnesilochus, cum me scelestum tibi depinxit! revera culpas et facinora in me admittam!

744. V. minus expedito versu, frustraque iterata ut particula: Or., ut quod istic esset scriptum, ut fieret.

747. Sic interpunge, sis: Scio, me esse servom: nescio etiam id, quod scio; siquidem nescire, quod sciant, saepe iubentur servi Comici, h. e. dominorum sibi visas culpas silere et, ut Hic ait Mil. 476, plus scire quam loqui. Cf. Mil. 568 sq. Terent. Eun. 666 Heaut. 696.

753. navis μονοσυλλάβως pronuntiandum: vid. ad Amph. prol. 90.

755. V. inconcinne: tu illi. Vid. supra ad 684 sq.

759 sq. V.: E. t. l. e. gnato meo male per serm., quia mihi id a. r.? Lege absque ullo additamento numerisque haud paulo melioribus:

> Eho tu, loquitatusne es per sermonem male
> Gnato meo, quia mihi id aurum reddidit?

Τὸ quia seu pro pyrrhichio, more seriorum, seu pro iambo habeas, perinde est: nam sic interdum eiusmodi verba syllabas extremas producunt: vid. ad Amph. 475. Quod raro imitantur recentiores, velut Phaedrus dixit fab. 1, 5, 7:

> Ego primam tollo, nominor quiā leo,

et Ausonius Commemor. professorum Burdigall. carm. 8:

> Sed quiā nostro docuere in aevo,

quae loca suppeditavit Wasius Senarii cap. 16.

762. V.: sycophantias, refragante versu. Sequor Sarracen. Iunt. Ald.

765 sq. V. nullis numeris:

> Q. t. a.: hem hae t. v. i. Ch. aha!
> Beller. iam t. m. f. f.

767. Edd. solito errore: detuli. V. C. initio, si Pareo fides, tetuli, quod recte probat Acidal. ad 916, ubi similiter peccatum est.

771. ut. V.: ubi, quae est interpretatio. Vt, non ubi, 2 Camerarr. Vid. Scioppii Suspp. Lectt. 5, 15, ubi in-

ter alia Nasonis ille versus laudatur e primis Metamorphosibus:

Vtque fuit tellus, illic et pontus et aër;

nam sic ibi legendum puto. Ceterum vide lexica.

776. Mancus in vulgatis versus hic: Terrae odium ambulat. iam nihil sapit. Inambulat, tanquam ex Mss., edidit Pareus. Pro iam rectius loco modo laudato Scioppius tam: ut causa indicetur, quamobrem terrae odium sit senex. Denique recentiores quaedam edd.: Qui terrae od., bene de Qui addito. Terrai iam Taubmanno in mentem venit.

780. Bene se habet vetus lectio: A. iam dabis. Tò aurum non eliditur: vid. ad Amph. 341. Frustra Iunt. Ald.: Atqui ultro iam d.

789. Libri praeter easdem edd.: pauxillum, quod simili ratione tueare.

799. V.: retineat, invenusto accentu: vid. ad Amph. 203. Sed dormitat interdum bonus Plautus.

807. quicum. Dec. quacum, ut v. libri; sed V. C. quaecum, vel potius, ut opinor, quecum, h. e quicum, ut passim qui pro qua legitur in his fabulis: vid. Par. lex. h. v.

812. V. scabris numeris: Dixi tibi ego ill. inv. t. q. sit. Mss.: siet. De omisso pronomine vid. ad As. 843.

822 sq. V.:

Ch. Pacisci cum illo paulula pecunia
Potes. Ni. Paciscere ergo obsecro, quid tibi lubet,

quorum versuum posterior expediri nullo modo potest, nisi per syncopen inauditam, ut Pacisc're legatur pro Paciscere. Hoc ego mecum reputans, cum paulo reperissem in Sarracen. Mediol., Meursiumque et id probare et potes priori versui addere viderem, recepta ista lectione et copula transposita locum sanare sum aggressus. Nunc reponendum esse minima mutatione intelligo:

Ch. Paciscere cum illo paulula pecunia
Potes. Ni. Pacisce ergo, obsecro, quod tibi lubet;

et similiter mox: illuc pacisce, et: Pacisce quidvis, siquidem verisimile non est, senem perturbatum et rudiorem de variandis verbis cogitare, quod tranquilli est et eloquentis. Paciscere pro pacisci etiam alii ex priscis.

831. Proceleusmatico (tibi mala) usurpato ferri potest vetus lectio: Atque ut tibi mala multa ing.?

834 V. Tu aurum rogato, sed Sarrac. Mediol.: Tu eum rog., quomodo mox legitur: Roga hunc tu, tu promitte huic. Nihilominus nunc nihil mutarim.

835. V. ἀμέτρως: — rem pepigi. Ni. Vah, scelus. Tò rem delebat Acidal., violentiore quidem, medicina.

839. Dabuntur, i. Resp. Male haec militi tribuuntur, invitis vett. edd., imo Mss. quoque Pall.; certe Pareus, nihil monito lectore, sicut nos, edidit.

843. V.: Si tibi est machaera, et nobis etc. Acidalius: at nobis etc. quem satius erat sequi eliso tibi, ut passim fieri doceo ad Amph. prol. 74.

849. Restitue veterem lectionem: Minerva, Latona, Spes etc., etsi invenustum est, verbum Spes in thesi occultari. Vid. ad Aul. 108 sqq.

856. Mss. abiit, non male, si τὸ arcem non elidatur: vid. ad Amph. 541.

859. Abeo. Futurum pro praesenti positum, sicut et passim alibi, velut infra 1009, Cas. 289, 387, Cist. 503, 510, Mil. 1023, Most. 560, 639, 824, Rud. 789, Stich. 498, 506, 509, Trin. 781. Vid. etiam Vechneri Hellenolex. ed. Heusinger. p. 246.

860. Lege potius: N. s. censeas, nihilid homo; vel nihili non liquescit. Vid. ad Amph. prol. 149, Amph. 341.

868. Turpilii Demetrium, quam comoediam grammatici frequenter citant nobilemque dicit Diomedes 1. p. 397 Putsch., intellexerim cum Meursio.

885. V.: Non Felides termento fuit, praeut ego herum expugnabo meum, versu nihili sententiaque parum apta ad hunc locum, ubi non de Achillis, sed de Atridarum maximo facinore agitur, cum aliquo alio Chrysali comparando. Mss. Camerarr. 2 in ordine Pelibus, sed supra lineam Pelides, sicut vv. edd., quod vero propius. Non pol id est, h. e.: Non pol est facinus maximum. Ansam corruptionis praebuerunt cum scriptura continua, olim usitata, tum o et e literarum inter se commutatio, de qua dixi ad As. 765. Termentum a tero derivatum, sicut ramentum a rado, prima et propria sua potestate hic accipiendum mihi videtur, qua idem signet, quod ramentum vel hilum, h. e. rem nihili. Quod detrimentum intelligunt cum Festo, aegrius concedam, nisi secundum Mss. legatur: Non Pelius termento fuit, h. e.: Non Achilles detrimento fuit Ilio, praeut ego herum expugnavi. Pelius, Pelii montis accola, unde Achilles oriundus, cuius verbi rarioris vulgatum Pelides fuerit interpretamentum. Fortissimus autem Graecorum ad Troiam heros instar omnium nominatus. Ceterum Mss. et vv. edd.: tormento, quod τῷ Pelides probato praeferebat Salmasius, ut pro tormento fuisse diceretur Achilles Pergamo, quo eius moenia quaterentur.
Male autem libri: expugnabo: cf. 887. Literas b et u saepius misceri in scriptis, constat.

889. Non erat quod metro timerem a vulgata lectione Pergamum: vid. ad Amph. 116, 541.

893. Epeius. Ita vv. edd., in his Iunt., scriptura graeca et latina vetere, quod non spernendum duxi prae vulgato Epius.

894. V.: — Achilli, sed in l. a. Abest in Iunt., sed a correctore videtur ex industria omissum, ne versus impingeret. Scribe: — Achili, sed i. l. a., Achili media brevi, ut passim apud Graecos et Hunc Merc. 477 Poen. prol. 1, quam formam etiam Epid. 30 suadet, non persuadet, Muretus Varr. Lectt. 10, 11. Achilli, ut Euripidi Rud. 4, ubi vidd. inttpp.

895. Tó ut praebent Iunt. Ald.; sed eo carere possumus, si vox olim non elidatur: vid. ad Amph. 341.

897. Lege absque additamento:

Tum quae hic sunt scriptae literae, hoc indu equo
insunt milites etc.

Literae non liquescit: vid. ad Amph. 341. Indu pro in dedi etiam Amph. prol. 125. Cf. Capt. 30, Pseud. 1067, Lucretium passim.

898. Insulse libri: ita res successit meliusque adhuc.

902. V.: Laertius, insolita contractione. Non semel Homerus, monente Acidalio, Λαερτιάδης. Quidni illud Λάερτιος Tragicis poëtisque Graecorum frequentatum recipiamus?

903. Libri claudicante versu: Mn. est Al.

905. Male v.: N. illic eidem aud., nec melius, qui: illic ibidem. Acidalius: illicdem, quod nihili, vel illic item; hoc bene, nisi quod metri cause reponendum fuit Nam illi itidem.

906. V. inconcinne: Dolis ego deprensus sum: ille mend. etc. Doli Acidalius, collato versu 654. De sum omisso vid. ad Amph. 168.

908. me. Hoc v. desideratum praebent Iunt. Ald. Aegre intelligatur non perscriptum.

909. Durius libri: quae illi for. ex. Haec pronomina perpetuo miscentur.

910. Soloece libri: alt. etiam est T. m.

919—22. Hi sunt trochaici t., nec vel quidquam mutandae librorum lectiones Cognitum ab Helena et Postea, vel post Blanditiis explenda est lacuna nulla.

927 sq. Lege proprius scripturam codicum:

Nunc aliis etiam ducentis usus est, qui dispensentur t. t.
Ilio capto: ut sit mulsum, qui triumphent milites. t. t. c.

Aliis pro alteris positum glossemati concessit, sicut itidem Capt. prol. 8, ubi vide quae annotamus. Iam denuo sequuntur iambi t.

930. Libri pessimo soloecismo: atque equidem etc.

935 sq. nullis numeris:

Ni. Cuianam vox prope me sonat? Ch. o Nicobule.
Ni. quid fit? quid
Quod te misi, ecquid egisti? Ch. rogas? congredere.
Ni. congredior.

Tó Quod praegresso versui apponendo et pro congredior rescribendo congreditor haec in formam trochaicorum t. redigere sibi videbatur Acidalius, cui temere sum obsecutus: nam verba quid, quod sic avulsa a duobus sequentibus quis patienter ferat? Imo legendum, usurpatis asynartetis illis, qui constant ex t. d. et i. d. c.:

Ni. Quoianam vox prope me sonat? Ch. Eho, Nicobule! Ni. Quid fit?
Quid, quod te misi, ecquid egisti? Ch. Rogas? congredere. Ni. Congredior.

Τῷ Eho, quae vox est compellantium, literas primas duas praecedentes similes ch (chrysalus) intercepere. Rogas μονοσυλλάβως pronuntiandum, quam figuram illustravi ad Amph. prol. 74.

943. Lege suaviore numero: N. s. l. s.! nunc exitium adest Ilio.

945. V. duriore versu: V. u q. iubebo, f. Sequor equidem Decurtatum et vv. nonnullas edd., in his Iuntinam. Cf. 947, 950.

948—53. Haec ita digerenda:

Ni. Euge, literas minutas! Ch. Qui quidem videat parum; t. t. c.
Verum qui satis videat, grandes satis sunt. Ni. Animum advortito
Igitur. Ch. Nolo, inquam. Ni. At volo, inquam. Ch. Quid opust? Ni. At enim id, quod te iubeo, t. t.
Facias. Ch. Iustum est: tuos tibi servos tuo arbitratu serviat. t. t. c.
Ni. Hoc age, sis, iam nunc. Ch. Vbi lubet, recita: aurium operam tibi dico. i. t.
Ni. Cerae quidem haud parsit, neque stilo; sed, quidquid est, i. s.
Perlegere certum est. i. h. claus.

Versu penultimo quidem pro monosyllabo est, sicut passim: vid. ad Amph. prol 74. Clausulam eiusmodi, sed iamborum t., habes etiam Trin. 214, basin iambicam Stich. 661.

953. Hic versus inter 963 et 964 inculcatur, quem postliminio in sedem suam legitimam reduxit Acidalius: nam ea est impudentia, quam dicit Chrysalus, quod salutem Mnesilochus non adscripsit.

967. Deridere positum pro iocari, quod alibi fieri non memini.

974. Libri inconcinne: P. te cavisse etc. Sensit Acidalius.

982. Obsecrare abs te. Notanda haec loquendi forma, non eximendum abs, quod videbatur Acidalio, quia scilicet abesse possit et absit alicunde.

987. ne periurem, pater. Ita 2 membranae Camerarr., teste Scioppio Suspp. Lectt. 5, 15, sicut etiam infra 999, item Sarracen. Iunt. Ald., et sic Pareus edidit. Fallitur itaque Taubmannus, cum ab Aldo primum vulgatam quam dicit lectionem, pater, ne periurem, metri causa mutatam esse tradit.

994. Male ad duplicem negationem offenderunt: vid. Vechneri Hellenol. 1, 2, 35.

996. sim. Ita Mss., non siem, ut vulgo, quo versus corrumpitur.

1006. V.: Quin ergo istic, quod etc. Mss. et fere edd. vv.: Quid ego istic quod etc. Legendum sine controversia: Quid ego istic? h. e. quid ego faciam in hac re? Vid.

Vid. ad Aul. 137. Properem modus est potentialis, de quo dixi ad Aul. 42. Nam sic V. C et vv. edd., alter Ms. Camer.: propere, quod fuerit properē, h. e. properem, nisi malis cum Grutero: propero. Equidem perstabo in vulgata lectione.

1009. exeo. Vid. supra ad 859.

1014. Bene Meursius Exerc. critt. turbelas, sicut derivetur a suada suadela, a fuga fugela et confugela apud Festum, ab adsida adsidela. Male v. turbellas, tanquam si hoc sit ὑποκοριστικόν.

1017. V.: ut solvam militem, quod explicant: ut absolvam militem. Sed sic locutos esse, cras fortasse credam, non hodie. Sarracen.: militē Hoc quam vicinum sit verae, quam posui, lectioni, non est quod doceam.

1022. V. versu nimio: Ni. Ohe, odiose facis. Scriptum, opinor, hodiose pro odiose mox gravius etiam corruptum est. Vid. ad As. 24.

1025. Libri ex interpretatione, invito quidem versu: H. e. i. e. pulcre, veluti mihi. Legendum: vel mihi Evenit.

1026. V. inconcinne: incederem. Correxit R. Bentleius ad Horatii Epist. 2, 1, 67. Cedere pro incedere non semel Noster: vid. Par. lexic. h. v., et saepius, quam etiam legebatur, vidi reponendum metri causa, cum a grammaticis, vetera fastidientibus, indoctisque scribis mutatum esset. Cf. Cas. 129.

1036 sq. Ordine praepostero hi versus leguntur in vulgatis, animadvertente Acidalio.

1038. Ferri potest recepta lectio: — donavi; etenim id raro. Mss.: potavi dedi, h. e. potavid, edi. Vidd. Taubm. ad h. l., nos ad Amph. prol. 149.

1039. V. consueto lapsu: institui. Nostrum versus sibi poscit.

1040. V. pravis numeris: S. possit, aequom esse puto. Τὸ esse abest a Iunt. Ald.

1041. V.: dare; Acidal.: Eii dare, et mox: nunc ad Mn., cum vulgo desideretur, non sine versus detrimento, praepositio.

1042. Temere auscultavi Acidalio, verba transponenti, cum ferri posset, τῷ virtutem non eliso, vulgata lectio haec: Ecquid eum ad virtutem aut ad frugem o. s. c. Vid. ad Amph. 341.

1044 sq. Scribito absque ullo additamento:

Quicunque ubiubi sunt, qui fuerunt, quique futuri
sunt posthac, as. ex t. d et i. d. e.
(Recurrit hic versus Pers. 5, 2, 1. Cf. Cist. 202 sq.)
Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.

Vide de hoc genere versuum ad Amph. scen. suppos. Di vostram 15—29. Notandum autem, partes horum iambicas meris spondeis et uno dactylo constare, quod alibi in hoc metro fieri non memini. Ubiubi Ms. Schobing. apud Pareum edd. Iunt. Ald., probante Acidalio; Decurt. et Sarracen.: ubi, quod eodem redit; v. ubique, pro ubicunque,

neque hoc repudiassem, nisi durius mihi visum fuisset -bi syllabam corripi enclitico sequente. Ceterum Mss.: fuerunt, non fuere. Illud gravius sonantiusque, praesertim in asynarteti versus commissura.

1046. Retinenda est vetus lectio: stult. et moribus indoctis. Offendebar pravo accentu verbi moribus; sed vid. ad As. 159. Similiter mox 1049 servem vulgatum: omnibus exemplis crucior.

1054. V.: Omniaque invitis Mss. Eorum alter Camer.: quidquid, alter, Decurtatus, qui item correctior (vid. nos ad Asin. 632): quidque, quod placebat Acidalio; vv. quaedam edd., velut Iunt., quodque, ceterae item: quidquid. Hilum non interest, quidquid horum elegeris.

1055. V. C. relicum, h. e. relicuum vel reliqüom, more scribendi in vetustioribus membranis. Vocabulum quadrisyllabum esse apud priscos, docuit Bentleius ad Phaedri fab. 1, 31, 13. Ad quam faciem Cas. prol. 7, 13 Antiqüa et Antiqüam reponenda esse vidi, et deliqüom Cas. 99. Cf. Scaliger ad Fest. v. Deliquum.

1056. V. perturbato adeoque imperfecto numero: Hoc hoc est, quod etc. Sed malim nunc quidem: Hoc, hoc, hoc est, quod etc. Ceterum hic versus et 5 sequentes asynarteti sunt, e t. d. et i. d. c. compositi, quod olim minus animadverti, itaque hoc versu legendum est: hoc demum est, q. d., ceterum nihil mutandum.

1057—61. Libri recte: ludificari — me auro — servom meum non nauci facere — minusque id mihi damno ducam — denique 1061 loqui; sed transponenda vox metri causa, ut scribatur: — nescio quis visus loqui est. S. q. v.? Vid. annotatio praecedens.

1062. V.: H. q. pater Mnesilochi. Ni. euge, soc. aer. et mei mali video. Istud mei nec sententiam iuvat et metrum pessumdat.

1064. Lege minore mutatione: — sum, ubi mis. hom. etc.

1064. Pare excudi iussi pro vulgato pari, ne durius elidenda vox esset metri gratia. Scio, quid placeat grammaticis, in his G. I. Vossio Lat. gramm. p 48, sed Plautum es priscos idem sibi eadem de causa indulsisse in adiectivo, quod receptum est in substantivo, mihi persuadeo.

1066. Forte omissum est post tibi. Ceterum nunc legam potius verbis non transpositis: Pol mihi par itidem est, quod tibi. Idem, item, itidem, saepissime miscentur. Prius tibi eliditur: vid. ad Amph. 341.

1068. Libri perdidit, metro difficiliore ob elidendam priorem i literam in perdidit. Animum igitur induco reliquisse Plautum: perdit, sententia non minus bona, cum Mnesilochum non tam perdiderit, quam in eo sit ut perdat servus pessimus. Vel legendum verbis transpositis: perdidit me filium ac rem etc. Et hoc profecto verum, praesertim in sene, sui potius quam aliorum rationem habente, ut solent senes.

1073. Bene libri: Nisi mavoltis foris etc. O litera in foris liquescit: vid ad Amph. 341.

1074—1095. Horum versuum quique duo in unum coniungendi, bacchiacum illum quidem octonarium, ne in duos versus distrahenda sint vocabula nomine 1074 et Revortamur 1094; quod item feci Truc. 675. Versu 1082 ter producitur ante vocalem more prisco, quem illustravi ad Amph. prol. 38. Ibidem tu vulgatum servari potest ea lege, ut non liquescat: vid. ad Amph. 341. Sequente versu τὸ haec a me additum stabiliendi metri causa. 1087 venerimus penultima longa est, sicut meminerimus Cist. 12, fecerimus Catull. 6, 10 etc. Vidd. grammatici. 1088 lege potius: opust, quae nec lactem etc.: est et sit passim confusa in libris vett.

1098. Inconcinne libri: Hae oves. Haec, illaec, istaec, in feminis prisci usus sunt. Vid. ad Amph. 138, ad Terent. Andr. 98, 626, Eun. 531, infra 1110.

1103. iamque. Ita edd. aliquot vv., in his Iunt.; nec tamen mala ceterorum lectio librorum: iam atque.

1105. Eho, amabo. Male haec sorori tribuuntur in vulgatis, τῷ eho potestatem suam consuetam haud obtinente. Melius aliquanto Acidalius: Nic. Eho, amabo, quo illae abeunt? Illae autem libri, itidem inconcinne. Vid ad 1098. De hoc versuum genere asynartetorum breviter exposui ad Amph. scen. suppos. Di vostram 15 sqq.

1106. ulteriorem. Priscianus 1, 6, p. 716 Putsch., ubi de comparativo τȣ̃ veter agit veteriorem, cui lectioni refragatur metrum, nisi transponatur: Sen. ill. dedo tibi veteriorem. Et hoc malim.

1107. Lege absque ulla mutatione:

> Ego ad hunc iratum adgrediar. Possumus nos hos intro inlicere huc.

1108. Lege potius, servato verbo pensum:

> Meum pensum ego lepide adcurabo, quamquam odium est mortem amplexari.

Odium, h. e. taedium, molestia, sicut passim, cuius explicatio est vulgatum odiosum. Versus autem hic t. t.

1109. Neque h. l. iam quidquam muto. Legendum, ut v.: Ba. Facito, ut facias. So. Taceas. Tu tuom etc Versus item t. t., sed sequentes 5 rursus ex asynartetis illis, in quibus iunguntur t. d. et i. d. c

1114 sq. Assentior G. Hermanno De Metris p. 137, haec ita digerenda esse:

> Phi. Tactus sum vehementer visco; cor stimulo foditur. Ni. Pol tibi mul- t. t.
> to aequius est coxendicem. t. d. c.

Trochaïcus d. c. post eiusmodi t. t. loco clausulae usurpatus, ut saepius quidem trochaïci d. acatalecti. Cur. 112 similis versus etiam post iambum t c. infertur; Casinae vero 647 et 654 eiusmodi brachycatalecticus sive ithyphallicus similiter post trochaïcos longiores.

1116. Tolle τὸ est, quod metro officit, vel lege: ipse ego.

1117. Libri: H. mala est mulier, durius elidendo a litera priore in mala, secundum priscorum in hoc genere consuetudinem, de qua multus fui ad Amph prol. 74.

1118—20. Hi versus rursus trochaïci t. acat., itaque eorum primo legendum, sicut vulgo, usurpato proceleusmatico: Ph. Quid multa? Ego amo. Ni. An amas? Ne carpe vulgato Necas adscriptum erat, tanquam aliorum librorum lectio, in V. C. Camerarii; quod praetuli, cum quia Necare pro Enicare, h. e. Obtundere, nusquam, quod sciam, neque Hic neque alii probi scriptores, tum quia verisimile est, pe syllabam a simili, quae sequitur, nota personae ni esse interceptam: nam r et s literae saepe vix dignosci in scriptis, sciunt, qui eos versarunt, monuitque I. F. Gronovius Observatt. 1, 15. Medio horum versuum τὸ fieri prima syllaba porrecta pronuntiandum est, sicut passim fit, si metrum salvum velis. Ultimo legendum: filio meo non sum iratus. Iam denuo incipiunt asynarteti: nam qui haec omnia in formam trochaïcorum t. acat. redigere sibi videntur posse, egregie falluntur.

1122. Libri prorsus inconcinne: Ba. Sequere hac Ni. eunt. eccas etc. Eunt vel interpretamentum verborum Eccas, vel adscriptum a nescio quo, ut sciremus scilicet, ire nunc senes compellatum sorores Bacchides, quae adhuc constiterant consulentes.

1123 Tolle prius et, quod ex Iunt. Ald. arcessivi, dum metro prospicio; sed hoc etiam absque eo sartum tectum est.

1124 sq. Lege:

An ego experior tecum vim maiorem? Ph. Abin' hinc? b. t.
Non homo tu quidem es, qui istoc pacto tam lepidam inlepide adpelles. as. ex t. d. et i. d. c.

Singulus bacchiacus inter alius generis versus non sine exemplo venit: cf. Epid. 120, 317. Τὸ quidem liquescit: vid. ad Amph. prol. 74.

1128. Ni. Sic V. C., non nisi, ut vulgo, quo metrum evertitur. Correctionem hanc eius puto, qui nesciret, monosyllaba sub ictu posita, passim non elidi: vid. ad Amph. 149. Ceterum Sarracen. Mediol.: malum tibi malo dabo iam, unde feci, quod legis. Sed non deterior vulgata lectio haec:

Ni. Ni abeas, quamquam tu bella es, malum tibi magnum dabo iam. Ba. Patiar. t. t.

Malum μονοσυλλάβως pronuntiandum: vid. ad Amph. prol. 74. Rursus sequitur asynartetus, e t. d. et i. d. c. compositus.

1131. I hac. Ita Decurt., ceteri libri inconcinne: I i hac, sicut etiam mox 1137, ubi itidem ille codex: E hac, quod Ei hac fuisse non inepte coniicit Pareus. Τὸ I coalescit cum vocali sequente: vid. ad 716. Hic quoque trochaïcus plenus, legendumque, prout in libris est: — si quid vis, filium concastigato. Sequuntur 3 asynarteti simi-

les supra positis cum clausula usitata: vid. ad Amph. scen. suppos. Di vostram 15 sqq.

1135 — 52. Locus haud dubie sic legendus est:

Omnia, quae cupio, conmemoras. t. d. claus.
Ni. Vidi ego nequam homines; verum te neminem deteriorem. Ph. Ita sum. t. t.
Ba. I hac mecum intro, ubi tibi sit lepide victibus vino atque unguentis.
Ni. Satis, satis iam vostri est convivi! me nil poenitet, ut sum acceptus.
Quadringentis Philippis filius me et Chrysalus circumduxerunt,
Quem — — — — auri! as. ex t. d. et i. d. c.
Ba. Quid tandem — — — — isne hac mecum intro, atque ut t. t.

(V.: isne tu hac; sed Decurt.: in' hac, V. C. isne in, ut prius sit glossa posterioris, ait Pareus.)

Eis delicta ignoscas? Ph. Faciet. t. d.
Ni. Minume! nil moror! sine — — t. t.
Ph. E. t., homo nihili, — — — cave culpa tua amissis!

(boni extrita o litera legendum: vid. ad Amph. prol. 74.)

Dim. — — — adcumbas! as. ex t. d. et i. d. c.
Ni. Egon', ubi — — — Ph. Potandum est! t. t.
Ni. Age, — — — animum;
Egon', cum haec cum illo adcumbet, inspectem? Ba. Imo equidem pol tecum adcumbam,
Ted amabo et te amplexabor. Ni. Caput prurit! perii! vix negito.
Ba. Non tibi — — — vivas, tibi bene facias,
Tam pol id quidem haud perlonginquom esse, neque, si hoc hodie amissis,

(Tam pro tamen: siquidem sic prisci secundum Festum, unde etiam sequiores tametsi pro tamenetsi. Alienum est τὸ iam librorum. Iidem inconcinne: amiseris. Amissis, ut supra 1144.)

Post in morte eventurum unquam? t. d.
Ni. Quid — — metuis? as. ex t. d. et i. d. c.
Ni. Filio ne obnoxius siem et servo. Ba. Mel meum, amabo,

(v. inconcinne: sim, nisi non elidatur.)

Istaec fiunt. Tuos est. Vnde illum censes sumere, nisi quod
Tute illi dederis? Hanc veniam illis sine te exorem! Ni. Vt terebrat!

(dederis extrema syllaba longa: vid. G. I. Vossii Lat. Syntax. p. 134, locisque scriptorum ibi laudatis adde fleveris Pseud. 98, fueris Capt. 179 memineris Terent. Heaut. 974.)

Satin', obfirmatum quod mihi erat, id med exorat? Tua sum
Opera et propter ted inprobior? t. d.
BA. Ne is? NI. Quaen', mea, mavellem? Sat. e. i. h. o.? as ex t. d. et i. d. c.

(V.: Nusquam me a te avelles. Sed V. C. Ne is quam mea mavellem; Decurt.: né is quam meam vellem. Ne is frequente metathesi pro isne? Vid. Pareani lexic. mantiss. vv. Anastrophe et Metathesis. Mea passim audiunt amasiae apud Comicos: vid. Cas 686 secundum lectionem in annotationibus propositam, Most. 336 etc.)

NI. Quod - — adcubitum.
Filii intus vos expectant. NI. Quam nos quidem actutum emoriamur? as. ex t. d. et i. d. h.

(Genus hoc versuum haud alienum ab usu Plauti: cf. Capt 861 sq., Cist. 428 sq., ad quae loca vide, quae annotamus, Pseud. 950 sq 1325 sq. Trin. 236—39, Stich. 314. Τὸ nos v. omissum invitis Mss. et vv. edd.)

BA. Vesper hic est: sequimini. Ph. Ducite nos, quo lubet, tamquam quidem addictos.

(Hic pronomen corripitur, sicut passim: vid. ad Amph. 136. Tanquam quidem fuit cum ortum arbitrarer ex tamquamde, h. e. tamquam; sed amplio. Certe metrum fert τὸ quidem elisum: vid. ad Amph. prol. 74.)

BA. Lepide ipsi hi sunt capti, suis qui filiis fecere insidias. — Ite.

(filiis δισυλλάβως pronuntiandum, litera i media liquescente, quomodo gratis dicitur pro gratiis: vid. item ad Amphitruonis locum modo laudatum. Nec tamen spreverim legentem, intellecto suis: L. i. h. s. capti, filiis qui fecere i. I.)

ANNOTATIONES IN CAPTIVOS.

ARGVMENTVM.

V. 1. V.: Captus est in pugna Hegionis filius, sine ulla quidem metri forma. Versui prospiciens Camerarius ex ingenio: Captus fuit i. p. H. f., non male, si librorum accederet auctoritas. Nunc, cum scriptor horum argumentorum vel ipse satis antiquus fuerit, vel certe antiquos, praesertim Plautum, per omnia imitetur, id quod pridem sensit Acidalius Divv. et Interpretatt. ad Amph. c. 2, verisimile est, neque ista d litera, hiatus auferendi causa olim usurpata, eum abstinuisse, itaque legendum esse: Captust in pugnad H. f. Vid. ad Amph. prol. 149, Amph. 262.

2. Alium pro alterum, ut mox iterum v. 9. Vid. ad prol. 8.

4. V.: Tantum studens, uti natum recuperet. Mancus versus, quem additis verbis eii rei sanare studebam. Argent.: recup. suum, quod recepit Pareus, sed τὸ suum ante recup. collocavit.

5. in ibus. Libri fere: inibi, Helmstad., quem contuli: mihi, quod eodem redit. Nostrum excogitavit Gulielmius Quaestt. in Capt. c. 1. probante Grutero, qui de hoc commento tanquam de scripti cuiusdam lectione loquitur. Cuius rei fides sit penes auctorem. Ibus pro iis usitatum priscis: vid. Parei lexic. h. v.

PROLOGVS.

V. 2. Inepte v.: Illi qui astant, hi etc., siquidem, si hic stant captivi illi, non simul illi, h. e. illic, stare possunt. Pall. et nostri H M.: Illi qui stant, 5. Pal.: Illi quidem stant, Guelferbytanus, quem inspeximus: Illi, qui instant; unde feci: Illi, qui non stant; sed malim nunc: I., qui ne stant, eodem sensu propiusque scripturae codicum. Iocus iam perspicuus.

3. Hoc vos. Ita V. C. a m. 2. Ante ibi scriptum erat, quod item legitur in editione principe: Hos vos, mixtis C et S literis, velut etiam libri Catonis de R. R. prooemio v. 1. praestare exhibetur, sudantibus inttpp., pro praeclare,

h. e. magnopere, valde, vehementer, et sic passim scribae aberrarunt. Vulgus codicum h. l. Vos vos, emphasi absurda.

5. suo sibi. Terentius Ad 952: suo sibi gladio hunc iugulo, ubi Donatus: „Ἀλληγορία. Et non suo, sed Suo sibi, moraliter et ut veteres solent loqui.“ Cf. Vechneri Hellenolex. 1, 2, 6, 5 et ibi inttpp. Similiter mea mihi Truc. 663.

8. V.: Alterum quadrimum etc. Acidalius Divv. in Capt. c. 1: „Non dicam,“ inquit, „a versu repudiari hic alterum, quod ille non sane respuit omnino [vid. nos ad Amph. prol. 74], nec quidquam aliud afferam causae, cur germanum non sit, nisi quia in Argumento non idem scriptum est eo versu:

Alium quadrimum fugiens servos vendidit.

Inde scilicet et hic Alium reponendum, quod alterum interpretandum. Quid hoc rationis? inquies Nimium. Alibi supra [Divv. in Amph. c. 2] docui, periocharum versus ex ipsis comoediis plerumque petitos aut adumbratos inditem certe; quod hic quoque factum nemo ausus fuerit inficiari: manifestius enim est, quam ut negari possit. Quando igitur alium illic, idem hic, unde petitum, fuisse ratio vincit. Vt alius autem pro altero, sic alter contra pro alio interdum reperitur. Exempla illius in Plauto crebra [vid. Par lexic. v. Alter], bina quidem in perioche hac ipsa; huius e Claudiano memini nunc unum, Paneg. 4 in Consul. Honor.

Altera Romanae longe rectoribus aulae
Conditio.“

Ita vir sagacissimus, quem item vide, sis, ad Truc. 148. Hoc modo etiam Casinae argum. 2: Alium senex adlegat, alium filius; et Livius 1, 25 de duobus Horatiis: alius super alium corruerunt. Ad quam faciem item Ba 927 aliis pro κακομετρω, quod ibi vulgatur, alteris reposui, et Epid. 241: Ibi illa interrogavit aliam loco inficetae, quae adhuc obtinuit, lectioni Ibi i. i. illam. Contra in loco quodam Ennii alteris vulgato aliis substituendum est: vid. nos ad Cas. 549.

9. Restituendus verborum vetus ordo hic: Eumque h. p. v. in A. Versui timebam propter dit syllabam in vendidit producendam: sed vide ad Amph 483.

11. V. inconcinne quidem: Negat hercle ille ultimus. acced. Argent peius etiam et pro arbitro editoris: Sed negat h. se illic ult etc.; Reizius mehercle pro hercle, quod parum proficit; Bentleius ad Terent. Heaut. prol. 32: discedito, non male, sed scriptura a librorum longius recedente. Dixerit aliquis, τὸ mus in ultimus produci vi pausae, quae sequitur; sed eiusmodi licentiam per totum Plautum Terentiumque adeo nusquam inveni.

12. Non male vulgo, usurpato proceleusmatico: Si non, ubi sed etc.

15. V. pravo numero: V., q. p. ope vestra c. Opi, sicut alibi apud Hunc carni, Carthagini, luci, morti, parti, sorti (vid Cas. prol. 71, quanquam hic prologus non est a Plauto scriptus, sed Plauto non indignus tamen), Amph.

10, Capt. 847, Cas. 312, Men. 381, Mil. 704, item fontei in prisca tabula Genuate apud Lips. de rect. pronunc. L. L. c. 8 in annotatt., partei et portioni in legis frument fragmento, illustrato a Conrado Parergon p. 368. Vid. Schneider ad Caton 136, nosque infra ad Capt. 739.

16. V. numeris non ferendis: Accipite reliquom. alieno uti nihil moror. Vid. ad Ba. 1055.

24. V. item pravis numeris: Postquam bell. etc. Postquam verbi glossema rarioris.

25. Malim nunc, vitata inversione: Vti fit in bello, alter c. f.

28. V.: S. q. r. p. cum quo m. s. Sequor Pal. 2 et Acidal. Cf. Capt. 33, 103, et lexica.

30. Indaudivit, h. e. inaudivit. Sic Mss. Langg., probantibus I Gulielmio Quaestt. in Capt. c. 1, Douza, Grutero. Male v.: inde audivit. Vid. ad Amph. prol. 149.

31. Obsecutus Palatinis 1, 2 et libro Monachiensi, quem contuli, militem dedi pro vulgato equitem, quod versui minus convenire mihi videbatur, omisique *o* esse exemplo veterum aliquot editionum, in his Sarraceniae anni 1499. Nunc militem τῷ equitem interpretationis causa adscriptum puto ex more aevo medio latine loquentium, quibus pro equite dicebatur, reponoque absque mutatione: Summoque genere captum esse equitem Alium. Vel captum vel equitem non liquescit: vid. ad Amph. 341.

34. ambo. Sic H, M, ut alias legi notatum erat in Pal. 1.

36. V.: Quo pacto hic servus suum herum hinc amd. Pall. et M: Q. p. is servus etc.; V. C. initio: Q. p. his servos. Sed M non suum, sed seuum, et superscriptum: in habitu serui, ut lepide herus vocetur servus, quia nunc peregri serviebat. Forte autem exaratum: Quo hinc pacto pro eo, quod excudi iusseram: Quo pacto hinc. Τὸ hic e glossa puto irrepsisse.

39. V. inconcinne: Huius illic, hic illius hodie fert imaginem. Putide quoque, cum sequente versu vox hodie recurrat.

44. itidemque. Ita V. C., sed Pall. et nostri: itidem, quod probo, nec vulgatum iam post saepe nunc damnaverim propterea, quod desiderabatur in Langianis; sed τῷ itidemque in ordinem recepto servari non poterat. Legendum: Inprudens, itidem ut saepe iam in m. l. P. i. q. f. q. p. boni. Sed etc.

46. Verbum itidemque huc pertinere ratus, vulgatum Sed in Sic mutavi. Sed nihil opus. Vid. ad Amph. 938. Codex G: Sed hi inscientes.

51. recogito. Nostri, sicut olim Pal. 6, qui istorum codicum recentissimus, et Ms. Barth., rem cogito; sed bene habet vulgata. Vid. Gronov. ad h. l.

52. Insulse libri: fabula. Res fabulae nihil aliud sonat quam fabulam, quomodo Amph. 474 legitur res voluptatum, Stich. 8 re virum, Truc. 117 rem amoris, et apud

Phaedrum fab. 4, 7 res cibi. Vid. Par. lexici Mantissa v. Periphrasis, Vechneri Hellenolex. ed. Heusinger. p. 524 ibique intpp. Nobis, a nobis, actoribus.

58. Neu Gulielmius Quaestt. in Capt. c. 1., quo bene membra coniunguntur orationis: nam neque lascivias personasque odiosas exspectandas esse ait in hac fabula, neque timenda esse bella Aetolorum cum Aliis. V.: Ne.

68. bellique. H. e. in bello. Cf. Truc. 448 Parei lexic. Plaut. v. Domi bellique.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 2. esse in convivium. Ita Langg., quomodo alibi dicitur in mentem esse, in lustra iacere, in aleam ludere, in caveam ferre, in amorem haerere: vid. ad Amph. 545. Sed propter ambiguitatem, quae inest τῷ esse, si vulgatum convivio retineatur, iam hoc non mutarim.

4. At ego aio recte. Cf. infra 631

6. V.: Estne invocatum, an non? Est pl., quod tueatis non eliso verbo invocatum. Vid. ad Amph. 341. Sed satis est probabile, alterum est alteri offecisse, sicut passim similia similibus.

17. Inepte libri: venatici, quasi scilicet venatici canes opponi possint molossicis, qui item apti ad venationem, ut in vulgus notum est. Facile intercepta praepositio ab i litera praecedente. Neque obstat, quod alibi non legitur invenaticus, siquidem multa eiusmodi Hic finxit ἀναλόγως, velut statim Odiosicus et Incommodisticus, et stimuleus Mil. 510, et ferentaneum Trin. 425.

22. V.: Vel ire extra portam trigeminam ad saccum (vel sacculum) licet; quod ferri posset ea conditione, ut Vel particula liquesceret, sicut interdum fieri docuimus ad Amph. prol. 74, nisi longe verosimilius esset, elegans ilicet interpretamento suo concessisse. Cf. 399.

25. Ita posteriore syllaba porrecta: vid. ad Amph. 475.

33. V. inconcinne: suum quicum mutet filium. Sequor editionem Argentinensem, quacum sentiunt Acidalius Divv. p. 89, Scioppius Suspp. Lectt. 5, 11. Mira autem traiectione post hunc versum libri statim exhibent scenae duos postremos, contraque illa Quod ego nimis etc. — moratus moribus 57 inter et 58 inculcant, itidem vitium animadvertente Acidalio.

39. Libri: Condigne est p. e. m. moribus, quae est arena sine calce.

41. exivi. Ita nostri G et M, quod versui convenientius quam vulgatum exii: vid. ad Amph. 355.

42. G: duo.

43. V. minus modulato versu: Here quos emi de praeda de quaestoribus. Heri V. C. Pall. G et vv. edd.

47. G: observentur.

50. postilla. Sic G et edd. nonnullae vv., in his Iunt.; V. C. iunctim: postillā; in Pal. 6. m litera expuncta fuit. Vulgus librorum: post illam. Postilla et Postidea pro Postea passim Noster: vid. Par. lexic. hh. vv.

54. erit extemplo mihi, quod dem tibi. Malum.

56. Ita ut dicis. Formula vel honeste negandi, vel reticendi aliquid sine alterius iniuria, vel denique colloquium molestum nunc tepide approbandi, nunc finiendi cum gratia. Vide nos ad Terent. Eun. 229, et scriptoribus ibi laudatis adde Acidal. ad Ba. 6, inttpp. ad Hesiodi Opp. et D. 643.

58. G.: E. i. a. f. atque ad a. c. m., ex interpretatione quidem et inconcinne; quanquam simile Grutero in mentem venit Suspicc. 6, 5, ut legeretur: E. i. a f. ac al. c. m. Duplex ad praepositio eum offendit, sed sic passim probi scriptores; vel Hic itidem infra 427: redibo huc ad senem ad coenam asperam.

60 V.: rursum, cumulatis vocibus m litera finitis, quod invenustum. Vide nos passim ad Terentium, item infra ad 303 Cas 97, 449.

67. Forte a excidit ante verbum macritudine, siquidem et tunc probabam et nunc probo Langianorum: O. a. p. s. miser a macritudine, ut τὸ a causam indicet, ut passim. Sarracen.: O a. p. ut miser m.; v.: O. a. p. s. misera m.

71. V. versu nihili: egone non defleam T. a.?

79. Eliditur quoi, vel cum sequente vocali coalescit, sicut itidem mox 89 et Trin. 1023.

80. V.: ille, minus ad propositum.

84. V.: — animum. Er. eheu! He. huic illud dolet etc.; verba autem Nullumne — exercitum in V. C. 3 Pall. nostris G H Argent. et Mediol. Ergasilo adscribuntur, unde certe colligi poterat, personas ibi esse alternandas. Nam quod ista: huic illud dolet — exercitus Hegioni tribuuntur, pessimo fit exemplo, cum statim senex, id dixisse Ergasilum, affirmet. Huic, h. e. mihi, quod passim valet Hic pronomen: cf. infra 98, 265, 371, Mil. 310 Poen. 1113, 1127 Pseud. 1313. Similia sunt hoc caput Pseud. 723, hic homo Ba. 607, meum caput Capt. 880. Graecorum haec imitatione omnia: vid. L. Hotibii Lectt. Aristoph. p. 49.

89. Quem attigerat. Mss. et vv. edd.: Quoi obtigerat, bene, ut τὸ Quoi liquescat: vid. supra ad 79.

91. Malim nunc cum Acidalio: M. et m. opus est ibi: nam dicendum, ubi opus sit istis militibus.

92. Primodum. Ita 3 Pal. et codex Meursii, quod suavius ad aures accidit quam vulgatum Primumdum, passimque a me pro hoc positum in hac editione. Vid. supra ad 60.

92 sq. Pistorensibus — Pistorensium. Sic fere libri vv., non, ut v., Pistoriensibus, Pistoriensium, durius extrita horum verborum i litera media.

101. Malim cum Palatinis: captivum hic, ne frequentius veniant vocabula non elidenda. Vid. ad Amph. 341.

102. divitiis extrita v litera pronuntiandum: vid. ad Amph. prol. 90.

105. V. non sine iniuria versus abest es, quod praebent Pal. 3. et 1. a m. 2. Producitur more veteri: vid. ad Amph. 863. Frustra Iunt. Ald.: Nusquam pol, quod sciam; Cam. et Pareus: N. equidem, q. s.

107. Facete dictum. Non magis facete dictum est, quod dixit Hegio, quam bene atque amice, quod Epignomus Stich. 447; sed sic solent parasiti.

110. Post hunc versum v. sic legitur:

He. Age sis roga. Er. emin' tu? He. nisi qui meliorem adferet.
(Notam He. utrobique omisit H. Pro emin' tu plerique libri: emtum.)
Er. Quae mihi atque amicis placeat conditio magis?
(Nota personae abest Mss.)
Quasi fundum vendam, meis me addicam legibus.
He. Profundum vendis tu quidem, haud fundum, mihi.
(H: Pa. Pr v. egio tu q. h. f. m. Illud egio comparet etiam in M.)

In his primum ratio non apparet, cur rogare iubeat parasitum Hegio, ubi mentio nondum facta est venditionis: nam hanc agi, ex parasiti responsione: emin' tu? intelligitur. Deinde verba Quae mihi atque amicis placeat conditio magis eiusdem personae esse, cuius proxime praecedentia illa Nisi qui meliorem adferet, dudum est cum animadverterunt Palmerius et Acidalius, quorum hic bene monet de additiuncula solita in emtionibus: ni i quidem alius conditionem attulerit meliorem. Recte igitur fecisse videor, cum versus Quasi et Profundum praeposui duobus illis, quos vulgo excipiunt, cumque notam personae post adferet, scriptis quoque obsecutus, delevi. Sed erravi, cum verba Age, sis, roga duobus personis divisi, quae procul dubio Hegionis sunt omnia, rogare iubentis parasitum ex formula venditionum, an emere se velit senex. Legendum itaque sine controversia:

He. Profundum vendis tu quidem, haud fundum, mihi.
Age, sis, roga. Er. Emin' tu? He. Nisi qui etc.

Profundum significare ventrem, ex Capro annotavit Palmerius, qui comparat, pariter atque Acidalius, Stichi 207 sqq.

115. V.: — Er. hem! vel iam otium est. Et sic quidem V. C.; sed ceteri libri, tam scripti quam impressi: em lis i. o. (P. 1. octium) e., emulis (vel aemulis) i. o. e., hem mihi iam o. e, unde coniicias, fraudem hic subesse, lectionemque veteris codicis Camer. a correctore, non malo illo quidem, sed quam par erat audaciore, profectam esse. Iam nescio cuius apud Turnebum in Adversariis emendatio haec: hem mulis iam otium est, ut de se tanquam mulione loquatur parasitus, aliquid affectati habet caretque aliorum proborum scriptorum testimoniis. Longe melius meo quidem animo Gruterus Suspp. 6, 5: hem malis iam otium est;

quem secutus sum, nisi quod, e vel em vel hem illud ex praecedente vel litera verbi tempori seu tempore vel nota personae e. sive he. ortum ratus, omisso illo dedi: Malis iam otium est. Vid. ad Asin. 24.

117. commetat. Ita bona pars codicum, quod versum iuvat: vid. ad Amph. 355. V.: commeat.

125. V. duriore numero: Q. a. mihi apud t. s.

129 sqq. Libri:

Domi fuistis, credo, liberi:
Nunc servitus si evenit, ei vos morigerari mos bonust,
Eamque herili imperio ingeniis vestris lenem reddere.

ubi in verbis herili imperio vel explicandis vel emendandis multum et frustra sudant interpretes, cum non vident transposita esse et inculcanda post vocabulum liberi, ut herili imperio servitus dicatur, quomodo Opulento homini servitus Amph. 12 passimque alia huiusmodi, de quibus vid. Vechnerus Hellenolex. pp. 264, 295 sq Nam transpositione versuum non paucos poetae locos laborare, iam supra monuimus ad Asin. 18 sqq.

134. V.: oculis multam miseriam additis. Libri: multa oculis multa mira clitis (vel mira dicis, mira cudis, mira cuditis), multa oculis multa misera editis vel cuditis. Ex quibus nondum vidi qui aliquid probabile eliceret, itaque ipse periculum feci emendandi, ut captivi illi multam iniuriarum, quas iam patiuntur, h. e. servitutis, suis ipsorum oculis edicere, seque, non hostes suos, ulcisci dicantur, operam perdentes.

136—140. Haec sanavi, non persanavi. Legendum puto:

Tr. At nos pudet, quia cum catenis sumus. Lo. At pigeat postea i. t.

(quia pro quod, sicut Mil. 1195 Stich. 482 et passim. V. C. cum catenatis, quam correctionem eius puto, qui similium multorum non meminisset, qualia sunt, quae laudant Pareus lexic. Plaut. v. Cum, Vechner. Hellenolex. ed. Heusing. p 182 sq., quibus adde Ba. 563 Capt. 734 Most. 242 Rud. 166 Stich. 337, 616.)

Herum nostrum, si vos eximat vinclis, quos argento emerit.

(Perperam libri, glossemate e sequentibus petito: si vos eximat vinculis, aut solutos sinat, quos a. e., quae falsa esse vel metrum arguit.)

Tr. Quid a nobis metuit? Scimus nos, nostrum as. ex b. d. et i. h.
Officium quod est, si sinat solutos.

(Monitum de hisce asynartetis ad Amph. 422.)

Lo. At fugam fingitis! sentio, quam rem agitis. as. ex c. d. et t. d. br. sive ithyphallico.

Metrum recurrit Cas. 59, Pseud. 1244 sq.

144. hisce. Sic Mss. et vv. edd. prisce. V.: his.

145. Clausula. Vid. ad Amph. 81.

148 — 150. Rectius haec ita distinguantur:

Ty. Hem, istuc mihi certum erat. - Concede huc.
Lo Abite ab istis. as. ex 2 anacreonteis.
(Vide de hoc versuum genere asynartetorum ad Amph. scen. supposit. Di vostram 16 — 18.)
Phi. Obnoxii ambo vobis sumus propter hanc rem, quom, quam
(quam aliqui Langg., recte; v. quae)
Volumus nos copiam esse, ea facitis nos conpotes. gall.
(V. Mendose: copia est, ea etc.)

153. Male, G. Hermannum audiens, omisi palam. Legendum:

Neu permanet palam haec nostra fallacia.

Pes creticus, qualis est Neu perma — non dedecet poëtam latinum: cf. Amph. 64 sq. 76, 79, 84 sq 83 sqq. etc.

156 — 158. Lege potius:

Nam si herus mi es tu atque ego me tuom esse servom adsimulo: i. tr. h.
Tam viso opus, cauto opus, ut hoc sobrie, adcurate
Sineque arbitris agatur docte et diligenter.

V. impedito metro: Tamen viso opust, cauto est opus, ut hoc sobrie sineque arbitris Accurate hoc agatur docte et d. Prius hoc abest quibusdam libris, in his nostris G H, item edit. Argent., posterius omisit G. Hermannus in libro De Metris, ubi hunc locum tangit; quem hac ex parte sequor.

164 sqq. Asynartetos illos, ex c. d. et t. h. compositos, agnoscere mihi h. l. videor, de quibus dictum ad Amph. scen. supposit. Di vostram 15 — 29, ut legatur:

Nam fere maxuma pars homines habent
(Licentia asynartetorum fit, ut verbi maxuma syllaba extrema, quae brevis est, longam valeat h. l.)
Morem hunc: quod sibi volunt, dum id impetrant,
(Morem non liquescit: vid. ad Amph. 341.)
Sunt boni; sed id ubi iam penes se habent:
(Libri inconcinne: sese.)
Ex bonis pessumi et fraudulentissumi c. t.
Fiunt. Nunc ut mihi te volo, esse autumo.

V. pro fiunt legitur sunt, quomodo haud scio an nemo unquam veterum locutus sit. Similes f et ſ literae. V. quoque, invitis Mss. vv. edd. et metro: — volo esse, esse autumo.

174. V. inconcinne: atque esse nunc cons. vel.

177. V. itidem ἀμέτρως: Perque conservitium.

178. Absurde editores et nolentibus plerisque scriptis, etiam nostris G et M: — honestes, quam ego te, cum serv. mihi. Fraus ista inprimis Langianorum, quam ego tecum exhibentium.

179. V. putide: Atque ut qui f. e. q. n. s. mem ut mem.

181. Libri metro nullo: — nobis in hac astutia.

187. V. soloece: Etiam cum cavisse ratus est, saepe is

cautor c. e. Saepius pro saepe is M; sed malim nunc minore mutatione:

Etiam qui cavisse ratus est, saepe is cautor captus est.

Qui cum compendio τȣ̃ quom facile fuerit permutatum.

192 sq. Minus concinne v.: illi — fuimus.

196. v.: nescivi, confusione b et v literarum satis frequenti in codicibus. Vidit Acidal. V. C. primitus, teste Pareo, nescivo.

198. V. involucre, quae vox nihili. Dudum correxerat Turnebus Adverss. 28, 38.

202. Codd. 5 Gronovii, 3 nostri: bonum Non male Gronovius legendum suspicatur: Proxime quod sit bonum, quodque a malo longissume, genere loquendi ab ipso in Observationibus et ad Livium illustrato.

205. Siculum haud dubie expressit in hac fabula poëta, itaque non Atticum talentum intellexit, verum Siculum, quod secundum Festum erat trium denarium, cum Atticum 6 millia denarium valeret. Vid. Bentl. Dissert. de Epistoll. Phalar. c. 14.

206. V. imperfecto versu: Nam ad sap. etc. Argent.: Nam is ad sap.

211. V.: in Aleis, inpingente metro, nisi e literam in Aleis liquescere dicamus, quod duriusculum. Atqui codd. mei, item edd. Mediol. Argent. Iunt.: in aliis, h. e. in aliis rebus, cum genere pollenti, tum honore summo et a summis; quod aptissimum. Similiter infra peccatur 477.

214. V: abiimus, minus ex antiqua consuetudine et accentu vitioso: vid. ad Amph. 503, 203. G: abimus.

215. Salva res est. Cf. Pseud. 976.

216. V. Thesaurochrysonicochrysides, putida compositione, ut ad quam bis adhibeatur ὁ χρυσὸς, et eo quidem sensu, ut aurum ab auro vinci dicatur; quod absurdum. V. C. initio: T — chrusides, M et Mediol.: T — crusides. Vide etiam infra ad 554. Non inepte, ut opinor, nos: Thesaurochryseonicocroesides, h. e. aureo thesauro Croesum vincens. De regum Croesi, Midae, Darii, Philippi, Attali denique divitiis omnia in vulgus nota. Longe vel ineptiora vel a librorum scripturis remotiora aliorum commenta Thesaurochrysonychochrysides, Thesaurocrypsonicochrysides.

218 atque tenaciam. Ita codex membranaceus, quem inspexi, Guelferbytanus, quomodo legendum esse, cum v. exhibeatur atque audaciam, collato versu 219, pulcre vidit Acidalius.

Hunc versum inter et sequentem v. talis inculcatur:

Nam ille quidem Theodoremedes fuit germano nomine,

quem a mala manu additum esse aio delendumque, ut loco sua constet gratia. Quippe si hic audivit nomen Theodoromedis Hegio, cur infra 554 alterum tantummodo commemorat doceturque tanquam rem novam, Philocrati Theodoromedem fuisse patrem? Scilicet ex illo loco hic adscriptum a nescio quo glossatore: Theodoromedes fuit germano

nomine; quae paulatim accrevere, dum versus existeret, ut solet fieri. Iam quoque ubi de tenacia illius mentio facta est, Hegio statim, ut convenit: Quid tu ais? tenaxne pater est? cum v., immisso versu isto otioso, divellantur orationes.

219. G prisce et ioco apertiore: pertenax, quod receptum in ordinem oportuít. Vide nos ad Amph. 28, 64 etc.

226. V. soloece: tua re feceris. G: tua in re f., unde feci: tuam in rem f. Ald.: tua ex re, quod recepit Par.

227. V. duriore numero: Quae tamen scito. H: tu, quod fuit, opinor, tā, h. e. tam, pro tamen, sicut passim: vid. ad Ba. 1135 sqq.

236. insueram. Ita V. C. 2 Pall. Langg. M et pleraeque vv. edd., sicut metri causa rescribi iussit Acidalius. G.: — imperio alienus obsequor. An fuit hoc: Q. imp. insueveram, nunc alieno imperio obsequor?

247. istaec. Ita G M, quod elegantius vulgato istoc.

249. G: Me quoque summo.

251. Cum in ed. Sarracenia reperissem tamenetsi, quod antiquum mihi colorem habere videbatur, fidem verbi patri male in dubium revocavi. Legendum, sicut vulgo:

Ne patri, tametsi unicus sum, decere videatur magis etc.

254. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Virtute deum.

259. V.: N. hoc an. advortito, ut etc. Iunt. Ald.: huc; eaedem et Mediol. et ex scriptis Pall.: advorte, quod in metrum quadrat.

263. es homo. Ita Pall. G. et vv. edd., τῷ es producto ante vocalem more prisco: vid. ad Amph. 863. Perperam v. secundum V. C.: homo es.

265. huius. Vid. supra ad 84.

266. Vid. Erasmi Adagg. 4, 4, 61.

267. Facis. Sic fere codd., quod mutatum arbitror a nesciente, praesens pro futuro saepius usurpari, sicut monui ad Ba. 859. Homo vel is homo, sicut mox 271, passim personam describit, de qua locuti sumus. V quoque inconcinne: sed te id oro, Hegio. M olim nunc: Sed te id orod, Hegio; vel: S. te id orabo, Hegio.

273. iusseris. Ita Mss., etiam nostri H M, et vv. edd.; G: isseris. V. miseris, loquendi formula inusitata. V. quoque: ut velis, duriore metro, quanquam explicabili: vid. ad Amph. prol. 74. Vt vis, sicut passim haec et similia, Vt volo etc., Si vis, Vbi vis. Cf. mox 281 Cas. 1 etc.

280. Pall. et G: sese. Repone propius scripturam veterem: I. e. f., quod me esse scit sese erga benevolum. Eius monosyllabum: vid. ad Aul. 243.

284. Optuma imo. Vid. ad Aul. 258.

287 sqq. Inconcinne libri: collaria, et mox: dice.

290. Volo. Ita G., quod minus imperiosum vulgato Voca, facileque cum eo potuit permutari. Cf. supra 281, infra 359 sq. 529, Cas. 159, Trin. 412, 456, Donat. ad Terent. Eun. 4, 7, 29.

293. V.: quod is velit. Tò is salva sententia absit, sicut abest revera Argent. Iunt. Ald.; sed antiqua perissologia positum est, sicut passim, servaturque rectius τῷ quod eliso: vid ad Amph. prol 74.

299. atque. Sic libri. Vulgatum adque est a C Rittershusio: vid. Scioppii Suspp. Lectt. 5, 11. Addunt ad post atque edd. aliquot vv., in his Mediol. Argent. Iunt., idque ad marginem veteris codicis sui adscripsit Camerarius.

303. V.: Gratiam, minus expedito versu, cumulatisque vocibus in litera finitis· vid. supra ad 60.

311. sentio. G et H: censeo.

317. Inconcinne libri vulgati: I. p. id persequarque corde et animo atque viribus. Pal. 3: persequar; V. C. ceteri Pall. Langg.: auribus pro viribus; Langg. etiam: atque pro et. Idque recte repositum a Camerario Ceterum nunc ita legam secundum vulgatas edd.:

Id petam idque persequar corde et animo atque viribus.

323. tamen. Vid. ad Amph 536.

328. V. inepte et versu nimio: At qu. poteris, istuc in rem ut est m. Poterit, pater; vel: fieri poterit, ut passim valet posse.

336. Rebus in dubiis, egenis. Asyndeton, qua figura Hic gaudet. Cf. Pers. 249 sq. Rud. 520 sq. 578; quomodo etiam Trin. 264 legendum esse vidi: Meo modo moribus, et ibidem paulo post: imperiis, praeceptis. Cf. infra 844 sq, 944 sq.

338. Nunquam per amplificationem oratoriam positum pro Non, quod ex interpretatione legitur in M. Male autem libri: gratus pro gratiis, proclivi quidem lapsu; sed M: gratis. Potuit gratus esse erga Tyndarum Philocratis pater, neque tamen gratis eum manumittere. Hoc igitur indicandum erat, sicut ubique fere indicatur in re simili. Legerim autem nunc potius, cum vulgo libri exhibeant emittat: gratis emittat manu.

339. rebito. Ita V. C. et M.; vulgus codicum: redibo.

344. V. claudicante versu: F. e. ista, ut c.

345. Perstandum in veteri lectione hac: Merito tibi ea evenerunt. Tò tibi longa h. l., sicut passim, i litera posterior non eliditur, sed sequente vocali corripitur, figura apud Hunc non infrequenti: vid. ad Amph. 341.

346. me. Sic fere Mss. et vv. edd., non med, ut vulgo, quod suffectum ab eo puto, qui nesciret, Si monosyllabum sub ictu positum non liquescere: vid. ad Amph. 149.

347. V. ex interpretatione: N. s. servus meus esses.

356. Malim faciliore numero: Id ut scias. Scias monosyllabum, i litera elisa: vid. ad Amph. prol. 74.

360. V. soloece: quo minus. Sequimur nos plerosque Pall. G H et vv. edd., in his Iunt.

361. V. inconcinne: caveto mihi; G: caveo; Iunt. Ald.: cave mihi.

364. Ne tu me ignores. Vid. ad Asin. 128. Nihil nunc

mutem, sed legerim secundum libros: — extemplo meo e c. a.

571. atque hunc inventum inveni. II. e.: atque me, quem tibi amicum iam olim invenisti, denuo inveni benefaciendo. Vid. supra ad 84. Male Pistoris filium intelligit Hegionis, de quo dudum est cum sermo fuit, ut eius vix et ne vix quidem meminerint auditores.

575. V. minus concinne: Mandavisti satis. Langg. et H.: M. satis? quos sequor.

579. V. invitis codd.: ut dem hinc a t. t. Metri sarciendi causa τὸ hinc additum.

581. G: Q. hic referat. Fortasse hoc fuit: Q. hicce ferat. Ceterum restitue veterem lectionem: hinc ire huic ut liceat domum. Abest τὸ huic a codice II, et abesse quidem salva sententia potest, sed nonnihil tamen ad perspicuitatem confert orationis, estque ex usu Plauti, Hic pronomen saepius inferentis.

585. G: Atque etiam.

587. V. versu nihili: Efferat sine custode. ego apparebo domi. Iunt. Ald.: — custode. at ego mox a. d. Camerarius, quem sequitur Pareus, addidit iam ante ego, neque sic tamen metrum restituit. Hoc quidem assumto nunc legerim, τὸ iā, h. e. iam, ab antecedente — la syllaba interceptum ratus:

Ecferat sine custodela. Iam ego adparebo domi.

Ecferat prisce V. C.

589. V.: ecquis hunc ad. n., invitis plerisque scriptis, in his Pall., tribus nostris, et vv. edd.

591. V. minus suavi numero: qui ipse sibi.

597. V.: occeperit, ubi nescias, diem an aliquem hominem dicat parasitus: nam aliquis saepe intelligendum relinquitur, sicut monui ad Asin. 433.

598. V. inconcinne: Itaque venter. Sequor Iunt. Ald.

400. Minus recte, ut opinor, vulgatae: ridiculos inopesque. Non enim omnes ridiculos isti ab se videntur segregasse, sed tantummodo ridiculos inopes, quales erant parasiti; et hoc merito queratur Ergasilus. Sed cf. 407. Aberat copula Langianis, probante Gulielmio Quaestt. in Capt. c. 3.

401. imi subselli viros. Cf. Stich. 465.

409. V. ἀμέτρως: Quo imus una, inquam. In G τὸ inquam omissum est.

410. Huc. Bene sic Gulielm. Quaestt. in Capt. c. 3. V. obscure: Q. a. hoc a. q. p.?

423. Nihil opus verborum transpositione. Lege: Qui concilium iniere, qui nos etc. Nam qui pro vulgato quo G.

427. V. decollabit. Vid. Gronov. ad Liv. 27. c. 17.

428 — 430. Rectius haec ita legantur atque ordinentur:

Quid est suavius, quam bene rem gerere as. ex b. d. et t.
Bono publico, sicut ego feci
Heri, quom emi hosce homines? b. d. claus.
(Redit hoc metrum infra 722, ut ibi videbimus.
Habes item Cas. 562, id quod sero animadverti,

Most. 888 sq. Pseud. 1258 — 60. Syllaba longior versiculus est Cist. 418 cum clausula, item ex baccheo d. constante, sicut fieri solet in asynartetis, prius versuum genus, quibus continentur, pro clausula usurpantibus. Duabus syllabis longiores sunt Merc. 329 sq. Rud. 179 sq.)

Vbi quisque vident, eunt obviam gratulanturque eam rem: as. ex 5 i. h.

(Vide de hoc genere versuum ad Amph. 422.)

Ita me miserum restitando retinendoque lassum reddiderunt. b s.

(Vid. ad Amph. 474. Reddiderunt penultima brevi pronuntiandum est, ut metrum constet.)

Vix et gratulando miser iam eminebam; tandem abii ad praetorem;

Ibi vix requievi. b. d. claus.

432. V.: — — — — rogo syngraphum:

Datur mihi: illico dedi Tyndaro. ille abiit domum.

Sed primum in B haec unius versus ambitu comprehenduntur, prout convenit rationi totius loci metricae. Deinde G non habet mihi, quod versum impedit, et pro dedi B M et ed. vetus Mediol., quam adhibui: de, Argent.: do, sicut ante: datur, sententia quidem vividiore, versu probiore.

433 sq. V.:

Inde illico revortor domum. postquam id actum est, eo:
Protinus ad fratrem inde abii, mei ubi sunt alii captivi.

Acidalius Divv. p. 95: „Vetus," inquit, „Coloniensis primum non revortor legit, sed praevortor, qua de voce nuper ad Curtium: hic quidem non peius, ac fortasse melius, si tamen illud totum Inde illico revortor domum bene legitur. Ego enim censeam pessime nec putem a Plauto scriptum, nisi si, quod intendebat, violavit oeconomiae legem et cum ipsi rei tum sibi pugnantia scripsit. Vide mecum et cogita. Credesne senem hunc, postquam syngraphum seu diploma impetrasset, ac Tyndarum simulatum amisisset, domum rediisse? Qua vero caussa debuit? aut qua potuit modo? Quin a praetore statim ad fratrem iit, inde demum ad se revorsurus, ita uti nunc revortitur. Quod ita futurum quidem praedixerat etiam ad finem scenae, Quae res bene vortat:

— iam ego apparebo domi.
Ad fratrem modo captivos alios inviso meos.

Tum enim ad praetorem cum Pseudotyndaro tendebat: quo expedito, ad fratrem abiit percontatum de adolescente altero, quem retinuerat: eo quoque facto, iam domum redit una cum Aristophonte, qui nosse Philocratem dixerat et voluerat conventum. An non igitur hoc mendacium, quod inseritur, Inde illico revortor domum? Iam alterum quoque vide. Ait, cum ad fratrem venisset, inde abiisse eo, ubi alii essent captivi sui. Vbi autem alios habuit praeterea

captivos, nisi apud ipsum fratrem? Nusquam ullos. Sane quoties mentionem de aliis facit, eos apud fratrem asservari palam dicit. Loca plura sunt: pro pluribus hic sit unus scena Advortite animum:

Ego ibo ad fratrem, ad alios captivos meos,
Visam, ne nocte hac quippiam turbaverint.

Quid? quod alio nusquam iisse convincitur ex iisdem, quae paulo ante attulimus ex scena Quae res bene vortat: in quibus testimonium item clarum de captivis apud ipsum fratrem in custodia detentis. Liquet ergo falsa et haec duo verba inde abii: quae a Plauto non scripta scio, uti superiora non credo. — Mireris, a quo inserta haec tam absurda. Miror ego quoque: nisi quod ab aliquo esse suspicari licet, qui versibus, ut ipse censuit, imperfectis, ut res est, turbatis, fulcimentis eiusmodi voluerit subvenire." —

Haec ille praeclare, qui insuper monet, verba inde abii abesse a vetere ed. Coloniensi, quae neque exstant in Iunt. Ald., in vetustioribus autem libris leguntur, ut iampridem ista turbata esse intelligatur.

434. V. inconcinne: Philocratem ex A. Male autem in omnibus editionibus vox tandem ad sententiam proximam refertur, cum ad hanc pertineat sitque instantis, sicut passim. Multum Hegionis intererat scire, ecquis aliorum suorum captivorum nosset Philocratem, non quo fucum sibi factum suspicaretur, sed ut esset, quicum ille, quem iam carum habere coepit commodus senex, lubentius confabularetur quam cum ignotis. Nam quod tandem, nec statim, ubi Philocratis mentio facta fuerit, exclamasse volunt Aristophontem editores, nugantur. Legendum autem metri causa: norit.

435 — 438. Lege, minus per metrum divulsis, quae coniungi sententiae iubent, et absque ulla verborum mutatione, nisi quod bis uti pro ut rescripsimus:

Hic exclamat, eum sibi esse sodalem; dico, eum esse apud me;
(Hic quoque versus t. t., sicut antecedens. Eum esse: non esse eum, ut v., G. M.)
Hic extemplo orat obsecratque, eum sibi ut liceat videre: i. t. c.
(Prius i in sibi eliditur: vid. ad Amph. prol. 74.)
Iussi eloco hunc exsolvi. Nunc tu sequere me: uti, quod me
Oravisti, inpetres, eum hominem uti convenias. i. tr. h.

441. Dies monosyllabum h. l. est: vid. ad Amph. prol. 74.

442 sq. V.: Neque exilium exitio est. Bene rursum Acidalius Divv. in Capt. c. 6.: „Argutatur nescio quid Lambinus de exilii ratione ad illustrationem versus sic a se restitui:

Neque exilium exitio est, neque adeo spes, quae mihi hunc aspellat metum.

Affert Ciceronis locum, qui non video quid ad hunc Plauti locum: uti neque video, quae sententia bona subsit huic ipsi, nisi leniter emendem et pro exilium, exitium reponam, ut sensus hic emergat: exitium et interitum nulla ratione possum vitare vel effugere. Id enim est exire interdum. Virgil. (Aen. 5, 438)

Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit."

Sic etiam e vet. codice Is. Pontanus ad Macrobii Sat. 6, 2. Et huc, nisi fallor, pertinet Festi glossa haec: ,,Exitium antiqui ponebant pro exitu; nunc exitium pessimum exitum dicimus." Forte autem hunc ante mi excidit in hac editione.

Ceterum hunc versum inter et sequentem v. talis legitur:

Nec mendaciis subdolis mihi usquam mantellum est meis,

ταυτολεξία quidem glossatore digna, Plauto indigna.

443. Tolle τὸ iam: pestem, praesertim in commissura versus asynarteti, non liquescit. Vid. ad Amph. 341.

452. Machinor extremam syllabam producit: vid. ad Amph. prol 38.

454. incepisse. Sic G II et aliqui Langg; V. quoque C. Camerarii et reliqui Langianorum: incipisse, non incipisso, sicut v. Incepisse metro confirmatur.

456 sqq. V.: N, e. ego occidi, invitis G H vv. edd., in his Mediol. Argent. et versu. Verba Quid loquar? quae v. hoc versu leguntur, Mss. et vv. edd. ad sequentem referunt, ut tanto affectu dignus existat versus, t. t., qualis et proximus est, levissima quidem correctione et pathetica sic restitutus:

Mihi in incerto sita res omnis est! quid rebus meis confidam?

Iam veniunt iambi t. acat.

467. miror minume. Ita M, τῷ minume sub ictu posito. Idem et G: is si te. V.: E. minime miror, si te f. a. o. t.

470. Potest ferri vulgata lectio quod istic, vocali litera in quod elisa: vid. ad Amph. prol. 74.

472. V.: qui sputatur. Cf. 475, 477.

477. V. inepta sententia et inconcinne: — fuit. Ty. atque Aliis profuit. Mss. et vv. edd.: atque iis (eis, his, is) p. Legendum sine controversia: — fuit atque ibus profuit. Ibus pro Iis haud semel Sarsinas: vid. Parei lexic. Plaut. h. v. Quomodo etiam Hibus pro His dixit Curc. 501, frustra carpente morem priscum Charisio Institutt. gramm. 1 ed. Putsch. p. 40.

478. Quid tu autem? etiam etc. Ita distinguendum, non, ut vulgo, sic: Quid tu autem, etiam etc. Vid. ad Aul. 137.

479. Inconcinne libri: intuetur.

483. Nam etiam. Ita G, quod exquisitius vulgato At etiam.

Haud vidi magis. Cf. Merc. 715 et quae laudat Pareus in lexico h. v.

484. Alcmaeus. Ita V. C. et Langg., Pall. et nostri praeter G alcinous, alcious, altionus. Similiter Dolum Hic pro Dolonem dixit Pseud. 1240 et Electri pro Electrionis Amph. prol 99 et Tranium pro Tranionem Most. 543, ut monet Douza ad Pseudoli l. l.

486. Non ego te novi? Vid. ad Amph. 362.

488. V. durius eliso eum pronomine, quod salva sententia abesse potest: Quem vides, eum ignoras.

493. V. inconcinne: Te negas Tyndarum esse? Sed te servari potest, ubi hoc modo legitur:

— — — — Ar. Dic modo: te t. t.
Tyndarum esse negas?

Posterior syllaba τὲ modo producitur, sicut passim apud priscos: vid. ad Amph 475. De singulis trochaïcis t. acat., ad exprimendas gliscentes animorum perturbationes vel inter eiusmodi versus cat. vel etiam iambos t. usurpatis exposui ad Amph. 596.

494. Satius est, ita legi:

Ty. Ego, inquam. Ar. Tunc huiic credis? He. Plus quidem, quam tibi aut mihi.

Ego (ἐγὼ) non liquescit, quam figuram illustrare studui ad Amph. 341. De Huiic pro Huic posito vid. ibid. ad 128. Ista Plus quidem quam tibi aut mihi loquendi formula dicuntur alibi non usitata, sed simili illis, quae infra habes 544 et Aul. 258.

499. Mss.: Q. a. f.? tun' gnatum memoras esse liberum. Lege: ten' gnatum.

500. V.: — aio. Ar. Quid est? Vt etc., ubi quid sibi velint verba Quid est? aegre dicas. Sed saepius haec cum Quidem permutata, velut item Asin. 488. Acidalius Hegioni tribuebat, paulo quidem melius.

501. Libri imperfecto numero: V. s. H. n. is te l. f., nec melius Douza F.: V. f. Hegioni huic iste l. f. Audiendus erat Gruterus.

502. V.: Nam is est servus ipse, neque praeter se unquam ei servus fuit, refragantibus Mss. et edd. vv., in quibus sic: N. i. e. f. i. n praeter eum quisquam ei f. f., unde non ita difficile fuit divinare manum Plauti, altero servus speciem glossematis prae se ferente nimis manifestam. Quod eii pro ei reposuimus, vid. ad Amph. 355.

506. Vide, sis. Formula cavere iubentis: cf. infra 564, 816 et quae loca laudat Pareus lexic. Plaut. h. v.

507. dedit. Ita Scioppius: nam vulgo: edidit, minus quidem ex usu Nostri et priscorum: vidd. lexica.

510. Ferri potest vulgata lectio: I. rest. huic, hic autem in A. m. m. p.

514 V. ex interpretatione et versu claudicante: Enimvero iam n. c. Argent. Enim iam n., Iunt. Ald.: Sed enim iam n. V. quoque: Heus audin', quid ait? Sed Pall. et no-

stri codd. praeter G, item Argent.: heus tu, q. a., unde pronomen arcessivi.

516. V. impedito versu: Fune opust, H. Vid. Gruteri Suspicc 6, 12.

524. Atra pix. Poena servorum. Vid. Lambin. ad h. l. et Rud. 669.

526. V. inepte et versu ἀκεφάλῳ: Quid? quid si hunc comprehendi iusserim? Pall. Langg. nostri 3 et vv. edd.: Hercle quid etc.

527. Quidam libri, in his Pal. 4 Iunt. Argent. Basil. Brix.: Mordicibus, h. e. dentibus, inquit Pareus, qui confert Aul. 188. Vid. etiam Gruteri Suspicc. 6, 14.

533 Male v. voce nihili: abnutas. Legendum: obnutas, h. e. adnutas, usu ob praepositionis pervulgato apud veteres Latinos, ut Festus auctor est. Et sic quidem dilucide H, quem contuli; G: adnutas, sicut statim idem liber: annuo pro abnuto, quod item fuerit initio: obnuto. Inepte autem libri: — abnuto? quid agat, si absis longius? quasi aliud agat insanus, si prope adstes, aliud, si longius abscesseris. Distinguendum, ut sero intelligo: — abnuto? Hr. Quid agat, si . . . . . [additurus erat: si propius accedam? quod prosiliens impedit Tyndarus, orationemque senis interpellat]? Tr. Absis longius!

534 Sic distingue auctore Acidalio: Nugas! ludificabitur etc. Nugas, intellecto egeris, sicut Most. 1039 Pers. 710.

535. V. soloecé: G. quod neque etc. Vidit Acidalius. Quoi pro cuius figura Colophonia. G.: G. in quo neque etc.

536. V. nulla forma orationis: Ornamenta absunt, Aiacem etc., cui vitio medicaturus Acidalius Divv. in Ba. c. 7. tentabat: Armenta absunt; ceterum Aiacem etc., Douza Centur. c. 19: adsint, Camer.: absint. Iam Pall. et nostri H M: Hortamenta, „h. e.," inquit annotator in margine Palatini 6, „flagella, quibus aurigae utuntur, cum equos hortantur. Aiax μαστιγοφόρος." Cuius rei fides sit penes auctorem. Et fac, hoc valere vocem hortamentum, quid negotii Telamonis filio cum flagellis? In Hippolyto haec feram, in Aiace non fero. Apage igitur istud Hortamenta, potiusque vulgatum Ornamenta retineamus, nisi magis placeat veterum editionum, in his Mediol. Argent. Iunt., lectio Armenta, probata illa quidem Acidalio l. l. et Meursio Exercc. critt., qui sua laudat ad Lycophrontis illa: τὰ λύσσαις ἐν ποιμναισιν αἰχματηρίαν Χέαντος. Acidalius: „Ornamenta,' inquit, „nunc legunt, et arma clypeum vestitumque militarem interpretantur. Atqui vetus lectio est Armenta, quam asserere non dubitem e fabella, qua fertur Aiax Vlyssem in armentis persecutus atque ea occidisse, cum putaret ipsum, insanus ex ira, quod interemti Achillis arma sibi negata ille impetrasset. Huc respicitur aperte, atque assimilationis huius non occulta et apta caussa: quod Aristophontes item insanus alium videre insimulabatur, quam revera quem videret. In Philocrate quippe falso verum Tyndarum videbat, vere tamen, haud falso. Cuius elegantiam allusionis

qui non intellexere nec fabulam scivere, corruperunt Plauti germanissimam hanc scripturam:

Armenta absunt: ceterum Aiacem, hunc cum vides, ipsum vides.

Ita igitur restitue et ceterum vel in versus dimensione contrahe in disyllabum, vel ipsa scriptura cetrum repraesenta, quod alibi quoque memini nos factitasse " Sic ille, cuius sententiae plane subscribo, cum ambigue dicantur ornamenta, h. e. vestimenta, abesse Tyndaro, ubi Aiacis sunt intelligenda, quod indicatum oportuit. Sed ceterum alienum.

538. V.: Nunc ego inter etc. Lege: N. i. f. saxumque ego sto etc.

542. Morbum figurate dixit pro infortunio, sicut passim Graeci suum νόσον

545. V. minus facili metro: Quis igitur ille est? Vide tamen ad Amph. prol. 78. Illic V. C. et plerique Pall., item Langg. et noster G., qui sic, non male quidem: Quis illic est igitur. In nostra lectione proceleusmaticus (Quis igitur) pro trochaeo est adhibitus. Vid. ad Amph. 356.

548. G: Haud te istuc rogo

551. Legendum potius: Ast ego te video m. m.; ego posteriore syllaba correpta: vid. ad Amph. 341.

554. Thesaurochrysonicochrysides. Vid. supra ad 216. H: Thesaurocrusonicocrisides, M: Thesaurocrisonicochrisides. Ceterum v. inconcinne: Fuitne.

557. V. manco numero: Q. quiescis dierectum etc. Correxit I. Gulielmius Quaestt. in Capt. c. 3. V. quoque: — meum! i ac s. te, invitis quidem Mss. et vv. edd.

564. dico. M: dicto, G: video.

568. V. impingente versu: — albo et oculis n. Copulas addere est librariorum.

571. morientur, h. e. frangentur. Simile Aristophanis, quod ad h. l. laudatur. Simile etiam illud eiusdem Acharn. 356 edit. Invernizz.:

Ὀλίγȣ τ' ἀπέθανον ἄνθρακες Παρνήσιοι.

576. Nuculeum forma prisca V. C. Pall. Langg., quomodo est etiam Curc. 55. V. quoque: pigneri, sicut temperi, sed invitis V. C. G et vv. edd

577. obfuciis. Ita Langg. V.: offuciis.

579. V. efferte, scriptura sequiore. H: hec ferte, M: hec fertem, h. e. ecferte. Vid. ad Asin. 24.

580 Verbum actutum, quod v. abest cum versus iniuria, comparet in Argent. Brix. Iunt. Ald.

584 sq. V. nullis numeris:

Nam semper occant prius quam sarriunt rustici.
He. At ut confidenter mihi contra astitit!

Verbum Prius transpositum librarii non concoquerunt.

586. Nihil opus rescribi servolum metri causa: servom (nam sic libri) non eliditur. Vid. ad Amph. 341.

589. Tuos sum. Vid. ad Amph 401. V. autem, refragantibus Pall. Mss. Gifanii apud Scioppium Suspp. Lectt. 5, 11 et Is. Pontani, item 3 nostris: T. s., tuas quidem v. p.

i., pro qua lectione propugnat Taubmannus, ut qui sciat scilicet, Comicum nostrum frequenter locum ex ambiguo et παρὰ προσδοκίαν sic captare. Facit id quidem Plautus, et interdum non suo loco, sed semper tamen in personis vilibus seu servorum seu lenonum seu parasitorum, a quibus abhorret loco honesto nati Tyndari, et nusquam in tanta animi commotione, qualis hic pingitur.

590. Τὸ hoc reperi in G, cumque ex usu Nostri et Comicorum esse intelligerem, repudiandum non duxi, praesertim cum consulto deletum videretur a nescio quo, metrum huius versus laborare perperam arbitrato, quod quidem satis tectum est, ubi vocalis in quid eliditur, sicut passim fieri demonstravi ad Amph. prol. 74.

603. V.: parvi aestimo, numero imperfecto, nisi, obsecutus Gulielmio Quaestt. in Capt. c. 1, reponas: parvid. Sed G: extumo, M: extimo, h. e., nisi fallor, existumo; et sic potius rescripsi, cum praesertim verba aestimare et existimare passim inter se permutata esse constet. Gulielmii quidem commentum se tuetur illis, quae dixi ad Amph. prol. 149. Fuit, cum legendum putarem perbitem vel perbitam pro peream, quem glossatoris foetum existimabam: cf. 611.

604 sq. V. putide: Si ego hic peribo, ast ille, ut dixit, non redit: At erit etc. H: at ille.

609 Transpositione verborum expeditur locus, ut legatur: Herum meum captum etc., qua ratione etiam vox gravis Herum sub ictu ponitur; nam alioqui τὸ meum ἀνεκλήπτως pronuntiandum esse dicas: vid. ad. Amph. 341.

611. perbitat. Ita Camerarius et I. Scaliger ex Nonio, ut misceri solent coniugationes verborum apud veteres: vid. ad Aul. 108 — 111. V.: peritat; G. periit, utrumque ex interpretatione. Perbitere quidem pro perire in usu fuisse apud priscos, etiam Festus auctor est, et usurpavit verbum Plautus Pseud. 780 Rud. 599; sed h. l. agitur primae verbum declinationis Perbitare, ad quam faciem Interbitem dictum, ut videtur Acidalio, Truc. 672, et Fodare pro Fodere veteribus, auctore Festo. Perbitare item Livius Andronicus apud Nonium p. 654 ed. Mercer. Bitere, Abitere, Adbitere, Rebitere passim Comicas: vid. Parei lexic. Plaut. hh. vv., Epid. 295, Rud 681.

612. V. ex interpretatione numeroque horridiore: excruciavero. Iambum quidem senarium duobus dactylis cum cretico finitum in toto Plauto non invenias. H M et vv. edd.: pessumis excruciavero.

613. Notanda formula loquendi Morti misero pro Ad mortem misero. Sic Maro: It clamor coelo.

619 Forte omissum: hoc. Legendum, eliso quid pronomine: Quid hoc sit negoti etc. Cf. supra 590 nosque ad Amph prol. 74.

626. Τὸ quoi non liquescit, sed vocali sequente corripitur: vid. ad Amph. modo l. l.

628. Optumum est. Ita H et vv. edd. V.: Optume est, quod et ipsum ferri potest.

629. V. minus probo numero: O. me c. a. h. m. m.

638. Hunc versum e codice olim Helmstadiendi, cuius usus liberaliter mihi permissus erat, arcessivi, cum neque indignus Plauto esset in genere, neque ineptus ei, quem ipsi assignavi, loco videretur. Leguntur autem in eo codice versu 640 post nuperum, tanquam supra alicubi omissa, haec: haud repentinas esse oportet amicitias; et subscriptum: neque veteres idcirco. Quoniam et absque his satis bene se habebat responsum Tyndari, factum reor ut omitterentur.

646. ecfoderint. Ita edd sequiores, in quam sententiam a se ipso, ni fallor, excogitatum illud effodint, quod nunc libros occupat, interpretabatur, sed praeter analogiam, Camerarius. Libri vv., tam scripti quam impressi, unanime: effodiunt. Legendum itaque, ut sero animadverto:

Ibi quom alii octonos lapides ecfodiunt, nisi
Cotidianus sesquiopus confeceris etc.

652. Interdiu. Sic Pall. et nostri H M, item vv. edd. V.: Interdius.

678. Oh. Hoc v. non legitur. Solus M, quod sciam: — obtigit. o. he. abducite.

679. Te pronomen exhibent vv. edd., in his Iunt.; sed malim nunc, ut v.:

— — — — Abducite.
Ty. At unum hoc quaeso, si huc rebitet Philocrates, etc.

681. Peristis. Ita H, magis quidem ex usu Nostri et priscorum. V.: Periistis.

688. G: posthac, quod non deterius.

693. eum. Sic H M. V. minus recte: enim, siquidem non propterea scilicet filium suum alterum senex perdidisse dicendus est, quod neque eum neque servum raptorem reperit; sed perditus esse filius neque visus a patre postea, non magis quam servus, recte dicitur.

694. G lapsu proclivi: Quid h. e. s.

702 sq. Iambi t. acat., quos rursus excipiunt 2 trochaïci t. c.

704. Sine sacris hereditatem. H. e. bonum absque incommodo et molestia. Cf. Trin. 451. Proverbium. V. autem hic versus post 707. inculcatur, ineptiore quidem loco, cum satis intelligatur, laudem, lucrum, ludum, iocum et quae similia homo, quasi partes esse istius hereditatis, quam se adeptum gloriatur.

709. V. inconcinne: ipse a diis. Vel legendum ipsus, vel divis. Dis fere Mss. ex usu Comicorum et veterum.

711. Coniciam. Ita V. C. et 5 Pall., neque geminare olim solebant literas.

712. Lege, sicut v.:

Speroque, me ob hunc nuntium aeternum adepturum cibum.

Me monosyllabum, sub ictu positum, non magis eliditur, quam nuntium: vid. ad Amph. 149, 341, 116.

713. hanc meo magis rem. Ita G nostri, compositione elegantiore, quam in vulgatis, quae: hanc rem meo magis.

714. auctiōr. Vid. ad Amph. prol. 38.

716. V.: Neque id perspicere quivi, eliso e priore in Neque: vid. ad Amph. prol 74.

717. V. Q. c. s., per urbem irrid., non male usurpato asynarteto illo, qui constat b. d. et i. h., de quo monui ad Amph. 422. Hanc si rationem ineas, per praepositio, si alteram, quam haud invitus nunc repudio, τȣ Scibitur postrema syllaba, ante vocalem producitur: vid. item ad Amph. prol. 38. Cf. 720.

719. doctus. Ita Douza Centur. c. 19 aliique, quomodo Pers. 589 legatur:

Vide, sis, ille ego doctus leno pene in foveam decidi;

et idem esse ducere et verba dare. V. autem: dactus.

720. Tolle inutile ego pronomen, siquidem hic versus quoque est asynartetus, qualis 717, similiter bacchiacis immixtus.

722. Versus non merus bacchiacus, sicut pridem existimavi, sed item asynartetus ex illis, qui constant b. t. et t., de quibus dixi supra ad 428 sqq. Legendum absque mutatione:

Move abs te moram atque, Ergasile, age hanc rem.

725. Eminōr. Vid. ad Amph. prol. 38. V. autem inconcinne: ne quis mi obst. obv. Bentleius ad Terent. Heaut. prol. 31.: Eminor, interminor, ne etc. In G mi omissum est, non male. Nec spreverim huiusmodi t. t. acat.:

Eminor interminorque, ne quis obviam mi obstiterit.

Vide, quae nos ad Amph. 596. Trochaicum eiusmodi catal., sibi quidem notiorem, saepius alteri substituerunt scribae et recensores, velut item mox 732.

727. V. minus bene: Ne quis.

729. V.: tum genu ad quemque iecero, ad t. d. Sed absurdum istud iecero nonnisi in V. C. et Pal. 5 visebatur, qui libri etiam ex interpretatione ille quemcunque, hic aliquemcunque pro quemque exhibebant, ceteris Palatinis et nostris H M quem pro eodem praeferentibus. Ceterum reliqui Pall.: iero, sed vv. edd.: icero, et Iunt. Ald.: ut quemque icero, utrumque recte, siquidem non icere ad aliquem, sed icere aliquem dicitur.

731. Malim cum Acidalio: Quae illaec eminatio est nam? more Plauti, saepe nam particulam traiicientis, velut, monente Acidalio, Aul. 96, 378, Epid. 272, ubi vulgo iam pro nam legitur, Pers. 312, quibus addas licet Most. 252 aliaque eiusmodi loca passim se praebentia. Quanquam neque Nam principio sententiae positum sua caret elegantia. Vid. Trin. 608.

732. V. obscuro metro: Qui mihi in cursu obstiterit, faxo vitae is extemplo obstiterit suae. Qui versum habuere pro trochaico t. cat., inquinatum eum nescio quo glossemate dum arbitrantur, alii aliud omisere, scriptores librorum Helmstadiensis et Monachiensis, quos contuli, item edd. Argent. Iunt.: extemplo, quod tam ex usu Plauti est quam quod maxime, nos ipsi verba in cursu, quae quidem sane non absimilia interpretamento, sed genuina tamen sunt, neque dubium est, quin hic quoque, sicut orationis suae basilicae principio, trochaicum plenum parasitus usurpaverit, ut sic legatur:

Qui mi in cursu obstiterit, faxo vitae is extemplo obstiterit sae.

Sae, h. e. suae, quomodo Sus, Sa, Sum, pro Suus, Sua, Suum veteres dixisse, Festus auctor est. Verbum extemplo vocali sequente retrahit accentum.

738. inpensior. H. e. gravior, quod valet etiam propensior Ba. 479 (fere autem ium apud Hunc, nedum sequiores, figurate dicitur, velut Ba. 559. V. invitis fere omnibus Mss. et vv. edd. sententiaque subabsurda: imperiosior.

739. qui alunt furfuri sues. Bene sic pro metri ratione Vossius, nec multo deterius, nisi quod in thesi latitare sinit graviorem vocem furfuri, Camerarius: qui al. furfuri s. „Furfuri," inquit vir optimus, „sicut parti miscetur in una in Ciceronis versu, mutato e in i longum." Vid. supra ad prol. 15.

751. Absurde libri: et duplam agninam danunt, quod qui ita interpretantur, ut dicant, carnem agninam frequentiorem esse vervecina apud laniones, et duplo plures agnos caedi quam verveces, maximas nugas agunt, praesertim cum mox addunt, agninam esse cariorem, quod fieri non potest, si est frequentior. Imo agnina caro sicut apud nos, ita etiam apud veteres in cibis delicatioribus fuit, quod vel ex versu 782 colligas; proptereaque id duplo tanto, quanto vervecinam, vendere eam dicuntur h. l. lanii.

757. Reges etiam dominos vocabant parasiti, quo fortasse respexit Ergasilus: vid. Parei lexic. Plaut. v. Rex, nos ad Terentii Phorm. 304.

760. V. versu septenario: Qui homine adaeque n. v. f. G H et edd. Argent. Iunt. Ald.: hominum, M: hominem. Bene Camerarius: Qui homine hominum adaeque etc. Sed monitum oportuit de additamento. Ceterum Langg. ex interpretatione: Quo homine, Iunt. Ald. soloece: Quoi homine.

762. Versum supplevi ex simili, qui est Amph. 855: nam v., versum versu farcientes itaque ambo pessumdantes, sic legunt:

ER. Heus, ubi estis? ecquis hoc aperit ostium? HE. hic homo
Ad coenam recipit se ad me. ER. aperite hasce ambas fores;

nec iuvat vel reponi secundum Argent. Iunt. Ald.: Heus heus, u. e.? c. h. mihi (ita et Langg.) a. o., vel auctore Pareo: ubi estis vos? Versum priorem vocabulo ostium recte finiunt V. C. edd. Mediol. Argent. Verbis ecquis hic est? offecisse videntur, quae sequuntur, persimilia ecquis hoc.

764. V. frigida sententia temereque mutato metro, etiam invitis vv. edd., in his principe, cui vel antiquissimum Camerarii codicem posthabendum existimant viri docti, sicut monui ad Asin. 632, sic legitur:

Priusquam pultando vel assulatim foribus exitium affero.

Recte Taubmannus: „Vel illud natum a correctoribus, qui indicare volebant, legi vel assulatim, vel assultatim.“ Assultatim enim fere codd., in his, si qua Pareo fides, V. C. et Pall. praeter 4. (sed in iis quidem, observante Taubmanno, a manu aliena) item nostri H et M. G non male: exitium dabo, quomodo dare malum et similia dicuntur.

765. Bene se habet vulgatus verborum ordo hic:

He. Perlubet hunc hominem colloqui. Ergasile etc.

Vox colloqui sequente vocali non liquescit, quem locum tractavi ad Amph. 341.

766—69. Sic legendum:

He. Respice. Er. Fortuna quod tibi nec facit nec faciet, as. ex 2 an.
Hoc me iubes? — Sed qui est? He. Respice ad med: Hegio sum. Er. Oh,
Quantum est hominum optumorum optume, in tempore advenis! gall.

Exposui de hoc genere metri ad Amph. scen. supposit. Di vostram 16—18. Sed quis est repereram in H et M, quod cretico quidem convenit, asynarteto anacreonteo non convenit. De med pro me reposito metri gratia vid. ad Amph. prol. 149. V.: Oh mihi quantum etc.; sed aberat pronomen Palatinis.

773. Nolo ita siet. Hoc vicinum vulgato Noli irascier, quomodo item ira pro ita legitur Cas. 506, ut facillime quidem fieri potuit in tanta olim t et r literarum vicinitate, et haec et similia scies, sciet, irritascis (Amph. 298, ubi sic plerique Pall.) pro sies, siet, irritassis, passim exarata deprehenduntur in Mss. Acidalius aut delenda haec censebat, tanquam petita ex 787, aut legendum fortasse: non ita est: scies. Vid. etiam ad 777, 789.

774. exigam, quomodo, admonente Taubmanno, Suetonius Octav. c. 94: et statim in corpore eius exstitisse maculam, velut depicti draconis, nec potuisse unquam exigi. Langg.: exuam, unde Gulielmius Verisimilium 3, 3, tanquam certissimum, faciebat eluam. „Eluuntur,“ inquit, „proprie e veste maculae: inde ad animum transtulit etiam Poenulo (70 sq.):

Inest amoris macula huic homini in pectore,
Sine magno damno quae elui ne utiquam potest.“

776. Bene facis. Formula gratiam agentis. Cf. Terent. Eun. 141, ubi interpres vetus: „In consuetudinem," inquit, „venit, Bene facis et Bene fecisti non iudicantis esse, sed gratias agentis." Tolle autem a me additam nam particulam, etsi minime vel inelegantem vel Plauto in hoc genere insolitam, siquidem etiam absque eo bene se metrum versus habet τῷ iubeam non eliso: vid. ad Amph. 116, 341.

777. V.: Quid? me, volturie, Tuan' etc. Sed fere Mss, etiam nostri G M: volt uri, sicut itidem vv. edd., H: volt uti, quod eodem redit: vid ad 773. Volturie versui refragatur, quod pro glossemate adscriptum puto. Volturi a Plauto dictum, ut fili, geni.

779. aulas adstitui. Ita G et Argent.; sed etiam, quod v. legitur, adstitui aulas, excusari potest iis, quae protuli ad Amph. 341.

783. Nihil opus metri gratia reponi pernam, quod itidem fieri potest ut non liquescit, sed legendum e G nostro opthalmiam, non opthalmia, ut v., siquidem vox est primae declinationis.

784. V. scabro numero: Horaeum, scombrum. Polysyndetum ioci causa usurpasse h. l. videtur Comicus, et omitti potuit copula post Horaeum, sicut post trugonum deficiebat in Langg. Trugonem autem prisca scribendi ratione lego pro trygonem, quia graeca vox est τρύγων. Iunt. Ald. et Meursii codex: trygona.

787. V. pessime modulato versu:

N. n. hodie n. m. p. tu hic edes, ne frustrā sis etc.

789. V. minus facili numero nec sententia aeque bona: Q. i. f., ut te cupias f. s., e. e. v. G: ut te tute cupias. Tute, tu ipse; quanquam et pro Tu passim Tute Hic usurpat. Vv edd.: recupias. Vid. ad 773.

790. Male v. editoribus obtemperavi, Tute exhibentibus. Tune propemodum omnes scripti, etiam nostri, si a Guelferbytano discesseris, Palatinus autem 3. dilucide: tu nae. Hoc verum. Cf. Most. 918 Stich. 604 Trin. 601.

794. adpararier. Ita Camerarius, nec male, nisi quod fortasse verbi vocalis extrema longa non eliditur: vid. ad Amph. 341. adparari.

795. Male libri: A. a. afferri proprium pinguem etc. Peior Pii Bononiensis interpretatio haec: „Proprium. Id est, tuum: nam aliena diis immolare nefas. Vel sacris accommodum: ut habeat scil. omnia insignia hostiae necessaria." Tὸ propere in hoc latere sensit Scaliger; sed id hiantem versum destituit. Reposuimus igitur: propere unum, quomodo passim ex abundanti unus additur, praesertim apud priscos. Vid. Amph. 532, Most. 656, 663, Stich. 512 et quae Pareus lexic. Plaut. h. v.

796. V.: nam e. t. nunc sum s. I. Secutus sum H M Mediol. Argent.; sed iam praestare mihi videtur Guelferbytanae lectio membranae haec: ego tibi sum nunc sum-

mus I., qua recepta ὁμοιοφώνων sum et summus concursus ingratior vitatur.

797. Male M: laet. et gaud.

798. V. inconcinne: Proinde tu deum huncce sat. etc. Mss. et vv. edd. fere: hunc, quo arcessito restituitur quidem metrum, sed vox deum ingrate eliditur atque in thesi occultatur. Cum igitur M nostrum et vv. edd., velut Mediol. Argent. Iunt, praeferre viderem Proin, non dubitavi divom reponere, quo et alibi Hic utitur: vid. ad Ba. 593.

799. equidem. Ita vv. edd.; sed non deterius vulgatum quidem.

804. Oxymorum. Semper autem sero advenire ad Hegionem sibi videtur parasitus, ubi eius filius non adest.

810. Iambus t. hic est versus, sequens rursus t. t. c.

812. V. hiante versu: Vt ego vidi. He. Meum gnatum? Malim nunc quidem: Gnatum meum? vel: Ne (h. e. An) meum gnatum? anastrophe Huic et veteribus satis usitata: vid. Par. lexic. Mantiss. vv. Anastrophe et Metathesis. N et H, item n et h, literae tam similes in Mss., ut saepe vix dignoscantur, cuius rei documentum insigne dabo ad Trin. 786. Fieri igitur facillime potuit, ut τὸ Ne a simili, quae antecedit, personae nota interciperetur. Et hoc profecto verum.

815. Tolle signum interrogationis post diu, siquidem verba Iam diu pertinent ad Venit.

816. Lege: Vide, sis! sicut supra 564. Cf. quae nos ad 506.

818. Vae aetati tuae. H. e. vitae tuae, tibi. Non infrequens apud Hunc genus exsecrationis. Cf. Stich. 566.

827. quod opust. Ita Pareus, tanquam ex Mss., edidit, quomodo et Argent., h. e. quo opus est: vid ad Amph. prol. 149. V. minus modulato versu: quod opus est.

829. manticulatus. Ita sensu perspicuo et faceto Brix. Argent. Iunt. Ald. Sed V. C. et Pall. 1, 4: mantiscinatus, quo vergit etiam Pal. 6; Langg.: mantissinatus, quae merae mihi videntur depravationes Gallorum more pronunciati manticinatus, quod reliqui fere libri exhibent. Atqui hoc ipsum quam sit vicinum a nobis positae lectioni manticulatus, unusquisque videt, neque audiendus Gruterus, qui inciviliter carpit Colvium, ita legentem, cui etiam Acidalius suffragatur Divv. in Epid. c. 3 laudatque in eam rem Festum v. Manticulis, ubi sic: „Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro seculo fuit: unde manticulari dicebantur, qui furandi gratia manticulas attrectabant.“ Malim autem nunc propius scripturam librorum veterem: Nam hercule nisi manticulatus etc.

830 Absurde v.: dapinabo: nam si se homini cibum praebiturum promittit h. l. Hegio, quid opus addere: a me meoque gnato, quae per se intelliguntur? Imo ioci causa sibi ipsum parasitum dapinare victum de suo ipsius filiique iubet. Dapinato Argent. Iunt. Ald.

840. Tò meam praebet Pal. 5 et Argent. V. cum iniuria versus abest. Similiter Cas. 11: Quin ruri es in praefectura tua? et ibid 22: Rure incubabo usque in praefectura mea; et 15: abi dierectus tuam in provinciam. Ceterum vulgus codicum: N. i. ut p et ius d. l., Et quae etc., ingrate repetita et coniunctione, quae passim pro ut scripta deprehenditur in codd., velut G Cas. 43. Cf. Cist. 94, 201.

841. V.: E. q. p. i. pernae, eis a. u. f. Sed melius Pall. Langg. G et M, quanquam hic a 2. m., item vv. edd.: pernis a. u. f. Tò ut abest Pall. Argent. Iunt. Ald.

844 sq. V. nulla metri forma:

Clades calamitasque intemperies modo in nostram advenit domum.
Quasi lupus esuriens, metui ne in me faceret impetum.

Legendum:

Clades, calamitas, intemperies modo in nostrum advenit domum,
Quasi lupus esuriens: metuvi, ne in me faceret impetum.

Amat Hic in magnis affectibus asyndetum: vid. supra ad 336. Modo pro monosyllabo est: vid. ad Amph. prol. 74.

847. Inconcinne libri: carne. Vid. ad fabulae prol. 15.

850. V. ex interpretatione, pessime quidem depropera̲to verbo Cocum: Cocum percontabatur. Multa priscis activa, quae serioribus deponentia: vid. Priscian. l. 8 p. 799 sq. Putsch. et lexica.

855 sq. Fide Priscian. l. 5 p. 659: Dicam seni, curet sibi aliud penus. Langg.: adornet, cum v. legatur: ornet, et sequente versu imperfecto quidem numero, nisi et Nam et Quidem non elidantur, quod duriusculum (vid. tamen ad Amph. 541), hoc modo:

Nam hic quidem ut adornat, aut iam nihil est, aut iam nihil erit.

ubi Iunt. Ald.: Nam in hoc, ut hic quidem ad. etc. Etiam Argent.: Nam in hoc hic quidem etc. M: ornat.

858. Ferri potest vulgata lectio haec: Quae adhuc, te carens dum hic fui, sust. Relativa non semper congruere suis nominibus, monui ad Aul. 724, neque insolens, praesertim apud priscos, coniugationis usus periphrasticae: vid. ad Amph. 701. Utroque tamen offensus Acidalius reponebat: Quas dum te carendum hic fuit, sust.

859 sq. Novum h. l. genus versuum asynartetorum usurpavit Plautus, qui constant iambo hypercatalecto et baccheo dimetro. Legendum absque mutatione:

Quomque hunc conspicio in potestate nostra,
Quomque haec reperta est fides firma nobis.

861 sqq. Hi quoque asynarteti, sed ex illis, qui t. d. et i. d. h. continentur, de quibus dixi ad Bacch. 1160. Lege absque mutatione, nisi quod verba mihi quas metri gratia transponenda sunt, vel legendum memoravisti:

Satis

Satis iam dolui ex animo et cura me satis et lacrumis maceravi hoc;

(hoc, propter hoc: vid. Parei lexic. Plaut. h v. Male idem ex Pal. 2: — maceravi hic V. sic distinguitur: — maceravi. Hoc! satis etc. quae ratio quid sibi velit, non intelligo.)

Satis iam audivi tuas aerumnas, ad portum quas mihi memorasti.

H et M: apud portum. Fere ad hunc modum autem haec dividuntur in Mss. et vv. edd.

867. Camerarius praeter libros: — filio meo. Ph. I. p. Lege: — filiod. Ph. I. p. Vid ad Amph. prol. 149.

874. Dum τὸ eius habeo pro monosyllabo, ut passim quidem est apud Comicos, metrum huius versus laborare arbitratus, frustra turbavi. Legendum:

Pro benefactis eius ut ei pretium possim reddere.

880. meum caput, h. e. me: vid. supra ad 84.

881. Τὸ pro non liquescit: vid. ad Amph. 149.

882. Inconcinne libri: Gratis a me, ut sit liber, abducito. Argent. male: Gratis hunc a me.

885. Vos ite. H: Vsite. An: Visite?

891. me bonae frugi fore. Verba haec ταυτολόγα ex antecedentibus petita et pro interpretamento hic adscripta mihi videbantur, necdum poenitet suspicionis Ceterum inepte v. libri: ne tu spem deponas, h. e. perdas, contrario sensu ac qui hic requiritur. Peius etiam Pall.: neque spem ponas. Acidalius secundum nescio quem librum veterem: ne tu in spe ponas, ad quam faciem in spem referre aliquid dicatur Epid 330. Legendum, si quid sentio:

Neque ero unquam. Nae tu spem ponas, me bonae frugi fore.

897. V.: dicque; sed a codd. abest copula: legendum dice. De asyndeto vid. supra ad 336.

898. V. inconcinne minusque ex usu Nostri — fieri dictis compendium volo. Malim tamen nunc verbis tantummodo transpositis: fieri dictis volo compendium.

899. Forte, non consilio, exaratum Vbi vis, fiat, pro vulgato, quod bene habet, Vt vis, fiat. Facere et fieri in obscoenis esse, monet pluribusque exsequitur ad h l. Acidalius in Divinationibus. V quoque: fuit, quod item servari potest, ubi seorsim dicta haec ab Hegione accipiuntur.

901. V. soloece et manco numero: Si eris verax, tuis rebus feceris meliusculas. Bene Pal. 4 supra lineam: e tuis rebus, quomodo edidit Camerarius. Hoc probo, nisi quod potius rescripserim: tuis e rebus.

905. Item casu excusum Qui pro Quia. Vid. ad Amph. prol. 74.

910. Male v.: ingenium. Genium, quod sententia ipsa flagitat, Pall. 3, 4, C, H et vv. edd. In M quoque nostro

puncto subter notatum prius i in ingenium, tanquam inducendum. Vid Bentleius ad Terent. Andr. 1, 5, 54, ubi similiter peccatum.

916. V non infrequenti soloecismo: Quid erat ei nomen. Sequimur 3 codd nostros et vv. edd.

924 V: Vt quidem hic argum. loq., eliso quidem. Vid. ad Amph prol. 74.

928. Repone: Heu, heu, sicut vel legitur in libris vel legendum est etiam absque iis, ubicunque spondeo opus est: nam Eheu iambus: vid Pseud. 79 sq Burmann et I. H. Voss. ad Virgilii Eclog. 2, 58. V. quoque: cur ego plus etc., sed invitis propemodum omnibus Mss. et edd. vv.

933 Illi Libri Illic ibi. Lege: Inibi, quo et alibi Hic utitur, velut Pers. 125. V. quoque durioribus numeris:

— — — — — — — locus,
Vbi labore lassitudo omnist (vel est omnis, sicut plerique codd.) exigunda ex corp.

936. coturnices. Huc respexisse Douzae Centurionat. c. 20 extremo videtur Imperator M. Antoninus, cum scribit: Καὶ τὸ ὀρτυγοτροφεῖν, μηδὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπτοῆσθαι. Quo etiam referri possint ea, quae de filio Reguli in Epistolis commemorat Plinius.

937. qui me delectem. Ita Pal. 1 et noster G, sicut legere suaserunt Lambinus atque Douza; 4. quoque Pal.: delectem, 6: delecter, ex interpretatione, ut opinor. V. soloece: qui me delectet, quod initio fuerit: q. m. delecter, literis r et t facillime inter se permutandis. Leg. autem adv. mi.

939. Ferri potest fortasse vulgatum Salve: vid. ad Amph. 341.

945 Vendiditque perperam Pareus, asyndetum haud concoquens, quod ut passim ab Hoc, ita h. l. aptissime usurpatur ad significandam actionis celeritatem.

947. Malim secundum Pall. et G: reduximus. Alii Mss., in his M: adduximus.

948 Legendum, ut v.: Quid? huius filium? h. e. Quid? h. f. reduxistis. Iambus hic t. acat.

949. V.: Quid tu ais? non liquescente tu pronomine: vid. ad Amph. 341.

951. Nunc. H. e. igitur, sicut passim, velut Ba. 73.

953. V. abest merito, corruente versu.

954. Non male vulgatae:

Sed dic, oro: pater meus tun' es? He. Ego sum, gnate mi;

τῷ Ego posteriore syllaba porrecta, sicut saepe: vid. ad Amph. 475.

955. Loco huius versus v. duo leguntur huiuscemodi:

Nunc demum in memoriam redeo, cum cogito,
Nunc edepol demum in memoriam regredior, audisse me
Quasi etc.

Quorum prior abest G, qui posteriore: demum mecum in mem. Facile intelligitur, turbasse h. l. glossatores, neque dubium esse potest, quin τὸ redeo lectiori regredior appinxerint isti et ex abundanti addiderint: audisse me, cuius in locum succedat opus est cum cogito, quod tam ex usu Comici, quam quod maxime (cf. Curc. 578, Stich. 426): nam vulgatum quidem quom mecum cogito, etsi item Nostro familiare, nec versus fert, et vagans h. l. suspicionem movet interpolationis.

956. Duplici ratione expediri versus potest, ut vel nebulam non elidatur, quam figuram illustravi ad Amph 341, vel Quasi habeatur pro spondeo, sicut legitur Cas. 680 Merc. 944 Poen. 704, 745, Stich. 526, Clitellariae fragmento 8, ubi male Acidalius:

Non quasi si, ut haec sunt hic limaces lividae etc.

quod ne latinum quidem; item Terent. Phorm. 376.

963. Durus versus, quem libri praeferunt h. l., sed ferendus tamen, hic:

Nec pueri suppositio neque argenti circumductio.

Vel corripitur extrema syllaba in suppositio, vel, quod malim, neque eliditur, quem locum tracto ad Amph. prol. 74.

ANNOTATIONES IN CASINAM.

ANNOTATIONES IN PROLOGVM.

„Prologum hunc (Acidalium audis Divinatt. p. 124.) Plauti non esse, satis constat, sed talem mehercule, cuius nec pudere ipsum possit." Huic sententiae plane subscribo. Extat autem prologus in omnibus, quotquot innotuere, Mss. et tanquam Plautinus laudatur a multis scriptoribus.

V. 7. V.: Antiqua. Cf. 13 nosque ad Bacch. 1055. Frustra Acidalius transponebat: Antiqua verba et opera.

8. autem. V.: ante, quod interpretantur satis pro arbitrio prius, magis, potius. Et fac, eam potestatem interdum habere hoc adverbium, insulsi tamen est dicere, quibus antiqua verba placeant, magis iis acceptas esse debere veteres fabulas, quasi non hae ipsae quoque ex antiquis verbis constarent. Recte itaque Acidalius l. l.: „Autem," inquit, „legere malim pro ante. Quanquam enim hoc interpretari non inepte potes, (?) quasi sit prius, magis, potius: illud tamen elegantiae nescio quid maioris spirat, et sapidiorem gustum habet Plautinae cuiusdam usurpationis, quae cum alibi frequens, tum Aululariae itidem prologo eadem (30):

Illa illum nescit, neque compressam autem pater.

Mostell. (755):

Vehit clitellas, vehit hic autem alter senex.

Lucret. lib. 6. (779 sq.)

Nec sunt multa parum tactu vitanda, neque autem
Aspectu fugienda, saporeque tristia quae sint.

Apuleius ad finem Floridorum primi: „Patior et ipse in meis studiis aliquam pro captu similitudinem. Nam quodcunque ad vos protuli, excerptum illico et lectum est, nec revocare illud, nec autem mutare nec emendare mihi inde quidquam licet. Recte enim sic eruditissimus Colvius, cum pariter mutatum esset ante. Sed facile fuit ibi reponere, quia ibidem praecesserat: Proconsulis autem tabella

sententia est, quae semel lecta neque augeri litera una neque autem minui potest; sed utcunque recitatum est, ita provinciae instrumento refertur. — Ceterum autem sic fere et hoc ipso Casinae prologo iterum positum (27 sq.):

Ratione utuntur: ludis poscunt neminem;
Secundum ludos reddunt autem nemini."

Cf. etiam Mil. 1135 Truc. 859 et Parei lexic. Plaut. v. Autem. Scriptum autem fere per compendium autē pro autem in libris vv., quod quam vicinum sit τῷ ante, in oculos incurrit; quem fontem erroris puto.

13. V.: Antiquam. Vid. ad Ba. 1055. Mss. Palatt. praeter 3, 4 et 6. a m. 2 item G: edidimus.

20. V. numero innumero invitisque V. C. 3 Mss., quos ipsi versavimus, et plerisque edd. vv.:

Sed absentes tamen prosunt praesentibus.

Fortasse legendum prosient, modo potentiali, de quo dixi ad Aul. 42.

21. oratum. Ita Longolius ex codice, ut ait, perantiquo, quod probat Gruterus Suspicc. 3, 3, conferens Amph. prol. 33 et inprimis Gellium N. A. 1, 7, ubi haec inter alia leguntur C. Gracchi ex oratione De Quinto Popilio circum conciliabula: Credo ego inimicos meos hoc dicturum, similiaque Quadrigarii, Plauti, Valerii Antiatis, ipsiusque Ciceronis proferuntur. Monet autem grammaticus, illud dicturum apud C. Gracchum non ad vocabulum inimicos referendum esse, sicuti legentibus temere et incuriose videatur, neque pro participio positum esse; sed verbum esse indefinitum, quod Graeci appellent ἀπαρέμφατον; neque numeris neque generibus praeserviens, sed liberum undique et inpromiscuum esse. V.: oratos, vel operatos, sicut Pall. H M et Mediol. Cf. Aul. 708 Cas. 545 ibique inttpp.

23. Eiicite. Plerique Mss., in his nostri 3 et vv. edd.: Ducite, merito improbante Gronovio, quem vide. Pro aes H mire: debitum.

27. Ratione utuntur. Recte hoc explicat Lambinus, ut sapere dicantur argentarios, cum ludis poscunt neminem, quando, monente Douza, neque libellos dare neque in ius vocare hominem fas erat. Alienum Acidalii: hanno ragione.

32. Nimis libenter auscultavi Acidalio, postidea reponenti cum Meursio secundum edd. vv., in his Ald., et Meursii Ms., ubi: post id eam: nam quod in vetere codice Camerar. sic lectum olim ait Pareus, sed scalpello erasum -ea, a Taubmanno negatur eo nomine, quod vulgatum restet in Excerptis Pall., quae nunquam literulam discrepent ab eo codice. Post id et post id locorum pro postea habes etiam apud ipsum Plautum Cas. 42, 32. Legendum itaque, ut v.:

— — — — — — — Diphilus
Hanc graece scripsit, post id rursum denuo
Latine Plautus cum latranti nomine.

33. Plautus cum latranti nomine. H. e. cum nomine latrantis, canis. Festus: „Plauti appellantur canes, quorum aures languidae sunt ac flaccidae, et latius videntur patere." Quem locum iam Lambinus adhibuit rectissime; alii nodum in scirpo quaerunt.

35. Senex elisa litera e priore est pronuntiandum: vid. ad Amph. prol. 74.

40. V. numero pessimo:

Quom conspicatus est | primó crepusculo.

Primulo crepusculo sicut Primulo diluculo Amph. 572. Primulum quoque Hic et Afer.

41. Puellam non eliditur: vid. ad Amph. 341.

45. V.: facit, minus quidem bene, cum sequatur educavit.

48 sq. V. nihili numeris:

Placere posset, at eam puellam hic senex
Amat efflictim, et item contra filius.

Iunt. et Ald.:

P. p., amare eam p. h. s.
Efflictim o c c i p i t et i. c. f.

Bene, quod amare, male, quod occipit, quod quidem ex cerebello ortum videtur Nicolai Angelii; nec multo melius Douza et Taubmannus:

P. p., amare puellam eam h. s.
Efflictim occipit, ut item h u i u s c. f.

Vide, an nos rectius. Minus quidem ad rem at vulgatum, aptissimum atque pro statim, de quo vid. Gellius N. A. 10, 29; quod in ac, mox in at, facile fuerit mutatum.

51. V. imperfecto numero: Pater filiusque etc. H et edd. Sarracen. Mediol.: alterumque, G: alterum quoque. Nescio quo casu a vocabulo suo divulsum videtur encliticum, quod τῷ Pater addendum esse, cuiusvis est animadvertere. De coniectura sic Pareus.

52 sqq. V.:

Pater allegavit villicum, qui posceret
Sibi istam uxorem: is sperat, si eii sit data,
Sibi fore paratas clam uxorem excubias foris.

Quod ferri poterat; sed cum in M reperissem poscat, quomodo mox rursus legitur: Filius a. a. allegavit suum, Qui sibi eam uxorem poscat, non spernendum id ratus, neque illud is verbo horum medio moratus, quod ex literis vicinis perperam geminatis conflatum videretur, nec magis genuinum, quam istud is ante scit v. 56. in G, verba transposui, sicut vides. Nunc nihil muto, nisi quod ei vulgatum retineo, quod ob rationem scilicet carminis in eii mutabat bonus Brantius, dum nesciret, monosyllaba sub ictu posita saepenumero non liquescere, ut monui ad Amph. 149.

55. Vulgatae, et non elidentes et perperam acuentes τὸ armigerum, hoc modo:

Filius autem armigerúm allegavit suum.

De autem in media sententia non ineleganter collocato di-

etum supra ad 8. Armigerum non liquescit (vid. ad Amph. 541), nisi malis armigerulum, ut scutigerulo Cas. 148, nugigerulis Aul. 476.

59. V. pravo numero:

Propterea ea una cónsentít cum filio.

Ea non legitur in libris veteribus, tam scriptis quam impressis. Hoc igitur recte missum fecimus; ceterum nihil novandum erat, sed aliquid condonandum Plauto, interdum dormitanti.

63. Putide libri et scabro numero: Sciens eius mater ei dat operam a. t. De Tamen in extrema sententia posito vid. ad Amph. 386.

66. V. inconcinne: ei.

71. V.: et Carthagini (M. ex interpretatione: Carthagine: vid. ad Capt. prol. 15); sed G: et in Carthagini, sicut sequente versu in nostra terra, in Apulia, ioci causa frequentius illata in praepositione: vid. infra ad 485.

72. V. imperfecte: Et hic in nostra terra, in Apulia. Iunt Ald. frustra: — terra atque in Ap.; Camerarius et Lambinus pro arbitrio: — terra, etiam in A. Bene G: et in Ap.; sed insuper metri causa reponendum erat: terrad.

75. Acidalius in veteri quodam libro se reperisse narrat: Ni sit, neque improbat.

85. Suspico nescio quae vetus editio apud Gruterum Suspicc. 8, 1, quomodo Suspices legatur infra 278. Etiam Men. 975 Decurtatus: Suspico.

88. Versus translatus e Cist. 197.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 10. V.: Quid in urbe reptas, villice hic magni preti? Plerique omnes Mss., etiam 3 nostri, item vv. edd.: restas, sane non deterius, etsi nunc retinuerim vulgatum. Sed istud hic quid sibi velit, nemo facile dixerit: nam ad verba in urbe relatum vehementer friget. Pro eo G: homo; Mediol. Iunt. Ald.: vill hinc non magni pretii.

14. V. hiante versu: venisti.

17. ruri. Sic elegante formula loquendi V. C. Pall. Mediol. Iunt. Vid. nos ad Amph. prol. 87. V.: rure.

20 Bellam. Male H: Bonam.

26. sterculino. Ita veteri forma, quae metro comprobatur, V. C. Excerpta Pall. Langg. et Pal. 2. G et H: sterquilino. V.: sterquilinio. Vid. Bentleius ad Terentii Phorm. 3, 3, 4.

31. Vid. ad Ba. 468.

36. V.: Ita te aggerunda curvum (Mss. fere currom, h. e. curvom) aqua faciam probe. Nusquam, quod sciam, dicitur: ita probe, semper: probe.

38. V. perquam inepte: Post autem ruri nisi tu acervum ederis Sarrac. et Ald.: P. a. nisi ruri tu eruum ederis. Iunt.: P. a. nisi ruri tu acer comederis; Camerarius: P. a. nisi ruri tu ervom comederis. Vere procul dubio, qui ervum boum pabulum: vid. Most. 58. Tò acervom ortum ex atervom quomodo aut et at particulae saepius miscentur.

41. V. inficete et ἀμέτρως:

— — — — — Ieiunium

Ieiunium est aeque atque ego ruri reddibo te.

Τῷ ἀμέτρῳ offensus ego vocabulum ruri, ab interprete adscriptum ad ratus, delevi; sed cum reddibo ex re et dabo compositum penultimam producere nullo modo possit vetusque Camerarii codex praeferat te ruri reddibo: legendum:

Ieiunum est aeque atque ego te ruri reddebo.

Reddebo enim analogiae causa malim quam Reddibo; quicum Dicebo et Vidcbo apud Naevium Pathicis comparat Meursius Exercitt. critt ad Casinam, ubi etiam bene monet, i pro e solitos scribere librarios. ,,Reddibo autem," inquit Camerarius ad h. l., ,,dixisse veteres pro reddam, annotavit et Nonius, testatus etiam hunc locum Plauti." (Vid. Non. v. Reddibo, ubi itidem in l. ex Vidularia laudato legendum:

Ego servabo, quasi sequestro detis; neutri reddebo.)

43. te cubes. Ita V. C., bene. Ceteri fere codd.: recubes.

44. festram. Ita pridem Vitus Garnerus secundum Festi illa: ,,Festram antiqui dicebant, quam nos fenestram." Quod versum etiam vulgatum repudiare censet Taubmannus, fallitur, cum id priore e litera liquescente pronuntiari possit, ut Mil. 379, Rud. 6: vid. ad Amph. prol. 74.

47. mellilla ὑποκοριστικὸν est nominis substantivi mellina, quod idem valet τῷ mellinia, dulcedinem mellis instar. Cf. Pseud. 743 Truc. 4, 1, 6. Non recte τὸ mellinia improbabat Meursius Exercc. critt. ad h. l., quod quidem aeque bene a mellinus derivatur atque a gratus gratia. Mellina autem a mellis originem ducere, sicut piscina a piscis, facile intelligitur.

49. Similiter, sed lenius, suo more, Terentius Eun. 509: O festus dies hominis!

52. V. interpretatione inconcinna: pariete. Vid. ad Capt. prol. 15.

59—73. Haec satius est ita distingui atque legi:

Pa. Prandium iusserat senex sibi parari. as. ex c. d. et t. d. br.

(Monitum de hoc metri genere ad Capt. 140. Senex pro monosyllabo est: vid. ad Amph. prol. 74. Sibi posteriorem syllabam producit, sicut passim.)

Cl. Ita? Tace atque abi! neque paro neque hodie coquetur: as. ex 3 i. h.

(Mss. et vv. edd. fere: Sta tace etc., unde parum feliciter fecere: St, tace; neque est quod

suspiceris cum Acidalio, τὸ Sta vel relictum esse ex nomine Cleostratae, vel certe decurtatum ex Scelesta, qua voce irascatur ancillae et eam increpet hera, quod prandii et senis meminisset. Optime loco convenit indignantis vel alterius sermonem mirantis illud Itane? vel Ita? quo utitur etiam Terentius Phorm. 356, 504, cuique vicina sunt Siccine ais? quid ais? ain'? ain' vero? ain' tandem? de quibus breviter dixi ad Eunuch. 54.

De hoc versuum genere asynartetorum vid. ad Amph. 422.)

Quando is mihi et filio advorsatur suo animique amoris-
que causa sui. Flagitium illud hominis! as. ex 2 i. h. claus.
Ego illum fame, ego illum siti, maledictis, as. ex b. d. et i. h.
Malefactis, amatorem ulciscar! as. ex b. d. es i. c.

(Etiam de hoc metri genere monuimus ad Amph. 422. Sed notanda est clausula, ex b. d. et i. cat. constans, cuius loco baccheus dim. ex communi asynartetorum regula solet usurpari. Vid. ad Amph 907.)

Ego pol illum probe dictis incommodis c. t.
Angam! faciam, ut, proinde ut dignust, vitam colat,
Acheruntis pablum, flagiti persequentem, t. tr.
Stabulum nequitiai! t. d. br.

(Trochaicos trimetros invenire licet etiam infra 646 cum clausula ex t. d. h. constante, et 590 sqq., item Men 35 Truc. 77—82. Eiusmodi hypercatalecticos invenire est Curc. 153 sqq., brachycatalecticum infra 548. Pro clausula h. l. adhibitus ex regula est versus dimidius. Vid. ad Amph. 907. Stabulum flagiti habetur Truc. 551.)

Nunc hinc meas fortunas eo questum ad vicinas. b. t.

(Vicinas, non vicinam, ad augendam invidiam, quasi ad omnes vicinas questum eat. Piget Acidalio esse obsecutum.)

Sed foris concrepuit atque eapse, eccam, egreditur foras. t. t. c 70

(V. minus ex usu Nostri et Comicorum: atque ea ipsa eccam etc., quae veteris verbi interpretatio est.)

Non pol per tempus iter mi incepi. as. ex 2 i. h.
My. Sequimini, comites, in proxumum me huc.
Heus, heus vos! ecquis haec, quae loquor, audit?

(V.: Heus vos! versu claudicante. Male item libri: quae loquar, cum iam imperarit, non imperatura sit, ancillis. Sequor hac ex parte H et M.)

Ego hic ero, vir si aut quispiam quaeret.
(Quispiam elisa i litera posteriore est pronuntiandum: vid. ad Amph. prol. 74.)
Nam ubi domi sum sola, sopor manus calvitur. Iussine as. ex 3 i. h.
Colum mihi ferri? i. h.

Iam sequuntur asynarteti ex genere notissimo illo, quod Reizius primus reperit Militis 995 sqq., de quo dixi ad Amph. scenae supposit. Di vostram 15—29.

74. V inconcinne: mecastor.

75. V.: Ita solent omnes, quae sunt etc. versu ὑπερμέτρῳ. Aberat omnes Langianis, quod quidem ab interprete videtur adscriptum. Ceterum legendum, sicut vulgo: domi et foris. Foris o literam elidit: vid. ad Amph. prol. 74.

78. V. minus concinne: dividiae. Langg.: dividis, pro dividias, opinor. Nec spreverim dividiai.

82. Habeo iunctum participio, sicut passim: vid. Parei lexic. Plaut. h. v. V. autem post hunc versum illa leguntur:

Nec mihi ius meum est obtinendi optio,

quae versu 86 posui cum Acidalio. „Petit," inquit vir sagax, „Murrhina et iubet Cleostratam dicere, quid aegre sibi sit. Respondet illa hoc, a viro se despici et contemni. quod cum altera non acciperet satis, clarius et planius exprimi vult hanc querelam. Ibi igitur Cleostrata, prioribus repetitis, addit porro, non esse copiam sibi obtinendi sui iuris. Haec necessario sic ordinanda Quod si non: minus Cleostrata dicit, plus iussa dicere, quam prius, nec rem clarius explicat, sed eloquitur obscurius. Id quam ineptum, omnes vident. Sed aliud etiam est maius traiectionis argumentum. Murrhinae verba

Mira sunt, vera si praedicas: nam viri
Ius suum ad mulieres obtinere haud queunt,

manifestissime demonstrant, hic illa Cleostratae praecessisse:

Nec mihi ius meum obtinendi copia est."

83. Male v.: Dic idem hoc. Item, h. e. Iterum, ut Truc. 906 et Suetonii loco Tiber. 6, quem laudant lexicographi Saepissime haec miscentur. H M et Mediol.: Hoc quid est?

86. optio est. Male Camerarius, obsequentibus Acidalio aliisque, copia est, quod merum interpretamentum, idque ἄμετρον. Vid. Gronovius ad h. l., qui et verba Ius suum recte explicat ius libere maritandi ancillam receptitiam quasi et ipsius sumtu educatam.

89. V. inconcinne: ingratis.

90—92. Lege:

Quae mea sit, quae meo educta sumtu siet. c. t.
(V. pro sit et siet utroque loco legitur: est; sed posteriore Mss. et vv. edd.: siet, quod metro convenit. Iam autem utrobique similiter

legi, vel orationis postulat concinnitas, cumque alterum horum metro comprobetur, alterum ad hanc faciem refingendum est, sicut passim est et sit permutata inter se deprehenduntur in codd. Mss.)

Villico se suo dare. Sed ipsus eam amat.

(Extremo hoc versu paeon usurpatus pro cretico, ex regula huius metri. Fuit tamen cum se pro eam reponendum existimarem, quomodo se, sibi, pro eum, eam, ei, eo, eos, eas, eis, adhiberi solet apud priscos: vid. Epid. 245, Mil. 181 Poen. 880 sq., 938, Stich. 102, Trin. 135 et lexica. Sed ambiguam tunc haberemus orationem, neque ad iocum quidem compositam. Quamobrem abstineo manum.)

Obsecro, tace! Cl. Nam nunc hic licet

Dicere: nos sumus. Mv. Ita est. Vnde ea tibi est?

Vid. ad Bacch. 584 sqq. H ex interpretatione: nos solae sumus.

93—96. V. probam, virum, ubi fere Mss. viro, ei haud commodi est, denique subtrahat et invenerit; e quibus virum metro officit cretico, viro fecri non potest, nisi d illud addatur, de quo egi ad Amph. prol. 149; sed subtrahat vulgatum et in sententiam quadrat melius quam, quod exarari iussi, subtrahant, et a metro non respuitur, ut demoustravi ad Amph. 85. Iam quod attinet commode illud pro commodi a me repositum, mutuatus id sum a Lipsio Antiqq. Lectt. 5, 1, h. e. facile, ut vix quidquam invenire dicatur mulier clam virum absque turpitudine.

97. V.: Tu quidem advorsum tuam amicam, frequentius illata m litera finali: vid. ad Capt. 60. Quidem i elidit, quam figuram illustravi ad Amph. prol. 74. De hoc versuum genere adi, sis, nos ad Amph. scen. supposit. Di vostram 15 sqq.

99. deliquom. V. deliquum vel deliquium; sed V. C. et Langg.: delicuum. Vidd. inttpp. ad h. l., nos ad Ba. 1055.

102—104. Hic locus ita legendus mihi nunc videtur:

Mv. I. foras, mulier. Cl. St, tace! Mv. Quid est? as. ex 2 t. h.

(Vid. ad Ba. 584 sqq. I foras divortii formula, ut notum.)

Cl. Hem .... Mv. Qui est, quem vides? Cl. Vir eccum it: intro abi.

(V. ex interpretatione, quam metrum vix admittit: Quis est? Vide tamen, quae nos ad Amph. prol. 74. Vir eliditur: vid. ibidem. Recte autem Gruterus verba intro abi Cleostratae continuat, secus ac vulgo fit, monitus antiquis editionibus, a quibus nota personae abest. In proximis tribus versibus sequor Iunt. Ald., ni-

si quod perperam hae edd. sic indistincte: Mv. age, am. impetras, abeo.)

Adpropera! age, amabo! Mv. Inpetras: abeo. Cl. Mox, as. ex 2 i. h.

(Vid. ad Amph. 422.)

Mage quom otium mihi et tibi erit, igitur
Tecum loquar; nunc vale. Mv. Et tu valeas.

V. postremo versu, et minus ex usu Comicorum et metro manco: — vale. Cl. Valeas. Sed G: vale. Cl. Et ualeas, ubi vides, quam facile tu ab utrimque vicino verbo potuerit intercipi. Aul. 129 sq.: Me. Vale. Ev. Et tu, frater; Bacch. 572: Ba. Vale, dentifrangibule. Pi. Et tu, integumentum, vale; Mil. 1337: Pa. Iam vale. Pyr. Et tu bene vale; et itidem ib. 1346: Pa. Bene vale. Pyr. Et tu bene vale; Pers. 706: Do. Vale. Sa. Et vos; Terent. Hec. 140: Phi. Vale. Pa. Et tu bene vale, Philotium; et Eun. 145 sq.: — Thais. vale. Th. At, mi Phaedria, Et tu; et Heaut. 115: Chre. Bene vale. Me. Et tu. Et sic passim. Quomodo etiam Salve vel Salvus sis dicentibus respondent: Et tu salve. Vid. infra 425 Mil. 1300 Stich. 501 Rud. 528 Terent. Hec. 26 etc.

105. V.: Omnibus rebus ego amorem credo et nitoribus nitidis antevenire. Inficeta haec est lectio ob istud rebus: siquidem ubi omnibus rebus praestare amor dictus est, ibi non opus de nitoribus aliisve singulis id affirmare, cum praesertim sic a maioribus ad minora sit descendendum, quo vis orationis imminuitur. Accedit metri ratio trochaici, quo principium huius scenae conscriptum esse facile intelligas, quod quidem servato isto interpretamento corruit, delcto vero una cum et coniunctione, quae addita ex quo vox rebus in ordinem recepta, liquide apparet. Venit senex amator ex myropolio, itaque amorem nitoribus potius quam cuivis alii rei iucundae comparari ab eo consentaneum est.

106. V. itidem ex interpretatione, quam metrum arguit: Nec potis quicquam commemorari, quod plus salis plusque leporis hodie Habeat.

107. V.: Cocos equidem nimis demiror; sed H et M: Cocos enim n. d., versui quidem longe accommodatius, modo coniunctionem nomini praeponas, quod mirati magistelli pro more suo mutavere, quae non caperent.

108. V. inconcinne: non utier. Hoc quoque interpretis.

109. V.: Nam ubi amor condimentum inerit, cuivis placiturum credo, hiante metro: nam fieri non potest, ut singulus h. l. inter meros trochaïcos veniat versus eiusmodi asynartetus, quales deinceps a versu 127. leguntur. Obtemperandum igitur veteri codici Camer. Palatinis, praeter primum a 2. m., et nostris G et M, inierit pro inerit exhibentibus (quanquam in M media i litera τῷ inierit puncto subter notatum est, ut solent inducenda), quod non versum tantummodo explet, verum etiam magis est poëticum, quia motorium. Vbi pro quo usurpari in lexicis obvia sunt

exempla, quibus addas licet illud Aul. 197: ubi hinc est homo?

113. V.: Qui postquam amo Casinam, magis etc., inconcinne quidem, sed ita tamen, ut servari possit τὸ Casinam, praesertim cum Mss. fere non praeferant postquam, sed quam, G quando, H quoniam, unde facile intelligas, compendium verbi non assecutos librarios turbasse. Id autem verbum procul dubio fuit quom. Vid. etiam infra ad 120. Legendem itaque:

Qui quom amo Casinam, magis initio munditiis
Munditiam antideo.

114. Vox unguentum non eliditur: vid. ad Amph. 541.

115. Legendum cum plerisque omnibus editoribus, rationem quidem rei non assecutis: — videor. Sed uxor etc. Sed liquescit, ut passim fieri demonstravi ad Amph. prol. 74.

117. mea amoenitas. Ita Iunt. Ald.; sed etiam vulgatum meaque am. ferri potest; non potest librorum atque ante abi, quod versum iugulat.

120. V.: Sanus, quando ted amo. Vid. supra ad 113. Codd. etiam h. l. fere: quam, Langg. clare: quom.

124 sq. Lege:

Vnde haec, amabo, unguentad olent. St. Oh, perii!
manufesto, inquam, as. ex 3 i. h.

(V. minus apte: V. hic am. G: Vnde hec, H; V. haec. Perperam autem vulgatae: unguenta adolent; melius Pall. G M et vv. edd.: u. olent; recte Lang., prout metrum rescribi iubet: unguentad olent. Vid. ad Amph. prol. 149. Vocem inquam, quae v. abest versumque iuvat nec speciem interpretamenti habet, legitur in H; qua voce a vocali litera incipiente τὸ manufesto accentum retrahit; vid. ad Asin. 143. De versuum hoc genere asynartetorum exposui ad Amph. 422.)

Miser teneor! Cesso pallio caput detergere?

126 sqq. Lege servato mihi: — myropola, haec qui mihi dedisti. Versus est t. t. Sequuntur 5 asynarteti ex illis, qui t. d. et i. d. c. continentur cum clausula, de quibus dixi ad Amph. scen. supposit. Di vostram 15 sqq. Quorum 3 primi recte, ut opinor, a me descripti, in quibus senecta ὀ..υλλάβως legendum est, sicut monui ad Amph. prol. 74, Ceulis autem metri causa posui loco vulgati incedis, quod illi saepius offecit: vid. ad Ba. 1026. G: unguentis p. v. i. i. perlitus; H: unguentis perlittus i. i., quomodo etiam, nisi quod perlitus, Mediol. Iunt., omnes inconcinne. Cetera sic legenda sunt:

Cl. Vt cito commentatus est! Ecquid te pudet? St.
Omnia, quae tu

(Iunt. Ald. Lambin. commentus; M quoque commen itus; sed nihil opus.)

Vis. Cl. Vbi in lustra iacuisti? St. Egone in lustra? Cl. Sio plus,

(iacuisti non elidendum est: vid. ad Aul. 341. Egone media porrecta pronuntiandum metri gratia, ut passim.)

Quam tu me arbitrare. St. Quid id est? t. d. claus.

132. Legendum potius:

— — — — est,

Quod tu scis? Cl. Te sene omnium senum neminem esse ignaviorem. t. t.

Senum praebuit G, quod etiam Dissaldaeo placuit. V. satis inficete: te sene o. senem nem. H.: te senem o.

136. Servato te pronomine, quod in libris est, ita legas licet:

— — — — Ohe, iam satis est! Conprime te, uxor: nimium tinnis.

137. G: aliquantulum.

139. V. C. Pall. vv. edd. et libri nostri 3 ex interpretatione: — facias potius quam a. c.? Mordicus glossema retinet tardus Pareus.

141. prius. V. inconcinne: potius, quod lectioris verbi a me positi interpretamentum.

144. V. turbatis mancisque numeris: Cui homini hodie peculi n. n. e. p. H: C. hom. hercle pec. Vtroque et τῷ hercle et τῷ hodie recipiendo vessum restituimus, cum praesertim tam similia sint haec verba, ut facile vel permutari inter se possint, vel alterum alteri officere. Infra 272: Credo hercle, hodie devotabit sortis, si attigerit. Asin. 683: Nunquam hercle hodie exorabis etc. Et sic passim.

145. Lege propius scripturam veterem:

Mirum ecastor, te senectad aetate officium tuom etc.

148 sq. Lege servato Quia praepositoque verbo graviore unico, sicut versu 150:

St. Qui, malum, homini scutigerulo dare lubet? Cl. Quia enim unico

Nos oportet opitulari filio. St. At etc.

152. V. metro impedito refragantibusque fere omnibus libris, etiam recentioribus: Tute ecastor.

Subolet; sentio. Saepius haec, tanquam ex formula, iunguntur: cf. Trin. 665, 582.

156. Bene habet vulgata lectio: Vt eam illi p., etsi ἐμφατικῶς sic legeretur, ut exarari iussimus.

159. eum. Nostri libri: illum. Correctio haec est eius, qui nesciret, quae nos ad Amph. 149

168. quoius potestas plus potest. Formula saepius recurrens: cf. Stich. 57, Truc. 712.

169. Pol. Ita Meursii codex Iunt. Ald., sed ceteri libri scripti: Pro vel Proh. Legendum censeo: Pro frugi homine te iampridem esse arbitror. Bonae est a glossatore, cuius rei metrum est indicio. Arbitror extremam syllabam licet sequente vocali porrigit: vid. ad Amph. prol. 38.

175. Lege numero meliore, adstipulantibus quidem Mss. et vv. edd.: — coelibem ted esse mavis lib. Vid. ad Amph. 355

198. Male v. libri Q. t. m. vero lib. t.? quasi libertate terreri quisquam dici possit, qui liber esse cupit, ut cupiunt servi, qualis est Olympio. Scripti, etiam nostri, atque edd. vv. fere Q. tu me (G. mea) hera l. t., V. C.: Q. t m. vera l. t., h. e., nisi fallor: Quid tu me vero a libertate territas? territas, territare cupis. Nihil clarius.

201. Vna libella. Quae deest tantum summae ad se liberandum necessariae. Similiter Nervolariae fragm. 3: Ocissume nos liberi possimus fieri.

205. V. Quid agit? sed non sic Pall. et 3 nostri et vv. edd., in quibus recte: Q. ait? Non id nunc agitur, quid rerum gesserit Cleostrata, sed quid locuta sit cum Olympione.

207. V.: Quid tu postea? valde importune illata voce postea, neque ex usu Nostri et Comicorum. Terentius Hec. 494: Quid tum postea? ubi vetus interpres: „Ἰδιωτισμὸς, quo contemnimus crimina leviora." Dixisset potius in genere leviora: nam sic res est; quanquam hac formula et similibus Quid postea? Quid tum? non extenuantes tantummodo utuntur, verum etiam ii, qui plura quaerunt. Asin. 315 sq.

Meministin', asinos Arcadicos mercatori vendere
Pellaeo atriensem nostrum? Li. Memini. Quid tum postea?

et ibidem 326 sq.:

Dico me novisse extemplo, et me eius servom praedico
Esse, et aedis demonstravi nostras. Li. Quid tum postea?

Cf. ibid 330 Poen. 351 Trin. 740. Compendium tū (tum) fefellit, sicut Asin. 748.

211. disruptam. Ita G et H. V.: diruptam, minus recte.

213 odiosa. H. e. quae odium conciliat, ut gratum dicitur, quod favorem, Rud. 1121 Terentii Eun. 345 Heaut. 210.

215. Quid elidendum: vid. ad Amph. prol. 74.

218. V.: istae; sed H: istec, prisce, quomodo etiam haec et illaec dicuntur, abiecto e finali, pro haece, illaece. Vid. Parei lexic. Plaut vv. haec et isthaec, Terent. Andr. 98, 626, Eun. 531, nosque ad Amph. 138.

219. Importunum istud Sed fraudis suspicionem afferebat. Nunc tamen totum locum non damno, sed particulam tantummodo emendandam censeo, ut reponatur: Sic tandem si tu Iupiter sis mortuos etc. Sic, eo statu, quo res sunt, cum cito moriantur humani Ioves.

221. V. C. Pal. 2. et 1. a m. 1. subveniens, eleganter: vid. ad Amph. 761. Vulgatum subveniet procul dubio ab interprete est profectum.

222. V. verbis timidioribus, ubi servum confirmare vult senex, metro autem durissimo: O. m. res t. habeat tua.

225 G: T. i. ut ne m. d.

229. G: velis.

230. sperabimus. Sic Douza Centur. Explanatt. Cas. 3 Gulielm. Quaestt in Cas. c. 4 et Gruterus, cum vulgo libri praeferant: speravimus. Futurum videtur positum pro praesenti, sicut infra 387, Pseud 676 Trin. 781, 784, 885, quomodo βυλησομαι pro βυλομαι frequentatur Graecis: vid. Hotibii Lectt. Aristoph. p. 86. V. libri, etiam H et M: speravimus; G ex interpretatione: speramus.

233. Video. Ita M; sed nec mala lectio vulgata: Vidi ego d. f. s. m. d.

239. velle. Sic recentiores, in his Acidalius et Douza, ut metrum reponi flagitat. Frustra est Gruterus cum antiquis suis libris, qui: Vellet

243 Malim nunc minore mutatione usurpataque contractione, quam prisci frequentabant: V. s. sitla atque egomet.

245. Fodico corculum. Ita [illegible]a ipsa suadente reponendum esse vidi. V. inepte [illegible]ico c. vel Eho d. c., nec melius, qui: Eo quod corculum, vel Eoque corculum etc. De frequenti E et F literarum inter se commutatione dixi ad Amph prol. 151. Ceterum pro adsultascit, quod frustra commendabat Salmasius exemplo Graecorum, πηδωσαν καρδιαν passim dicentium, ιδρωσαν nunquam, libri fere adsudassis, V. C, quanquam a manu recentiore, propius quidem verum: adsudascis

246. Haec, quae v. Cleostratae continuantur, Olympioni tribuenda esse vidit Acidalius.

Dare, παρέχειν, ut saepius apud Hunc: vid. Parei lex. Plaut. h. v.

252. M: fabulabor.

255 — 259. V. hi versus hoc ordine leguntur: Iamdudum — Huic — Per — Sed — Dicam — Gratiam —, pendente versu Huic: nam haec ut ad 251 referantur, fieri nullo modo potest. Non raro transpositos esse versus apud Comicum, monuimus ad Asin. 18 sqq. Similiter autem longiore Chalini oratione interrumpitur Olympionis infra 273. Ceterum versu 255 sunt qui reponant suo pro iure; quos merito retudit Gruterus. Versu 259 v. abest, quod probabiliter addidi, sortio, item nam. Iunt Ald. incertum qua auctoritate: T. i. e. f. u. ponam. Cl. Iam q. v.? Alii loco τῦ ponam pro arbitrio: mittam; Gruterus: utrique utrinque iam iam. Acidalius vel rescribendum censebat: utrique iam do, vel: iam danam, id quod expressit Pareus, vel latere hic arbitrabatur diribam, proprium antiquis in distributione verbum, quo simul respexerit ad tabellarum in comitiis et alias distributionem. Sed ampliat. Sane hoc longius repetitum est legendumque potius, ut edi iussi. Primum ipse sortiri voluit senex, dein leniendae invidiae causa uxori rem permittit 279.

260. V. pravo accentu τῦ Postremo: Postremo si illuc, quod volumus, ev., gaud. Sane pronomina temere nunc addi

addi nunc omitti solent a librariorum natione, ut monui ad Asin. 843. Sed quis, quaeso, Plautum et poëtas priscos sic per omnia levigaverit?

262. V.:

Vide, quid scriptum est. Ol. (abest nota in M, sicut et sequens.) Vnum. Ch. Iniquum est, quia isti prius quam mihi est.

Codd. Mss. fere: V. q. s. e. Ol. unde unicus est, quia etc.; Sarracen. et Ald.: — scriptum: unde villicus est. Deinde Sarracen., non mutata persona: q. i. p q m. es: accipe; Ald. vero: — est. Ch. quia isti etc. Iunt.: — scriptum. uide unica est. Ch. quidnam isti p. q. mihi. Langg.: unicus est, quia isto plus nunquam m. e. Pal. 3: unum unicus est. Vides, quam infirmo tibicine fulciatur istud Vnum, quod vulgatas obsidet. Non male itaque Acidalius Divv. p. 133:

Vide, quid scriptum est. Ch. enim iniquum est, quia isti priusquam mihi est;

nisi quod librorum unde, h. e. vide, ut legitur in Iuntina, negligendum non arbitror, ut quo senis cupiditas pulcre exprimatur repetito. Nam quod unum in enim mutavit Acidalius, bene fecit, idque cum in ceteris libris a simili, quae sequitur, syllaba interceptum perierit, servatum est, sed itidem corruptum, in Pal. 3. Iam autem τῷ Quidnam unius Iuntinae, quod initio quia enim fuisse videatur, repudiato et Langianorum lectione nunquam versa in nunc quam, ita potius haec restituerim:

Vide, quid scriptum est, vide! Ch. Enim iniquom est, quia isti prius nunc quam mihi est.

Quia elisa i litera pronuntiandum: vid. ad Amph. prol. 74.

264. sortis pro sors, sicùt alibi cuiatis, Sarsinatis, pro cuias, Sarsinas. Sors fere Mss. vel primitus, vel in rasura. Priscianus lib. 7. p. 751 Putsch.: „In Ors latina masculina vel feminina vel omnis generis, ut hic Mavors huius Mavortis, haec cohors huius cohortis, haec sors huius sortis; cuius nominativum protulit Plautus in Casina haec sortis: V i d e, n e q u a i l l i c a l i a i n s i t s o r t i s s u b a q u a."

266. Forte his Olympionis nomen praescribere sum oblitus: nam eum haec loqui, res ipsa docet, ut cui prior sors obtigerit. Male autem, codicibus G et M obsecutus, omisi tuum verbaque magnum malum ad sequentem personam referenda esse opinatus sum. Legendum, sicut in vulgatis, nisi quod ibi Chalino haec attribuuntur, et proxime sequentia Olympioni:

Ol. Quod bonum atque fortunatum sit mihi, tuom magnum malum.

270. Age. Sic Pall. G H et vv. edd.; V. quoque C.: Aege, quod eodem redit. Neque causa est, cur Olympioni verbo Euge, quod vulgatae praeferunt, applaudat senex, cum adhuc nihil ab isto factum sit, quamobrem applaudatur. Sed Age convenit, quo villicum tardiorem hortatur, ut festinet;

impatiens silicernium. Τῷ Cave Chalinus in ordinem cogitur, quod perperam mutabat Acidalius. Cf. 285, 295. Quae sequuntur haec Coniicite sortis nunc ïam, amabo, huc ab alia quam Stalinonis persona dici existimabam propter Eccere, quod fere in primis orationibus ponitur. Nunc absque mutatione legam:

Age! — Cave! — Coniicite sortis nunc ïam ambo huc. — Eccere,
Vxor aequa.

Ambo Pall. et initio V. C. Lene vulgatarum Amabo a vehementi senis animo abhorret. Cf. 277.

276. Male Olympioni haec continuant. Chalini esse, indicio sunt verba Quid times? quibus irridetur villicus, quia deos oraverat, ut sibi sortitio eveniret. De lineola post iam a me perscripta vid. ad Bacch. 468.

277. Τὸ Periisti villico tribuendum, sicut in V. C. Hoc Chalini convicio respondet.

281. tute. Sic G M et vv. edd., item Pareus, tanquam ex Mss. Pall. V. inconcinne: tu.

282 sq. V.:

Vtinam tua quidem, sicut Herculeis praedicant
Quondam prognatis, ista in sortiendo sors delicuerit,

altero versu manco, altero ὑπερμέτρῳ, ut facile intelligas, vocabulum ista a legitima sede aberrasse sua, in quam id postliminio reduxi. Cf. infra 427 sq. Frustra Iunt. Ald: Q. p., ita in f. f. d.

288. Cave o. m. V. inconcinne: Ne o. m. Syllaba ca- fraudi fuerit persimilis ei, quae antecedebat, nota personae, cl.

293 Patiundum est etc. Quia, ut ille ait Asin. 73, „argentum accepi; dote imperium vendidi."

296. oppugnatum. H. e. pugnis caesum, ridiculi causa, etsi recte, origine verbi a voce pugnus repetita, quomodo Mil. 792 legitur: Nae, me surdum verberabit, pro eo quod est Nae me surdum hic reddet verbis suis, quibus tam largus est. De formula cf. Aul. 405.

298. Minus bene libri: — habeo, iamdudum salit. Saepissime mixtae iam et tam particulae.

301 Absurde vulgo: Tum nos diu vivere, Olympio, Gaudeo, quasi de diu vivendo quicquam compertum habere possit senex. Τὸ demum per compendium scriptum (demū) facile degeneravit.

302. meorum. Ita Mss., usurpato singulo trochaïco t. acat., qua de re vide, quae nos ad Amph. 596. V.: meum. Vid. ad Capt. 723.

304. Libri: Scin' tu, ruri esse ad vill. etc. Vel non elidendum ruri, vel scribendum rurid; praeterea nihil mutandum. Vid. ad Amph. 341, Amph. prol. 149.

305. V. minus concinne: tamen. Vid. ad Bacch. 1135 sqq.

307. V. versu imperfecto: Nam praesente hoc plura verba non desidero. Lege:

Nam praesented hocce plura verba non desidero.

De d ephelcystico monui ad Amph. prol. 149. Hicce, Illicce, isticce veteribus usitata Vid. ad Amph 138 Duriores, ne quid gravius dicam, aliorum emendationes.

309 sq V.:

— — — — sumtifecerim
Et meis inimicis voluptatem creaverim.

Homoeoteleuton trium versuum quaesivisse videntur librarii, cum duorum tantummodo placuisset Plauto, nisi hoc modo pronuntiatum velis verbum voluptatem: v' luptatém. Peccat ita interdum Noster, fateor; sed cum longe plures apud eum reperiantur versus pulcherrimi, hoc eius famae tribuendum puto, ut, quae huiusmodi peccata corrigere est in manu nostra, ea sedulo corrigamus potius, quam pigra patientia feramus.

Et coniunctionem extremo versu itidem habes infra 346, Terentii Andr 14 etc., quo loco etiam apud Graecos *καὶ* interdum reperitur.

311 sq. Inepte legitur et distinguitur hoc modo:

Quid opus est, qui sic mortuus? equidem tamen
Sorti sum victus.

M: Q. o. e. q. s. mortuus equidem? tamen etc. Recte Acidalius, ut excudi iussi. „Quid liquidius," inquit Divv. p. 135, „quam hoc dici saltem: Nullo mihi opus est suspendio, qui quidem sic mortuus sim tamen? Haec enim mors ipsa mihi, victum esse me; villicum, imo magis senem, vicisse." Sane hoc liquidum, et cuiusvis erat, nedum Acidalii, hoc emendare. Synchysis verborum qui sic mortuus quidem tamen, etsi lenissima, vexasse videtur scribas atque editores, de qua egimus ad Amph. 373. Tamen extrema sententia positum, sicut similibus locis, quos recensui ad Amph. 386. Sorti pro sorte: vid. ad Capt. prol. 15.

316. miser. H. e. malus. Vidd. Ruhnken. Epist. crit. p. 139, nos ad Terent. Andr. 855.

319. Codd. fere: Mihi benevolenti atque ad me prodeunt. V. C mihi benevolentis, atque a me prod. Gulielmius Quaestt. in Cas. cap. 2. „Quid illud," inquit, „a t q u e a m e p r o d e u n t? an a domu mea, quam servus nullam usquam habuit? Iam si herilem intelligeret, latine dixisset: a n o b i s. Nil certius divinatione mea:

M i h i b e n i v o l e n t e s a t q u e a m e c i p r o d e u n t.

Εἰρωνικῶς servus amicos et benivolentes suos dicit herum et Olympionem conservum, qui acerrime amorem suum expugnassent. Ab antiquis ameci et amecae per E literam efferebantur, ait Festus." Sic ille, quocum sentit etiam Acidalius Divv. p. 135 sq., cum praesertim illud a me Stich 616 de cella potius ipsius servi, quam dominicis totis aedibus, sit accipiendum. Et sane quidem habet haec ratio, quo se commendet, nisi quod vix dicas, qui factum sit, ut tam perspicua depravarentur. Haec mihi cogitanti unius literulae mutatione confici res posse videbatur, ut scriberetur:

Mihi benevolentes aeque ad me prodeunt,

vel aequed, vel etiam, verbis transpositis: Mihi aeque benevolentes ad me prodeunt. Vid. ad Amph. 341 Amph. prol. 149. Prodire ad aliquem, ad forum, similiaque passim dicuntur: cf. Ba. 964, Men. 130. Literas e et t quam inter se commutari proclive sit, unusquisque videt. Itidem autem εἰρωνικῶς Chalinus sibi aeque benevolentes, h. e. aeque inimicos, dicit herum atque Olympionem. Quo nihil fingi potest aptius.

327. Recessim. G: Retrovorsum, sicut etiam Nonius et Sarracenus, procul dubio ex interpretatione. Ceterum libri: Recessim cedam ad parietem; sed Festus et Nonius v. Nepa: Recessim dabo me ad p., quam veterem scripturam et germanam esse recte censuit Gulielmius Verisimilium 2, 22. Dare pro Indere vel Mittere, et Dare se vel Edere se pro Ire seu Se conferre non semel Hic, velut, monentibus Gulielmio l. l. et Pareo in lexico Plaut., infra 771 Curc. 361 Mil. 308 Most. 677. Quibus locis addo Capt. 53 sq., 56. Late autem usus verbi Dare patuit apud priscos, velut dare se, dare ad terram, ad languorum, dare praecipitem aliquem, turbas dare, dari in conspectum, principium dare et similia leguntur apud Hunc, Afrum, Ciceronem, alios. Vidd lexicon Parei Plaut. hh. vv. et index verborum et phrasium Terentii in ed. Comici Westerhoviana vel Zeuniana vv. Do et Principium.

331. V: stimulorum loculi, quod ita explicabat Lambinus: „Ita stimulis fodi solitus, ut totum corpus eius stimulorum loculi esse videantur.“ Hoc cui placebit, ei non invidebo suum iudicium. Mihi quidem Plautus stimulorum ioculos h. l. eodem modo videtur dixisse, quo Asin. 280 virgarum lasciviam. Vocabulum ioculus Huic frequentatur.

338 V.: Quid deosculer? quae res est? vol. quae tua? Sed copula non habetur in Mss. Iunt. Ald. Ms. Meurs.: Q. deosculer te, unde Meursio Exercitatt. critt in mentem venit reponere, si quid mutandum sit: Q. deosculere? quae res? quae vol. tua? Bene, nisi quod dubium non esse poterat, quem deosculari cuperet senex. Quare distinguendum: Quid? deosculere?

340. Pessime libri: Ch. Quid amplecti licet? Sequor codd. G H et vv edd., in his Iunt.

342. V.: Effodere hercle hic volt vesicam villico, perperam correptis duabus primis syllabis τοῦ vesicam, quae longae sunt. Sentiens hoc Lambinus delebat hercle, quod quidem tam est ex usu Nostri et Comicorum, quam quod maxime. Legendum:

Credo hercle, ecfodere hic volt vesicam villico.

Credo prima sententia, ut supra 239 et inprimis Trin. 829, ubi sic:

Credo edepol, quo nox furatum veniat, speculatur loca.

368. Ineptissime vulgatae: Illa hic cubabit; vir aberit faxo domo. Si uterque vir et uxor abfuturi sunt domo,

quis, quaeso, accipiet senem amatorem cum nova nupta sua? Atqui infra 414 Stalinoni precato, ne inquisitioni sibi fuerit, Alcesimus: Vsque adero domi. Accedit manu scriptorum auctoritas, qui fere: I. h. c.; si vir ab. f. d, unde iam olim quidam apud Pareum faciebant: I. h. c.; sed vir etc., quomodo sed et si particularum compendia saepius misceri monui ad Terent. Heaut. prol 15. Ceterum libri nostri 3: Illa huc cubabit, quomodo haec et similia dicuntur in mentem esse, in lustra iacere, de quibus vid. Amph 545. G mirifice: — vir abierit foris domum. Abierit etiam V. C. plerique Pall. H M et vv. edd.

369 hoc. Libri plurimi: haec, quod heic fuisse non male coniicit Taubmannus. Sed ferendum hoc eodem sensu, ut domus vicini Alcesimi intelligatur. Vv. edd. interpretatae: id rus domus haec erit.

372. V. inconcinne: Satin' astute? Astu aggredi vel congredi, astu colere aliquid, astu providere, astu rem tractare, usitata sunt priscis, praesertim Comicis. Poen. prol. 111:

Ita docte atque astu filias quaerit suas.

Cf. Capt. 154, Epid. 534, Trin 928, Terentii Andr 180, Eun. 868.

374. Scin', quid nunc facias? Similia sunt: Scin', quid est, quod te volo? Rud. 1116, Scin' quid? eodem sensu, ibid. 677, Scin' tu? novi quid dicere parantis, ibid 294. Cf. quae nos de huiusmodi formulis Scin', quomodo? Scin', quomodo tibi res se habet? ad Amph. 200.

375. obsona. Ita V. C. Pall. 3 H a m. 1. et vv. edd., sicut passim Obsonare legitur apud Comicos, et infra 385 similiter senex: Obsonato ampliter. V. minus usitate numerisque horridioribus: Abi atque obsonia propera. Magis motoria quoque nostra lectio.

377. V. Lolligiunculas, quasi primitivum sit lolligio Lolliguncula derivatum a lolligo, sicut ratiuncula a ratio, virguncula a virgo, offensiuncula ab offensio, eamque scripturam propugnant plures Pall. nostri H et M, quorum prior lellicunculas, posterior logicunculas, et vv. edd., in his Iunt. Vidd. Camerarius ad h. l. et Priscianus lib. 5 p. 614 Putsch.

380. V: Quibus bat. t. os, s. n., quod ferri potest, si tibi elidatur: vid. ad Amph. prol. 74.

384. Licebit, quod v. abest, hiante quidem versu, legitur in Iunt. Ald. In V. C. additum erat extra lineam potero post consulere Pal. 6: Consulere, quid emam, oportet. Quem sequitur Taubmannus.

387. V.: — abeo? St. Volo. Sed Pall., 3. libri nostri et vv. edd. non Volo, sed Malo, quod i modo fuisse censeo. Vid Parei lexic. Plaut. h. v, ubi recte monet, fastidientis esse hanc formulam. Tardior autem Olympio videtur seni impatienti.

Praesens pro futuro: vid. supra ad 230.

388. possum. Ita Mss., in his G, et edd. vv. Languidius est, quod vulgatur, possim. Cf. Curc. 326.

391. noxia. Sic, metro admonitus, Camerarius. V. noxa, minus ex usu Comicorum.

396. V.: Ego nunc vicissim ut alio pacto condiam, his illata ut coniunctione, quod ferri nequit; sed fortasse in vicissim ut latet vicissatim, quo Hic non semel utitur.

397 sq. Inepte libri:

Quicquid paratum est, ut paratum ne siet,
Sietque ei paratum, quod paratum non erat.

Mss. fere: Quo id paratum etc; V. C. a m 1.: Quod id quod paratum etc; vv. edd., in his Sarracen. Mediol.: Quidquid prandii est, ut etc.; Iunt. Ald.: Sitque ei paratum etc. Vidit hic aliquid Gronovius, qui ita scripsisse Plautum existimat: Quoi quod paratum est, ut p n. f., sitque ei p., quoi p. n. e, nisi quod istud quod quo pertineat, nemo facile dixerit, nisi pro quodque seu quodcunque positum credatur, quae ratio durinscula neque ipsa vera, cum non quodcunque, sed unum, nuptiae, paratum sit seni atque Olympioni. Rectius igitur, opinor, nos: Quoi quidem paratum etc. Sitque metri causa arcessendum fuit.

399. V.:

Nunc amici anne inimici sis imago, Alcessime, mihi
Sciam: nunc etc.

quae luxata facile sanavit Acidalius Divv. p. 137. Nec tamen fortasse opus rescribi amicine: vid. ad Amph. 341.

401. V. nimium insulse: Cur autem! exime castigare etc. Libri fere Curam exime (vel eme, vel erue) cast. Bene Gulielmius Quaestt. in Cas. c. 2: Curam eximere, castigare, id ponito ad compendium. „Quod, inquit (Gulielmium audis), curam hanc et amorem verbis eximere mihi, quod me castigare fortassis cogitas, supersede opera tua. Etiam illa, quae dici solent senibus lascivis, Cano capite! aetate aliena! cui uxor sit! omitte: nam frustra omnia dicentur."

407. V. secundum edd. medias et recentiores, in his Iunt. Camerar. Lambin.: Sed facitodum memineris versus, quos cantat Colax. Mss. et vv. edd fere hoc modo: S. facitodum merui aper (Pal. 6: aperi vorsus (vel versis, ut M, vel vorsiis, ut 3 Pall., vel versis, ut G) quos cantat colas (Sarracen. et Mediol.: colax). Festus v. Sutrium: S. facito dum, merula per versus quod cantat colas. Ex hisce mirificae ortae coniecturae. Ios. Scaliger ad Festum v. Sutrium: Sed facitodum, merula parrae versus quos cantat, colas, quod miror Grutero placuisse. Acidalius, a ductibus literarum longius recedens: Sed facito dum, memineris sat, versu quod cantat Colax, in quibus cum istud sat tum inprimis vocabulum versu, per se id quidem intelligendum, vehementer frigent. Aliquanto melius Matthias Klockius I.C.: Sed facitodum, merula puero versus quos cantat, colas; colas, h. e memoria colas, memineris. Certe non solum merula, quod dilucide legitur apud Festum, sed etiam verbum pueri in depravatis codicum lectionibus latere, propterea

mihi persuadeo, quia hoc verbo addito opus est ad indicandam merulam, non feram, quae nihil docetur, sed cicurem, quales Romae in puerorum deliciis fuisse, vel ex Plinii Epist. 4, 2 constat, ut monet Klockius. Hoc autem dicere nunc arbitror Stalinonem, repudiato ex parte commento meo, etsi satis probabili, quod excudi iussi: Fac, ut, quam verbum aliquod ediscendum merula pueri, tam saepe ac studiose tecum reputes repetasque, ne obliviscaris, illud, quod cantat Colax Naevianus: Cum cibatu etc. Hanc sententiam, verissimam quidem, nisi fallor, verba ut habeant, nullo negotio sic refingenda sunt:

Sed facitodum, ut merula pueri, vorses, quod cantat Colax:
Cum etc.

Vt coniunctio a praecedente litera simili est intercepta: pueri in scripturis codicum, praesertim in illo peri Palatini sexti, facile erat deprehendere; vorses autem 3 Palatinorum et librorum a nobis inspectorum lectioni vorsis vel versis proximum est, e et i literis passim inter se permutatis; denique quod pro vulgato quos legitur apud Festum v. Sutrium. Sic igitur locum hunc restitutum puto.

408. V.:

— — — — Colax: cibo
Cum suo quiqui facito uti veniant, quasi eant Sutrium.

Sententia quidem bona et qualis hic requiritur secundum Festum l. l., sed verba nonnulla perperam immutata a descriptoribus, metrumque depravatum. Codd. fere: Cum cibo tum (vel cum; illud praeferunt Pall. M noster Sarracen. Mediol.; H et Iunt egregie: tu) quique (vel quiqui, sicut V. C. et Langg., vel quoque, h. e. quosque, ut M Sarrac. Mediol. Iunt.) facito etc. Vnde hoc faciebat, minime quidem male, Matthias Klockius:

Cum cibatu quiqui facito veniant, quasi eant Sutrium.

Sed maiorem prisci sermonis gratiam habet, quod, Monachiensem codicem et edd. Sarracen. Mediol. Iunt. secutus, reposui: quosque. Vid. ad Amph. 352. Verba Pompeii de Sutrio sic legenda sunt: „Sutrium quasi eant utique in proverbium abiit hac de causa. Gallico tumultu a Camillo quondam edictum est, legiones Sutrii ut praesto essent cum cibo suo. Quod usurpari coeptum est in iis, qui suis rebus opibusque officii quid praestarent, quibus deberent.“ Officii quid, non officii id, ut vulgo soloece legitur, qu literis a similibus quae antecedunt, -cii interceptis. Vid. etiam infra ad 449.

413. Copulam, v. desideratam, recte addidit Lambinus. Nimis pro valde, sicut passim: vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

415 sq. Non opus Hoc pronomine repetito, sed ita legendum, non eliso verbo properarem, de qua figura dixi ad Amph. 341:

Vt properarem arcessire hanc ad me vicinam meam, hoc
Erat ecastor id etc.

Arcessire, quomodo arcessiri habetur apud Caesarem De B. G. 5, 11. Vid. ad Aul. 108 sqq

418. Pronomina, quae v. absunt cum versus iniuria, leguntur in Iunt. Ald. Ceterum Camerarius: N. a. nequaquam arcessam, n e q u a ignavissimis etc. ; vv. aliquot edd., in his Iunt., sequente versu: Liberi loci potestas ne sit vetulis vervecibus; quorum neutro indigemus, τὸ sit pro modo potentiali accipientes, de quo dictum ad Aul. 42.

420. V. inconcinne: Sed eccum egred.; quanquam fieri potest, ut τὸ eccum non liquescat. Sed coniunctio eliditur. Vid. ad Amph. 341, Amph. prol. 74.

422. V.: N. e. vilis emtu'st modius, qui venit, salis, nihili sententia; cui alii aliter opitulari studuerunt, optime Acidalius ita distinguendo: Non ecastor vilis emtu'st (h. e. emtu est), modius qui venit salis, hoc sensu: non vilis, id est carus, est senex eo pretio, qui sive quo modius salis venditur, qui est vilissimus. Fortius tamen nos, codicem Meursii et Iuntinam ed. secuti, in quibus legitur vili emptus est: Non ecastor vili is emtust etc., h. e.: N. e. vili is emtus erit, si quando vendatur, praesenti vicem futuri praestante, sicut fieri monui ad Ba. 859 Epid. 49: Quid? istanc, quam emit, quanti eam emit? Th. Vili. Et sic passim. Ceterum nota mancipia ἀλώνητα ex Polluce (7, 2) Hesychio, grammaticisque et paroemiographis.

424. V. inconcinne: opinor. Opino etiam Poen. 1006 reponendum esse vidi, quod veteribus in usu fuisse docet Priscianus l. 8. pp. 797, 800 Putsch.

427 sq. V.:

Nam tuus vir me oravit, ut eam istuc ad te adiutum mitterem.
Vin' vocem? Cl. sine: nolo, si occupata est. Al. otium est.

altero versu nimio, altero deficiente. Facile autem apparet, illud eam, vel potius illam (nam sic metri gratia legendum est), a posteriore versu ad priorem aberrasse. Cf. supra 282 sq. Lambinus: sine: nolo, si illa occupata est; neque sic tamen versum expedit. II: mitteretur.

430. Libri: Non ornatis istic apud vos nuptias? quae transposui, ne corripienda esset τῦ istic syllaba posterior. Nunc potius legendum puto: Non ornatis isti apud vos etc. Isti pro istic reponendum esse Mil. 337, qui versus sic se habet:

Pa. Nempe tu istic ais esse herilem concubinam? Sc. Atque arguo —

non male arbitratur Acidalius Divv. p. 281, quanquam ibi vulgatum quoque locum suum tuetur, si τὸ Nempe pro monosyllabo habeas (vid. ad Asin. 770); sed omnem dubitationem eximunt Mil. 255, Most. 701, 1094, et inprimis Rud. 982, ubi nisi utroque loco isti pro istic rescribatur, versus ruit trochaïcus cat., qui sic legitur in vulgatis:

Istic in ista cistula insuunt, quae istic inest in vidulo.

Similiter Illi pro Illic frequentari Comicis, nemo nescit. Vid. ad Amph. 596

434. Excusari possit vulgatum hirci vel hirqui (vid. ad Amph. 510) illis, quae disputavi ad Amph. 341.

436 Non elidenda vox Flagitium, sicut raro, si usquam, eliditur in forma Flagitium hominis. Cf. nos ad Amphitruonis modo l. l., item ibid. ad 116.

437. V. ex interpretatione, versu quidem claudicante: S. u. h. a. esse: ea etc. Sensit etiam Acidalius.

439. V. altrovorsus, continue positis 7 vocibus m litera terminatis, quod vitari solet, ut monui ad Capt. 60.

446. tristem. Σεμνὸν, στυγνόν. Vid. Valck. ad Euripidis Hippol. p. 176. Cf Mil. 659.

449. qui. Ita Langg. V. C. Pall. H M: cui. Recentiores: quoi quomodo etiam infra 501 erratum est. Recte Gulielmius Quaestt. in Cas. c. 2: „Qui auferendi casus est. Stultus, inquit, amator est, qui eo die, quo ad manum amica est, in forum procedit. Nota ea permutatio C et Q literarum, quae saepe turbavit in bonis scriptoribus; cuius exemplum, quia incidit opportune, subiiciam e Statii Papinii libro 2 Silvarum. Versus in Glauciam, delicatum puerum Melioris, morte praematura extinctum, inter alios et hi sunt:

— — — — plebs cuncta (nefas) et praevia flerunt
Agmina, Flaminio quae limite Mulvius agger
Transvehit, inmeritus flammis dum tristibus infans
Traditur et gemitum formaque ac voce meretur.

Mirum vero, si mortuus et elatus puer loqui potuit: nam aliter qui mereri potuit gemitum vulgi voce, nisi loquutus sit? De forma enim alia res est, qui, in lecto collocatus et in ignem iamiam imponendus in populi conspectu, venustissima specie vel lacrimas multis haud dubie excusserit, quam praesertim nihil inmutasset morbus ut superius cecinit Papinius. Verum igitur, quod iam diu imbibi corrupta haec esse et restituenda:

— — — — gemitum formaque aevoque meretur.

Nimirum olim fuit aevoce, ea consuetudine scribendi, quam attigi. Id librarios imperitos impulit, ut porro ruerent. Coniungit eadem in eodem puero supra quoque:

— — — hinc anni stantes in limine vitae,
Hinc me forma rapit.

et non excesserat annum duodecimum." Vide, quae nos ad Amph. 510, item supra ad 408.

452. Forte excidit ego pronomen, quod libri exhibent. Legendum:

Quem ego litem h. a. p. g.

454. Edd.: R. o. p. et percontarier. Sed τὸ per-aberat a V. C. et omnibus Pall., si a 3. discesseris, item nostris H et M.

456. G M: negat. Similiter autem exanimatae dicuntur beluae, quibus animus non est, Truc. 295.

457. Fero iam librorum lectionem eccam, si non elidatur. Vid. ad Amph. 341.

461. V.: I. o. res est? quod inconcinnum, nisi legatur per contractionem: rest, quod duriusculum. Temere copula nunc addi nunc omitti solet a librariis. H.: Itane o. r. e.?

468. V.: Non matronarum est officium, sed meretricium. V. C. et Pall. 3, 4, 6: N. m. parum est off. s. m. Ceteri Pall. et nostri H et M: N. m. parum est, sed m., omisso verbo officium. Vnde non temere in suspicionem vocat τὸ officium Gruterus; sed nihilo melius est, quod substituit, hoc: N. m. verum est, s. m. Legendum haud dubie, deleto vocabulo officium: Non matronarum partum est, h. e. non ad partes matronarum pertinet. Quo facit, quod inter lineas perscriptum legebatur in Pall. 1: „parum, i. e., inquit, officium."

471. Nota illud Mi vir, blandiendi gratia iteratum. G: Pr. igitur. Cl. licet.

482. V.:

Al. Quin tu suspendis te? Nempe tute dixeras etc.

Oblitus eorum, quae dixi ad Asin. 770, alterum pronomen delevi, cum utroque servato vocabulum Nempe μονοσυλλάβως pronuntiandum esset.

485 — 492. Quin decies iteratum, sicut alibi saepius I modo, In, Opus, Neque, Profecto etc. Cf. Amph. 214 sqq. Cas. prol. 71 sq. Merc. 941 sqq. Poen. 605 sqq. Rud. 141 sqq. 1113 sqq. 1169 sqq. Trin. 549 sqq. Truc. 858 sqq.

Leguntur autem vulgo versus 489 sq. in hunc modum:

Quin etiam diu morabor, quin cupio tibi,
Quin aliquid aegre facere, quin faciam libens.

In quibus nec pes nec caput apparet, ut recte ait Douza, qui tamen sic explicat: „Quin bene est, h. e. gratulor et volupe est mihi: subaudi, te mea opera, ut praedicas, disperire. Quin etiam diu morabor, h. e. pertendam quamvis diu in hac male tibi tum dicendi tum faciendi sententia; vel potius (id quod Lambino placet): in dicti huius quasi concepti formula perseverabo: nempe ut malum exoptem tibi. Quin cupio tibi, eadem nimirum, quae prius, id est mala omnia, ut pereas scilicet. Nisi quis ad sequentia potius pertinere censeat, ut dicat Alcesimus: Quin cupio tibi aegre facere, orationis suae seriem interposito quin identidem repetito confragosam faciens de industria." Sic ille, multum moliendo nihil emoliens, dum non videt, alternandas in hisce esse duorum colloquentium personas, quomodo pridem factum in Iunt. Ald., verborum autem morabor et facere alterum pravo intellectu, alterum corruptione scripturae, laborare, ita ut vel nullo sensu vel

alienissimo dicta esse videantur. Et illa quidem Quin etiam diu morabor cum in codice Monachiensi, quem contuli, sic legerentur: Quin non etiam diu morabor, non male reponi existimabam: Quin nox et diu morabor, h. e. Q. n. et d. insaniam; quomodo Suetonius Neron. c. 33: „Nam et morari eum (Claudium imperatorem) inter homines desiisse producta prima syllaba (τὸ mōrari, a morus derivati, sicut μωραίνεσθαι a μωρός) iocabatur (Nero)." Nunc nihil in his mutandum censeo, sed accipiendum tantummodo morabor eo sensu, quem dixi, ut diu se insaniturum praedicet Stalino, nisi ancilla potiatur. Medicus ille de insano credito Men. 795:

Quin suspirabit plus sexcentos in dies.

Verbum facere quod attinet, depravatum est, in cuius locum suffeceris vel faciam, vel, quod malim, quia vulgatae vicinius lectioni, fecero.

496. V.: Abi et aliud cura, minus quidem vivide. Abest copula H. Vid. ad Capt. 356. Formula haec. Cf. Mil. 919, 924.

499. avi. Libri fere aut vel haud, sicut G noster. Eruit avi Scioppius Suspp. Lectt. 1, 11, quomodo passim i et t literae miscentur, velut etiam, opinor, in versu illo Lucilii apud Nonium v. Folliculus, qui locus sic vulgo legitur: „Folliculum Lucilius posuit pro corpore lib. XXVI:

Ego siqui sum et quo folliculo nunc sum indutus, non queo."

Ibi igitur pro siqui, quod abhorret a mente scriptoris, reponendum arbitror: sicut, ad quam faciem dicuntur ista, Sic sum, Sic sum ut vides, de quibus exposui ad Aul. 275. Est autem Lucilii versus trochaïcus t. c.

501. V. prorsus inusitate transpositis pronominibus:

Quoi sic tot amanti mihi obviam eveniant morae.

Rescribebam: Mihi quoi sic tot amanti o. e. m., quomodo Aul. 526 legitur:

Me. Ego te hodie reddam madidum, si vivo, probe,
Tibi quoi decretum est bibere aquam;

ubi videnda annotatio. Nunc vero, cum H et ed. Mediol. anni 1500 praeferre videam: Cui sic tot am. m. o. e. m., similiter h. l. erratum puto atque supra 449, corrigoque et minore mutatione et longe probabiliore:

Qua ego hunc amorem mi esse avi dicam datum,
Aut quid ego unquam erga Venerem inique fecerim,
Qui sic tot amanti mi obviam eveniant morae?

Qui, unde, quare, qua ave quove inique facto meo. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

503. V.: cor metu mortuom est. Abest copula, quam cuiusvis erat addere, a M.

505. V. factis, sed vv. quaedam edd., in his Iunt. Ald.: facta, quod praeferebant Acidalius Divinatt. p. 140 et Scioppius Suspp. Lectt. 1, 11, quanquam ille vulgatum factis nescio quo modo seorsim accipi posse sibi persuadebat pro re ipsa, sicut Poen. 176 diceretur:

Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant,

Rudente 1121:

Atque ut gratum mihi beneficium factis experiar,

Terentii Hec. 801:

Ba. Benefactum et volupe est! Pam. Factis, ut credam, facis;

Scioppius vero magis eo inclinabatur, ut reponendum putaret factu, loquendi modo protrito: mira factu. Hoc verum arbitror, accipioque cum eodem tanta mira facta pro tam mira vel tot mira facta, sicut Ba. 991 legitur, ipso monente: Sexcenta tanta reddam. Nam quod Camerarius, non admonito lectore, edidit Tanta factis modo mira miris modis etc., non est audiendus.

506. ita percita. H. e.: ita percita est. Vid. ad Amph. 168. V. metro nullo: ira percita. Non semel sic erratum: vide nos ad Capt. 773.

507. Ad exprimendam summam animi commotionem h. l. et Men. 34 versum choriambicum tetrametrum usurpavit Noster, sequentibus utrobique trochaïcis. Nam quod hi versus ipsi quoque in formam trochaïcorum trimetrorum redigi possunt, nihil ad rem, neque casu factum esse potest, ut uterque meris choriambis, ubi ab uno molosso discesseris, decurrat. Etiam apud Terentium Adelph. 4, 4, 5 sq. choriambicos tetrametros invenire sibi visus est R. Bentleius, „sed,“ inquit vir praestantissimus, „more graeco, novissimum versum alterius generis adsumentes, ut pro rhythmi ratione cum strepitu ac canore finiantur.“ Duos asynartetos, e choriambo dimetro ἰαμβίζοντι et trochaeo dim. cat. sive ithyphallico compositos, ipse reperi Curc. 96 sq.

508. V. inconcinne: exanimata. Saepius mixta Exanimus et Exanimatus.

514. Lege absque mi pronomine, quod metri causa trochaïci inculcabam:

Contine pectus! face ventulum, amabo, pallio!
as. ex t. d. et i. d. br.

Dixi de hoc metri genere ad Amphitruoni suppositae scenae Di vostram 15 – 29, supra p. 52.

516. flore Liberi. Ita reponendum esse monuit I. Lipsius Antiqq. Lectt 5, 1, ut pridem coniecerat Baptista Pius; quomodo Hic Cist. 123:

Quiaque adeo me conplevi flore Liberi,

et Ennius apud Fulgentium:

Haec anus se sauciavit flore Liberi;

similiterque flos Bacchi, flos vini (ἄνθος οἴνου), dicitur Lucretii 3, 222, Plauti Curc 96. Cf. Turnebi Adverss. 29, 34 et inttpp. ad Curculionis l. l. Vulgo: flore Libyco vel libico (nam sic fere codd. antiqui), quod „vinum est,“ inquit idem Turnebus ibidem 8, 11, „Mareoticum, literarum monumentis non incelebre; etiam versu Maronis in 2. Georgicorum (91) clarum, Mareotidibus vitibus in optimo genere numeratis. Mareotis autem Libye a Plinio lib. 5 cap. 6 recensetur, Aegypto contermina.“ Laudant alii in hanc rem etiam Horatii illa Od. 1, 37:

Mentemque lymphatam Mareotico,
quasi quisquam, nedum Lipsius, dubitaverit, fuisse vinum Mareoticum, et fuisse generosum. Sed id merito dubitamus, hic locum esse illi vino commemorando; quaerimusque, quid negotii sit cum vino exotico et caro, non divitibus Romanis, non reginae Aegypti, cui Mareotis regio contermina, sed ancillae Graece vel Italae, poscam quam nobile vinum bibere adsuetiori. Hoc consideranti pro certo sit necesse est, vocem Libyco seu libico ea quidem potestate acceptam, qua vulgo accipitur, abhorrere a mente Comici. Nec tamen diffiteor, duriusculam mihi semper visam Lipsii emendationem, ceterum aptissimam, propterea quod nemo facile exputet, quomodo factum sit, ut verbum Liberi, tam notum cuivis scribae minimeque obscurae significationis, ita corrumperetur. Fuit itaque cum reponendum arbitrarer Libico prima syllaba porrecta per iocum, quomodo supra 489 morabor a μωρὸς derivandum esse contendimus, ut verbum, Liberale sonans, eodem modo, enormi illo quidem, fictum esset, quo perenticidam finxit Plautus Epid. 340, utque in hoc parenticidam intelligi voluit ridiculi causa, ita h. l. τῷ Libico, a Liber derivando, simul vinum Libycum seu Mareoticum per irrisionem ancillae pauperculae significaverit; quo facetiarum genere abundare Plautum, non est quod pluribus demonstrem. Quanquam flos seorsim pro flore vini tam insolenter dictum esset, ut plura eius usus exempla desideraremus. Vel legendum flore Libero, h. e. flore Liberali, quomodo Romula gens pro Romulea et eiusmodi pleraque dicuntur. Verisimile enim est, inusitatius usurpatum verbum miratos librarios, ut fieri solet, mutasse, quae non caperent, cognitaque incognitis suffecisse.

517. Lege, prout in libris est:
Pa. Obtine auris, amabo! Sta. I in malam crucem!
Versus non est creticus purus, sed asynartetus, e cretico et t. h. compositus, de quo genere versuum dixi supra p. 53. Sequuntur duo cretici tetrametri.

520. dispercutiam. Verbum inauditum, sed comprobatum veteris codicis Camerar. auctoritate. Plerique alii libri, etiam nostri G et H: dispartiam vel dispertiam, h. e. dividam, dissecabo, quomodo Curc. 187 legitur: Etiam dispartimini? h. e. Etiam separamini? etiam vos missos facitis? ubi frustra trepidant lexicographi. Hoc itaque ampliandum: nam metro quidem, a nobis indicato, utraque lectio aeque convenit.

525. pessumumque. Ita codex Meursianus et vv. edd., in his Iunt. V. numero extincto: pessumum.

526. V.: ancilla, quod tuearis reponendo ancillad ad hiatum auferendum. Vid. ad Amph. prol. 149.

529. V. inconcinne: Q. e.? possum scire ego istuc ex te, quid negotii est? Vid. nos ad Asin. 843. Iuntina et Aldina absunt verba ex te, male, siquidem neque ea sunt, quae ab interprete addantur, neque de libris scriptis, quibus usi

fuerint harum editionum curatores, quidquam certi inaudivimus.

533 — 539. Lege potius:

Viro quae suo interminatur. Vitam . . . .
as. ex b. d. et i. h.

(Male vulgatae: — interminatur vitam. Vitam ad sequentia pertinet, ubi male repetitur post verbum velle. Quod priore loco delebat Acidalius, versus ratione refellitur. G: interminatur mortem.)

Sta. Quid? Pa. Ah! Sta. Quid est? Pa. Interimere ait velle.

(Monitum de hoc metro ad Amph. 422. Subinde hic recurrit. H: interimere ait te velle v. Scires, a veteri eius exemplari abfuisse h. l. vitam.)

Gladium . . . . St. Hem, gladium? quid enim gladium? a. d.

(V.: St. hem! Pa. gladium. Quod correxit Acidalius. V. quoque: quid eum gladium? minus bene, cum non de certo aliquo gladio, sed de gladio in genere, agatur

Anapaestos dimetros etiam infra 589 sq. usurpavit Plautus, ut sero inteleximus, item Aul. 104 — 107, 673 sq., 679, Pseud. 1236 sq., Stich. 34 et pro clausula anapaestorum tetrametrorum Trin. 1081. — Anapaestos tetrametros habes infra 599, ubi vide, quae monemus, Rud. 214, Stich. 294, Trin. 1079 sq. — Anapaestos Aristophaneos invenire sibi visus est Hermannus in libro De Metris Cas. 703 sqq.; sed accentuum causa, hac ratione saepius in extremas verborum syllabas incidentium, quod vitiosum, habeo potius istos versus pro asynartetis, ex trochaeo dimetro et eiusmodi anapaesto compositis, sicut contra ex anapaesto dimetro et simili, sed catalectico, trochaeo constantes reperiuntur Stich. 710 sq. — Anapaesti monometri, clausularum loco usurpati, sunt Stich. 651, 663.)

Pa. Habet. Sta. Hei misero mihi! cur eum habet?
Pa. Insectatur omnis domi per aedis, as. ex b. d. et i. h.
Nec quemquam prope ad sese sinit adire:
— — — — — — b. t.
Metu mussitant. Sta. Occidi atque interii!
as. ex b. d. et i. h.
Quid illi est obiectum malitiae repente? b. t.

Malitiae propria significatione, qua omne malum sonat, Pall. nostri G H et vv. edd.; V. C. maliciam. Recentiores ex interpretatione atque inconcinne: Q. i. obiectum est mali tam rep.?

545. Occisurum. Male V. C. et Pal. 6 a m. 2. occisu-

ram, quod miror Acidalium alteri praeferre, cuius haud dubie interpretamentum est. Vid. supra ad prol. 21; cf. 563.

547—557. Rectius haec ita describi arbitror:

Pa. Quid c. e. n. t. est? Sta. Peccavi: as. ex 2 i. h.
(Vid. ad Amph. 422.)

Illuc dicere „villicum" volebam. t. tr. br.
(Simillimus hic versus hendecasyllabo Phalaeceo. Vid. de trochaïcis trim. supra ad 66 sq.)

Pa. Sciens de via in semitam degredere. as. ex b. d. et i. h.
(h. e. sciens peccas, quomodo in simili causa supra 258 Cleostrata: Per pol saepe peccas, infra 573 Pardalisca: Saepicule peccas; quod vidit etiam Lambinus. Qui contrariam his inesse sententiam putavere, ut ex falsa via in rectam redire diceretur senius, ii reposuerunt regredere, quod praeferunt edd. principes Pall. 1, 2 G, M. Sed maius potiusque est via, minus sequiusque semita. Ennius, laudatus interpretibus ad h. l. ex Cic. De Divinat. 1:

Qui sibi semitam non sapiunt, alteris monstrant viam.

Vbi libri solita confusione: aliis monstrant viam, impingente quidem versu. Vid. ad Capt. prol. 8.)

Sta. N. m. minatur — — — — est b. t.
(G: minitatur.)

Plus quam quoiquam? Sta. Quamobrem? b. d.
Pa. Quia se des uxorem Olympioni; as. ex 2 i. h.
Neque se tuam nec se suam neque viri
Vitam sinet in crastinum protolli.
Id huc sum missa ut tibi dicerem: ab ea
Vt caveas tibi. Sta. Perii hercle ego miser,
(V. non sine versus iniuria desideratur pronomen ego, quod tanquam ex Mss. Pall. edidit Pareus, praebentque nostri codd. scripti et vv. edd., in his Iunt.)

— — — — — — — — — —

Adaeque miser! Pa. Ludo ego hunc facete? as. ex b. d. et i. h.
— — — — — — dixi. b. t.
H. a. h. dolum e. p. protulerunt;
(Sic libri. Sed Acidalius Divinatt. in Plautum pag. 141: „Sic hoc exauditur, quasi dolus ex proximo sit prolatus. Male. P r o c u d e r u n t legendum, non p r o t u l e r u n t: et voces ex p r o x u m o iungendae cum particula h a e c. Haecex proximo vicina Myrrhina est. Is Comicus sermo. Fine huius fabulae:

H a e c C a s i n a h u i u s r e p e r i e t u r f i l i a e s s e e p r o x u m o.

Dolum autem procudere nihilo minus Plautina phrasis. Pseudolo (614):

Nam hic mihi incus est: procudam ego hodie hinc multos dolos.“

Sic ille, nimis quidem basilice, nimis secure: nam quis miretur synchysin in Plauto, qua figura frequenter uti Comicum monui ad Amph. 378? Dein cur falso hic dixerit proferre dolum pro invenire dolum, recte autem Cicero et Tibullus eodem sensu proferre artem, proferre enses? Vidd. lexica. Recte procudi dicuntur doli, fateor; sed non minus recte proferri dicuntur, ut pigeat, viri interdum calidioris, auctoritate abreptum librorum omnium lectionem temere me deseruisse.)

— — — — — — — — —

— — — — — — — — —

(Malim: exquaerere. Vid. ad Amph. 28.)

— — — — — — — — —

Sed etiamne habet nunc Casina gladium? as. ex b. d. et t.

(Libri perperam iterata -et syllaba: habet et nunc. Copula abest Palatinis H M. De metro, cuius rationem minus olim perspiciens mutavi frusra, vid. ad Capt. 428 sqq.)

Pa. Habet, sed duos. Sta. Quid? duos? Pa. Altero te b. t.

Occisurum ait, altero villicum h.

(Occisurum ἀπαρέμφατον: vid. supra ad prol. 21. Ait posteriorem syllabam ante vocalem literam producit, quam figuram illustravi ad Amph. 483.)

Sta. Occissimus sum omnium, qui vivont! as ex b. d. et i. h.

Loricam induam mi: optumum esse opinor.

Quid uxor mea? non adiit atque ademit?

— — — — — — — — — — b. t.

— — — — — — — — — —

(V. inconcinne: Ni se. Non deterius foret: Nisi se, τοῦ Nisi posteriore syllaba porrecta. Vid. ad Amph. 483)

Sta. Atque ingratiis, quoi non volt, nubet hodie!

(quoi. Libri quia, ut fere Pall., quam, ut Langg., quae, ut Sarracen., quem, ut initio fortasse V. C. item M et Iunt., quam Aldus exprimit, quemquem, ut H, quoniam, ut Pal. 6. Sed procul dubio recte nescio qui apud Pareum: quoi, siquidem non omnino a nuptiis abhorrere dicitur ancilla, sed tantummodo a villici, quem illi tamen obtrusurum se minatur senex.)

Nam

Nam cur non ego id perpetrem, quod coepi, as. ex b. d. et i. h.
(G Iunt. Ald. minus pro metri ratione: occoepi.)
Vt nubat mihi? Illud quidem volebam.
Non; sed villico nostro. — — b. t.
— — — — — — — — — — —
Me uxorem orare ut exoret illam, as. ex 2 i. h.
Gladium ut ponat, et redire me intro ut liceat. Pa. Nuntiabo. t. t.
St. Et tute orato: Pa. Et ego orabo. St. At blande orato, ut soles. t. t. c.
(Fortasse et tu vulgatum ferri potest, sed non elisum, sicut ego: vid ad Amph. 341. Orato utrobique accentum retrahit, vocali litera sequente.)
Sed (audin'?) si hoc ecfexis, soleas tibi dabo i. s.
(Τὸ hoc, quod omnes libri antiqui praebent, male omissum a Gronovio atque Ernestio.)
Et anulum in digito aureum et bona plurima.
Pa. Operam dabo. Sta. Face ut inpetres. Pa. Eo nunc iam,
Nisi quidpiam remorare me. Sta. Abi et cura. i. tr. c.
Pro clausula iamborum senariorum adhibitus h. l. iambus tr. c., sicut item post iambos t. c. Truc. 107.

583. signis Codd. nostri 3 et vv. edd., in his Iunt.: signum, quasi palantes. Coquos autem dicit, quorum natio male audiebat ob furacitatem. Vid. ad Aul. 355.

586—606. Locus ex difficillimis Plauti, si varietatem atque insolentiam metrorum consideres. Quem satius fuerit ita legi:

Coc. Heia! Ol. Attat cesso magnifice patrice- as. ex 2 i. h.
que aviteque ita hero meo ire advorsum?
(aviteque. Bene sic I. Brantius apud Pareum, cum vulgo satis inepte legatur: amiceque. Coniungi solent patres et avi, similiterque maiores suos crepat villicus supra 302.
De metro dictum ad Amph. 422.)
Sta. Bone v. s. Ol. F. Sta. Q. f.? Ol. T. a; ego esurio et sitio. t. t.
(ego (ἐγὼ) non eliditur: vid. ad Amph. 341.)
Sta. Lepide excuratus incessisti hodie! as. ex 2 i h.
(τὸ hodie, quod versui necessarium est et Plauto familiare, suo loco legitur in G. In reliquis libris abberravit ad sequentem versum post Vaha.)
Ol. Vaha! Sta. Mane vero, quamquam fastidis!
(Vaha fere Pall., item II M et Mediol. Pal. 6 et G: Vah, quod idem significat, sed metro adversatur; V. C. Aha; sed fastidientis interiectio requiritur, qualis est Vaha seu Vah. Ceterum

v.: Aha hodie absque sensu. Vide nos ad versum praecedentem.)

Ol. Heu, heu, foetet tuos mihi sermo! Sta. Q: r.? Ol. H. r. St. Etiamne adstas? t. t.

(Heu, heu. Sic Pal. 1, recte. V.: ei, ei vel ey ey (vid. ad Asin. 492); G et H: hei hei, prope verum. Heu, heu, non Eheu, legendum esse, ex iis colligas, quae annotavi ad Capt. 928. Deleveram autem τὸ sermo, cum quia nimis superbe sic respondere videbatur hero servus, tum propterea ut locum haberet quaestio Stalinonis Quae res? Intelligebamque in tuos: hircus, qui exprobrari solet vel serio, vel per iocum, hominibus immundis, inprimis senibus. Cf. Merc. 565, Pseud 740, Parei lexic. Plaut. v. Hircosus senex. Sed nunc video, Quae res? solennem illam formulam esse indignantium, de qua monui ad Asin 458, et villicum nequam in responsione usurpato eodem verbo, quo alter rogaverat, irridere edentulum amatorem, quocum familiarius vivere liberiusque loqui esset solitus. Cf. Curc. 73.)

Ol. Enimvero πράγματά μοι παρέχεις! a. d.

(Vid. supra ad 535.)

Sta. Dabo μεγα κακόν, ut ego opinor, nisi resistis! t. tr.

(Vid. supra ad 67.)

Ol. Ὦ Ζεῦ, potin' a me abeas, nisi me vis vomere hodie?

Sta. Mane! Ol. Quid est? quis hic homo est? St. H. s. Ol. Q. h.? Sta. Quoius tu

(Hic homo de persona colloquente, sicut Amph. 251 Most 554 Pers. 304 Pseud. 1314. — Quoius monosyllabum. Vid. ad Aul. 243.)

Servos. Ol. Servos ego? Sta. Atque meus! Ol. Non sum ego liber?

(V. Q. t. servos es. Sed copula evertit metrum et eleganter abest: vid. ad Amph. 168.)

Memento, memento! St. M. a. a. Ol. Omitte: b. t. Servos sum tuos. St. Optume est. — Obsecro te,

(Verba Servos sum tuus Stalinoni male tribuunt recentiores, cum iis suadeat seni villicus, ut se se omittat, quia se servum eius fateatur. Quod approbans ille: Optume est, inquit, iamque deposita persona irati et ad ingenium suum rediens: Obsecro te etc. Nam eum, qui te retineat cogatque stare, simul se servum tuum dicere, nimis quam ineptum est. Posterior syllaba τοῦ Servos enclitico sequente acuitur ex regula. Molossus [Servos sum] pro baccheo adhibitus in Latino poeta Comico non offendit.

Syllaba -os in tuos vi accentus metrici extollitur.)

Olympisce mi, mi pater, mi patrone . . . .
Ol. II., s. s. Sta. T. s. e. Ol. Q. m. s. opus est t. n. t. t.
(sum non liquescit: vid. ad Amph. 541.)

Sta. Q. — — — — cocta. as. ex t. d. et i. d. c.
Sta. Ergo abeant prop. Cito introire et cito dep.!
(Verba Intro, Ego, Coenare, Sane esse, et gladium Ancilla, quae leguntur in vulgatis, a Camerario sunt addita, salvisque sententiis et metris abesse possunt Lacunae locis eorum in solo veteri codice Camer. comparuisse dicuntur; sed casu saepe factum deprehendi, ut solito largiora interstitia inter verba relinquerentur in scriptis codicibus, neque uni libro, praesertim minus correcto, qualis fuit Camerarianus ille, tantum tribuo, ut propterea ceteros omnes arbitrer defectos. Vulgo autem verba propere, cito i. e. c. dep. Olympioni assignantur, quae a sene impatiente pronuntiari, ut similia pleraque tam supra quam infra, facile apparet, ut libenter auscultaverim Helmstadiensi, notam personae Olympionis inter abeant et propere omittenti. Nam τὸ propere ad antecedentem orationem pertinere, ut non abire modo, sed propere abire iubeantur coqui, sicut statim iubentur cito introire, cito deproperare, in oculos incurrit.)

Iam intus ero. Facite coenam, mihi ut ebria sit. Lepide nitideque volo; a. t.
(Quam pulcre senis affectum versus hic exprimat anapaesticus, cuiusvis est videre. Quem non dedecet, ut sciunt metrici, proceleusmaticus [-ro facite]. Vide supra ad 555. In volo intelligendum coenare, sicut itidem in verbis Nil moror barbarico ritu versu proximo. Decent ellipses perturbatum.)

Nil moror barbarico ritu. Ol. Nae etiam i, sis. Sta. Hic ego habito. as. ex t. d. et i. d. c.
(Vulgo haec omnia seni adscribuntur, quasi scilicet vel admonendus sit Olympio, ut introeat ad coenam, qui se esurire et sitire intestinaque iamdudum inanitate sibi murmurare dicit supra 587, infra 649, vel docendus sit homo familiaris, ubi herus habitet, quo nihil fingi potest ineptius absurdiusque. Imo verba Nae etiam i, sis, villici sunt impatientis et diutius ante fores morantem dominum urgentis, ut introeat tandem coenamque apparet; sicut rursus sequente versu quaerit: Numquid est ceterum,

quod morae sit? Contra illa Hic ego habito a Stalinone cocis dicuntur δεικτικῶς. Cf. Pseud. 891. Ceterum scripti: ne etiam isis vel issis, vel ipsis, sicut G, unde [Sa]ne esse iam fecit Camerarius.)

OL. Numquid est ceterum, quod morae sit? as. ex c. d. et t.

(Monitum de huiusmodi versibus supra pag. 53. Verba c., q. m. s. invitis propemodum omnibus libris vetustis vulgo omittuntur.)

STA. Casinam habere intus aiunt, qui me atque
Ted invitet. OL. Scio. Sic sine habere.

(Scio. Vid. ad Aul. 195.)

Nugas agunt: novi malas ego illas mercis. i. tr. h.
Quin tu i modo mecum domum. STA. At pol malum metuo.

(domum non elidendum versus gratia. Vid. ad Amph. 1. Tò malum pro monosyllabo est. Vid. ad Amph. prol. 74.)

I tu modo; perspicito prius, quid intus agatur.
OL. Tam mihi quidem mea vita, quam tua tibi cara est.

(Egregie G noster: Tam mihi quidem mea vita etc. cum vulgo libri non exhibeant τὸ quidem, quod versum sarcit.)

STA. Verum i modo. OL. Si tu iubes: inibitur tecum.

Absurde edd.: Verum modo. Audiendi erant Lambinus et Acidalius. Inibitur liquescente postrema i litera legendum est: vid. ad Amph. prol. 74.

616. V: Vestitus, laute exornatusque ambulat, claudicante versu. Et sic quidem V. C.; Pall., teste Pareo:

Vestitus laute exornatusque obambulat;

quae optima lectio cum me fugisset, lauteque dedi ex Helmstadiensi codice, quo metrum quidem aeque bene restituitur; sed perstandum est in scriptura Palatinorum.

617. Ipsae. H. e dominae, Cleostrata et Myrrhina, sicut passim sonant Ipse et Ipsa. Cf. infra 637 Aul. 307 Stich. 606. V.: Illae, ubi dubium est, quae dicantur.

Ceterum haec cum truncatis extremis versibus legerentur in Mss., sic ea excudi iussit Camerarius, de se additis verbis mulieres et villico:

Illae autem in cubiculo armigerum ornant m u l i e r e s,
Quem dent pro Casina nuptum nostra v i l l i c o.

Satis probabilis haec ratio, quam insuper habuisse piget, dum simul illata Nimium lepide et Nimis lepide suspicionem interpolationis movent, quam quidem nunc suspicionem facile diluendam arbitror. Itidem frustra turbant h. l.

Angelius, Aldus, Acidalius, ex quibus hic, Iuntinam potissimum secutus:

> Quem dent pro Casina nuptum nostra; sed nimis
> Lepide huius quod futurum est dissimulant fore.
> Condigne autem nimis lepide huc conducti coqui
> Ei rei dant operam, ne coenet senex.

Pareus tanquam ex Palatinis: nostro. G: Condigne.

623. Libri vulgati: Cupiunt extrudere incoenem ex aedibus, quae versum hiantem destituere cum animadvertisset, invitis scriptis et vv. edd. edidit Camerarius: C. e. incoenatum ex aed., quomodo mox (635) legitur: incoenatum senem Foras extrudunt mulieres. Isidorus quoque in glossis: „Incoenis. Plautus: Incoenem ex aedibus.“ Langg. liber Meursii Iunt. Ald. recte, ut excudi iussimus.

625. V. inconcinne: Novi ego illas ambas estrices: c. c. etc. De omisso ego vid. nos ad Asin. 845. Ambo pro Ambae etiam alibi poëta: vid. lexica.

629. Frustra Iunt. Ald.: N. n. m. hinc et n. n. v. Tò maritum non eliditur: vid. ad Amph. 341.

637. V. minus vivide: Ego eo, q. m. i. m.
Veron'? — Serio. Formula: cf. Truc. 273.

641. Itidem ex formula haec. Cf. Truc. 840.

642. nilum. Ita Meursius in Exercc. critt., verbo Lucretiano; bene Boxhornius quoque: ne hilum. V.: nullum, quod quidem, pro nihil acceptum, non significare possit, cicut οὐδὲν, sed prorsus inusitatum est.

646 sqq. Legendum puto:

Suavi cantu concelebra omnem hanc plateam hymenaeo. t. tr.
(Sic etiam vulgatae edd. De huiusmodi trochaïcis vid. supra ad 67.)

Io, Hymen, Hymenaee! ithyph.
(Mire codd.: Meo, meio, meyo, he yo, ut G, hymen, hymenaee. Similiter Catullus carmine in nuptias Manlii Torquati et Iuliae Aurunculeiae:

> Collis o Heliconii
> Cultor, Vraniae genus,
> Qui rapis teneram ad virum
> Virginem, o Hymenaee! Hymen!
> Hymen! o Hymenaee! etc.

De metro vid. ad Ba. 1114 sq.)

Sta. Io, Hymen! Quid agis, mea salus? Ol. Esurio hercle atque adeo haud sitio. t. t.
(Male verba Io, Hymen continuantur villico, ubi mireris, ad iubilum sui soceri, comparis, commariti, prorsus obmutescere senem, tanquam alienum. Similiter peccatum infra 654. Ceterum Langg. haud spicio pro haud sitio. Qua lectione inductus videtur Palmerius ad

corrigendum auspicio. ,,Fabula," inquit, ,,de nuptiis est, in quibus omina atque auspicia contracturi captabant, si alias unquam. Nec vero nisi auspicato nubebant, aut ducebant. Itaque Olympio, qui iam uxorem duceret, se ait pro auspicio esurire, sive (ridiculum) auspicato. Et fallor, an eo sibi augurabatur perpetuam deinde cum sua uxore famem?" Sic ille, acute quidem, ut solet. Sed is, qui tantopere cavet (294, 666—669), ne mala sibi forte omina faciant alii, ut ipse sponte, vel per iocum, in pessimum omnium incurrat? Cras fortasse credam, non hodie. Bene me iudice Salmasius, quocum sentiunt Camerarius et Lambinus: ,,Nihil puto mutandum: qui valde esuriunt, non sitiunt. — Hoc certe hic vult Olympio, se tantum esurire, ut ipsi non vacet sitire. Alioquin contrarium rerum naturalium periti, nempe ieiunos citius sitire quam esurire. De quo est quaestio in Symposiacis Plutarchi lib. 6 cap. 1: ,,Τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν οἱ νηστεύοντες διψῶσι μᾶλλον, ἢ πεινῶσι." Immani igitur fama se cruciari dicit villicus et ea, quae etiam sitis sensum sibi adimat. Hoc vulgo non fieri, demus Acidalio, demus Gronovio. Quid postea? Voluit novum et insolitum dicere poëta; minimeque (pace Acidalii dixerim) audiendi Angelius et Aldus, parum ante sitio inculcantes; nec magis probandum Gronovii commentum: atque adeo au! sitio, quod perinde esse arbitratur vir optimus, ac si ille dicat: atque adeo, quod liceat dicere, sitio: nam au particulam interponi, quum aliquid dicatur, quod dici nolimus, velut apud Terentium legatur Phorm. 5, 1, 27: Quid? duasne is uxores habet? So. Au, obsecro, unam ille quidem hanc solam. In H omissum haud.)

Sta. At ego amo. Ol. At ego hercle nihil facio tibi, Amor, pericli:

(Insigne exemplum cessantis vocalium elisionis, quem locum induxi ad Amph. 541: nam hic quidem ex quatuor nulla est, quae sequente alia liquescat, sed ita scandendus versus:

At egŏ | amŏ. — At | egŏ her cle nihil|facio | tibĭ, A- | mor, pe|ri-cli|.)

Mihi iamdudum inanitate intestina murmurant. t. t. c.

650. V.: Nam quid illaec nunc tamdiu intus remoratur, quasi ob industriam? Et sic quidem Mss. Plauti: sed Festus Fragment. p. 43 ed. Dacer.: ,,Remeligines et remorae a morando dictae sunt a Plauto in Casina: Nam quid illae nunc tam diu intus remorantur remeligines?" Ad quae Dacerius: ,,Vel remeligines et remorae non sunt eiusdem originis, vel legendum remoragines, ut

Lambino placuit. Quodsi vera lectio sit remeligines, verum erit, quod sensit Scaliger, esse ab antiquo remello, quod est retardo: nam et promello, h. e. procrastino, dicebant veteres, ut suo loco dictum est. Remeligo autem et remora dicitur, quodcunque remoratur; unde piscis, qui navem retardat, remeligo et remora dictus est, ut Graecis ἐχενηὶς etc." Afranius in Prodito apud Festum ibidem:

Remeligo a Laribus missa sum, quae cursum navis cohibeam. i. t.

Lambinum igitur secutus, retraxi fugitivum remeligines, reposuique cum eodem remorantur, sicut legitur apud Pompeium. De industria mutatum hoc videtur, ex quo excidit verbum remeligines et τὸ illaec pro singulari haberi coepit; unde etiam factum, ut sequente versu scriberetur illa pro eo, quod sententia poscit, illae vel illaec, h. e. illaece. Vid ad Amph. 138.

651. illaec. V. inconcinne: illa. Abest vocula a nostris codd. et ed. Mediol. Vid. praecedens annotatio.

652. Non statim agnovi versum anacreontëum. Lege:

Quid, si etiam obfundam hymenaeum?

Offundam, etsi super u litera superscripto e, Helmstadiensis codex, quem inspexi, offendam fere ceteri Mss., etiam nostri G M, et vv. edd., in his princeps Veneta, quod primitus fuisse offundam vidit Salmasius ad Pallium Tertulliani. Ita Carmina offundere vel diffundere, Septenarios fundere, Modos effundere. Vid. Gronov. ad h. l. Similes anacreonteï leguntur infra 652, 667 sq. Curc. 120 sq. Men. 176 et inprimis Stich. 298 sqq.

654. V.: Ol. Hymen hymenaee! io hymen. Bene Iunt. Ald.: Io, Hymen etc., sicut supra 647. Neque omnia haec Olympio; sed verba Io Hymen itidem, ut l. l., tribuenda Stalinoni, villicum sic adiutante in cantando hymenaeo, quod facere se velle significat versu praecedente, fecisse, sequente. Io, Hymen basis est trochaïca, clausulae loco usurpata, sicut similis Truc. 98.

655. Pessime edd.: ego miser dirupi cantando hymenaeum: licet illo morbo, quo etc. Libri vetusti fere dirumpi utroque loco, quos recte sequitur Pareus, non improbante eos etiam Acidalio. Ista lectio, pro qua tam acriter propugnat Taubmannus, ne intelligi quidem potest, neque tanta est vel Camerarii, vel Sambuci, vel Douzae, vel cuiusvis doctissimi, auctoritas, ut propterea scriptura bona codicum negligatur, mala nullius libri antiqui obtrudatur scriptori.

660. V. C., teste Pareo: Casinus, perlepide, quasi ipse senex sentiat, cum mare sibi rem futuram. Hoc receptum in ordinem oportuit. Neque metri causa vulgata lectio iam oboluit Casina procul mutanda erat, siquidem nominis Casina syllaba postrema vi sequentium duarum consonarum producitur. Vid. ad Aul. 108 sqq.

663. V. inconcinne: atque ut potior. Abest coniunctio libris II et M.

663. V.: — sis, vincasque virum, victrixque sies, quae adeo ταυτολόγα sunt, ut simul consistere nullo modo possint. Manifestius se prodit glossema in G omissa copula: vincas virum.

Gronovius in Addendis: „In Togatis, inquit Servius ad Virg. lib. XI, victrices appellantur, quae viros extulerunt.“ Malim autem sis pro sies, ne crebrius inferantur anapaesti.

664. Tuom, vox gravis, non eliditur. Vid. ad Amph. 341.

665 sqq. Cur diu tantum? cur non semper, sicut ante precantur malae merces, ut viro semper sit superstes Casina? Hoc mecum reputanti potior iam mihi quoque videtur Gul. Canteri ratio, Novarum Lectionum 4, 6 proposita, ut huc pertinere credantur Nonio tanquam ex Mercatore laudata illa: Noctuque et diu ut viro subdolassis, h. e. N. e. d. u. v. subdola sis. Legam itaque:

Noctuque et diu ut viro subdola sis, obsecro, memento. as. ex 3 i. h.

(diu μονοσυλλάβως pronuntiandum, sicut Malo sequente versu: vid. ad Amph. prol. 74. De metro dixi ibid. ad 422.)

Ol. Malo maxumo suo hercle eloco, ubi tantulum peccassit!

(Vox Malo, a Camerario addita, metro pulcre confirmatur, sicut et ab eodem profectum Tace sequente versu.)

Sta. Tace. Ol. Non taceo! Sta. Quae res? an.
Ol. Malae malae male monstrant.

V. inconcinne: Mala malae m. m., quod vix intelligas. De metro monui supra ad 652.

668. Camerarius:

Perii istae facient hanc rem m. e. p. i.

cum satis esset facient inculcasse ad sarciendum versum bacchiacum, quem prodebant et reliquae versus voces et sequens similis. Sed eos quidem non agnoverat optimus Ioachimus.

670. quando. II: quoniam. Compendium fraudi fuit.

671. V. putide interpretantes et versu nullo:

— — — — Ol. Date ergo (G: igitur), daturae
Si unquam estis hodie uxorem.

Sed malim nunc verbis non transpositis:

Date ergo, daturae sid unquam estis hodie.

Vid. ad Amph. prol. 149, ibique inprimis a Lipsio mutuata.

673 sqq. Satius fuerit haec ita legi ac distingui:

II. i. Sta. Sic futurum est. Valete.

(Nota personae se. [senex: nam sic fere Stalino designatur in codd.] offecisse videtur τῷ Sic persimili, quod sequebatur.)

Itin'? An. Iam valete. b. t.
(V. inconcinne: Ite.)

Sta. Iamne abscessit uxor? Ol. Domi est: ne time.
Sta. Euax, b. t.

— — — — — — — — — —

(Verculum. Similiter Dinarchus Truc, 324 sq.:
Ver vide!
Vt tota floret! ut olet! ut nitide nitet!
V. autem pro melculum legitur absque analogia melliculum, et corruptius etiam in scriptis melliocülum (M et Pal. 1), meliorculum (Pal. 2), mel vermiculum (Pal. 3) etc. Priscianus lib. 5. p. 610 Putsch.: „Neutrorum sunt formae hae: culum, ulum sine c, olum, ellum, illum cum x et sine eo, ullum, ut corpusculum, corculum. Plautus in Casina: Meum corculum, melculum, verculum.")

Ol. Heus tu, malo, si sapis, cavebis: as. ex 2 i. h.
(De metro vid. ad Amph. 422.)

Mea est haec. Sta. Scio; sed meus fructus prior est.
Ol. Ten' lampadam hanc? Sta. Imo ego iam tenebo.
(iam libri vetusti, tam scripti quam excusi, vel hanc, ut H et Pal. 1 a recenti manu, vel eam, ut Pal. 6, nullus, quod sciam, illam, quod Camerarius induxit, superfluum id quidem et ab interprete, ni fallor, additum, quod etiam metro minus congruit. G excluso verbo medio: ego tenebo.

Ceterum v.: lampadem; sed Priscianus lib. 7. p. 758 Putsch.: „In graecis," inquit, „frequenter invenimus auctores, tam in hac [tertia] quam in aliis declinationibus, graecos plerumque servantes accusativos, ut Titana, Sirena, thoraca, lampada, pro Titanem, Sirenem, thoracem, lampadem; quamvis Plautus hanc lampadam dixit in Casina: Tene lampadam. Imo ego hanc tenebo." Lampada pro lampas item Noster Condalii fragm. 1. Manilius quoque: vidd. lexica.

Tenere inter verba nupta: vid. Parei lexicon Plaut. h. v.)

Venus multipotens, bonam mihi vitam
Dedisti, quom huius copiam dedisti!
(V. minus concinne, seu metrum seu verba consideres: Ded., huius cum copiam mihi fecisti. Pronomen cuiusvis erat addere, et elegantius abest, quam adest. Dedisti pro fecisti omnes Pall. [certe sic nihil monito lectore Pareus edidit], item noster H et vv. edd., in his Iunt.; sed Langg.: fecisti, ex interpretatione, ut videtur.)

Corpusculum mellitulum! — Ol. Heia, uxorcula! i. s.

(Sene ad Casinam supposititiam alludente, Olympio quoque sperata sua frui aliqui cupit; quam lascivius contrectans, pedem pede haud leniter sibi pressum sentit, itaque exclamat: Heia, uxorcula! Eia pro vulgato mea Iunt. et Ald. *Tῷ* eia (vid. ad Asin. 24) in praecedens adhaeserit, indeque mea fuerit conflatum. Certe tale quid passum hominem queri convenit, uxorique creditae feritatem suam exprobrare, quomodo statim simili de causa silicernium: Hei misero mihi! et eiusmodi aliquid accidisse verbumque propterea iecisse Olympionem, indicio sunt cum vehementius metri genus, quod ibi usurpatur, bacchiacum, tum senis quaestio: Quid est? qua novi quid factum esse indicatur. Cf. 682.

V. quoque Corp. melliculum, quod quid sibi velit, nemo dixerit; nec nisi casu factum est, ut haec lectio servaretur in nostra editione, cum Camerarii mellitulum expressum vellem. In usu sunt aptaque huic loco Mellitus et Mellitulus. Apuleius Met. 3 fere medio: „Mea mellitula!“ quem prisca sectari constat. Vicinae t et c literae in scriptis.)

Sta. Quid est? Ol. Institit plantam. Sta. Quasi iocabo. — b. t.

(Quasi priore longa: vid. ad Capt. 956.)

Nebula haud est mollis atque huius est . . . . as. c. ex 2 i. h.

(De metro monui ad Amph. 422.)

Edepol papillam bellulam! — Hei misero mihi! i. s.

Ol. Quid est? Sta. Mihi pectus angit haec cubito nunc. Ol. Quid tu ergo as. ex 2 an.

(Egregie G meus: angit, cum v. legatur agit, quod aegre explices. Idem liber *τὸ* haec exhibet, quod non spernendum duxi, cum frequenter uti pronominibus Hic soleat. H quoque: pectus mihi hic agit nuno cubito. Male autem vulgatae verba Edepol etc. et Pectus etc. Olympioni tribuunt, cum in eo consistat lusus hic Comicus, ut simili modo uterque amator accipiatur a puella credita. Sed omnino turbatum h. l. in personarum notis. De metro vid. ad Amph. scen. Di vostram 16—18.)

Hanc, quaeso, tractas tam? At mihi, qui belle hanc tracto, non . . . . gall.

(Vid. ad Amphitruonis modo l. l.)

Vaha! Sta. Quid negoti est? Ol. Obsecro, ut valentula est! i. s.

Pene exposivit cubito. Sta. Cubitum ergo ire volt.
(exposivit V. C.; ceteri libri fere exposuit, H excussit, utrumque ex interpretatione.)
Quin imus ergo belle, bella tu mea?

Verba Quin imus etc. vulgo tribuuntur Olympioni; sed magis decent cupidiorem senem, cum praesertim is de Casina supposititia dixerit, cubitum ire velle. Pro belle, bella tu mea vulgo legitur insulse: bella bellatula, et in editionibus vett.: bella bellatura. Quod dedimus nos, est a Douza Centur., ubi locum hunc expendit, qui similiter Asin. 655 dictum monet: I sane, bella, belle; et Curc. 516: Sequere istum, bella, belle; Rud. vero 567 in re parissima: Item tibi aquam, mea tu bella. Quicum sentit Acidalius, et sane tumea continue scriptum facile degenerare potuit in tūea, tuea, tura vel tula. Aliorum commenta minus sunt probabilia, neque vel accipiendum mulier, quod versui additum legitur in Pall. 1. 2. G, vel nomen Casina, iisdem positum in cod. Meurs. Iunt. Ald., ut quae ab interpretibus haud dubie sint profecta.

690. V. reliquom. Lege reliqüom τετρασυλλάβως, etsi minus recto accentu vocis, quo offensus relictum dedi, dum obliviscor, dormitare interdum bonum Plautum. Vid. ad Amph. 203

Reliqua huius scenae v. sic leguntur:

— — — — — — — opinor.
Lubet Chalinum, quid agat, scire, novom
Nuptum cum novo marito, nec fallaciam
Astutiorem ullus fecit poëta, atque
Vt haec est fabre facta a nobis. obtunso
Ore nunc pervelim progrediri senem,
Quo senex nequior nullus vivit. ne illum
Quidem nequiorem arbitror esse, qui locum
Praebet illi * * nunc praesidem * * hic, Pardalisca
Esto: qui hinc exeat, eum ut ludibrio habeas.
Pa. Lubens fecero et solens. Mv. Spectato hinc omnia,
Intus quid agant. Pa. * * pone me, amabo.
Mv. Et illi audacius licet quaevis libere
Proloqui. Pa. tace: nostra foris crepuit.

In quibus id statim apparere puto, loco suo mota esse verba Lubet Chalinum — facta a nobis: si quidem, quae se multum risisse dixit, si eadem se cupere diceret scire, quid ageret Chalinus cum Olympione, scripsisset procul dubio poëta: Sed lubet vel Sed tamen lubet, Chalinum etc. (h. e.: Etsi iam satis risi, tamen etiam lubet scire, quid nunc intus geratur negotii; verum appone haec, non Myrrhinae extremae, in qua opinione olim fui, sed Pardaliscae primae orationi, et optime cohaerebunt, ut propterea se exiisse dicat ancilla ludos visere nuptiales, quia lubeat scire, quid agat cum villico homo eiusmodi ludorum tam callidus, quam est Chalinus; ineptiusque etiam eo loco, ubi vulgo, leguntur verba nec fallaciam — a nobis, cum mulier, quisquis haec

loquitur, de rebus iam futuris intus dicere inceperit, statimque nullo facto transitu dicere pergat de fallacia a poëta seque dudum instituta, h. e. de Chalino pro Casina supposito; quae inculcanda sunt post opinor, ut tantum risisse se dicat Myrrhina, quia nunquam astutiorem fallaciam conspexerit. Haec igitur satis probabiliter a me disputata arbitror, itaque principium scenae nunc ita lectum velim:

PA. Acceptae bene et commode eximus intus b. t.
Ludos visere hic in via nuptialis:
Lubet scire, quid agat, Chalinum, novom nuptum,
(novom μονοσυλλάβως legendum, elisa u litera: vid. ad Amph. prol. 90.)
Novo cum marito. b. t. claus.
Mv. Nunquam ecastor ullo die risi adaeque,
Neque hoc, quod reliqüom est, plus risuram opinor,
Nec fallaciam astutiorem ullus fecit
Poëta, atque ut haec est fabre facta a nobis.

Reliqua, quae prorsus inconcinna iacent in vulgatis, sic legere atque digerere nunc placet:

Obtunso — — — — b. t.
Senem, — — — —
Ne illum — — — —
Locum praebet illi. b. d. claus.
Nunc praesidium hic esto, qui istinc exeat, eum uti ludibrio habeas, t. t.
(V. inconcinne: hinc, quod nec recte τῷ hic opponitur. Τὸ praesidem corruptum esse, nemo inficias ibit, spero.)
Pardalisca. PA. Fecero lubens et solens. Mv. Spectato hinc omnia.
(Omnia prima syllaba brevi, sicut passim, velut Aul. 557 Cist. 6. Mil. 55 Poen. 910 Terent. Andr. 363, 664, Hec. 310. Virgilius Aen. 6, 33:
Bis patriae cecidere manus. Quin protinus omnia
Perlegerent oculis.
Alioqui vox non congrueret ad versum.)
Intus, quid agant, et mone med, amabo. Et licet audacius t. t. c.
(V.: — agant. PA. * * pone me etc. Sed Langiani: mone me, rectissime; H et M: one me. Lacunae saepe casu ortae in codicibus, cum longiorem vocem in novum versum transferre quam in duos dividere mallent librarii, aliisque de causis, quas commemorare longum est; velut h. l. lacunae nullae comparent in H, in V. autem C et G spatium versus dimidii relictum post solens.
Et licet pro et quidem licet, sicut passim

usurpatur haec coniunctio: vid. Horat. Tursell. h. v. §. 25.)

Quaevis libere illi proloqui. Pa. Tace: crepuit foris.

Crepuit foris, non foris crepuit, G. Tritum ordinem verborum, more suo, sectati sunt scribae. Ceterum pro vulgato vostra idem codex et H, V. quoque C. Camerarii: nostra. Vtrumque falsum arguit versus, mireque languet vostra, cum prope ianuam Myrrhinae stet ancilla nec procul absit Myrrhina, ut putidum sit indicare, quam forem dicat, nisi si aliam, quam ipsam illam, ad quam accessit.

703—707. Anapaestos Aristophaneos h. l. invenire sibi visus est G. Hermannus De Metris p. 306, et sane speciem eorum habent hi versus, nisi quod vocum fugiam, lateam, flagitio, insipiens, facio, denique Operam accentus perversi (fugiám, lateám, flágitió, ínsipiéns, fació, Operám, pro fúgiam, láteam, flagítio, insípiens, fácio, Óperam) suspicionem iniiciunt, habendos potius esse hos versiculos pro asynartetis, ex trochaïco dimetro et anapaestico simili, sed catalecto, compositis; praesertim cum eiusmodi plenos repererim Rud. 823 sq. diversaque ratione ex anapaestico dimetro et troch. dim. cat conflati habeantur Stich. 710 sq., unde eiusmodi metrorum compositionibus haud abstinuisse Plautum intelligitur, sicut in genere versibus asynartetis pullulat hic Comicus.

Ceterum v. versu 703 legitur metro impedito: neque hoc dedecus q. c. Abesse potest pronomen, et ab interprete videtur profectum esse. Versu sequente plerique Pall. et 3 nostri pro herus mire: fraus. Ortum hoc puto ex FRVS pro ERVS forte scripto, sicut E et F literae permutari solent: vid. ad Asin. 530 Cas. 245. Plene autem distingue versu extremo, siquidem sequens Ita pro Itaque positum est: vid. ad Cist. 393—395. Versu 705 vulgo legitur item scabris numeris: atque ita inridiculum s. a. Pal. 2 et H: a. i. ridiculo s. a. Versu horum postremo v. legitur percipere, sed in H M et edd. Mediol. Iunt: accipere, quod versui paulo melius convenit, quem additis verbis hanc rem non male explet l. l. G. Hermannus.

708. turbavi. V. C. tantum tu . . . . , Pall. et nostri G H, item vv. edd., in his H: tuli, quod recipiendum duxi, cum praesertim metrum hoc versu mutari videretur et ad trochaïcos transire. Malim autem nunc servato verborum ordine, qui est in vulgatis:

Ita ridicula, auditu, iteratud ea sunt, quae ego intus tuli. t. t. c.

Quae ictum excipiens non eliditur: vid. ad Amph. 149.

In sequentibus varias codicum lectiones omnes et quicquid diversi praebent a vulgatis libris, commemorare Herculeus labor est. Potiora tantummodo hic annotabuntur, eaque inprimis, quae in tribus scriptis illis, quorum usus mihi permissus fuit, observavi.

Versu igitur 709 G quoque et M et Mediol.: intro, sicut V. C., non intus, quod arcessitum ex Mss Vaticanis. H quoque: inito. Nuptam abest nostris, neque id in suis invenisse videtur Salmasius ad h. l.

710—713. Haec ex 7 Mss. Pall. ita se restituisse gloriatur bonus Pareus, cum antea omnia fuerint luxata:

— — — — — — tanquam nox.
Conloco, fulcio, mollio, ut prior quam senex apte decumbam.
Tardus esse etc.

Contra verba Conloco fulcio mollio post . . . nex apte decumbam posita in V. C. et edd. primis, auctor est Taubmannus. In Langg. omissa illa: Senex apte vel abs te, ut v. legitur, et pro decumbam iidem libri: decumbe, addito inquam, M ad te decumbere, V. C decumbe in, H adcumbem etc. Malim equidem nunc: [ut] senex ab se decumberet, h. e. ab ea, Casina: vid. supra ad 91.

Legam autem nunc postrema hoc modo:
Conloco, fulcio, mollio senex ab se decumberet
Vt prior quam senex nupt
Tardus etc.

714. Ms. 2 Bartholi Schobingeri I. Cti apud Pareum: R. i. adsitne senex.

715. Pareus:

— — — — adsitne senex: primus capiat
Inlecebram stupri.

,,Ita," inquit, ,,diserte Pall. 2 et 4 in glossa; caeteri prius. Sed in V. C. nihil tale visitur."

716. nec quietem. Langg.: neque etiam; V. C. et Mediol.: neque enim.

718. V. C. Langg. Pall. 3 G et vv. edd.: opprimeret. Putide autem vulgatae: ne senex me opprimat.

720. ordine. V. C. et Langg.: in ordinem.

721. V.: Fateri ergo aequom est. Quid etc. Sed G: Fateri necessum est ergo actutum est. Actutum pro aequum etiam Pal. 1, ceteri fere actum, quod aecum, h. e. aecuum fuisse puto: vid. supra ad. 449.

722. Tò Casina abest H, neque verba dicere me comparebant in Langianis. Interrumpitur villici oratio: Pudet, pudet hercle.

724. Vt eam occlusisti, inde. V.: Postquam decubuisti, hinc de; sed G: Vt cum occlusisti, inde; inde pro hinc de etiam H et Mediol., et facile quidem persuadeor, ab hinde pro inde perperam exarato nihili istorum hinc de ortum esse repetendum. Vid. ad Asin. 24. Quanquam neque eorum ratio vituperanda est, qui dicant, te pro de legendum esse, sicut passim t et d literas inter se permutatas constat. Quam viam ipse quidem nunc insistam, totumque locum sic constituam:

Mv. Agedum, tute adi hunc, Cleostrata. Cl. Obsecro, ubi tua nova nupta est? t. t.

(Circa nomina personarum saepe erratum esse in codd., monui ad Amph. 436.)

Ol. Perii hercle ego! manufesta res est! Cl. Omnem ex ordine rem fateri

Ergo aequom est. Quid intus agitur? quid agit Casina? satin' morigera est?

Ol. Pudet .... Cl. Memora, ut occeperas. Ol. Pudet hercule. Cl. Age, age audacter. i. t. c.

(Vulgatum ordine post Memora ex versu 720 videtur repetitum. Age semel scripsere monachi, more suo in iterandis.)

Postquam decubuisti, hinc volo memorare te, ut est factum.

(ut est factum pro vulgato quid est factum G. Idem: memorari.)

Ol. Nam flagitium est. Cl. Cavebunt, qui audierint, faciant. Ol. Ac magnum est. t. t.

Ac magnum est, h. e. Ac magnum quidem est flagitium. Infra 756 maximum id dicit senex. Codd. fere: Hoc (hoe, ohe, oh) magnus (vel magnum, ut G M et Mediol.) est. Pro Ac scriptum Hac, deinde Hoc. Vid. ad Asin. 24. V.: At flag. est; sed At exulat a codicibus, cuius loco Nam praebet M, quod elegantissimum. Flagitium non eliditur. Porro faciant libri, ubi ab uno, Pal 2., discesseris, quod in faciam temere mutavit Scioppius Suspp. Lectt. 1, 11. Langg.: Ol. Flagitium audierint, fac hoc Sta. primum perdis. quin tu pergis? Ol. papae. St. quid babe, quid papae? Ol. flagitium oh erat maxumum.

727. Pro us H: Aus. An hoc compendium verbi Animus?

728. V.: quid. Ol. Babae. Cl. Quid? Ol. Papae. Sed G H utroque loco Papae, quod melius altero affectui convenit Olympionis, siquidem Babae admirantis est approbantisque, ut videre est Pers. 794 Pseud. 357; contra Papae merae admirationis est, teste Prisciano l. 15 p. 1024 Putsch. Vide loca suggesta a Pareo in lexico Plaut. h. v., quibus addas licet Terent. Eun. 181. Quanquam haec miscentur, sicut facile approbationem inveniunt, quae admiramur; unde est, quod exclamat parasitus Eun. 365 sq.:

Pulcre mehercle dictum et sapienter! papae,
Iugularas hominem!

Et similiter Babae et Papae iunguntur Stich. 742.

729. Tò quid suppeditavit G: nam vulgo abest.

730. Tò gladium praebuere Langg. et G, in quo praeterea inter verba haberet et metui haec leguntur: non calumniam. Correxerim:

Gladium haberetne an columnam, metui: occepi id quaerere. t. t. c.

Quam columnam dicat pessimus homo, disce ex Martialis Epigr. 6, 49, 3.

736 sq. Coniungi haec possunt in asynartetum ex trochaeo d. et iambo d. c. constantam.

739. Verbum nunc, quo vulgati libri carent, legitur ante immerito in Iunt. Ald.; Sarracen. quoque et Mediol. anni 1500: hercle nunc erit immer.

747. Verba dum quaero in solo G reperi.

748. V.: I. q. s. l. m. c. b., qui versus est asynartetus, ex 2 anacr. compositus.

749. V. ex interpretatione: pectus mihi p. p.

751. proficiscor. V. C. et Pall. preficiens, proficiens, proficiscens; Langg. proficiens; nostri proficiscens, recte. Lege:

Inde foras tacitus proficiscens hoc ornatu, quo vides, t. t. c.
Exeo: ut senex hoc eodem poclo biberet, quo ego bibi.
Cl. Optume est. Sed ubi palliolum? Ol. Hic intus reliqui. Cl. Quid? satin'
Lepide adita est vobis manus? Ol. Merito. Sed concrepuerunt fores.

V. inconcinne: Sed ubi est palliolum tuum? Est non legitur in G. Eodem nomine reprehendenda vulgatarum lectio Quid nunc? Bene H noster: Quid? satin' etc. Noster Amph. 494:

Quid? me expectatum non rere amicae venturum meae?

Et Aul. 247:

Quid? hic non poterat de suo
Senex obsonari filiai in nuptiis?

Terentius Eun. 369:

Quid? illud, Gnatho,
Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio,
Nunquam tibi dixi?

Et Phorm. 529:

Quid? qua profectus causa hinc es Lemnum, Chreme,
Adduxtin' tecum filiam?

Quomodo Graeci suum τί δαί; usurpant. — Pro Sed concr. for. vulgo libri: St, conc. f. Sequimur nos V. C. G H et vv. edd., in his Iunt., adstipulatoremque habemus Acidalium.

756—761. Lege:

Maxumo ego ardeo flagitio, nec quid agam scio meis rebus, t. t.
Nec, meam ut uxorem adspiciam contra oculis: ita disperii.
Omnia palam sunt probra! omnimodis occidi miser: ita manufesto
Faucibus teneor, nec quibus modis purgem scio meae med uxori,
Qui exspoliatus sum miser! t. d. c.

Proceleusmatici (Omnia pa-, ita manu-) nusquam dedecent trochaïcos, decent in affectibus vehementioribus, qualis est h. l. senis. Lucretianum omnimodis, non eius glossema,

sema, quod vulgatas obsidet, omnibus modis, requirebat metrum. Vid. ad Bacch. 350. Eodem argumento vulgatae lectioni expalliatus, quod verbi alibi nusquam visitur, Palatini primi et editionum quarundam principum, in his Mediolanensis, exspoliatus sufficiendam esse vidi, cum praesertim non pallium modo sed etiam baculum, praecipuum insigne senum (vid. 778, 802), amiserit pessimus Stalino. Tò meam versu 757 non eliditur et ibidem ita posteriorem syllabam porrectam habst: vid. ad Amph. 341 et 475. Versus Qui exspol. ex eiusmodi clausulis videtur esse, de quibus dixi ad Ba. 1114 sq.

762. Verbum palam, quod vulgo desideratur, offerebant Langg.

765. dux. G: dixit.

766. Pal. 1: nam.

767. II: velit viam fugere p. m.

768. Langianis abest ut.

769. Similiter Terentius Phorm. 1, 2, 26: Scapulas perdidi, et Noster Epid. 88: Corium perdidi.

770. V.: — tamen, Etsi etc. Antiquum adverbium postliminio reduxit I. Gulielmius Quaestt. in Cas. c. 3. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Tamenetsi.

771. V. inepte: hac dabo protinam et fugiam. Saltem scripsissent: hac dabo protinam me et f., ut legitur Curc. 361 et fragm. Astrabae 4. Sequor Douzam. Vidd. lexica. V. quoque: Ol. heus, Stalino: sed Langg.: h. sta loco, unde nostrum eruit Gulielmius Verisimm. 2, 22. Terentius Phorm. 1, 4, 17: Revocemus hominem. An. Sta eloco. V. C.: heus, stalicio; Pall. et M: h., talicio.

775. Haec inter et sequentia duo tantum versus et dimidius deerant in G, nullus in II, ut in talibus differunt libri scripti, quae raro annoto.

776 Minis acerrimis acceptus a Chalino senex, cum ad eum adire instituisset, pedem refert et „Hac ibo," inquit: „caninam scaevam spero meliorem fore;" h. e. adibo mulieres, quae pervulgato convicio, a Graecis accepto, canes audiunt ob crebra litigia, quibus vexant viros. Hic supra 202 sqq.:

> Sta. Quid istuc est? quicum litigas, Olympio?
> Ol. Cum eadem, qua tu semper. Sta. Cum uxoren' mea?
> Ol. Quam tu mi uxorem? Quasi venator tu quidem es:
> Dies ac noctis cum cane aetatem exigis.

Et Men. 621 sqq.:

> Me. Non tu scis, mulier, Hecubam quapropter canem
> Graii esse praedicabant? Mu. Non equidem scio.
> Me. Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis:
> Omni mala ingerebat, quemquem adspexerat;
> Itaque adeo iure coepta appellari est canes.

Verba igitur servuli, obviam facti, „Periisti hercle" abominatus senex, mulierumque occursum meliora sibi portendere arbitratus, eas potius adit, a quibus tamen aeque male accipitur. Interpretes hic talpa coeciores.

780 V. ellipsi inaudita: In malam crucem. I literam, more suo, non iterarunt librarii.

782. Putide libri metroque nullo:

STA. Bacchae ergo hercle, uxor. Bacchae, Bacchae hercle, uxor.

AN. Nugatur sciens: nam etc.

784. V. depravate: Quid Bacchae? in id fieri non potest. Et inid quidem V. C. et G meus; ceteri libri fere, exclusa inutili visa praepositione: Q., B.? id f. n. p. Ortum inid ex enīid (h. e. enim id), eniid, enid. Bacchae posterius et enim ἀνεκθλίπτως pronuntianda, ut numeri constent: vid. ad Amph 341.

785. V. itidem corrupte: nam pa**. Langg.: nam palam est, quod etiam in annotatione ad h. l. praefert Taubmannus, Pareus vero cum in nullo Ms. sic legi autumat, fugit eum ratio.

788. Male edd.: — illius. Te quidem etc. Dicit irridens mulier, illius quidem, h. e. Olympionis, causa (nam verbum causa ex antecedentibus intelligendum) te oppressisset. Dicit autem haec Casinae, personae mutae. Verba Tui amoris causa istuc feci ego, quomodo legendum arbitror, Stalinoni tribuuntur in libris omnibus; recte; id quod indicare obliti sunt operae.

789. Dicta, h. e. res, vel facta. Vidd. inttpp. ad h. l., item Parei lexic. Plaut. vv. Dicta et Fabula.

795. Libri: Ne ut eam amasso, bene Ne pro Nedum, quod, Taubmanno obsecutus, perperam arcessivi, dum metro timeo; minus bene eam, quod et facile eleganterque intelligitur, et inculcatum videtur a metricis, Ne monosyllabum sub ictu positum non liquescere nescientibus. Legam igitur: Ne ut amasso, h. e. Nedum ut am. Vid. Parei lexic. v. Ne.

796. Cf. Asin. 842 nosque ad eum locum.

797. ecastōr: vid. ad Amph. prol. 38. V. inconcinne: Censeo etc. veniam hanc dandam. CL. fac. ut (Pareus et Taubm. tanquam ex Mss.: uti, quod versui melius congruit; quamquam etiam ut ferri potest, ubi non eliseris τὸ faciam) iubes; nec melius rem gessit Lambinus, pro arbitrio reponens: Censeo ecastor, veniam hanc esse huic dandam

802. Absurde edd. CHAL. Tene. ST. lubet. Lectio scriptorum Tene si lubet forte in Tene se lubet mutata, sicut passim e et i literae miscentur, locum graviori depravationi dedit, cum se pro nota personae (se. h. e. senex) haberetur. Certe per se intelligitur, seni libere scipionem suum et pallium recipere. Sis, Si vis, Si lubet, Vbi lubet imperativis addi solent: vid. ad Capt. 64.

ANNOTATIONES IN CISTELLARIAM.

ARGVMENTVM.

V. 3. V. numero durissimo vel potius nullo: Sicyonia aeque parit. Langg.: Sycio neque, in quo verum deprehendere mihi videbar: Sicyonia quā, h. e. Sicyonia quam, eoque in ordinem recepto levius, quam vulgo fit, distinxi post puellam.

4. V. inconcinne: Tollit atque exp.

7. V.: Lemnique natam despondit adol., ut intelligatur ex antecedentibus: Lemnius. Verum id ipsum loco τȣ Lemno vulgati versu 6. praeferunt edd. Iunt. Ald., quod non spernendum duxi, cum praesertim dubium esse non possit, utram ille filiam desponderit, qui de Sicyonia nihil tum inaudivisset. Si quis tamen receptam lectionem potiorem iudicabit, non repugnabo. Despondit versui refragatur. M: despondet.

10. Tὸ hanc itidem arcessivi ex Iunt. et Ald., ne civis Lemnia intelligeretur.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 4. V. corrupto numero bacchiaco: potueris. Pall. 3 H et vv. edd.: potueritis, quod ferri potest; verum elegantius est, quod ex membranis Langianis recepi, potueratis, dictum id quidem pro potuissetis, Graecorum more, modum indicativum pro coniunctivo passim usurpantium. Vid. Vechneri Hellenolex. edit. Heusinger. pp. 384 sqq. nos ad Amph. 851.

6. Non reprehendenda lectio vulgata haec: Ita omnibus relictis rebus, modo prima syllaba τȣ omnibus corripiatur, quod passim fieri docui ad Cas. 699.

7. V. hiante versu: eo ego vos amo etc. Codices nostri et vv. edd., in his Iunt.: et ego v. a. Apparet superfluum visum et prius de industria omissum. Ceterum versus 5—7 ita ut in hac editione descripti sunt in V. C. M et vv. edd., in his Sarraceni et Pii, cum v. prorsus inconcinni iaceant.

De singulis trachaïcis, παθητικῶς usurpatis, dixi ad Amph. 596.

8 sqq. V.:

P. i. q. nos pretio f. e.
Fr tibi, utilesque habere.

Sed Langg: P. i. q. pacto nos f. e. Vtroque et pacto et pretio recepto in ordinem apparet metrum asynartetum, e baccheo dimetro et iambo hypercatalecto constans, de quo monitum ad Amph 422: nam quod hos versus in formam metrorum bacchiacorum redigere studui, erravi. Sic igitur legendus hic locus, extritis i et u literis in tibi et apud (vid. ad Amph. prol. 74):

Pol istoc quidem pacto et pretio facile est
Frequentare nos tibi utilisque haberi:
Ita in prandio nos lepide atque nitide
Accepisti apud te: ut semper meminerimus.

I posterius productum in meminerimus, sicut communes sunt futurorum subiunctivi terminationes is, imus, itis: cf. Capt. 179 Cas. 1087, ubi vidd. nos, Pseud 98, Terent. Heaut. 5, 4, 3, G. I. Vossii Syntax. lat. p. 134.

13. expetessam. Hoc requirebat versus bacchiacus t., qualis hic est et antecedens Libri: expetam, expetem, ut Langg. et G, expetes, ut M Sarrac. Mediol., quas saepe laudo, expectes, ut H.

15 V. C.: mare. Vid. Charisius Institutt. gramm. lib. 1 pp. 44 sq.

19. Nimium. Etiam 3 nostri, sicut olim Pall. 1, 2: vinum; omnes autem libri: atque id, quod minus iam probo malimque: adque id, h e. et praeterea. Ceterum bene libri: infuscabat, quod verbum vel proprie vel figurate usurpatum huic loco convenit, ut nesciam, cur infucabat repositum sit a Doúza, Palmeriusque Suffragante Acidalio, et hoc et vulgatum spernat prae suo infutabat, quod quid sonet scio cum ignarissimis.

22 — 26. Ita restitui haec iam puto absque violentiore medicina:

Le. Decet pol, mea Silenium, hunc esse benevolentis — as. ex 2 an.
Inter sese ordinem, beneque amicitia utier, — gall.
(Vid. de his metris ad Amph. scen. supposit. Di vostram 15 — 29.)
Vbi istas videas summo genere natas, summatis manas, — t. t.
Vt colunt amicitiam atque ut eam bene iunctam habent inter se.

Nescio qua freti auctoritate Angelius et Aldus: ut sancte amic. colunt. Sequuntur iambi tr. h.

27 sqq. Posterius istuc, quo versus sarcitur, praebuere Iunt. Ald., quae etiam facimus pro vulgato faciamus, sicut omnes propemodum libri: imitamur, non imitemur, ut vulgo editur. Legendum censeo:

Si idem istuc nos facimus, si idem istuc imitamur: b. t.
Ita tamen vix vivimus cum invidia summa. i. tr. h.
(Vocabulum Ita posteriorem syllabam producit: vid. ad Amph. 475.)
Suarum nos opum volunt esse indigentis, i. tr. h.
Nostra nos nihilum copia volunt potesse,
(male libri nihilo; Iunt. Ald.: nihil.)
Suique omnium rerum nos indigere: b. t.
Vt sibi simus supplices. Eas si adeas, abitum quam aditum malis: t. t.
Ita nostro ordini palam blandiuntur; clam, si occasio usquam est,
(palam διςυλλάβως pronuntiandum: vid. ad Amph. prol. 74. Frustra G et M: si occasio ulla usq. e.)
Aquam frigidam subdole subfundunt as. ex b. d. et i. h.

Vid. de hoc genere metri ad Amph. 422. Iunt Brix. Ald., item codice Meursii, omissum Aquam, quibus libris, quamvis Meursio probatis, obtemperasse me nunc piget.

39. V. ex I. Gulielmii coniectura: Ex patribus conventitiis Gronovius: ,,Monstra," inquit, ,,coniecturarum: ex patribus contignis [Lambin.], ex patribus conventis [Palmer.], ex paribus conventis [Douzae, Pistoris, qui opinatur firmandae lectioni esse, quod legitur infra 144: Id duae nos solae scimus, ego, quae illi dedi, Et illa, quae a me accepit: ut fuerint haec, interprete Taubmanno, illa paria conventa, quibus utraque statuerat sibi filiam educare], ex partibus conventùs [quae Douzae coniectura, cui plurimum tribuit], ex patribus contiguis [Meursii secundum edd. primas et medias, quarum illae conticuis, hae contiguis, quod elegans videtur Meursio, cui contigui patres sunt fortuiti et illegitimi, quales sunt spuriorum. C quoque et H nostri: conticuis, Pal. 1 contituis, M cuntituis], ex patribus confidustis [C. Barthii a fidus, sive confoedustis, foedere coniunctis, de qua voce Festus et ibi Scaliger], ex pactibus conventis. Codex optimus: ex patribus conventus. Cui nihil literis propius, ut sensu nihil aptius, video, quam ex patribus commentis, h. e. ex patribus, quibus hos partus supposuimus: quibus vos esse filias finximus. Quid enim hoc magis convenit istis sc. sequente [138]: illico Eandem puellam peperit, quam a me acceperat, Sine obstetricis opera et sine doloribus. Quid quod in Truculento Phronesio est et Stratophani? Deprendit hunc sensum quoque Camerarius, cuius omnibus istis sanior est coniectura commenticiis. Sed illud sufficit. Ovidius tertia Metamorphosi [558]: Assumtumque patrem commentaque sacra fateri. lib. 1. artis [319]: cadere ante aras commentaque sacra. Illud ex patribus, ut Iustino lib. 13 [c. 2.]: Roxane matura iam Alexandro erat. Intellige igitur: illa te et ego hanc mihi educavi (quasi

quas peperissemus) ex patribus commentis, quibus libuit hoc munusculum deferre."

Ceterum v. pessumdatis metris:

E. p. c. . neque ego hanc superbiae causa
Repuli ad mer. qu., n. u. n. esurirem.

Antiqua genitivorum et dativorum terminatio ai saepissime obliterata est a grammaticis et scribis: cf. Aul. 248, 523, 492, Epid. 497, Par. lexici Mantiss. v. Genitivus antiquus. Quod verba superbiae causa exponunt contumeliae causa, nimis absurde faciunt, quasi interfuerit scilicet lenae contumelia puellam afficere, quam sibi tanto usui futuram sperabat augurabaturque. Imo nihil aliud dicit anus, nisi hoc: minime superbum esse ordinem meretricum, sed vilem atque ignobilem, ut nulla causa sit, quamobrem invideant ei matronae, quod faciant. Esuriam non solum metro convenit, quod evertitur τῷ esurirem, sed etiam sententiae magis aptum est, ut intelligamus curasse lenam, ut non per tempus modo a famis periculo liberaretur, sed ut in perpetuum victus sibi suppeteret; quae vis est temporis praesentis:

42. V.:

Haec quidem ecastor cotidie viro nubit nupsitque hodie,

quam lectionem eo modo tueare, ut liquescere dicas i literam in verbis quidem et viro, ut de viro quidem visum esse sagacissimo V. Reizio, auctor est G. Hermannus De Metris p. 175. Vid. ad Amph. prol. 74. Dicit autem lena, hodie (h. e. nunc, ex quo adulta est Gymnasium: vid. ad Amph. 270) quotidie vel nubere alumnam suam, vel nupsisse, vel in eo esse, ut nubat; quae faceta est descriptio vitae meretricis, in cuiusvis amplexus argento dato sine discrimine ruentis.

45. V. ex interpretatione metroque aegre explicando:

Necesse est, quo tu me modo voles esse, ita esse, mater.

47. Male v., invitis quidem vv. edd.: N. s. q. i. e., u. v., nunquam Hecata fies. Nihil hic negotii est Hecatae, est Hecalae, paupertate insigni anui, quae hospitio excepisse fertur Herculem; id quod dudum viderunt Douza, Palmerius, Salmasius, alii. Non autem probo eos, qui inculcant aetate inter nunquam et sequens vulgo verbum; sed reponendum non unquam, quod glossemati cessit suo.

51 sqq. V. inconcinne ac nulla forma orationis:

Gy. Equidem hercle addam operam sedulo. Sed quid tu inter istaec verba,
Meus oculus, mea Silenium, (nunquam ego te tristiorem
Vidi esse) quid, cedo, te obsecro, tam abhorret hilaritudo?

Nec placent, qui metri causa anterius quid omittunt, etsi id abesse video tribus a me versatis Mss. veteribusque nonnullis edd., in his Iuntinae, voculamque, tanquam in Palatinis

quoque omissam, non praeferat Pareus. Legendum cum vetustis editionibus haec pro istaec, praeterea nihil mutandum, sed seorsim accipiendum illa Sed quid tu haec inter verba, Meus oculus, mea Silenium? Quid tu? h. e. quid tu agis? quam ellipsin, Comicis valde usitatam, exemplis illustravi ad Aul 137.

58. Libri antiqui fere: Si. Mea, excrucior, mea Gymnasium. Bis in eadem sententia illato verbo mea vexati, prius ad antecedentia retulerunt, ut scriberetur, quomodo hodieque legitur:

— — — — imperare,
Mea. Si. Excrucior, etc.

Sed obtemperandum erat libris antiquissimis, distinctionem illam personarum prorsus ignorantibus, magisque etiam audiendi erant libri quidam aetatis mediae, in his codex Meursii et edd. Iunt. Ald , quibuscum facit Ms. G, loco prioris Mea exhibentes Male, sensu aptissimo et repetitione verbi gravissimi Male admodum pathetica, ut eadem ratione dicatur Male excrucior, male mihi est, male maceror, qua statim Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab aegritudine. Istam igitur lectionem arcessivi, neque iam transposuerim Excrucior male, sed potius adverbium non elidi putaverim sequente vocali, ad quam faciem Horatius dixit. Od. 3, 14, 11:

Iam virum expertae, malĕ ominatis

Vid ad Amph. 341.

61. V.: Indidem unde oritur, quod per enallagen, de qua monui ad Terent Andr. prol. 5, fert sententia, non fert versus, siquidem nullo artificio effici potest, ut verba Indidem unde cogantur in unum pedem τρισημον vel τετρά.σημον. Recepi igitur Acidalii coniecturam Ibidem, quam sententia magis probari dicit; nec tamen spreverim Guelferbytani codicis lectionem In diem, h. e. de die in diem seu quotidie, qua recepta vox diem μονοσυλλάβως pronuntiandum erit, id quod saepius fieri docemus ad Amph. prol. 74.

62. Charisius lib. 2 p. 166 Putsch.: pectori penitissime, quod pro pectori' (i. e. pectoris) penitissume non male accipit probatque Gulielmius Quaestt. in Epid. c. 3 extremo.

64 sqq. Libri:

— — — — Si. at mihi
Cordolium est. Gy. quid id? unde est tibi cordolium, commemora obsecro?
Quod neque ego habeo, neque quisquam alia mulier, ut perhibent viri.
Si. Si quid est, quod doleat, dolet: si autem non est, tamen hoc hic dolet.

Quid? nunquamne cordolium habuit Gymnasium? Et fac, eam quidem nunquam habuisse, num etiam aliae mulieres nunquam doluerunt? num aliis quoque nunquam aliquid aegre fuit? Et hoc tam absurdum ut perhibeant viri? ut in proverbium abierit, tanquam vulgo creditum et approbatum? Miror profecto patientiam editorum, talia mussi-

tantium; miror rectius monstranti, velut h. l. Meursio, non auscultantes. Vi sententiae pariter ac metri legendum utroque loco cor pro cordolium. Abscondere iussa pectore intimo stultitiam suam, h. e. aegritudinem, „At mihi cor est," respondet Silenium, h. e.: At animus mihi est, qui gaudium doloremque sentit nec tam facile domari potest, ut ingruente miseria non reluctetur frenumque mordeat; quomodo corde amare dicimur (Capt. 350), et habere, quod nostro cordi carum sit (Epid. 126, Terent. Eun. 155 sq.), et forti corde perferre mala (Ovid. Trist. 3, 3, 57). Sed aliorsum τὸ cor interpretata Gymnasium, ut mentem seu sapientiam significet, cavillatur amicam suam, quasi id habere se dixerit, quod mulieribus abiudicetur a viris: nam eo quidem sensu τῷ cor communi proverbio cor non habere mulieres dicebantur. Noster Mil. 778 sq., laudante Meursio:

> PA. Eam des, quae sit quaestuosa, quae alat corpus corpore,
> Quoique sapiat pectus: nam cor non potest, quod nulla habet.

Et sic passim. In quam sententiam stultos quoque γυναικὸς φρένας gerere perhibebant, teste Diogeniano: vid. Erasmi Adagg. 3, 6, 51. Hoc igitur modo a Gymnasio irrisa, serio altera: Si quidem, inquit, est, quod doleat (h. e. Si quidem cor id est in nobis, quod doleat seu quo doleamus: dolet (cor meum); sin autem est (h. e. si non corde dolet, quicunque dolet): tamen hoc (hic dolor, quem experior) huic (i. e. mihi: vid. ad Capt. 84) dolet. Quo loco v. libri ineptissime: Si quid est, quod doleat, dolet, quasi scilicet dubitante Silenio, an aliquid sit, quod sibi doleat, necne, quae moerore atque aegritudine consumta est; nec melius iidem rursus: si autem non est, tamen hoc hic dolet, quasi dolere aliquid possit mulierculae, si nihil est, quod doleat, h. e. quo dolorem ipsa percipiat sentiatque. Obsecutus igitur sum membranae G, quidem pro quid exhibenti et sin pro si posteriore, quo quidem recepto itaque τῷ non deleto, versus quoque iam stabat recto talo, cum vulgo male claudicet. Etiam versu 64 levi mutatione Qui id? reposui pro vulgato Quid id? cum non obscuri aliquid dixerit Silenium, quamobrem altera quaerat, quid id sit, verum id tantum sciscitetur per iocum meretricula, qui, h. e. quomodo, hoc fiat, quod dixerit, cor sibi esse, quod nulla mulier habeat.

66. Libri inconcinne: Gustu dat dulce; neque audiendi, qui vel qui vel vix post Gustu pro arbitrio inculcant. Male etiam ipse olim: Gustulum dat dulcem. Legendum sine controversia:

> Gustatum dat dulce, amarum ad satietatem usque oggerit.

Literae a et u cum facile inter se commutentur, scriptum per compendium Gustatū, simili syllaba omissa, transiit in

Gustū, Gustu. Pravis accentibus laborat τὸ Gustatum, fateor; sed talia interdum sibi indulsit Noster. Cf. infra 339, 533 Amph. prol. 36 Merc. 202, 836, Poen. 27 Stich. 368, 422, etc.

74. Restitue veterem ordinem verborum hunc: Gy. V. Si. Spissum istuc amanti est verbum Veniet, nisi venit. Non opus est τῇ ἄρσει tolli τὸ amanti: vid. ad Asin. 159. Ceterum G: — verbum Veniet, si non venit, et Sequente versu: — stultitia et peius m. m.

77 — 80. Digniora haec verba mihi videbantur lena, quam Gymnasio, cui vulgo tribuuntur.

85. V. C. et G: Sed tun' unquam. Acidalius Divinatt. in Cistell. c. 2:

„Le. Stulte ecastor fecit. sed tun' unquam cum quiquam viro
Consuevisti?

Paullum mutant vetustiores libri: sed tu, en unquam: paullum ad literas, ad elegantiam dictionis permultum. Ita Trinummo [555]:

— — — — o pater,
En unquam aspiciam te?

Menaechmis [823]:

Dic mihi, en unquam intestina tibi crepant.

Vbi sic non Brixiensis tantum codex, quem Gulielmius noster laudat, sed et Aldinus et Coloniensis, aliique. Varro lib. 1 c. 2 de re rust. En ibi tu quidquam nasci putas posse, aut coli natum? Virgil. Eclog. [1, 67]:

En unquam patris longo post tempore fines etc.

Terent. Phormione Act. 2 sc. 3 [v. 1]:

En unquam cuiquam contumeliosius
Audistis factam iniuriam, quae haec est mihi?

Item ibidem Act. 5 sc. 8 [vel 9. v. 20]:

— En quidquam hodie est factum indignius?

Ita namque et hic manuscriptus diserte etc.“ Bene sic vir sagax, nisi quod de Menaechmorum loco laudato, an eo modo legendus sit, ut ipsi placet, necne, dubium me facit codicum ibi scriptura haec Dic me hic nunquam etc., quod primitus fuisse puto: Dic mihi, ē (h. e. en) nunquam etc. Ad quam faciem et apud Maronem reponere suadeo En nunquam patrios, vel accipiendum En pro interiectione, qua etiam in interrogationibus utuntur, velut Virgilius cum dicit Eclog. 8, 7 sqq.

— — — — en erit unquam
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit, ut liceat etc.

et Aen. 4, 534: En quid ago? et ib. 6, 346:

Venturum Ausonios. En haec promissa fides est?

Haec enim interiectio cum nihil aliud sit quam graecum Ἠνὶ sive

Ἠν, recte producitur in ea e vocalis; in altero illo En non magis fieri id potest, quam in Ne enclitico, quod idem conversum est; neque in locis Virgilianis omnibus vi caesurae effici crediderim, ut hoc En ante vocales porrigatur. Vidd. etiam Parei lexicon Plaut. v. En-unquam, et intpp. ad h. l.

94. V. vel nullis numeris, vel, si med legatur, versu troch. pentametro cat., qui monstri similis est in Plauto:

Coepi amare contra ego illam et ille me. Le. O mea Silenium. Si. Quid est?

Malae notae ista et ille me confidenter induximus, cum satis intelligatur, non consuetudine demum amari coepisse ab Alcesimarcho Silenium, sed statim, ubi primum eam vidit, idque vel hoc ipso loco comprobetur, cum tandem contra amare illum se coepisse dicit mulier, ut qui dudum ante ipsam deperiret. Nec me invito correxeris:

Coepi amare contra ego illum, ut ille med. Le. O mea, ... Si. Quid est?

ut Mea seorsim positum credatur, sicut Most. 336, cui additum forte fuerit nomen personae sequens, de quo genere corruptionis monui ad Amph. 456, de ut cum et confuso autem ad Capt. 840. Hoc iam praetulerim.

96. M: consules.

99. V. τῷ Nam vix audito: Nam eum pater eius subegit. Quanquam ferenda talia.

102. V.:

Eum uxorem ducturum esse aliam etc.

eum pronomine sic eliso, ut non adesse sentias, τῷ uxore vero pravis accentibus vitiato. Vtrique malo mederi reponendo Vxorem eum ducturum esse aliam, ubi verbum Vxorem sequente litera vocali accentum retrahit.

102. amori. Sic Is. Pontanus e codice Oxon., quod etiam coniectura assecutus est Acidalius, lectionibusque scriptorum atque olim impressorum amore et amare praetulit Gruterus.

103. Τὸ ego, quod versum fulcit, praebent Iunt. Ald.: nam vulgo desideratur. Ceterum male istae: — amabo obsecro, ut hanc mecum triduum etc.

109. V.: quod illi doleat. Ferri hoc potest elisa o litera in quod: vid. ad Amph. prol. 74.

121 — 129. V. hi versus hoc ordine leguntur: Largiloquae, Nam, Puellam, Adolescens, Quin, Quiaque, Magis, Tacere, Sicyone. Versuum Quin ... Tacere sententias cum nimis devertere ab antecedentibus sequentibusque intelligerent, parenthesi inclusere quidam, in his Taubmannus. Sed Acidalius Divinatt. in Plaut. p. 153: ,,Nihil," inquit, ,,ad scenam parentheticus is sermo, nimis obscurus et implicatus: cuius nec aliud usquam in Comoediis exemplum, nec ferunt earum leges. Qui enim convenit theatro tam multos versus continuo sermoni interfari? quem interruptum vix e

populo quisquam sciat connectere, nemo certe aequis auribus redeuntem in orbem tanto tractu exspectarit. Abhorret ut a familiari, sic Comica oratione diligens et exacta illa structurae ratio, qua suspendi diutius animos nostros vix legentes aliquando ferimus, quo magis recusamus audientes.“ Iamque versibus illis ita dispositis, ut in hac editione factum est, sic pergit: „Quis est obsecro, qui orationis hac aequabili continuitate interruptam illam, ut sic dicam, confragositatem mutare nolit, aut germanum illum Plauti ordinem lubens mecum non agnoscat? Agnoscet profecto, aut neque Plautum neque Comicum ullum noscet.“ Passim traiectos in Hoc versus, monui ad Asin. 18.

Sum onusta. H. e.: edi, quantum sat.

Mercat. 733 sqq. coquus:

Nam qui amat, quod amat, si id habet: id habet pro cibo,
Videre, amplectier, osculariet, adloqui;
Sed nos confido onustos redituros domum.

Ceterum libri vv., etiam 5 nostri, non infrequente lapsu: sum honesta. Vid. ad Asin. 24.

133. V. soloece: fecerit. Correxit Camerarius. Τὸ fecerat glossema est, quod in Pall. 1, 2, item G et M, exhibetur, fecit.

138. G addit fraude, et H: Postquam eam puellam. An reliquit Plautus:

Postquam eam puellam a me accipit: fraude eloco etc.?

Non inelegans quidem hoc foret (vid. ad Amph. 505); sed puto tamen, ab interprete esse istud fraude.

158. Male libri:

Vinolentus, multa nocte, in via.

Peius Gruterus, cum Pal. 2 ac 4 praeferrent violentus, tentabat: Vinolentus, violentus, m. n. i. v., quod adeo placuit Taubmanno, ut in ordinem id recipere dignaretur. Verum ut ille versus est ἀκέφαλος, ita hic est πολύπους, vel potius ἄπους. Quid multa? Vera est Parei coniectura: Vi, vinolentus m. n. i. v. Terentius Hec: 771:

Homo se fatetur vi in via nescio quam compressisse.

Ad. 282:

Cui miserae indigne per vim vitium obtulerat.

Et sic passim. Τὸ vi sequens similis syllaba intercepit.

167. V. versu μειούρῳ:

Ille clam observavit servos.

Pro arbitrio Camerarius supplevit: qui eam proiecerat. Quem tamen magis probo quam Angelium et Aldum, verbis servos et aut quas in aedes inductis, e duobus versibus unum fabricatos, hunc:

Ille clam observavit, quo haec puellam deferat.

Nos illam a simili ille raptum, pro clanculum autem et servolus eorum verborum interpretamenta obtinuisse, existimamus. Sic infra 179: Illa illi dicet, etc. et 181: Ille extemplo servolum etc. Nam quod hoc versu illam et se-

quente haec dicitur de eadem muliere, promiscue haec pronomina usurpantur, velut supra 126 legitur: Nam [illegible] ego olim, quae hinc flens abiit, et paulo post: Is amore misere hanc deperit mulierculam, Quae hinc modo flens abiit.

170. Pravis accentibus verbi meretrici (méretricí) offensus, et h. l. et infra 300 huic addidi, ut accentu retracto recte pronuntiaretur méretrici. Hic, Haec, usurpari solent in vicinis, quorum domus digito monstres, quomodo supra 132 legitur:

> Eam meae ego amicae dono huic meretrici dedi;

et Men. 92:

> Nunc ad amicam deferetur, hanc meretricem Erotium,

itidemque ibi 502:

> Quam hodie uxori abstuli atque huic detuli Erotio.

Cf. Terent. Andr. 78 Phorm. 739 Hec. 662, qui locus sic se habet:

> — — — — Eho, puere, curre ad Bacchidem hanc
> Vicinam nostram.

Pronomina temere nunc addi, nunc omitti a librariis, monui ad Asin. 843. Quanquam dormitat interdum bonus Sarsinas.

176. V.: duxit uxorem hic sibi. Superfluum hic et putide repetitum in Langianis non videbatur, et in II post sibi ponitur, sicut incertae sedes esse solent glossematum.

180. V.: cervo, quod ferri poterat non eliso gnatam. Vid. ad Amph. 341.

187. V.: Nunc, quod reliquom restat, minus bene de accentu verbi reliquom: vid. ad Amph. 203 Talia, ubicunque corrigi possunt (nam interdum non possunt), corrigenda sunt.

189. V. haec ita distinguuntur: Adolescens hic est Sicyoni: ei vivit pater. Male, me iudice: nam nisi urbs indicetur, ubi habitet pater adolescentuli, opinemur necesse est, patrem quoque Athenis vivere, miremurque, de longo filii amore nihil adhuc eum rescivisse. Sin pater Sicyone vivit, filius Athenis, facile fieri potuit, ut huius cum Silenio commercium Sicyone ignoraretur. Atque sic plane rem esse, supra dictum est 128 sq.:

> Adulescens quidam hic est adprime nobilis
> (Sicyone summo genere ei vivit pater);
> Is etc.

191. qui est amor suavissimus. Militis versu 101 hoc ita effert Plautus: qui est amor cultu optumus, quae mutatio est viri, ante a se scripta variantis, quodque primus quasi et felix impetus naturae dederat, arte ornantis fucantisque. Nam versus hic Cistellariae, praeterquam quod meliores habet numeros, naturali quadam gratia se commendat; in versu Militis nihil est, quod laudes, praeter sententiae veritatem. Numero autem Cistellariam in primis poëtae operibus, non tam propter argumenti tenuitatem, quam

quia minus copiose atque ex regulis artis scripta est haec fabula.

196. V.: Haec res sic gesta est, communi ordine verborum. V. C. et Pall. 4: Haec sicut g. e; Pal. 4: H r. g. e. s.; H et M: H. r. g s. e. Plures igitur, nec deteriores, libri vagans illud sic primo versus pede post Haec ponunt ἐμφατικῶ, quos sequor.

209 V C.: parite laudeam et lauream; Langg. graviore depravatione: p. ludeam et lauream. Laudeam et lauream, pro laudem et lauream, quod versus non magis quam ipsa sententia comprobat, ad id genus peccatorum olim a librariis pertinere mihi videtur, de quo dixi ad Aul. 236. Meursio τῷ ἀρχαΐζοντι, quo loco Exercitationum critt. haec expendit, reponere placet: laudem et ludeam pro laudem et laudeam, quomodo cludo, defrudo et similia legantur: nam teste Isidoro Origg. lib. 17. c. 7. laudeam antique dici lauream, sicut audicula, medidies, pro auricula, meridies, priscis fuerint in usu.

202 sq. Libri: commentum, et sequente versu: ne foris quaeram; quae mutavi propterea, quia versus hos pro trochaïcis t. acat. habui, quales sunt reliqui huius orationis. Sed nunc video, esse eos ex asynartetis illis, qui trochaico dimetro et eiusmodi iambo catalecto continentur, neque esse quod eorum duritia offendamur magis, quam Bacchidum 1044 et sequentis, qui similiter trochaïcis plenis praemittuntur. Scribendum itaque:

> Credo e. a. p. a. h. c. conmentum! as. ex t. d. et i. d. c.
>
> (Vel: conmentum carnuficinam, numero optimo.)
>
> Hanc ego de me coniecturam domi facio, ne foras quaeram.

Foras enim V. C. Pall. 1 — 3 M noster et vetustae edd., in his Sarracenia, quod magis vividum atque, ut ita dicam, motorium est, quam vulgatum foris. Vide nos ad Amph. 545 et Cas 568. Verba domi et foras μονοσυλλάβως pronuntianda, id quod passim fieri demonstratum ivi ad Amph. prol. 74. Iam qui sequuntur versus usque ad 215, sunt trochaici t. acat. Haec autem prima scena actus secundi, quod nescio quo pacto non animadverti.

205. Obtemperans quibusdam, qui putant, non probant, dactylum extremo pede non decere versum trochaïcum, lectionem librorum veterum temere mutavi, quae talis est: vorsor in amoris rota miser. Hanc reddendam scriptori censeo. Pall 1, 2, M et codex apud Gulielmium Quaestt. in Cist. c. 1. vexor, quod frustra defensum it vir doctissimus.

206. Versus absque elisionibus vocalium brevium, de quibus exposui ad Amph. prol 74, plane non expediendus. Cui, nescio quo auctore, adscriptum ab antiqua manu in

margine codicis M, a me collati: „Verba Caesaris fuerunt, cum occideretur a Bruto et Cassio.“

Ceterum V. C. et Langg.: nubilam menten, probantibus Gulielmio et Grutero, dubitante Acidalio. Verum qui exanimatur ac diripitur, ut ubi sit, ibi non sit, qui animum suum frangi queritur, neque, nisi quod non pessum eat, ullam sibi abesse perniciem, eius quidem mens rectius dicetur nulla, quam nubila, quae mera descriptio atque imago est moeroris. Similiter, monente Acidalio, Virgilius Ciri [327]:

Ne tantum in facinus tam nulla mente sequaris.

Nam quod idem alteram lectionem, nubilam mentem, adstruere sibi videtur his Trinummi [633 sq.]:

Scio te sponte non tuapte errasse, sed amorem tibi
Pectus obscurasse,

verbisque Iuvenalis [Sat. 6, 612 sqq.] de amore philtris inducto:

— — — — Quod desipis, inde est:
Inde animi caligo et magna oblivio rerum,
Quas modo gessisti:

probat, Latine dici nubilam mentem, quod nemo dubitat; hoc loco sic legendum esse, non probat: adeo vere poëta ille:

Κακὸν τὸ καλὸν, ἤν τι μὴ καιρῷ τύχῃ,

h. e. interprete Erasmo Adagg. 4, 3, 2:

Bonum malum fit, tempore haud datum suo.

207. Vox ita posteriorem syllabam producit. Vid. ad Amph. 475. G: ibi est an. meus. Ita etc.

209. lassum. Frustra Pall. 1, 6, II et vv. quaedam edd., in his Mediol. et Iunt.: lapsum, Pal. 3: lapsis. Probat Gruterus lassum, „et inde fit,“ inquit, „quod tot habeat animos, cum statim lassitudo eum taediumque capiat unius alteriusque.“ V. autem versu μείωρω:

Ita me amor lassum animi ludificat, fugat, agit, appetit,

nisi inter tot trochaïcos plenos, eadem sententia eodemque affectu ad haec pertinentibus, temere mutari metrum eiusque vim infringi placeat illato eiusmodi versu catalecto. Adpetesse vel Adpetisso pro Adpeto Attius aliique usurparunt prisci, Hic passim simile Expetesso pro Expeto, qua voce vid. Parei lexicon Plautinum. Ceterum vitio operarum editum fugit pro fugat vulgato, quod repones.

211. dissuadet. Ita Pal. 6 et edd. Iunt. Ald. Brix. Colon., quod ipsa sententia requirit, non ceterorum fere librorum lectionem dissuasit. Inconcinne autem vulgo: quod dissuasit, id ostentat.

212. V.:

Maritumis moribus mecum experitur: ita meum frangit amantem
Animum.

Sed putide Amor dicitur frangere amantem animum, quod

est mortuum interficere. Hoc sensisse videntur illi, qui reponerent amentem, ut V C. a m. 1. et noster G. Quanquam utrumque, et amantem et amentem, pro glossemate est habendum delendumque, ut legatur, τᾷ meum μονοσυλλάβως pronuntiato:

Maritumis mecum experitur moribus: ita meum frangit animum.

213. ne eo pessum. Sic vv. edd., in his Iunt.; H et M: ne oppessum; G: me oppressum. V: non eo pessum, ex interpretatione metroque minus expedito, cui magis etiam opitulaturus nunc reponam:

Neque, nisi quia miser ne eo pessum, ulla mi abest perdito pernicies.

De proceleusmaticis Neque nisi et in sequentibus Ita pater, Neque lici- vid. ad Amph 556. Quod autem verbi ulla posterior syllaba acuitur, ne mireris, facient, opinor, quae nos ad Asin. 159.

214. dies pro monosyllabo est, sicut scies 220: vid. ad Amph. prol. 74.

215. Repone, sis, leniore numero: meam visere amicam.

221. G: optas. Tibi velim V. C. G H edd. vv., quod concinnius vulgato velim tibi. Langg.: — optes, tibi cupio cont., quae lectio fraudem non prae se fert, altera prae se fert. Legam itaque:

— — — — Quodcunque optas, tibi cupio contingere.

222. Libri duxero mihi unquam, corrigente Gulielmio Quaestt. in Cist. c. 1.

224. V. inconcinne: patiere. Vidit Acid.

226. Pessime vulgatae edd.: Abi quaerere (vel querere), ubi iurando tuo s. s. s., in quibus nulla comparet metri forma. Pall 6 et H: quaere; plerique autem Pall., item G et H: iuriiurando.

231 V.: responsa. Sed Scioppius Suspp. Lectt lib. 5 epist 19: „Nimio festivior erit lectio: pro me responsas tibi. q. d. quid opus est me dicere, quod non remissura sim, cum tu ipse dixeris? Sic vers. seq.

Non remittes? Me. scis iamdudum omnem meam sententiam.

geminum plane illi, quod in sacris literis, Tu dicis." Simili ioco Captiv. 893 sqq.

Recte et vere loquere. Sed neque vere tu neque recte adhuc
Fecisti unquam. Sta. Quod ego fatear, credin' pudeat, quom autumes?

et pullulat eiusmodi facetiis Comicus. Nihilominus pro vulgato responsa nunc propugno, ut eodem modo h. l. ipse sibi responsare iubeatur Alcesimarchus, quo versu sequente omnem Melaenidis sententiam scire iamdudum dicitur:

nam qui sciret eam, poterat nimirum sibi ipse respondere de remittenda filia.

231. V.: Non remittes? M: non reuertes, unde feci Non revortet, quod variandae orationi faceret.

232. V.:

Al. Satin' tibi istuc in corde certum est? Me. Quin ego commentor quidem:
Non edepol etc.

Et casu quidem factum, ut in praepositio ante corde omitteretur, quae servanda est verbumque tibi μονοσυλλάβως pronuntiandum, quem locum perpurgare studui ad Amph. prol. 74. Sed quae respondet mulier Quin ego commentor quidem cum frigide mihi dicta viderentur, reposui: Quin ego coagmento quidem, ut per iocum, si quid sibi minus certum sit in corde, id magis se stabilire et quasi ferruminare diceret Melaenis. Nunc video, neque in his quicquam fuisse immutandum, sed mulierem se dicere commentari, h. e. de quavis alia re meditari secum, neque attendere ad verba miseri adolescentis.

235. V.:

Al. Non? hem, quid agis? Me. igitur animum advorte, ut quid agas, scias.

aliud altero quaerente, altero respondente. Quod mecum reputans, cum in G reperissem: hem quid ais? in Langianis vero et 3 nostris, veteribusque editionibus iam post advorte, satis probabiliter, ut opinor, locum reformavi. Nunc intelligo, sequendos mihi potius fuisse codices Langianos: hem, quid agam? exhibentes, quibus respondere verba Melaenidis quid agas, probe vidit Gulielmius Quaestt. in Cist. c. 1. Legendum igitur, non eliso agam, de qua re vid. ad Amph. 341:

Al. Non? hem! Quid agam? Me. Igitur animum advorte iam: ut, quid agas, scias.

nam quod τὸ igitur ad agam referendum censet Acidalius, non consentio. Ceterum similiter, monente eodem viro docto Divinatt. in Asin. c. 5, Noster Asin. 426:

Li. Non etiam. Le. Hem, non? Nunc si velis, da, commoda, homini amico;

et Terentius Andr. 166:

Da. Non hercle intelligo. Si. Non? hem! Da. Non: Davos sum, non Oedipus.

240. V. nullis numeris:

Iuno filia et Saturnus patruus et summus Iuppiter.

M noster omissa copula: I. f. et S. patruus summus I.

241 — 243. V.:

Tu me delenis: propter te haec pecco. Me. perge dicere.
Al. Anne ut etiam quid consultura sis sciam? Me. perge eloqui.
Non remittam: definitum est.

Acidalius Divinatt. p. 156: „Continenter," inquit, „omnia sunt Alcesimarchi praeter haec postrema, Non remit-

mittam, definitum est. Reliquis contemnificam et fastidii plenam meretricem, quae respondere non dignabatur, urget et instat assiduo, donec vocem et sententiam extorqueat. Sed inibi consultura sis male sensui quadrat, etiamque versui ipsi. Correxerim consultaris. quaerit enim, non quid consultura sit in futurum, quod ridicule quaerat, sed quid consultum apud se iam decreverit. Ita igitur rescribes:

Al. Iuno filia et Saturnus patruus et summus Iupiter.
Tu me delenis, propter te haec pecco. perge dicere.
An nec etiam, quid consultaris, sciam? perge eloqui.
Me. Non remittam etc.“

Ita vir praestantissimus, cuius in sententiam hactenus eundem mihi olim existimavi, ut verba Perge dicere, Perge eloqui, Alcesimarcho tribuerem. Nunc neque id placet, quod dicere vel eloqui pergere iubetur, quae adhuc paucissima tantum, neque ad rem facientia, adolescenti est interlocuta, et sine causa in verbis quid consultura sis haesisse arbitror Acidalium. Probandi igitur primum libri, ista P. d., P. e., Melaenidi tribuentes, siquidem irridentis est eum loqui iubere, qui ita perturbatus sit, ut loqui nesciat deliraque omnia effundat; quod te sentire, correctionibus tuis interpositis (Ecastor pater, Imo mater quidem) ostenderis. Deinde soloecismus dicentis quid consultura sis pro quid consulueris ut in persona perturbationibus vacua reprehendendus, ita in persona moerore misere affecta deque statu deiecta suo non modo reprehendendus, sed etiam laudandus est, tanquam ἠθικός, sicut errores istos Alcesimarchi circa deos deasque nemo est qui culpet, sed approbamus eos tanquam aptissimos ad declarandum hominem in oblivionem sui suorumque omnium adductum. Amarissima autem cavillatione meretrix ubi eloqui iussit puerum, statim addit: Non remittam! definitum est; de qua sententia ut eam deducat, unicus sermonum Alcesimarchi finis. Haec igitur bene se habent omnia. Sed ut illud ante etiam, quod ne versus quidem fert sententiaque vix admittit, recte me puto delevisse. Ortum autem videtur ex sequente et- syllaba perperam geminata. Vid. ad Capt. 840.

246 sq. V. deficientibus numeris:

Di me omnes magni minutique et patellarii
Faxint, ne ego dem vivos savium Silenio.

De forma Divus monui ad Ba. 593. Altero versu Camer. et Lamb.: F. n. e. d. vivos hodie sav. Sil.

248. V. versu durissimo (durissime enim, quanquam non sine exemplo, τὸ filiam pro δισυλλάβῳ haberetur) et ex interpretatione, ut opinor:

Nisi ego teque [Langg. te quoque] tuamque filiam meque hod. obt.

Monachiensis libri lectio N. e. t. t. f. ego hod. obt. correctionem sapit. De elidendo i posteriore in filiam vid. ad Amph. prol. 74.

249 V. inconcinne: Postea autem cum p. l. Sed legendum potius: Post autem c. p. l.

250. Male libri: Et equidem. Sequor Douzam. Et quidem ad amplificationem pertinet. Saepe autem haec miscentur. Tò omnis priore brevi pronuntiandum est: vid. ad Cas. 699.

258. V. sententia et libris invitis hic pro huc legitur.

264 sq. Minus recte haec ita interpungunt: — quot fallacias! In quaestione vix etc.

275. Tò Ex- appone huic versui. A litera in male liquescit: vid. ad Amph. prol. 74. Nam sic reponendum puto, cum v. legatur: Ph. Extimuit tum illa? Me. horret corpus, cor salit; sed in Pall., item M et veteribus editionibus, velut Mediol. Iunt.: E. t. i. Me. iam horret c. c. s.; et in G: Ph. Hem timuit t. i.? Me. Iam male horret etc. Quae reposui, Extimuit. Etiam male in vulgatis Extimuit tum illa latere arbitror. Certe neque tum neque pronomen ullam vim habent h. l. modulumque glossatoris superare mihi videtur illud male in G.

278. V. hiante versu: A. p. quaeso, animus etc. Tò te item praebuit G. Iunt.: — quaeso: nam animus etc.

280—282. Locus lacer, qui in libris vetustioribus, quos sequuntur vulgo editores, sic se habet:

La. Pergo (G: Perge) illa dictis: illaec te anus
Forte (G: Fortuito, ut edd. sequiores, in his Camer. et Lamb.) seras (M: seres, Pal. 6: foras) vocat.
Nam illaec etc.

Quae alii aliter explevere; nam medias editiones, Iuntinam praesertim et Aldinam, nemo respicere dignatus est, quae quidem ita locum exhibent:

La. Pergo illo. subagito blandis et benedicis
Dictis. illaec forti fortuna fortius
Aures obserat. ego Lemniam foras voco.
Nam etc.

At non sic Acidalius, qui Divinatt. p. 157: „Quam hae," inquit, „lectiones horum" (dicit autem editores recentiores, inprimis Camerarium et Lambinum, quorum ille:

Perge illam his alloqui dictis: illaec anus
Fortuito matrem ne se deseras vocat;

hic, peioribus etiam numeris, sed sententia paulo meliore:

Pergo. puellam his colloquor dictis: istaec anus
Fortuito inventam, ne se deseras, vocat;

quam igitur hae duorum istorum editorum lectiones)

„concisae et abruptae, tam illa vetustiorum codicum laxa et fluxa, neque multo sane minus vitiosa:

> Pergo illo. subagito blandis et benedicis
> Dictis: illaec (Venetus hic inserit etiam te anus) forti fortuna fortius
> Aures obserat. ego Lemniam foras voco:
> Nam illaec tibi nutrix est.

Horum ut omnia Plauti non germana, sic pleraque nec a glossis, meo quidem animo. Nam primum hoc, subagito blandis et benedicis dictis, quin Plauti sit, nemo persuaserit mihi: qui quidem Apuleium sciam eadem usum phrasi: cuius imitatione, nisi quae solennis ipsi, Plauti? Apol. 2: Cur autem tam absurdis tamque tabernariis blanditiis subagitarem, quem iidem aiunt versibus amatoriis satis scite lascivire?*) — Deinde nec aures obserat esse Plautinum dubitem, etsi verba non memini in eam sententiam eadem: sententiam ipsam quidem memini crebriusculam. Supra hac fabula [234]:

> Non edepol istaec tua dicta nunc in aures recipio.

Epidico [326]: Neque ego id immitto in aures meas. Scilicet ad verba servi claudebat anicula aures et velut obserabat. Iam forti fortuna et Lemniam perspicue quidem falsa, nata tamen magis ex dubia manuscriptorum lectione, quam ineptorum glossographorum inculcatione. Foras voco denique vel sententia probet: quae ex ratione Oeconomiae vult, cum aniculam servus clamore per viam sectatus esset, eum eam insecutum ad ipsas aedes, atque ibi cum parum etiam proficeret, ipsam tandem puellam evocasse et ei rem totam, spe certa abalienandi, denarrasse. De re, quae geritur, et verbis in parte, quae libri veteres habent, sic esse, res ipsa loquitur et verba pleraque consentiunt: ceterum ex lectionum omnium collatione locum ipsum concinnare, sic ut integer ad ipsum Plauti exemplum restituatur, insanus tantum conari audeat, sanus autem nemo vel sperare possit; tantum abest, ut quisquam omnium, nisi si plane divinus aut deus ipse, praestare. Nos tamen animi saltem gratia ludibundi tentavimus, an selectis undique verbis, quae maxime convenirent, explere sententiam et connectere versus possemus atque in hunc modum quasi ferruminavimus:

> Ph. Age perge quaeso: animus meus audire expetit,
> Vt res sit gesta. Me. utinam exaudire non queas.
> Lam. Ergo (vel Ego) illam subagito blandis et benedicis

---

*) Nequitia quoque τὸ Subagitare placuerit servulo et Plauto.

Dictis: at illaec fortius aures obserat.
Ego puellam foras voco atque his colloquor:
Illaec te anus fortuito inventam filiam,
Fortuito matrem se, ne deseras, vocat.
Nam illaec tibi nutrix est, ne matrem censeas. " —

Ita vir ingeniosus, quem singula quaedam huius loci bene expedivisse, sed in ponendo toto infeliciorem fuisse, quis miretur, quis vitio vertat? Erravit cum multis aliis; viam stravit solus, quam melius, si fieri possit, munire officium nostrum est. Non recte igitur verba Forti Fortuna in suspicionem nobis adduxisse videtur Acidalius, cum propterea, quia passim apud scriptores obvia Fors Fortuna; tum autem ob lepidam Plautinoque dignam ingenio agnominationem, quae inest verbis Forti Fortuna fortius; tum quod difficilis duraque miseris hominibus audire solet haec dea, qua nulla inconstantior. Noster Asin. 704:

Vt consuevere homines, Salus frustratur et Fortuna.

Et Capt. 766:

He. Respice. Erg. Fortuna quod tibi nec facit nec faciet.

Quidni hanc aures obserantem vel surdam fingere licuerit Comico? Bene igitur se habent ista in dubium vocata, neque ablativo Forti pro Forte offensum iri quenquam arbitror, qui vel legerit, quae nos ad Capt. prol. 15. Secundo loco peccavit Acidalius, cum vocem Lemniam prorsus negligere maluit quam emendare. In qua alumnam facile agnovi, sicut alumnum in idem unum Curc. 658. Infra 485 Halisca:

Nam nostra alumna haec tua profecto est filia.

Horum igitur altero vindicato, altero correcto, cetera non multum negotii faciebant, nisi quis grave quiddam putet mutare subagito in subagitare, et τὸ anus, quod versui refragatur glossamque sapit, omittere cum Acidalio, pro obserat vero itidem metri causa reponere non absimile Horatianum obturat, et Ergo pro vulgato Ego, quae saepissime confunduntur. Asyndeto verborum blandis, benedicis si offendare, vide, sis, nos ad Capt. 336.

284 sq. V. nullis numeris:

Ego te reduco et voco ad divitias, ubi
Tu locere in luculentam familiam;

nec melius, qui vel revoco priore versu ex Ms. Schobingeriano et mediis quibusdam editionibus, in his Iunt., vel collocere posteriore. Non poenitet coniecturae meae, quam publicavi, cum verisimile sit, te voco transiisse in revoco; sed verius nunc puto hoc:

Ego te reduco et ad divitias rĕvoco,
Vbi etc.

Re syllabam saepe produci in compositis, monui ad Asin. 375. Τὸ ubi alterum versum incipere, ipsa sententiarum concinnitas docet.

286. Ne anapaestus sequatur dactylum (Vnde ti- | bi talen-), quod invenustum, Vnde μονοσυλλαβως pronuntiari poterit, de quo loco vid. ad Asin. 770

287 V.: Non enim hic, ubi ex Tusco modo Tute tibi etc., pendentibus verbis Non enim hic, ut in quibus neque locere in luculentam familiam, neque dos tibi detur, intelligi possit commode ex antecedentibus. Non igitur male me reposuisse censeo Non enim hic, ubi es, Tusco modo Tute etc., praesertim cum haud sciam an nemo unquam veterum dixerit ex modo pro modo. Nam quod Non iungitur subiunctivo, similiter Terentius Hec. 3, 2, 7:

Par. Non visas, nec mittas quidem visendi causa quemquam,

ubi, quod reponit Bentleius, Non visas? eo sensu, quem vult, ne Latinum quidem est; sed dicendum vel Num visas? vel Visas? Neque aliter ac vulgo haec legisse veterem interpretem, verba eius declarant: „Vnam rem Sostrata consuluit, hic de duabus respondet: namque et illam non vult ingredi, et cavet, ne ipse mittatur.“ L Valla Elegantiarum Lat. ling. lib. 3 cap. 28: „Hic nos Quintilianus [1, 5, 50] admonet, ne pro illo Ne feceris dicamus Non feceris: quia alterum negandi est, alterum vetandi. Ideoque Ne cum prima persona singularis numeri nunquam coniunctum invenimus ob eandem causam, propter quam imperativum caret prima persona in singulari, quia nemo sibi soli imperat aut vetat. Vnde frequenter legimus Ne timuerimus, ne timeas, ne timueritis, ne timeant; nunquam autem Ne timeam (nisi Ne pro Vt non), sed Non timeam, non ausim, non sperem, non timuerim, non speraverim, non crediderim, id est Timere, audere, sperare, credere non possum aut non debeo. Ita in aliis personis, ut idem Quintilianus: Non expectes, ut statim gratias agat, qui sanatur invitus; id est Expectare non debes etc. Vides igitur, frustra de soloecismo sollicitum fuisse optimum Richardum, quem dum fugit, incucurrit; itemque nos h. l. recte coniunxisse verba Non quaeras h. e. Quaerere non debes, quomodo apud Afrum Parmeno Non visas, h. e. Visere non debes, quod consulentis est, quae persona decet servos. Nec praetulerim equidem, quod cuivis in mentem veniat:

— — Non enim hic, ubi es, Tusco modo
Tute tibi indigne dotem quaeres corpore,

etsi futura saepius commutata cum similibus subiunctivis haud nesciam. Acidalius pendenti sententiae retro lecta enim particula succurrebat, ut scriberetur: Non mane hic; cui non consentio.

290. Vulgatae versu nihili:

Imo meretrix fuit; sed ut sit, de ea re eloquar.

Ab interprete adscriptum meretrix. Servari autem potest receptum sit ea lege, ut sequens, sub ictu positum, de monosyllabum non elidatur. Vid. ad Amph. 149.

298. V. Pha. Servate me, dei, obsecro. Codd. di vel dii. Dei vel dii semper μονοσυλλάβως pronuntatur apud Comicos; ubi δισυλλάβως opus est, forma divi usurpatur, de qua vide ad Ba. 593. Legam autem nunc potius:

Pha. Servate me, divi, obsecro. Me. At me perditis.

299. V. Quoi illam, synaloepha rarissima, de qua monui ad Capt. 79. Mss. et vv. edd. fere: Quo illam dedisset, recte: vid. ad Aul. 145 sq.

301. oppido. Ita Iunt. Ald., ut Hic saepius, velut Amph. 143 Asin. 269, Aul. 361. V. versu imperfecto:

Me. Meum elocutus est nomen: interii.

302. V.:

Vbi elocuta est, ego continuo anum interrogo.

Bene Acidalius Divinatt. in Plaut. p 159: „Vt numeris obsequar, excludo vocem a n u m, quae nec ad sensum necessaria, et glossema videtur."

305. Aquolam Sic Iunt., prisce. V.: Aquulam; V. C. II, M: aculam. Vid. ad Cas. 449. Ceterum vulgo libri perverso numero:

— — — — sequemur. siccine
Agis nugas? etc.

H et M: sic ne, G: sic me.

306. Absurde codices: — ne hercle hoc longe. destiti Instare usque adeo, donec etc. „Scrupulus," inquit Gronovius, „est in eo d e s t i t i i n s t a r e. Non enim destitit, sed perseveravit in urgendo, donec extorsit anui, quod volebat." Tentat igitur: p e r s t i t i I n s t a r e; sed infeliciter. Scripti fere: — longe. dedisti, editores pro arbitrio nec destiti, non destiti, ni hercle hoc edisseris etc. Legendum non inficeta agnominatione: — longed. Institi instare. Vid. ad Amph. prol 149. Fefellit compendium: longedistiti. Insistere cum infinitivo passim legitur.

307. V.:

— — — — donec se adiurat anus
Iam (Iunt. Ald. Eam) mihi monstrare.

porrecta syllaba -rat in adiurat ante vocalem, ut pro adiuravit positum videatur, sicut cantat pro cantavit Aul. 575, ubi vide quae annotamus. Huiusmodi contractione quia nusquam alibi Hic utitur, transponenda verba existimavi.

308. V. deficiente numero:

Iam mihi monstrare. Pha. At non missam oportuit.

Reposuimus amissam, nec tamen refragabimur, si quis potius iudicet monstrared. Vid. ad Amph. prol. 149.

312 sqq. Mss. et vv. edd.: Me. Me indicabit et suas Ad meas miserias alias. Vulgatum addet pro alias est a Camerario, quod quo sensu dicatur, non admodum perspicio. Legendum: Ac meas miserias alias. Miserias vocat facta sua et

lenae, quae aeque male atque hoc cecidere. Haec indicaturam omnia totasque ipsarum vitas narraturam dicit anum illam, matrem Gymnasii.

Male item vulgo: PHA. Fac me consciam, cum scripti fere praeferant faciant, V. autem C: faciem. Reponerem Fac iam consciam, nisi statim sequeretur: Quid nunc vis facere me. Nunc legam secundum V. C.:

PH. Facien' consciam,
Quid n. v. f. me?

316. V.: in quaestione — sit, quod alio ac quo hic opus est sensu dicitur. Abest autem praepositio V. C. Langg. II et M. Quaestioni Pall. H M et vv. edd., in his Sarrac. Mediol. Iunt., probante Scioppio Suspp. Lectt. 3, 15. V. C. et editio princeps quaestionem; vv. quaedam edd.: in quaestionem.

319 V. debiliore numero: ut abeas domum. Vid. ad Amph. 355.

321. In G τὸ sum omissum, haud male: vid ad Amph. 168.

325 Libri: Is ipsus est. Lege: Is ipsust. Nugas agunt VV. DD., Langianorum Ipsipsus est tuentes tanquam purum putum Plautinum. Ehodum iidem codd., quod placuit etiam Meursio, estque sane ex usu Comicorum: vidd. Parei lexic. h. v. et indices Terentii. V.: Eho tu.

326. dicam. V. C. et Langg.: deiciam, quod deicam pro dicam initio fuisse puto.

329. Mss.: certo; G: certon eo.

336. V. versu vix expediendo:

Ea uxor diem abiit. Iam scis. ME. T. i. S.

Iam abest Pall., ubi a vetere codice discesseris, tribusque nostris, item editionibus antiquis; Langg. ante obiit exhibebant, quo item signo spurium agnoscitur, siquidem errare solent glossemata. Scis? pro Scisne? sicut Asin. 46, ubi videnda nostra annotatio, Mil. 1352 etc.

337. V. quaero; sed M noster: S. e. istuc quaeso etc. Quaeso antiquis idem τῷ Quaero significasse, Festus auctor est.

338. V. inconcinne:

Prior posterior sit et posterior sit prior.

Τὸ et omittunt vv. edd.

339. úxorém. Vid. supra ad 69.

342. V.: Ego e. p.; alia m. s. Satius fuerit reponere: Ego proieci eam; a. m. s.

343. V. laborante versu:

Ego inspectavi; herus hanc duxit postibi.

H.: herus modo h. d. p. Malim nunc: herus hancce d. p., ut sub ictu ponatur hanc, verbum grave. Vid. ad Amph. 138.

348. Intellexes pro intellexis. Vid. Pareani lex. Mantiss. v. Syncope.

353. reducam. Ita Pall. et 3 nostri, item vv. edd.,

sicut modo: ibo, non eo. V. C. reduco, quod arripuerunt editores. Scioppius Suspp. Lectt. 1, 9 in V. C. se legisse testatur: A. a. p. suos reduco Sil., sed negat Pareus ibi reperiri. Certe in Iunt. Ald. legitur istud suos, sed malae notae est seque traduxit Scioppius, cum talem versum nobis propinaret pro iambo senario:

Atque ád|parén|tes suós|redú|co Sīlé|niúm.

Nam prima syllaba nominis Silenium porrecta est: Lucretius 4, 1162:

Simula Σιληνὴ ac Satyra est, Labiosa φίλημα.

554. V. turbatis numeris: sequere me, mea Silenium. Alterutrum, me vel mea, versum respuere intellexit Acidalius. Similiter infra 594 vulgatae: Itaque petulantia mea me animi miseram habet, et Trin. 1:

Sequere me, mea gnata, ut munus fungaris tuum,

ubi τὸ mea tollendum esse vidimus.

556 sq. versibus claudicantibus, posteriore praesertim (nam priori carebod reponendo succurreris):

Q. i. t. carebo, animum ego inducam tamen,
Vt illud quod tuam etc.

Iunt. et Ald.: — carebo, meum animum etc., quod placebat Acidalio; sed quid tunc fiet sequente versiculo μείζω? H quoque praebet τὸ meum, sed post animum. Licebit id commodissimo, ut opinor, loco collocare, principio versuum horum posterioris, ut legatur:

Quamquam invita te carebod: animum ego inducam tamen
Meum, ut illucce, quod tuam in rem bene conducat, consulam:

nimis enim suaviter ad aures accidit tamen in fine versus, ubi saepe, praesertim in extremis sententiis, locum id habere apud Hunc monui ad Amph. 586, et illucce pro illud a me inductum item antiqui usus est, quem illustratum vide, sis, ad Amph. 138.

558. quibuscum. Malim quicum eodem sensu, prisce, et similiter infra 387. Cf. Capt. 936.

559. Quae mihi te dedit. Sic bene G meus: nam vulgo te desideratur.

561. V.:

Dic me orare, ut aliquis intus prodeat propere ocius.

Plerique Pall. et nostri H M: propera.

562. Hoc versu nova scena infit in plerisque Pall. et M. Pall. autem et Langg. et H cum Monachiensi libro non Recipe, sed Accipe, quod probat I. Gulielmius Quaestt. in Cist. c. 2: „nam id verbum," inquit, „hospitiis et invitationibus conviviorum servit. unde illa vulgata lepide accipere, pulcre acceptus. et hic adolescens ad mortem tamquam in hospitium devorti se velle ait." Nihil definio.

363. V.: Vtrum, minus expedito versu, nisi vocem ἀνεκθλίπτως pronunties; sed sane praestat legere Vtrumne. Sin alteram rationem ineas, vide, quae nos ad Amph. 341.

368. Hau: Codd. fere: Haud vel Aut, Pal. 6 Ah, G At, II An. Bene editores Hau, quo etiam Afer usus est semel et Hic saepius: vid. Parei lexicon Plaut. h. v. Nec spreverim tamen Au, quod frequentius usurpatur latetque fortasse in Aut, lectione Palatinorum 3 et 4; quanquam neque aspirata litera negotium facessere debet reputanti, quae nos ad Asin. 24.

370. Similiter Terentius Andr. 883:

Ac meretricios amores nuptiis conglutinas?

Noster metaphoram frequentat. Aul. 754 sq.:

Ita mihi ad malum malae res plurimae se adglutinant.

Et Men. 256:

Postilla extemplo se adplicant, se adglutinant.

371. Hic versus potius habendus est pro iambo t., tum quia id metri genus vehementius est trochaïco decetque ex abrupto ac magno spiritu servos evocantem; tum quia priorem syllaba τοῦ estis corripi durum est, quo facto opus esset, si versum pro trochaïco, quales quidem reliqui sunt huius scenae, haberemus.

372 sq. V. prorsus inconcinne:

Vbi hanc ego tetulero intra limen. Mr. abiit, abstulit

Mulierem. ibo persequar iam illum intro, etc.

Τοῦ ibo alterum versum incipere ipsa nos sententiarum concinnitas iubet. Persequar syllabam extremam sequente vocali litera producit: vid. ad Amph. prol. 38.

376. — quaene inficias eat? Vid. ad Aul. 388.

377. Dum non recordor, pronomen hoc passim corripi ante vocalem, copulam temere omisi, ut versui scilicet opituler, qui sanissimus est. Legendum, ut in libris omnibus:

Sed eccam heram video! Sed quid hoc est, haec quod cistella hic iacet etc.

Itidem de metro solliciti videntur fuisse, qui τὸ haec excluderent, quod abest nonnullis Palatinis G et vv. edd., in his Iuntinae.

383. Verba transposui, ut inficias sub ictu poneretur. Vulgo inficias ire; Mss., etiam nostri, et edd. vv.: infitiare. Malim nunc:

Omnia infitiarier ea, quae etc.

Vel legendum: Omnia infitiared ea, quae etc. Τὸ infitiare codicum servavit etiam Pareus, et in lexico Plaut. h. v. ex Glossis profert: „Infitiat, ἀπαρνεῖται." Priscianus p. 799 Putsch.: „Multa," inquit, „similiter ancipiti terminatione in una eademque significatione protulerunt antiqui, ut partio et partior, munero et muneror etc. Vid. ad Amph. 82.

387. quibuscum. Vid. supra ad 358.

393—95 V. nullis numeris neque oratione satis latina:

Nisi quid mi opis
Di dant, disperii: neque unde auxilium expetam habeo.
Itaque petulantia mea me animi miseram habet:
Quae in tergum meum ne veniat, male formido:
Si hera mea sciat, tam socordem esse, quam sum.

Et ita quidem Camerarius haec divisit, nec melius Pareus, codices scripti alius aliter, nullus bene. Quorum in H. quidem primi duo versus ita digesti sunt:

Nisi quid mi opis di dant, disperii,
Neque unde auxilium expetam habeo;

ubi anapaestum dim. facile suspicere; sed eo recepto quid fiet reliquis Neque unde etc.? Cum igitur Ms. Meurs. et edd. Iunt. Ald. praeferre viderem: neque unde auxilium mihi aut praesidium exp. hab., verbum praesidium quidem ex similibus locis, ubi haec iunguntur (velut Rud. 567 legitur:

Auxili, praesidi, viduitas nos tenet),

transscriptum putavi, pronomen vero non spernendum duxi, sed fulciendo versui recipiendum. Porro illud Itaque et numeros evertit, neque sententiae congruit, cum non longior aliqua vel narratio vel disputatio hisce verbis concludatur, ubi locum habet Itaque, sed iis causa indicetur, quamobrem perditam et ab omni auxilio exclusam se dicat mulier, petulantia ac socordia, qua factum, ut cistulam, commissam sibi a domina, amitteret. Atqui causas rerum gestarum gerendarumve passim indicet Ita apud veteres, praesertim Plautum. Aul. 359 sq.:

Neque ego unquam, nisi hodie, ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatum:
Ita me miserum et meos discipulos fustibus male contuderunt.
Totus doleo atque oppido perii: ita me iste habuit senex gymnasium;
Neque ligna usque ego gentium praeberi vidi pulcrius.
Itaque omnis exegit foras etc.

Qui locus diversam utriusque particulae potestatem sub uno adspectu ponit. Mil. 166 sqq.

Pa. Nescio quid malefactum a nostra huic familia est, quantum audio:
Ita senex talos elidi iussit conservis meis.

Et ibidem paulo post:

— — Pa. Quis homo vidit? Pe. Tuos conservos. Pa. Qui is homo est?
Pe. Nescio: ita abripuit repente sese subito.

Cumque interdum Ita usurpetur pro Itaque, velut itidem Mil. 153 (Ita sublinetur os custodi mulieris.) et Cas. 705 (Ita nunc pudeo atque ita nunc paveo atque ita ridiculo sumus ambo): Itaque natura sua, cum ante dictis aliquid additum iri indicet coniungens que particula, causa vero

non consequens aliquid est, sed antecedens, pro Ita nunquam usurpari potest. Reponendum igitur vi sententiae Ita h. l., quod in Itaque mutatum fuerit, ex quo τελεία στιγμῇ distinguere perperam coepere post habeo versu praecedente. Iam quod eveniat reposui pro vulgatarum soloeco isto veniat, suasu Acidalii feci, qui Divinatt. in Plaut. p. 162: „Plane," inquit, „scribendum n e e v e n i a t. Id enim compositum idem est cum e x p e t e n d i verbo, de quo ad Amphitruonem [450]. Ovidius Heroid. Acont. Cydipp. [v. 127 sq.]:

Inque caput nostrum dominae periuria quaeso
Eveniant: poena tuta sit illa mea."

Cf. Parei lexic. Plaut. h. v. Denique versu 595 sciat μονοσυλλάβως pronuntiandum est vel elisa i litera vel loco consonae usurpata: vid. ad Amph. prol. 74. Me vero pronomen socordem inter et esse positum quam facile obliterari potuerit, praesertim in scriptura continua, nemo, ut opinor, est, quin videat. Et ita quidem correctiones huius loci nostras videmur asseruisse.

398. circiter. Vid. ad Amph. prol. 38.

Male libri: Si quis eam abstulerit, quisve sustulerit. Non erat dubium, quin aliquis cistellam abstulisset, cum nusquam ea conspiceretur; sed quis fur fuisset, id quaerebat mulier. Legendum igitur Quis eam abstulerit, sicut in simili causa legitur Aul. 668, et versus potissimum gratia neque ineleganti asyndeto, praesertim in tanta animi perturbatione: quis sustulerit, quanquam nec μονοσυλλάβως pronuntiatum quisve reprehenderim. Vid. ad Asin. 770 et de Asyndeto ad Capt. 536. Priorem syllabam τȣ̃ illac corripi extremo versu, ubi debiliores eius vires, quia durius mihi videtur, malim usitatissima ellipsi, de qua vid. Horat. Tursell v. An §. 4, et utroque, hac atque illac, sub ictu posito:

Quis eam abstulerit, quis sustulerit, et, hac an illac
iter instíterit.

Nam sane ab interprete additum videtur utrum. Proceleusmaticum (-tulerit et) qui mirabitur, legat velim quae nos ad Amph. 356. Langg.: — abstulerit, quis eam tulerit etc.

401. I. Gulielmius Verisimilium 3, 23, probante Acidalio:

„S e d n o n n e e c a s t o r e g o s u m m u l t o i n s c i-
t i o r, h o s q u a e r o g e m a t q u e f a t i g e m,
Q u a e s e m p e r m a l o m u l i e b r i s u n t l u b e n t e s.

Ita o. l. veteres [in Brixiana ed. ita legi ait Taubmannus], ut testati sunt alii. Verum est aut veri saltem non dissimile, scripsisse Plautum m u l o i n s c i t i o r, quod adagionem urbanum et politissimo poëta dignum redolet: nam ita mulos παροιμιωδῶς nominabant stupidos et hebetes καὶ ἀναισθήτȣς. Catullus [83]:

M u l e, n i h i l s e n t i s."

402. Nota locutionem Lubentem esse re aliqua pro Gaudere.

404 — 419. Hunc locum nunc ita constituendum arbitror:

Nam si nemo hac praeteriit, postquam intro abii, as. ex b. d. et i. h.
Cistella hic iaceat. Quid „hic"? Periit, opinor.
(V. soloece: nam si nemo hac praeteriit, —— Cistella hic iaceret. Aut dicendum: si nemo hac praeteriisset, —— cist hic iaceret; aut: si nemo hac praeteriit, cist. hic iaceat. Sic passim errari monuimus ad Amph. 552 Reponendo iaceat etiam metrum posterioris versus prioris aequatum est, de quo dixi ad Amph. 422. Verba Quid hic recte interpretatur Taubmannus: „Quid hic iacere dico? Imo perpetuo periit." Vid. Parei lexic. Plaut. v. Quid, quare, propter quid. Elidendum autem Quid metri causa: vid. ad Amph. prol. 74.)

— — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — —

P. p. me! — S. p. u. c.; tam quaeritabo: t. t.
(tam pro tamen: vid. ad Ba. 1135 sqq.)
Nam et i. p. et foris form.: i. n. u. m. me agitat.
(Nam non elidendum: vid. ad. Amph. 149; sed o in foris liquescit, ut passim fieri monui ad Amph. prol. 74.)

— — — — — — — — — — —

(miseri. H. e. mali, sicut Graeci sua δύστηνος, μέλεος et similia usurpant. Vidd. Ruhnkenii epist. critt. p. 139, nos ad Terent. Andr. 855.)

— — — — — — — — — — —

Quae neque illi ipsi quidquam usui est, mihi potest c. t.
(Insulse libri: Q. n. illa illi q. u. e.)
Esse. Sed me moror, qu. h. a. s.
(V. inconcinne: memet. Perperam iteratum mihi videtur me pronomen.)
Halisca, hoc age: ad terram adspice; dispice; as. ex b. d. et t. h.
(V. metro everso: aspice et dispice. Nisi asyndeton hic usurpasset Noster, etiam in proximis dixisset: et oculis investigans astute augura. Sed amat eam figuram. Vid. ad Capt. 536, et de metro ibid. ad 428 sqq.)
Oculis investigans astute augura.
La. Hem, hera . . . . Pha. Hem, quid est? La. H. e. Pha. Quis? La. Quoi haec exc. cist. as. ex 3 i. h.
(Vid. de hoc metri genere ad Amph. 422.)

Certe eccum locum signat, ubi ea excidit. as. ex b. d. et t. h.
PHA. Adparet HA. Sed is hac iit. b. d. claus.

422. V. verba Hic meis turbo oculis modo se obiecit (nam sic legitur) post Constitit inculcantur, causa quidem non apparente, cur turbinem oculis suis obiectum dicat mulier. Consiterit sane ille cum alio. Quid tum postea? Si ut consitere, ita etiam discedunt, clare distinguendis utriusque vestigiis: nihil hic erroris. Sed mox, ubi rursus singulum vestigium videt, h. e. unius, non amplius duorum, sicut antea, ibi locus querelae illi. Iamque et metri ratio constat, quam in vulgatis aegre expedias. De traiectis in Hoc versibus vid. ad Asin. 18 sqq. Ceterum versus reponi iussit priscae monetae verbum provorsum pro vulgato prorsum.

424. Sed qui sunt? V.: hi qui sunt? sed plerique Pall. item H. M. et vv. edd.: Si quis, vel Si qui, Pal. 3. li quis, G: liquet, ut facile f et l literae miscentur. Iam Si et Sed confundi, monuimus ad Terent. Heaut. prol. 13.

426 — 431. Lege:

Sed is hac abiit. Contemplabo. Hinc huc iit; hinc nusquam abiit. Actam t. t.

(V. inconcinne: Contemplabor. Frequentat activam formam Noster: vid. Parei lex. v. Contemplo.)

Rem ago! Quod p. p. c. m. cum cist. Redeo intro.
(De versu, quem hic inserui, vide ad 437 sq.)

PH. M., m.: s., qui te volunt conv. HA. Q. m. r.? i. t. c.

432. Male Gulielmius et Douza inter te et Postremo ista, tanquam a serva dicta, inculcabant ex Nonio, quibus in Fragmentis locum dedi:

Malum aufer, bonum mihi opus est.

Huc ea non pertinere, vel metrum erat indicio.

434. Σφάλματι typographico excusum Ecquam pro Ecquem, quae librorum omnium lectio est, a me minime improbata.

436. V. inconcinne: accurrimus. Ceterum V. C. 3 nostri et vv. edd., in his Mediol. et Iunt.: se pro suam, ex interpretatione, ut opinor, cum nescio quis verbis vitam suam se adscripsisset, tanquam idem significans. Quod plerique codd. vita pro vitam, vel virgulam supra a ponendam neglexere scribae, vel positam non agnovere.

437 sq. Libri vetusti haec tantum:

— — — — Alcesimarchum, ne suam vitam
Interimeret, tum imore excidisse
Cistellam. LA. Haec mulier amus,
hera, parumper.

Quae sic explevit Camerarius, „dux gregis ille:"

— — — — A., n. s. v.

Interimeret, tum mihi puto prae timore hic excidisse
Cistellam. La. haec mulier nostra est. quin operam damus, hera, p.

Et de reponendo quidem verbo timore, convenit mihi cum viro optimo. Ceterum cur nostra vocetur mulier, parum intelligo; certe familiaris Lampadioni non est. Sed omnino in hoc versu me non explet corrector, quem versum ita quidem typis describi iussit Sarracenus:

La. Cistellam haec mulier quaeritat. eamus, hera, parumper;

in quo agnoscere mihi videbar, quod dedi versu 430,

Cist. h. m. quaeritat. Adeamus, h., p.,

Ad-syllabam a simili, quae antecedit, raptam arbitratus; itaque anteriore quodam loco haec ponenda duxi, ubi nondum, cistellam quaeri, ex ipsa Haliscae oratione constaret, neque aptiorem illo facile inveniri posse mihi persuadebam. Nunc amplio, dum de fide istius lectionis Sarraceniae constiterit, versumque hunc eo loco, quo vulgo legitur, et lacerum utrumque potius quam male interpolatum, ediderim. Nisi quis audiendum putet Meursium, ex suo codice, quicum verbo tenus concinunt Iunt. Ald., ista proferentem, in quibus captum agnoscas librariorum et inprimis editorum veterum, velut Angelii (nam de codice Ms Meursii quam mihi res dubia videatur, significavi ad Aul. 781 sqq.), ultra iambos senarios trochaïcosque tetrametros catalectos raro sapientium:

— — — — misera? nam dudum
Vt ad Alces. istuc omnes accurrimus,
Capillo scisso (Iunt. Ald. cisso) atque excissatis auribus
Tumultuantem, ne se vita interimeret,
Timore puto excidisse cistellam mihi.
(Iamque omissis illis laceris haec
mulier amus, hera, parumper, continue:)
Disperii misera etc.

Ex his quae laudantur a Nonio v. Excissatum, in Fragmentis posui; reliqua idem est indicasse et iudicasse.

438. V. parum concinne:

D. m. q. ego meae h. d. etc.

similiterque mox: herae meae supposita est parva, ubi quidem pronomen abest G.

440. Vide praecedentem annotationem. V. autem: Facilius posset noscere, quae, offensus minus recto accentu verbi Facilius (vid. ad Amph. 203), transposui, cum mussitanda essent, ut alia huiusmodi nonnulla apud Hunc et Afrum. Quod medio in versu pyrrhichius (-scere) est pro iambo, vid. ad Amph. 1. Cf. 442.

442. Forte, non consilio, excusum ut signa pro vulgato eoque exquisitiore signa ut. Versum ita dimetiere:

Hanc sci | re opor | tet, fi | lia | tua ubi | sit, si | gna ut di | cit.

Vid. ad 440.

447. Inepte libri, non immisso personae nomine:

— — — — Si quid est opus: dic, impera et tu.
Quid quaeritabas?

Paulo melius vv. edd.: — impera. et tu, vel impera. Et tu. Civiliter compellata mulier nota illa formula Si quid est opus, impera, de qua dixi ad Aul. 100, par pari ut referat, respondet: Et tu, h. e.: Et tu dic et impera, si quid opus est; quomodo salvere iussi respondere solent Et tu salveto, et valere: Et tu vale, vel breviter: Et tu. Vid. ad Cas. 104. Legendum igitur:

— — — — impera. Ha. Et tu.
La. Quid quaeritabas? —

450 sq. Lacunosi etiam hic codices, qui fere haec dant:

Qua aufugit quaedam nescio quo. Ph. quid id quidnam est
Alienum et memorem familiarem.

Supplevit Camerarius:

Q. a. q. n. quo mihi. Ph. q. i., q. id n. e.?
Ha. A. quod damnum afferat et moerorem familiarem.

Non omnino male, ut hoc furtum cistellae damno afficere dicatur Silenium, monumentis iam orbatam, quibus agnosci possit, moerorem vero afferre familiarem, h. e. qui pertineat ad familiam Haliscae inprimisque ipsam ancillulam, quae perdidit cistellam. Sed iusto audacior ista est mutatio, longeque lenior medicina, quam loco nos fecimus. Neque inficete, opinor, dubitare se ait mulier, alienam an familiarem, h. e. quam ipsa vel sui accipiant, iacturam hanc dicat, cum amissio cistellae aeque ingrata esset futura dominae suae et Silenio. Malim autem nunc, τῷ alienum non reficto:

Nescio, alienumne hoc ego anne familiare memorem.

452. G: Mercis, h. e. merces, prisce. Charisius Institt. gramm. 1 p. 27 Putsch.: „Feminini generis haec: — Lanx, lex, lens, laus, lis, lux, mens, merx. Sallustius merces dixit.“

455. Τὸ hic additum a Pareo ad fulciendum versum, cui sic quoque opituleris, ut vel reponas sibid, vel vocem hanc non elidas. Vide ad Amph. prol. 149 Amph. 341.

458. grex venalium. Cf. Aul. 405.

461. ad quandam mulierem — gratiam ineat. Ita 3 libri nostri et vv. edd., in his Mediol. Iunt., quod lectius vulgato a quadam muliere — g. i.

464. Libri haec tantummodo:

La. At enim ille quidam (V. C. quam) argentum expetit.

Camerarius versu ὑπερμέτρῳ:

La. A. e. i. q. a. e. Ha. at necquicquam argentum expetit.

466. Inepte edd. vulgatae:

Commoda loquelam tuam: tibi nunc proderit confitemur
Cistellam habere.

Iamdudum loquelam suam commodarit, h. e. locuta est, Halisca, ut non sit, quod id eam facere iubeat Phanostrata. Deinde verba tibi nunc proderit confitemur absurdiora etiam sunt: nam quomodo tandem, quaeso, cistellam habere, h. e. possessio cistellae, prodesse potest ei, qui iam eam non habet? Laxe pro more suo explicat Taubmannus: „Tuae iam erant vices respondendi servo meo; sed eas tu mihi nunc commoda tuo bono." Mss. et vv. edd. non Commoda, sed Commodo, Quomodo, Commendo, et loco τȣ̃ proderit vel prodens, ut Mss., vel proderis, ut fere edd. vv. Inde non adeo difficile erat coniicere Plauti manum, siquidem nihil aptius huic loco est, quam ut, ineptiis servi fatigata, iam propius ad ancillam accedat Phanostrata, seque ipsam colloqui cum ea velle significet. Cui Halisca: Num proderis? h. e. num id ex usu erit meo, an pari modo atque hic servus tuus, me ludificabere? Solaturque eam Phanostrata verbo plano ac vero, quale matronam decet: Confitemur cistellam habere. Redeundo igitur ad codicum scripturam veterrimorum adscribendisque personarum notis, quas temere vel addi vel omitti in scriptis constat (vid. ad Aul. 280), restituisse hunc locum videor.

473. Synchysis. Vid. ad Amph. 378.

478. Hunc versum inter et sequentem ineptissime ista ex Prisciani libro 4 inculcat Lambinus, quae in fragmenta retulimus, cum ab hoc quidem loco non modo sensa eorum, sed etiam metrum abhorrere intelligeremus:

La. Adhinnire equulam possim ego hanc,
Si detur sola soli.
Nam ita mustulentus aestus nareis attigit.

Quae etiam in Iunt. et Ald. leguntur, sed versu 481, post Mea est. Repertus est, qui invento cumulum adderet, Dissaldaeus, ex eodem Prisciani loco haec proferens istisque addens:

Ha. Me respondere postulas? iniurium est. Stipulari semper
Me ultro oportet a viris, eum quaestum facio.

Quae sic enarrat: „Ait Halisca iniuriam sibi fieri a Lampadisco, quod prior eam sollicitaverat, quae ultro soleat rogare viros, atque inde quaestum facere. Decet haec oratio meretriciam ancillam." Decet fortasse, praesertim foediorem, quam quae ultro expetatur a fututoribus. Sed quid haec omnia ad rem praesentem? Sane tibi, o bone, insusurrarim Flacci ista: Nunc non erat his locus.

480. Septemdecim. Ita, vel Septem decem, Mss. et edd. vv., non Septem et decem, et vulgatae:

481. Libri versu excorde:

Ph. M. e. La. e. est us annorum attulit.

482 sqq. Haec vulgo sic ordinantur, in quibus, quae a li-

a libris veteribus absunt, latioribus literarum interstitiis excudi iussi:

Ha. Quod quaerebas, repperisti: iam quaero meam.

La. At pol hae suas nactae sunt, quaero tertiam.

(Hi duo versus non leguntur in Iunt. et Ald.)

Ph. Quod quaeritabam etc.

Sed facile intelligitur, eodem tenore dici ista Phanostratae Mea est! et haec: Quod quaeritabam, filiam inveni meam. Iamque, ubi matrona se, quod perdiderit, reperisse dixit, locus est iocis servuli et ancillae: Iam quaero meam (cistellam), Iam quaero tertiam (puellam aliquam, quae caput mecum limet). Quod versum At pol 497 inter et 499 inculcavi, nunc factum nollem, poenitetque etiam olim placitae correctionis. Sed probabiliter mihi videor reposuisse Quid? quoniam tuam invenisti, iam quaero meam? ut civiliter quaerat ancilla, an inventa Phanostratae filia sibi iam liceat videre, quid cistella sua factum sit. Quae si vera divinavi (vix autem aliud quidquam vel loco huic vel personae convenit), apparet iam, similiter traiectos esse versus 484 — 493, ut primum pluribus argumentis serva confirmet, revera istam puellam esse Phanostratae filiam, deinde obsecret matronam, ut cistula sibi reddatur sua. Neque magis ad eum locum, ubi positos eos inveni, pertinent versus 494 sq., sed ibi illos inseri consentaneum est, ubi cistellam servae reddidit Phanostrata: siquidem, si recte conieci, ratio illis versibus redditur, cur non neganda Haliscae fuerit cistella, quia per fidem crediderit (sibi, Phanostratae), quaecunque de Silenio scivit: ne bene merenti sit malo benignitas. Nam vulgo hoc ordine haec exhibentur, servae, nescio quo sensu, tributis verbis Aequom — benignitas:

— — — — inveni meam.

Ha. Aequom est tenere, per fidem quod creditum est,

(Istud tenere a Camerario additum est: nam vv. libri h. l. lacunosi.)

Ne bene — — — — — — —

Nostra haec alumna est tua p. f.

(Nam addidi ex more Plauti, ad sententias iungendas.)

Et reddítura hera est tibi tuam: et ea gratia

(hera abest libris, sed probabiliter insertum est. Tò tuam non legitur in H, recte: nam versum impedit.)

Domo — — — — — —

Exquiritote — — — — — —

(V. C. Exqueritote. Vid. ad Amph. 28.)

Ha. Illius — — — — — — —

Sed istanc — — — — — — —

Ph. Quid fit, — — — — — — —

(Langg. tene tibi, probante Scioppio Suspp. Lectt. 3, 7. Equidem hoc ex versu 493 petitum

censeo proboque vulgatum: quod tuum est, teneas tuum, h. e. teneas, quia tuum est.)

Ph. At — — — — — — — —

Da — — — — — — — —

Ph. Tibi auscultabo. Tene tu cistellam tibi.

Abeamus intro etc.

497. V. inepta repetitione: I, i prae. Omittunt alterum i Pall. G H et vv. edd.

499. V.:

Quid hoc negoti est, quod omnes homines fabulantur per vias,

quod servari potest, modo Quid elidatur et τȣ̃ omnes corripiatur prior syllaba. Vide ad Amph. prol. 74 Cas. 699. Abest omnes Iunt. et Ald.

502. V. Etenim non placet, quod item ferendo est, quanquam elegans et ex usu Plauti, quod reposui, Enim. Sed enim placet Gulielmio Quaestt. in Cist. cap. 2; sed profecto nihil mutandum est.

ANNOTATIONES IN CVRCVLIONEM.

ARGVMENTVM.

V. 1. V.:

C. missus P. it Cariam.

Et ita quidem libri vetusti, qua scripti, qua impressi, nisi quod Langianos missu pro missus exhibuisse narrat Pareus, quomodo Trin. 1103 legatur allegatu meo; quod tamen negatur a Gulielmio et Taubmanno. Aeque bellum nobis versum propinat Angelius, Iuntinae curator editionis, hunc:

Curculi | o mis | sus a | Phaedromo it | in Ca | riam.

quem temere secuti Aldus, Camerarius, alii. Quanquam Camerarius quidem in annotatione ad h. l. ,,Primum," inquit, ,,argumenti versum mendosum esse, certum est. Sed omnino existimo paulo sic rectius lectum iri, ut subscripsimus,

Curculio parasitus Phaedromi it in Cariam."

Sed haec medicina, seu verborum seu metri rationem habeas, deterior etiam Angeliana, quia violentior, nec tamen magis quidquam proficiens. Sic autem illo seculo in re metrica versati erant etiam doctissimi, in quibus optimus Ioachimus: vicisse se arbitrabantur, si versus iustum haberet pedum numerum, ,,legitimumque sonum digitis callebant, non aure." Longe melius I. Gulielmius Quaestt. in Curc. c. 1.:

Curculio missu Phaedromi it in Cariam."

,,Missu," inquit, ,,ut iussu, ductu, ausu, infinita alia." Sed in praepositio non erat arcessenda ex mediae aetatis libris; verum it in ivit resolvendum, quod suasit Gruterus.

Ceterum recte Camerarius: ,,Haec Caria quae sit, aut ubi terrarum sita, quaerendum, quo ille undeque redire potuerit quatriduo. Sic enim ait adolescens [204]:

Parasitum misi nudius quartus Cariam
Petere argentum. is hodie hic aderit.

Nam in Cariam Ioniae Epidauro navi veniendum fuit, neque tam brevis traiectus esse potuit."

2. V.: ibi ille eludit a. Sed libri vv. pronomen non agnoscunt.

3. Pessimo extemplo Gronovius Ernestiusque: obsigna-

vit, quae lectio et inconcinna, et ne unius quidem libri veteris suffragio adiuta.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 1. ted. Vid. ad Amph. prol. 149. Etiam Terentii Eun. 1021 Heaut 739 Phorm. 260, 405 d literae, separandarum vocalium gratia verbis olim addi solitae, vestigia visus mihi sum deprehendere.

3. Frustra Iunt. Argent : imperant. Petitum hoc, opinor, ex versu 6.

11. V.: melliculo, voce nihili. Vid. ad Cas. 675.

16 Inconcinne libri: valuistin'. Omitti solet ne particula interrogativa. Vid. ad Cist. 536. Sic autem vel compellare, quos ex intervallo viderent, vel inquirere de absentibus solebant. Aul. 137: Quid tu? recten' atque, ut vis, vales? Ba. 154: Nempe recte valet? Ibidem 213: Bencne usque valuit? Epid. 15: Quid ais? perpetuon' valuisti? Merc. 934: Salve, mi sodalis Eutyche. Vt valuisti? Quid parentes? Ad quae fere respondetur Vsque, ut vides, sicut Most. 439, vel Sustentatum est sedulo, seu Sustentavi sedulo, ut Stich. 446, 560. Vid. etiam Taubmannus ad h. l.

17 sq. Recte has servi quaestiones eo pertinere putant, quod herus insanire homini videbatur. Delirare enim interdum et mentis errore affici solere homines ex febre aut ex longo ieiunio, quo saevi etiam redduntur. Theocritus 15, 148:

— — — — πεινᾶντί γε μήδεποτ' ἔνθῃς:

esurienti quidem nunquam occurras. Et scriptor scenae Amphitruoni suppositae Di vostram v. 45:

Vetus est adagium: Famis et mora bilem in nasum conciunt.

Inde statim servulus:

Quid tu ergo, insane, rogitas, valeatne ostium?

Notabis autem enallagen in verbis Caruitne te febris.

20. Pall. H M: vide; Pal. 6: B. ergo vide e. t., G: B. ergo unde e. t. Non improbarem equidem hanc lectionem:

Bellissumum hercule vide et taciturnissumum.

Nisi quod ostium a se salutatum ait Phaedromus, quia id viderit, tanquam hominem obvium sibi factum, et bellissimum quidem et taciturnissimum.

21. V. muttit, quod ex versu 94 videtur ductum. Pall. et nostri H M: mitiit; etiam Langiani mutit, quod eodem modo explicari potest.

27. Iupitĕr. Vide ad Amph. prol. 38. Noli enim sic dimetiri: Iu | piter. E | go item | volo, siquidem paribus trochaïcorum, imparibus iamborum, regionibus amantur pedes τετράσημοι, sicut monui ad Amph. 355.

28. amare. H. e. amorem, quomodo verbum proprie di-

etum pro nomine usurpare solent Graeci: vid. ad Ba. 124. Persius Sat. 6, 38 sq.:

Ita fit, postquam sapere urbi
Cum pipere et palmis venit nostrum hoc maris expers;

h. e., ni fallor: Ita fit, postquam sapientia graeca cum pipere et palmis venit nostram hanc in terram, Italiam. Maris enim expers recte dicatur ὁ χέρσος, qui aquis marique adeo opponitur; neque improbanda mihi videtur haec explicatio propterea, quod affectati quiddam in se habet: nam eius quidem vitii non omnino immunis, me iudice, hic poëta.

30—32. Male hoc ordine haec leguntur in vulgatis:

Semper curato, ne sis intestabilis:
Quod amas, amato testibus praesentibus.
Ph. Quid istuc est verbi? Pa. Caute ut incedas via.
Ph. Quin etc.

Si ita scripsisset Plautus, Phaedromum dubitantem fecisset de potestate verborum Quod amas, amato testibus praesentibus, quae meridiana luce clariora. Sed τὸ intestabilis scrupulum iniicere adolescenti poterat, quem eximit Palinurus statim addita interpretatione: Quod amas, etc. Sic passim errari, monui ad Asin. 18 sqq.

38 Iuventute extrita v litera pronuntiandum: vid. ad Amph. prol. 90.

39. haec. Bene sic II: vid. ad Amph. 138. V. interpretantes: hae. Male pro monosyllabo est: vid. ad Amph. prol. 74. Pessime autem vulgatae edd. eveniat, quod dudum est cum antiqui usus metrique inprimis gratia correxit Muretus.

41. V.: maxume. Pareus de se: — maxume. Ph. Etiam tu taces?

43. V. inconcinne neque satis ex usu Nostri in hoc genere:

Id uti occoepi dicere, ei ancillula est.

Liber Sambuci Ms. apud Gulielmium Quaestt. in Curc. c. 1.: Inducias occepi, unde Gulielmius coniiciebat legendum esse: Inde, ut iam occepi. Sed Acidalius Divinatt p. 105: „Plautinum," inquit, „et Comicum magis est Ita uti iam occepi dicere. Sic enim de integro ordiuntur interruptam narrationem pertexturi. Poenulo [541]:

Ita ut occepi dicere,
Lenulle, de illac pugna.

Sticho [553]:

Ita ut occepi narrare vobis, cum hic non adfui.

Simul autem eodem versu versus caussa eii scribes i geminato, quod Plauto solens, ut prior syllaba producatur." Ita vir doctissimus, nec male: nam Stichi quidem loco non facile quisquam ei concedet, ita, ut vult, legendum esse; sed Poenuli recte ab eo laudatus est, similiterque etiam Rud. 965 habes:

Ita, ut occepi dicere, illum, quem etc.
et Trin. 859:

Ita, ut occepi, si animum advortas, dicam.

Nihilominus aliam viam ut insisterem, movit me libri H, a me collati, lectio haec: pa. Si Indutiaſ occepi dicere phe ei etc. h. e., ni fallor: Sed ita ut iam occepi etc., siquidem Sed et Si saepissime miscentur, velut item Ovidii Metamm. 13, 507 vulgo legitur si finita, at in codice satis bonae notae Berolinensi, quem versavimus, recte: set finita; et contra Terentii Heaut. prol. 13 Si pro vulgato Sed reponendum esse vidit Bentleius; ita vero et ind quam sint similia in scriptis, quamque proclive fuerit, literae m finalis formam, qualis conspicitur in multis medii aevi libris, habere pro s minuto, non est, quod doceam. Elegans autem illud Sed, iungendis orationibus serviens et scriptorum Comicorum quavis pagina recurrens, ut monui ad Amph. 938. Pers. 515:

Sed, ut occepisti, ex tabellis nosce rem.

Pseud. 1007:

Sed, ut occepisti, perge operam experirier.

Stich. 553:

Sed (id, quod occepi narrare vobis) dum etc.

ubi libri soloece: Sed ita quod occoepi etc. Et similiter Poen. 1087:

Sed illuc, quod volui . . . .

Sic igitur locum hunc emendandum censui, cum praesertim Mureto, optimo harum elegantiarum iudici, iam olim placuisse scirem: Sed ita ut occoepi etc. Ceterum Indutias pro Id uti etiam Pall. noster G et vv. edd., in his Mediol. Iunt. Argent.; M. Inditias.

44. Malim numero meliore: qui hic habet. Habere pro Habitare passim Noster: vid. Parei lexic. Plaut. h. v. Quanquam et Hic adverbium corripi interdum suspicor apud Comicum. Vid. ad Amph. prol. 140.

45. V.: Minus formidabo, ne exedat. Taedet ineptiarum, quas hic effutiunt viri docti, dum ineptum pro apto vendere se posse putant. Pal. 3 et Salmasiani libri prope verum ille: excadat, hi: excedat; rectissime autem H noster a manu prima: excidat, sicut olim quoque Langiani. Lipsius Antiqq. Lectt. 1, 21: „Scribendum," inquit, formido ne excidat. Cum herus diceret Recte tenes: servus ludificans in verbo Tenendi, Nimirum, inquit, metuo ne elabatur." Legit autem Lipsius: Nimis formidabo, quod praeferunt Pall. 5 nostri G M et vv. edd., in his Iunt.

55. V.: nucleum; sed Langiani prisce: nuculeum. Vid. ad Capt. 576.

58. V. minus concinne: cuipiam. Cuiquam Langg. G H et ed. Argent.

59 Imo ut illam censes? „Perperam," inquit Acidalius Divinatt. in Plaut. p 106, „Lambinus, qui mutat imo quid censes? Venustissima locutio est vulgata, quae ea-

dem et Bacchidibus, sed nec ibi recte intellecta. Transferam adeo inde locum huc, ut uterque collatione alterius illustretur. Scen. Mirum est [Ba. 170 sqq.]:

Ch. Vt istuc est lepidum! proximae viciniae
Habitat. ecquidnam meminit Mnesilochi? Pi. rogas?
Imo unice unum plurimi pendit. Ch. papae!
Pi. Imo, ut eum credis, misera amans desiderat.

Hic ita interpretantur: ut ipsum Mnesilochum desiderio Bacchidis macerari facile credis, ita prorsus illa mutuo illum ardentissime desiderat. Inepte, certe false, quod tamen ignosco doctis viris: nam lectio ipsa falsa, quam ad hoc exemplum etiam illic emendabis:

Pi. Imo ut eam credis?

Formula est mirum aliquid et inopinatum de aliquo narrare parantium. Bacchidibus ergo valet: quomodo Bacchidem erga Mnesilochum esse credis? Curculione: qui Planesium affectam et quid facere censes? quasi dicat utrobique: vix fidem habiturus es mihi de eo, quod vere sum dicturus. Tenuem et adumbratam similitudinem habet illud Terentii Andriâ Act. 5. sc. 2. [11 sq.]:

S. Eho non tu dixti esse inter eos inimicitias, carnufex?
D. Sunt. S. cur igitur hic est? Ch. quid illum censes? cum illa litigat.

Itemque Adelphis Act. 4 sc. 5 [22]:

Quid ipsae? quid aiunt? Mi. quid illas censes? nihil.

Multo similius hoc Mercatore nostri scen. Homo me [345 sq.]:

Nunc si dico, ut res est, atque illam mihi me
Emisse indico, quemadmodum existimet me?"

Sic ille, a quo prolatis locis viri docti addunt ista Trin. 777 sq.:

— — — — quid illunc putas
Natura illa atque ingenio? Iamdudum ebriust.

Videntur autem mihi potius formulae istae esse alterius de aliquo aut falsam aut minus aequam opinionem, seu serio, ut in his locis Plauti, seu per iocum, ut in loco Andriae, corrigentis; velut nostrates quoque dicere solent in tali causa: Was denkst du denn?

73. Male, Is. Pontano obsecuti, edunt:

Quid? an te pones Veneri ientaculo?

Quia scilicet dixerit adolescens: Me inferre Veneri vovi iam ientaculum, id calumniatum ridiculi causa Palinurum, quasi se ipsum inferre Veneri pro ientaculo vovisset ille, cum ex abundanti illatum esset, more prisco, me pronomen, de quo

usu dixi ad Amph. 356, sed id calumniatum servum quaerere:

Quid? an te pones Veneri ientaculo?

Cui item iculariter respondeat Phaedromus:

Me te atque hos omnes.

Libri praeter Pontani unicum coniunctim: antepones, quomodo passim legitur anteponere, velut Hic dicit Trin. 412 sq.:

Scelestiorem ego coenam coenavi tuam,
Quam quae Thyestae anteposita est et Tereo.

Hoc igitur noli dubitare quin recte sit a nobis repositum. Sed unde, inquies fortasse, illud iam inter verba Veneri et ientaculo? Aio id latere in scriptorum et editionum veterum lectione Veneri (vel venerei, ut Sarracen.) a ientaculo, ut continue exaratum veneriiamientaculo, cum primum semel posuissent scribae i literam bis perscribendam, deinde m in iam virgula superscripta indicassent, quae deinceps omissa est, ita paulatim gliscente depravatione transierit in veneriāientaculo et veneriaientaculo. Per iocum autem τὰ iam, ab hero usurpatum, item adhibet in quaestione sua servulus, ut saepe verba eorum, a quibus dissentimus, satis refellere videmur nobis, si modo repetamus, ut eorum absurditas altius auditorum subeat animos. Acidalius quoque olim:

Pa. Quod antepones Veneri iam ientaculum?

74. hosce omnis. Pueros, sinum lagenam et quidquid instruendo esset illi ientaculo, ferentes.

77. V.:

Nomen ei est lenae, multibiba atque merobiba.

Sed abest pronomen V. C. Pall., 3 nostris et editionibus veteribus.

80. V. inconcinne:

Eaque extemplo ubi vino h. c. f.

Lambinus autem metro durissimo:

Eaque ex | tempulo u | bi vino etc.

Legendum haud dubie:

Eaque, ubi extemplo vino has conspersi fores,
De odore etc.

Nam sic Quom extemplo, quod idem τῷ Vbi extemplo, passim invenitur apud Sarsinatem, pro quibus Cum primum, Vt primum, Vbi primum, usurpant seriores. Asin. 423:

Aibat reddere, quom extemplo redditum esset,

ut recte emendare censeo Schellerum in lexico latinogermanico v. Extemplo, cum vulgo legatur quam extemplo; h. e. Aibat extemplo reddere, cum redditum esset. Cf. tamen Mil. II 62. Capt. 364:

Ne tu me ignores, quom extemplo e meo conspectu abscesseris.

Merc. 290:

Senex quom extemplo est, — —
Aiunt, solere eum rursum repuerascere,

pro: Cum senex est, aiunt, extemplo solere eum rursum repuerascere. Mil. 573 sqq.:

Scio, quam rem gerat:
Vt miles, quom extemplo a foro adveniat domum,
Domo comprehendat.

Ibidem 923:

Hanc ad nos, quom extemplo a foro veniemus, mittitote.

Most. 1016.

Eloco intra limen adstate illi: ut, quom extemplo vocem,
Continuo exiliatis.

Et similiter Pseud. 806 Rud. 879 Trin. 221, 692. Non autem haec dicta existimabis per synchysin, de qua generatim monuimus ad Amph. 378; sed expressa sunt de graecis ὡς τάχιστα, ὡς θᾶσσον, de quibus vid. Viger. ed. Hermann. pp. 562, 807.

82. cum vino sinus. Vid. ad Ba. 363.

Nisi nevis idem frequentioribus formis Si vis seu Sis, Si lubet, Si tibi placet, de quibus dixi ad Aul. 64. Cf. Men. 695.

83. V.:

Nolo hercle. nam istunc qui fert, afflictum velim.

Sed Acidalius Divinatt. p. 107: „Sententiae," inquit, „ratio suadet magis ut scribas nam isthuc qui fert, i. e. ad anum. Cur enim male illi velit, qui sinum ferat, nisi quia anui ferat?" Sane hanc solam ob causam malum precatur puero: ceterum satius mihi videbatur reponi isti hunc, isti, h. e. anui illi pessimae, quam odi, quomodo passim adhibetur hoc pronomen.

88. Vel τὸ Ita verbo posterior syllaba producenda est, sicut saepe fieri monemus ad Amph. 475, vel verbum faciam sequente vocali non est elidendum, de qua figura vid. ibidem ad 341. Hac ratione inita habebimus proceleusmaticum (faciam. Agi-) in iambo, nec male: vid. ibidem ad 356.

90. V. inconcinne:

Voltisne olivas aut pulpamentum aut capparim?

Pulmentum Scaliger, probante Bentleio ad Terentii Eun. 3, 1, 36, ubi similiter peccatum; et sic plane G.

91. H: hanc pro huc. Fuerit illud initio hac, quod exquisitius. Cf. Hunc supra 87 Trin. 1 etc. item Terentium passim.

93. V. metro aegre explicando:

Viden' ut aperiuntur aedes festivissimae?

94. Num. H et mediae quaedam edd.: Non, frequenti permutatione.

96 sq. Versus asynarteti et illis, quorum tanquam ab Anacreonte usurpatorum meminit Hephaestio in libro Περὶ Μέτρων καὶ Ποιημάτων ed. Paris. anni 1553 pag. 56, ubi postquam de metro Euripideo et similibus exposuit, in quibus iambi cum trochaeis copulantur, sic pergit grammaticus:

„Ἀνακρέων δὲ οὐκ ἰαμβικῷ, ἀλλὰ χοριαμβικῷ ἐπιμίκτῳ πρὸς τοὺς ἰαμβικοὺς ἐπήγαγε τὸ ἰθυφαλλικόν·

Τὸν λυροποιὸν ἠρόμην | Στράττιν, εἰ κομίσσει.“

Sic enim versum hunc legendum vidit G. Hermannus De Metris p. 387. Cui versui similem hunc profert Marius Victorinus libro 4 De Connexis inter se atque Inconnexis, quae Graeci Ἀσυνάρτητα vocant, ed. Putsch. p. 2592:

Lydia, dic, precor, mihi cur tacere nolis.

Constat igitur id metri genus choriambo dimetro *ἰαμβίζοντι* et trochaico dimetro brachycatalecto sive ithyphallico, habetque hanc formam:

— v v — v — v — | — v — v — v.

Sed hic quoque Noster poëtarum latinorum licentiis frui se impune posse arbitratus est, ut non modo in iamborum, quibus ex parte hi versus continentur, regionibus imparibus pedes τετρασήμους, (vini, cupidam) usurparet pro legitimis τρισήμοις quod etiam Graeci faciunt in hoc genere, sed in paribus quoque idem sibi indulgeret, si quidem recte med rescripsi pro vulgato me, nec fortasse me ἀνεκθλίπτως legendum est et pro brevi syllaba habendum, quam figuram illustravi ad Amph. 341. Sed sane consueta in hisce civium suorum libertate etiam hic, sicut passim alibi, usus est Comicus, nec magis abstinuit spondeis in iambis, quam molossis in creticis, ionicisque in bacchiacis. Et semel quidem hoc loco istud metrum invenitur apud veteres Latinos, cui vicinum, quod Catullus adhibuit in carmine ad Coloniam, quod sic incipit:

O Colonia, quae cupis ponte ludere ligneo
Et salire paratum habes, sed vereris inepta etc.

Inest autem illius priori parti, quae choriambo et iambo continetur, gaudii voluptatisque non mediocris significatio, cum pars posterior, quae constat versu ithyphallico, nescio quid fracti in se habeat effeminatique, quod mirum quantum valet ad indolem anus vinosae declarandam.

Ceterum non nescio, esse, qui haec in formam senariorum iambicorum sibi redigere videantur, velut Angelius et Aldus ita excudi iussere:

Flos veteris vini meis naribus obiectus est.
Eius amor cupidam me huc per tenebras prolicit.

Quos priore versu, pessimo illo quidem, secuti sunt recentiores. Verum si eiusmodi iambici sunt hi versus, quomodo fit, ut choriambo incipiat uterque, secus ac solent iambi? Et quo casu dicamus accidisse, ut posteriore horum versuum omnes, quotquot sunt, libri antiqui non per tenebras prolicit, qui est iambi exitus, sed unanimi praeferant prolicit per tenebras, qui est trochaici acatalecti, quod genus metri minus notum vulgo librariorum, ultra iambos senarios trochaïcosque tetrametros catalectos nihil sapienti? An in planissima ipsisque notissima via nescio qua de causa titubasse homines censebimus, ut habeant scilicet Angelii, quo ignorantiam suam defendant? Minime id committendum, neque, puto, istorum opinioni nunc quis-

quam suffragetur, nisi quod multi sunt, qui, hodiernorum dramatum deliciis capti, quae fere meris iambis decurrunt, quo quidque his similius reperire sibi videntur apud veteres, eo magis id suspiciunt, metrisque olim usitatis variis et ad exprimendas affectionum animi vicissitudines aptissimis frigidam recentiorum uniformitatem anteponunt. Quibus iam olim praeivit rhetorum Latinorum celeberrimus, Quintilianus, Institut. orat. 10, 1 ita scribens: „In Comoedia maxima claudicamus, — licet Terentii scripta ad Scipionem Africanum referantur; quae tamen in hoc genere sunt elegantissima, et plus adhuc habitura gratiae, si intra versus trimetros stetissent." Hunc merito exagitans Bentleius Schediasm. de metris Terentt. c. 3: „Mirificum sane," inquit, „magni rhetoris iudicium! Optabat scilicet, ut fabulae Terentianae, quae in primo cuiusque actu a trimetris inchoantur, eodem metro ac tenore per omnes actus scenasque decucurrissent. Crederes profecto hominem nunquam scenam vidisse, nunquam comoedum partes suas agentem spectavisse. Quid voluit? quod nec Menander nec ullus Graecorum fecit, Terentius ut faceret? ut ira, metus, exultatio, dolor, gaudium, et quietae res et turbatae, eodem metro lente agerentur? ut tibicen paribus tonis perpetuoque cantico spectantium aures vel delassaret vel offenderet? Tantum abest, ut eo pacto plus gratiae habitura esset fabula, ut quantumvis bene morata, quantumvis belle scripta, gratiam prorsus omnem perdidisset. Id primi artis repertores pulchre videbant: delectabant ergo varietate ipsa, diversaque ἤθη καὶ πάθη diverso carmine repraesentabant." Ita vir egregius, cuius sententiae plane subscribo et hoc addo, quo propiora origini suae lyricae dramata fuerint Graecorum et Latinorum, eo magis metris omnis generis melicis iuveniliter lasciviisse, praesertim apud Siculos, populum vividum neque inficetum, qui, sub imperio tyrannorum de administrandis rebus publicis multo minus sollicitus quam Atheniensis, voluptatibus ac delectamentis, inprimis spectaculorum comoediarumque (nam iis quidem avidius inhiabant Siculi) secure vacabat, nihilque in hoc genere fastidiebat, quod vel novitate rerum actarum dictorumque facetiis mentes auresque auditorum, longiore usu nondum callosas factas, erigeret, vel metrorum ac modorum musicorum, itemque gestuum saltationumque molliorum, mirabili varietate sensus titillaret. Nam ex quo magis magisque discerni coeperunt singula genera poëseos et eorum quodque propriis suis terminis continebatur, quos migrare nefas esset, sobrior quoque ac modestior in rebus dictisque exstitit ars dramatica, praesertim Comica, et quod ad metra attinet, Menandri quidem tempore eo deducta esse res videtur, ut iambicis trochaïcisque versibus contenta esset comoedia et reliquam, qua olim instructa fuerat, metrorum supellectilem Lyricis sine invidia concederet. Certe talem fere fabulam Menandream, h. e. sequioris aevi graecam, invenimus in Terentii imitationi-

bus, et Marius Victorinus Artis gramm. libro 1. p. 2500 Putsch., non nisi duobus istis metrorum commemoratis generibus: „Menander," inquit, „in comoediis frequenter a continuatis iambicis versibus ad trochaïcos transit et rursum ad iambicos redit." Veterrimos autem Graecorum poëtas, inprimis Epicharmum, expressit Plautus.

98 sq. De his versibus asynartetis breviter dixi ad Amph. scen. supposit. Di vostram 15 - 29 pag. 52. Vidi, qui versum Liberi itidem haberet pro iambo senario, elisa scilicet e litera in Liberi, quod propter ambiguitatem, cum nescires, Liberi an libri diceretur, fieri non potest. M: vestuti pro vetusti.

100. V.: odor. Sed recte Acidalius Divinatt. p. 107: „Scriptum a Plauto odos: quo terminatu in similibus aliis utitur, ut sermonem anuis blaesulae exprimat, admodum - quam decore. Nam cave alia de causa putes amos et lepos dixisse potius, quam amor et lepor."

101. V. ἄμετρον Langianorum et 4 Palatinorum cinnamomum obtinet. Cimmamum vel cinamum V. C. et Pall. 2, 4, item 3 nostri.

102. V. minus concinne, id quod sensit etiam G. Hermannus de Metris, quo loco haec expendit:

Tu crocinum et casia es tu bdellium.

Crocum Pall., ubi a vetere cod. discesseris, item H, G: crocus.

104. V. interpretatione inconcinna: obsecutus es. G. Hermannus l. l ad 102: obsecutu's; sed vid. ad Amph. 168. Codd. fere: obsecutus est.

110. V. itidem ἀμέτρως: ut tu praedicas. Pronomen abest Langg. G et vv. edd.

112. De huiusmodi clausulis trochaïcis monui ad Ba. 1114 sq. Epid. 121 trochaïcus dimeter etiam post bacchiacum tetrametrum sic infertur.

113. Vox anum non elidenda, si metrum salvum velis, haud magis quam mox potionem. Vid. ad Amph. 341.

114. es? Ita Pall. praeter 4. et V. C., item G M et vv. edd. V. minus bene: est?

116. potionem. Vid. praecedens annotatio. Ceterum τὸ te non agnoscunt scripti, sed comparet in veteribus editionibus omnibus. In V. C. adscriptum eius loco ab aliena manu: sitim, quod in ordinem recepit Pareus. Iam ne metro quidem id congruere intelligitur.

117. Vide de hoc genere versuum asynartetorum ad Amph. 422 Aul. 92—95.

120 sq. Dictum de versibus Anacreonteïs, a Plauto usurpatis, ad Cas. 652.

123. Tace. Langg. addunt: modo, quod ex sequente nolo ortum puto.

124. Dele superfluam notam metricam in fine huius versus, quam forte inducere sum oblitus.

125. propitiantes. V.: propinantes. Sed si propinant

amantes, sponte sequitur potare eos, ut nihil frigidius fingi possit, quam istud potantes in sequentibus. Hoc sentientes quidam, in his Angelius et Aldus, τὸ potantes, tanquam glossema, delere quam τὸ propinantes emendare maluerunt. Cui quidem quam sit vicinum, quod reposui, propitiantes, nemo est quin videat. Sed aptissima quoque haec vox cum sententiae tum metro et ab usu Nostri minime aliena. Poen. 202.

Ag. Quo te agis? Ad. Egone? In aedem Veneris. Ag. Quid eo? Ad. Vt Venerem propitiem.

Ibidem 714 sq.:

Sync. Nunc domum haec ab aede Veneris refero vasa, ubi hostiis
Herus nequivit propitiare Venerem suo festo die.

Cf. ibidem 246 sq. 323. Dant quoque vulgo legitur, sed danunt, quod metro convenit, in Iunt. et Ald.

126. Hereditas, praesertim sine sacris, passim apud Hunc dicitur res gratissima. Capt. 700 sqq.

Iupiter supreme, servas me measque auges opes!
Maxumas opimitates opiparasque obfers mihi:
Laudem, lucrum, ludum, iocum, festivitatem, ferias,
Pompam, penum, potationes, saturitatem, gaudium;
Sine sacris hereditatem sum aptus ecfertissumam etc.

Trin. 451:

Coena hac annona est sine sacris hereditas.

Stich. 370 sq.:

Ge. Non vendo logos
Iam; iam non facio auctionem: mi obtigit hereditas.

127. avariter. G: cupide, ex interpretatione. H omisit. Legendum ut avar'ter: vid. ad Amph. prol 74.

130. Prius lubet u literam elidit, sicut itidem infra 143. Vid. ad Amph. modo l. l.

131. Tacebo. Vulgatum Taceo versui refragari arbitratus, dedi Tacebo. Sed eo non indigemus. Legendum:

Ph. Tace! noli . . . . Pa. Taceo. Ecce autem bibit arcus; pluet, credo, hercule hodie.

Similiter infra 154:

Ph. Sed tace. Pa. Taceo hercle etc.

Et sic passim.

132 sq. V.: hoc volo Scire te, perditus etc. Servari potest te pronomen, si hoc modo rescribatur:

— — — — — audi! Hoc
Te volo scire: perditus sum miser! —

134. V.: sed quid est, quid lubet etc. Sequor Pall. M et vv. edd.

135. V. Te esse? ex interpretatione, ut opinio fert mea. Certe τὸ esse aegre admittit metrum creticum, quo hos versus conscriptos esse, luce meridiana clarius est. De clausulis creticorum vid. ad Amph. 81.

140. Dixi de hoc metri genere ad Amph. scen. supposit. Di vostram 15—29 pagg. 52 sq.

142. expetas. Libri duriore numero: expectas. Saepius haec verba mixta.

143. lubet. Vid. supra ad 130.

148. Pessime libri lydi vel lidi. Recte A. Turnebus Adversarr. 19, 10: „Ego," inquit, „modulo versus adductus, qui cretico pede canticum quoddam saltat, ludii barbari lego, i. e. ludii Romani. nam in omnibus pompis ludisque Circensibus iuvenes ibant, in numerum saltantes et subsilientes, qui ludii et ludiones dicebantur. Praesultor etiam dicebatur, qui in ludis aut sacris praesultabat. Explicatur in antiquo lexico ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος."

Quod Latini vocantur barbari, vid. Parei lexic. Plaut. v. Barbare, ubi laudantur Asin. prol. 11 Mil. 211 Poen. 467 Trin. prol. 19. Festus v. Vapula Papiria: „In Barbaria est in Italia." Graecos in hoc parum consulte imitati sunt Latini.

153—155. Sic fere hos versus exhibent libri omnes. Quos versus cur in formam iamborum senariorum redigere velimus, quod quibusdam placet, equidem non intelligo, cum et λυρικώτερόν τι spiret hic locus, quam quod tritissimo iamborum genere exprimatur, et trochaïci trimetri cum acatalecti tum catalecti et brachycatalecti etiam alibi reperiantur apud Nostrum. Vid. ad Cas. 67. Ceterum medio horum versuum codices vulgati:

Sed tace, tace. Pa. taceo hercle. quid est? Ph. S. s.

V. C. et 5 Pall.: Sed taceo. Pa. taceo hercle etc. G noster: S. t. t. Pa. T. hercle. sed quid est. Vulgatam lectionem nunc tuear, etsi non admodum placet sub ictu posita τοῦ hercle syllaba posterior. Sed vid. ad Asin. 159.

156. crepitum. G: strepitum, ut item infra 201.

157. percipiat. H ex interpretatione: sentiat.

159. bibant. G et M: combibant.

160—162. V. haec ita leguntur:

Pl. Vbi tu es — — — — — —
Vbi tu es, qui me libello Venerio citavisti? ecce me.
Sisto ego tibi me, et mihi contra itidem te ut sistas suadeo.

Tulissem medium horum versuum, etsi speciem interpretamenti satis manifesto prae se fert, nisi abesset V. C., Pall., ubi discesseris a sexto recentissimo, ut qui anno 1456 ab Omnibono Leoniceno recensitus fuerit, teste Grutero ad h. l., item Langg., nostris G et M editionibusque veteribus. Exhibet eum, sed absque verbis ecce me, H noster, et ad marginem scriptus olim legebatur in Pall. 1, 3; unde etiam Gruterus eum pro spurio habebat, aut certe pro tali, qui aliunde similitudinis causa huc fuerit arcessitus. Vncinis igitur inclusi versiculum ταυτολόγον, cum in G invenis-

sem: sisto ades contra, quae elegantissima et ea, quibus ista itidem te ut sistas pro interpretatione adscripta esse videantur, servatisque verbis ecce me, quae non commovent suspicionem, probabiliter, nisi fallor, refinxi locum. Si quis tamen est, qui versum sublestae fidei sibi eripi nolit, is certe sic in numeros restitutum deinceps legat suadeo, sequente non mutato:

Vbi tu es, Venerio libello qui citavisti? Ecce me.

163. V. hiante versu:

An. mi, procul amantem etc.

G M: A. m. me procul etc.

165 V. orationibus minus concinnis: Ph. Est lepida. Pa. Nimis lepida. Ph. Sum deus. Pa. Imo etc. Iunt. Ald.: Est lepida? Sic statim:

Quid vidisti aut quid videbis mage dis aequirabile?

Sum deus. Nos ad Terentii Hec. 786: „Hoc est felicissimus sum: nam sic loquuntur, ubi vel singularem dignitatem vel summam fortunam significare volunt. —— Sophocles Electrae 150 ed. Brunck.:

Ἰὼ, παντλάμων Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεὸν,
Ἅτ' ἐν τάφῳ πετραίῳ
Αἰεὶ δακρύεις.

ubi vid. Musgravius. [Graeculus ille in Anthologia:

Εὐδαίμων ὁ βλέπων σε, τρισόλβιος, ὅστις ἀκούει,
Ἡμίθεος δ' ὁ φιλῶν, ἀθάνατος δ' ὁ συνών.

Et Propertius 2, 14:

Immortalis ero, si altera talis erit.

Quae loca suggessit Pareus lexic. Plaut. v. Deus sum.] Similiter in coelo esse dicuntur, qui sunt beatissimi. Adi, sis, Erasmum Adagg. 1, 6, 99 sq. Rarius tamen felicitas ita significatur, quam dignitas. Afer Adelph. 509:

Laudarier te audit lubenter: facio te apud illum deum,
Virtutes narro — — — — —

et Phorm. 311:

Ea qui praebet, non tu hunc habeas plane praesentem deum?

Sic passim. Quomodo et regem esse dicimus eum, qui virtutis laude est praestantissimus. Vidd. inttpp. ad Plauti Poen. 3, 3, 58."

168. Versum habui pro trochaïco t. c., quales sunt ceteri huius scenae, nec male, cum videt extrita i litera pronuntiari possit, quam figuram prosodicam illustravi ad Amph. prol. 74. Sed satius fuerit iambis eum adnumerare tetrametris acatalectis, quales immisceri solent trochaicis, siquidem aptior talis versus ad diversum ab heri affectum servi irati exprimendum. Cf. 171.

171. V. metro vix et ne vix quidem explicando:

Quia te prohibet herus, clam hero potior etc.

Recte Iunt. Ald.: Quia te herus prohibet, clam — —. Sed

hic quoque versus est iambicus t., τῷ clam, quia sub ictu positum, non liquescente, de qua figura dixi ad Amph. 149. Ceterum vid. praecedens annotatio.

177. Primum Sibi non eliditur: vid. ad Amph. modo l. l. Vel scribendum Sibid, usu veteri, quem explicavi ad Amph. prol. 149. Sed illud potius.

180. hoc — lucebit. Vid. ad Amph. 587.

183. V. merere; sed mereri noster G et vv. edd., quo et alibi Hic utitur, velut Most. 864 et inprimis Trin. 506, ubi sic legitur:

De mendico male meretur, qui ei dat, quod edit aut bibat.

Si vulgatum retinebis, continue sequentur quatuor voces, e litera terminatae; quod invenustum. Similiter autem Terentius Hec. 683.

Inscitum offerre iniuriam tibi me est inmerenti.

nam sic eum locum emendandum esse, demonstratum ivimus in editione nostra Terentii p. 607.

184. V. soloece:

Irascere, si te edentem hic a cibo abigat.

Id si affirmare voluisset Planesium, dixisset, usurpato modo potentiali, de quo vid. ad Aul. 42: Irascare, si etc. Id quod sensisse videtur Camerarius. Nam pro certo affirmare puella non poterat. Saepissime autem erratur in interpunctione, quam vel nullam vel imperfectam praeferunt libri olim scripti et excusi.

186. V. minus recte:

Viden', ut misere moliuntur! nequeunt complecti satis:

ubi quaeras, quid illi moliantur. Pal. 6 G et vv. edd.: nec queunt c. s., bene, ut variis modis se complecti molitos esse intelligas.

187. Etiam dispartimini? Indignantis vel impatientis τὸ Etiam est h. l., sicut passim in interrogatione, quod minus animadvertunt lexicographi. Amph. 220: Etiam clamas carnufex? 225: Etiam muttis? 238: Etiam denuo? Asin. 93: Etiamne ambulas? sicut Poen. 500: Etiamne abis? 690:

Etiam tu, here, istum abs te amoves ac me vicissim adgredere etc.?

Most. 373: Etiam vigilas? cf. ibid. 886, 907 sq. Poen. 1090 Truc. 581, quomodo etiam Petronius, laudante Pareo in lexico v. Etiam: Etiam minitaris? Interdum extra interrogationem. Ba. 1144:

Etiam tu, homo nihili, quod di dant boni, cave culpa tua amissis.

188. adiunctum. Edd. aliquot vv., in his Sarracen. Iunt. Ald.: adinventum, non improbante Grutero Suspicc. 7, 3.

190. V. sententia obscuriore atque minus concinne: Ebriola, persolla etc. Ebriolae personam vocat Planesium, h. e. eam, quae se pro ebria gerat, ut supra 185 utrumque insanire dixit. Catullus carm. 45, 11:

Et dulcis pueri ebrios ocellos etc.

Deri-

Derivatum persolla a persona, sicut corolla a corona, iam alii observavere.

191. Minus pro affectu adolescentis libri:

Quod quidem mihi polluctus virgis servus sermonem serat.

Vsurpata autem Quod (ὅτι) particula cum coniunctivo pro accusandi casu cum indicativo, quomodo, monente Vechnero Hellenel. 1, 2, 37, Varro de R. R. 1, 7: Cato gradatim praeponens, alio agrum melioreem dicit esse, et quod sit primus, ubi vineae possunt esse bono vino et multo etc. Idem ibidem 2, 10: Facile est, quod habeant conservam in villa. Cicero De Off. 1, 12: Illud etiam animadverto, quod, qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur. Suetonius Vespas. 9: Recordatus super coenam, quod nihil toto die cuiquam eorum praestitisset. Ceterum vide ad Asin. 38.

192. V.: A. n. t. h. c. c. m. dixisti id tuo. Τὸ id abest H. M. Iunt. Ald.

199. auro contra. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Contra, ubi similiter, quem laudat, Varro de R. R. 1, 2: Vbi poma veneunt auro contra.

201. V. nulla forma orationis:

— — — nam sonitum et crepitum claustrorum audio,

Aedituum a. f.

Vox Aedituum non liquescit: vid. ad Amph. 341. Frustra Iunt. Ald.: Aedituumque.

202. V.:

— — — — fanum. quousque, quaeso, ad hunc modum

Inter nos amore utimur semper surrepticio?

pingui oratione, siquidem verborum quousque et semper alterum ab altero excluditur. Neque tali quaestioni convenit Phaedromi responsio Minime, quod sensit etiam Acidalius; sed tempus ab eo indicatum oportuit, quoad liberare cogitaret amores suos, si illud Quousque a Planesio pronuntiaretur. Verum non sic res est, si quid sentio, sed hunc vel similem sermonem orsurus adolescens: Quousque sine te ero? interpellatur a puella subirata verbis Quaeso, ad hunc modum Inter nos amore utemur semper subrepticio? Ad quae ille recte: Minume; et quia non dixerat Planesium, quo tempore se revidendi copia futura esset cupido amatori, versu 210 iterum hic quaerit: Quando ego te revidebo? Cui ne nunc quidem rem ipsam dicit meretricula, sed persistit in proposito suo exprobrandi potius puero tarditatem consiliorum, quam respondendi.

Vtemur metri gratia reponendum esse, suboluit etiam Taubmanno.

208. Ernestina vitio, ni fallor, operarum, invitis quidem omnibus libris et metro pessumdato, ineleganti autem oratione: Facito ut me memineris.

209. V: Si quidem herclé mihi r. d.; quod ferri potest: vid. ad Asin. 159.

210. V. Hem, hiante versu, nisi legatur; videbod. Vid. ad Amph. prol. 149. Istoc verbo, h. e. ob id, quod dixisti, ut recte Gronovius, quem vide ad h. l.

223. Haec quoque interrogantur, secus ac vulgo fit in libris, unde sequente versu At ferre pro Adferre legere suadebat Acidalius

226. Soloece libri: reciperet, cum ferat, non ferret, sit praegressum. Ita saepissime errari, monuimus ad Amph. 532.

230. de colore non queo Novisse. Quia colorem pristinum perdidit propter morbum.

234—242. Hic versus v. hoc ordine leguntur: Sed — Pulmones — Radices — Pa. Tum — Ca. Facile — Perdura — Nunc — Venire — Lien. Sed recte Acidalius Divinatt. in Plaut. p. 109: „Ille versus videtur positus non suo loco:

Ca. Lien dierectust. Pa. Ambula, id lieni optimum est.

Qui enim huic subiicitur, melius haeret iis, qui hunc ipsum antecedunt, ad quos respicitur omnino, quando ait Cappadox Aufer istaec quaeso: iocum scilicet avertens de intestinorum putredine et salsura. Nec vero incommoda ei sedes sit post illum statim:

Tum te igitur morbus agitat hepatarius.

Nam cum de symptomatibus variis et incondite congestis ridicule coniicit Palinurus, hepatarium morbum esse: non indecore contradicere videbitur ille, et non tam hepatis quam lienis affectum caussari, qui sane potissimus erat, ut ex superioribus cognoscimus, et illo maxime loco:

Nam iam, quasi zona, liene cinctus ambulo.“

239—242. H. e.: Ex tuis intestinis sale conditis hac anni tempestate (h. e. vere vel autumno, quando spectacula edi solebant et salsamentorum parandorum causa, sicut hodieque, bona salsura ubique veniebat) salsamenta confici possunt, quae carius distrahantur, quam tu ipse. Quomodo fere Lambinus et Gruterus interpretantur. Nec male Turnebus ad garum, pretiosum liquamen ex intestinis piscium putridis, respici arbitratur. Nam Gronovius quidem multum hic tricando nihil extricat, nec videt, dum salsuram explicat ipsius Cappadocis, quae conservet eius intestina, pugnantia loqui alterum, siquidem quamdiu salsura vel muries intestinorum hominis, secundum Gronovii sententiam, satis bona est, h. e. integra et quae faciat officium suum, fieri non potest, ut illa exputescant; id quod significaretur verbis Si id feceris. Male autem in editionibus vulgatis, quas temere secutus sum, plene distinguitur post tibi. Sic scribendum:

Pa. Quin tu aliquot dies
Perdura, dum intestina exputescant tibi,

Nunc, dum salsura sat bona est. Si id feceris,
(h. e. si eo usque perduraveris, si intestina tua computruerint et sale condita veneant,)
Venire poteris intestinis vilius.

Ceterum Pall. 2, 5, G H et vv. edd.: exputrescant, et omnes Pall. item nostri 3: saltura. G: Nec dum saltura etc. H: Nec tum.

246. hic homo. H. e.: ego. Vid. ad Capt. 84.

257. Pall et 3 nostri: etsi, ex interpretatione.

261. Visum est. Sic libri nostri. Edd. vulgatae ambigue: Visu'st; Lambinus soloece: Visus est.

265. V. auxilium, quae unius lectio codicis, Camerarianorum quidem antiquissimi, sed quem minus correctum alterum fuisse constat: vid. ad Asin. 632. Non igitur prae hoc ceteros libros omnes, in quibus auxilio, contemserim, quod facit Gronovius, sed potius genuinam scripturam auxilio cum compendio auxiliū forte permutatam esse crediderim.

266. Langg. haud male: incubitare.

268. Nunc. Ita G, H; h. e. igitur: vid. ad Ba. 73. M et vv. edd. Huc; v. Hoc. Nunc magis ex usu Nostri; quanquam sic etiam Pseud. 270 legitur:

Et id et hoc, quod te revocamus, quaeso, animum advorte.

Nihil igitur definio.

274. V. τὸ exi ter tantummodo legitur, versu imperfecto. Patheticae eiusmodi vocum repetitiones amantur a poëtis. Aristophanes Avv. 1122 sq. edit. Invernizz.:

Πȣ̃, πȣ̃, 'ςι, πȣ̃, πȣ̃, πȣ̃ 'ςι, πȣ̃, πȣ̃, πȣ̃ 'ςι, πȣ̃,
Πȣ̃ Πεισθέταιρος ἐςιν, ἄρχων;

Vid. etiam ad Aul. 587.

275. V.: Video occurrentem; sed scripti fere: Vide occurrentem; G dilucide: Video currentem, quod invenit etiam Gruterus Suspicc. 7, 3. Hoc probum, siquidem occurrere vix dicuntur, qui tam longe a nobis absunt, quam adhuc a se abesse parasitum dicit servulus, ut quem in ultima platea currentem conspiciat.

278. V. interpretatione inconcinna: Date viam mihi, noti etc.

281. et propere. Ita Langg., ridiculi fortasse causa repetita et coniunctione, praesertim in verbis fere συνωνύμοις. Vid. ad Cas. 485 sq. V. τὸ et desideratur.

289. V. satis inficete: incedunt. Hoc eos facere, dictum iam 287; sed nunc non incedere tantummodo, sed occedere aliis eos dici molestiamque exhibere, ut credamus, in causa sunt similia coniuncta Obstant, obsistunt. Nec mala agnominatio in Obstant, obsistunt, obcedunt, quales amat Noster. Facile mixta ocedunt, icedunt. Similiter mox peccatum, versu 292.

290. lubentes. Ita Lipsii liber et noster II, item vv. libri apud Acidalium Divinatt. p. 112, qui vulgato bibentes merito id praefert. Putide autem iidem hoc loco semper esse bibentes in thermopolio et statim capite operto calidum bibere dicerentur, quod et idem est, et a maiori ad minus descendit, vitio negligentium scriptorum, qualem se in hoc genere non praebet Noster. Dedi quoque esse in thermopolium, quomodo haec et similia dicuntur in mentem esse, in lustra iacere, de quibus disputavi ad Amph. 545; vulgo enim: in thermopolio, quod minus motorium.

292. V. incedunt. Vid. supra ad 289. Abscedunt permutatum puto cum accedunt, acedunt, icedunt. Lubentes ire in thermopolium dicuntur isti Graeculi, et tristes redire inde; quod aptissimum.

293 eiiciam. Ita vel eiciam (II: eitiam) Pall. liber Meurs. 3 nostri et vv. edd.; mediae excutiam. V. C. et Langg. extiam vel exciam, quod metro refragatur.

296. infortunio. Sic vulgo, quomodo legitur in G. Ceteri libri minus eleganter: infortunia.

297. Insulse libri: Recte hic monstrat, si imperare possit. Correxit Douza in Centurionatu, ubi hunc locum tractat.

306. manco numero:

Eloquere, obsecro hercle. Cv. eloquere, te obsecro, ubi sunt meae?

Egregie codex G repetitione ad iocum composita, qualibus Hic scatet:

Eloquere, obsecro hercle. Cv. eloquere, te obsecro hercle, ubi sunt meae?

Amat hanc formulam Curculio: cf. 311 sq.

309. V. inconcinne: Viden', ut expalluit. Sequor editionem Argent.

314. V. ex interpretatione, quae metro arguitur:

Fieri ventulum Ph. quid igitur vis? Cv. esse etc.

Nota Comicorum formula loquendi Quid igitur? de qua vid. Parei lexic. Plaut.

316 V. nec numeris probis, nec sententia perspicua:

Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame.

Multa ad h. l. interpretes, quorum nihil proficit. Reposui Osmarum ab osma (ὀσμή), sicut passim latinis immixta graeca hic leguntur et similiter moera cum alibi tum certissime me auctore Mil. 874.

Osmarum quam huic loco congruat, non est quod multis exsequamur. Nidorum cibi varii plenos se dentes habere per ridiculum dicit Curculio, significaturus, se tanta fame cruciari, ut iam edendi voluptatem quasi praesagire os sibi videatur et odore anticipare cibos.

317. laxis. Ita Nonius. Libri Plautini: lassis.

319. V. abest tibi, quod praebuit H. liber, quem excussimus. Iam ex regula τῦ reliquiae prima syllaba acui-

tur: vid. ad Amph. 203. Scias μονοσυλλάβως pronuntiandum extrita i litera, usu veteri, quem illustravi ad Amph. prol. 74.

321. V. nullis numeris:

Ph. Pernam, abdomen, sumen, suis glandium. Cv. ain' tu omnia haec?

Melius nos, nec tamen vere. Reponendum haud cunctanter:

Ph. P., a. sumen, sueris g. Cv. Aiin' t. o. h.?

Noster Carbonariae fragmento 2, laudante Festo v. Spetile:

Egeo pernam, sumen sueris, spectile, callum, glandia.

Cf. lexica. E loco Carbonariae verbum callum petiisse videtur Argentoratensis curator editionis, quam saepe dico, quod post Pernam pessime inculcat. Nec recte sumen est omissum in G H et vv. edd.

323. scimus. Ita V. C. a m. 2 et Pall. 3, 4, 6, eleganter quidem: vid. ad Amph. 503. V.: sciimus vel scivimus.

324. haud ego. Egregie sic H, sub ictu posita voce graviore. V. trito verborum ordine, quem sectari solet vulgus librariorum: ego haud.

326 possum. Ita V. C. 3 Pall. G H, prae quo languet vulgatum possim. V. quoque: si mihi operam datis. Sed recte observat Gruterus Suspicc. 7, 3, uno Phaedromo opus esse, nec male tentat: s. m. o. datas; melius tamen Iunt. Ald. dabis. Literae b et t non semel sibi fraudi fuere in libris scriptis, velut etiam infra 657 non dotis, sicut vulgo, sed legendum est, quo ipsa sententia ducit: dabis.

332. Τὸ magnam non eliditur: vid. ad Amph. 341. H copiam pro inopiam. An ita iocari existimemus parasitum? Equidem non puto.

337. V. inconcinne: Prehendit.

342. V. numeris innumeris:

Triginta minis, v. a.: et pro iis d. c. m.

Mnis triginta G et Meursii liber, item vv. edd., in his Iunt. Ald. Argent. His pro iis V. C. et vv. edd., quod versum iuvat. Non elidendum autem τὸ vestem, decem μονοσυλλάβως pronuntiandum ut d'cem, de qua figura monui ad Amph. prol. 74.

343. V. itidem inconcinne:

Dedisti tu argentum? inquam etc.

nam quod placet Wasio Senarii capite 16, Dedi interdum priore syllaba longa legi apud poëtas veteres Latinos, fugit eum ratio. Sic passim Dedere pro Dare, compositum pro simplici, usurpatur. Ba. 59: tibi dedo operam. Stich. 418: Hunc tibi dedo diem. Pronomen recte abest editionibus veteribus, in his Iunt. Ald.; sed eaedem pessime: imo, inquit, apud t. s. e.

344—346. Haec ut metrorum se ignaros et contemtores ostenderent, secundum libros antiquos, quibus nihil in his auctoritatis, ita describi iusserunt Gronovius Ernestiusque:

Illum — — — — meo
Tabulas — — — — operam,
Vt — — — — — ab luceret,

cum rectam viam dudum monstrassent Gruterus ac Taubmannus. Hoccine est ex industria insanire? Tabulas exhibuisse videntur V. C. et Pall.; sed tabellas Langg. G M et vv. edd., id quod metrum comprobat.

349 Inepte libri atque inconcinne:

Quid si adeamus ac decumbamus? i. c. p. Pro ac G: et. Scires, utrumque supposititium. Certe nec versus admittit copulam, et Asyndeton Hic amat, de quo dixi ad Capt. 336. Abeamus, a foro, iam olim I. Brantio in mentem venit. Si genuinum esset adeamus, dicendum fuisset militi, quo adire cum Curculione cogitaret.

350. Male v.: Neque diem decet me morari n. n. n.: nam haec generalis sententia, ex qua probat, consentaneum fuisse, ut militis consilium sibi placeret, quia die nocteque epulandum sit. Τὸ me ortum ex sequente syllaba, quo deleto iam versus quoque decenter currit.

352. Male Angelius et Aldus, de metro haud dubie solliciti:

P. c. a. a. t. poscit in manum,

cum nescirent, i literam priorem in sibi liquescere, quod saepe fieri monemus ad Amph. prol. 74.

356. Vera mihi videtur I. Lipsii sententia, Antiqq. Lectt. 1, 21 decumas Herculaneas h. l. interpretantis, quarum inprimis, Graecorum more, parasiti participes Etiam iactum basilicum et vulturios recte eum explicare puto. Non autem necesse est reponi nutricem eo pacto, ut vox non elidatur. Vid. ad Amph. 341. De decumis Herculaneis cf. Ba. 624 Stich. 222, 373; et quod non nutritorem, sed nutricem Herculem homo dicit, similiter de agro illo, quem a se abalienare vult prodigus adolescens, servus Stasimus Trin. 479 sq.:

Nostramne vis nutricem, here, quae nos educat,
Abalienare a nobis?

Ducta imago a nutricibus infantium.

360. V. prorsus inconcinne:

Rogant me servi, quo eam? me dico ire, q. s. s.

G recte: Rogitant, quo recepto expungendum erat metri causa me prius, quod adscriptum videtur ab interprete. Passim confusa Rogare et Rogitare. M: ego me dico ire etc., quam correctionem puto eius, qui nesciret, quae de monosyllabis sub ictu positis monuimus ad Amph. 149.

362. Cupis posteriore syllaba porrecta a Cupire, quod exstat apud Lucretium, monente etiam Nonio.

363. Male V. C.: tabulas.

365. panc. Ita quaedam vv. edd., in his Mediol. Iunt. Argent., item Nonius 3 n. 161. Male Charisius Institutt. gramm. 1 p. 69 Putsch.: „Panis masculino genere dicitur. nam etsi neutro genere Plautus dixit, Pane et assa bu-

bula, tamen vitiose." Cf. Lambin. ad h. l. et Meursii Exercc. critt. in Curc. c. 2. V. autem soloece: panem; H etiam: assam bubulam. Haec indicat sequentia, sicut saepe Graecorum τοῖς τάδε. Vid. etiam infra ad 401.

367. V. aegre expediendo metro:

Tute tab. cons.: h. m. e. e.

Tu Langg. G M et vv. edd., in his Mediol. et Iunt.

371. Quae hunc versum inter et sequentem uncinis a me inclusa legis, non inconcinna tantum sunt, verum etiam inepta: nam si reddiderit Lyco, quibus debet, nihil nimirum ei erit alieni. Mss.: — alieni siet, quod ex 370 petitum, nec praecedentibus Dives sum respondet. Si quis tamen est, qui inficeta ista sibi servari postulet, is certe sic in numeros redigat suademus:

Si illis, quibus debeo, reddo, alieni plus siet.

Similiter autem, monente Douza Centurionat. c. 24, Timocleus:

Δημοσθένης τάλαντα πεντήκοντ' ἔχει,
Μακάριος, εἴπερ μεταδίδωσι μηδενί.

372. V. secundum I. Gulielmium Quaestt. in hanc fabulam cap. 2:

Verum hercle vero cum belle recogito etc.

Gulielmius l. l.:

„Verum hercle vero cum vere recogito.
(nam sic quaedam edd. recentes.)

Non temerarium est, quod in Langianis fuit, cum velle recogito. Puto vitiosa illa scribendi ratione Velle esse belle. Bellum esse videtur avaro trapezitae non reddere, quod debeat, nisi in iure coactum." V. h. v. cum velle recogito etiam V. C. Camerarianus, ferrique possit belle, non eo quidem sensu, qui placet Gulielmio, ut bellum sibi videri dicat trapezita non reddere, quod debeat, nisi apud praetorem, sed ita, ut pro bene accipiatur, sicut passim, nisi obstat accentus vitiosus in verbi posteriore syllaba (V. h. v. cum bellé recogito), et, quod maximum est, ceterorum fere omnium lectio librorum scriptorum et olim excusorum haec: V: h. v. convellere cogito (G: V. h. v. convellere undique cogito; H: V. h. enim non convellere cogito), quo ducit etiam Langianorum et veteris codicis, cum constet, cum et con praepositionem inseparabilem saepissime esse mixta. Viros igitur a praecedente verbo simili vero interceptum arbitror, quo restituto et iustum habet versus pedum numerum, neque ineleganter viri dicuntur hominis creditores. Asin. 650 sq.:

Arg. Quin ad hunc, Philenium, adgredimur,
Virum quidem pol optimum et non similem furis huius?

Chalinus Cas. 354:

Hic ipsus Casinam deperit! habeo viros!

Et sic passim vir pro homo usurpatur, praesertim in iis, de quibus paulo ante locuti simus.

373. Si mage me instabunt. Camerarius: „Mi potius legendum est." Sed recte Acidalius Divinatt. p. 113: „Qui genus antiquum dicendi mutant:

Si magis me instabunt, ad Praetorem sufferam:

et mi faciunt pro me, temere faciunt, nec alibi sic locutum Plautum meminerunt. Is autem Poenulo (787 sq.):

Dii imortales meum herum servatum volunt
Et hunc disperditum lenonem i tantum eum instat exitii.

Item Epidico (79):

Tantae te impendent ruinae.

Nam recte sic editiones priscae, quibus recentiores in inferserunt. [In hoc quidem fallitur.] Atqui et Terentius omisit [Phorm. 146]:

Tanta te impendent mala."

Quomodo etiam inservire bis constructum apud Nostrum monet Most. 184, 210, et Servire apud Turpilium Non. v. Servire.

376. durius. Ita V. C. et Langg., „profecto vere," inquit Taubmannus, „auctoribus Gulielmio et Grutero: nam poscere clarius in nominibus appellandis, proprie et Latine si loquare, flagitare est. Glossae vett.: flagitaverit, μετὰ βοῆς ἀπαιτήσῃ. Eaedem alibi: Ἀπαιτῶ βιαίως, Flagito, efflagito, profligo. Pseud. 1, 5 [550]: Clamore magno et multum flagitabere. hac fab. inferius [674 sq.]: Postquam nihil fit, clamore hominem posco: ille in ius me vocat. quae verba mire hunc locum confirmant, in eadem re et homine praesertim posita. Hinc flagitatores, qui nomine tumultuosius et instantius appellant. Et flagitium, appellatio clamosa et cum verborum contumelia. Epid. 3, 4 [505]: Flagitio cum maiore post reddes tamen." Sic ille secundum Gulielmium Quaestt. in Curc. c. 4., laudato quoque in hanc rem Mercatoris loco illo [400]

Vellicent, vocent, molesti sint, occentent ostium, qui certe alienus est. Sed id etiam, clarius vel clare poscere idem esse flagitando, etsi satis probabile videtur, nullo tamen loco simili id probavere Taubmannus et qui pro eo de hac re sponsores. Neque sic tamen sponte sequeretur, prae ista lectione contemnendam esse ceterorum Palatinorum, 3 nostrorum et veterum editionum: durius, quae et minime languet (nam illud clarius per se intelligitur, siquidem rogare aliquid solemus submissa voce, poscere semper clara sive alta), et ita comparata est, ut quae facile cum altera potuerit permutari, praesertim in codice minus correcto, qualem fuisse veterem Camerarianum ipse Taubmannus fatetur ad Asin 632, et in membranis bonis quidem, sed in quibus tamen ipsis quoque multa humanibus errata sunt, ut ab iis dissentire non sit nefas.

394. quidem elisa i litera pronuntiandum: vid. ad Amph. prol. 74.

395. V. illaec, non liquescente verbo catapultae, quod duriusculum, etsi non sine exemplo: vid ad Amph. 341. Hicce, Illicce, pro Hic, Ille, usitata priscis: vid. ibid. ad 138. Tò catapultae iam, vocali sequente, accentum retrahit, qua de re monitum ad Asin. 143.

396 sq. V.:

A., ob rempublicam hoc intus mihi
(Langianis abest mihi)
Quod insigne habeo, quaeso, ne me incomities.

Ampla materies coniiciendi, nisi quis Dacerium audiendum putet, ad Festum v. Incomitiare haec scribentem: „Intus sic absolute accipiendum est pro fossa illa, ex qua oculus exsculptus fuit. Nihil certius et facilius." Igitur pro intus Gruterus Suspicc. 7, 5: incussum; Acidalius Divinatt. p. 113 ictus, ut insigne ictus vestigium dicatur vulneris catapulta icti; Pareus: ulcus, quasi de ulcere ageretur; Salmasius: inustum; pessime omnium Gronovius: virtutis, cui verbo quid negotii sit cum lectione scriptorum incus, nemo exputaverit. Si res ad me deferatur, dicam, pro genuinis Plauti ictum est paulatim scribere coepisse, pro more suo, librarios ictust, mox ictus et una literula mutata intus. Certe sic paulo ante habuimus: Catapulta hoc ictum est mihi, neque illepide insigne aliquod ictum alicui dicitur.

398. Libri inconcinne:

Licetne inforare, si incomitiare non licet?

Interpretis videtur esse non pro haud perscriptum. Incomitiare accentum retrahit: vid. ad Asin. 143.

399 sq. V. itidem ex interpretatione:

N. i. m. q., nec mihi placet
Tuum profecto nec forum, nec comitium.

V. C. Pall. et 3 nostri, item vv. edd., in his Mediol.: placens, Argent.: places, quod eodem redit, usurpata coniugatione periphrastica, de qua dixi ad Amph. 761.

401. hunc. H. e. eum, quem dicturus sum, τόνδε, τοῦτον. Cf. 365 Sophoclis Oed. Tyr. 101 Oedip. Colon. 1144 etc.

403. V. perverso metro:

Lyconem quaero trapezitam. Ly. dic mihi etc.

Antispastica vox est trapezita. Assumsi igitur pronomen ego ex Iunt. Ald.

404. H: quoiatis, prisce, sicut alibi quoque Noster saepius. Forte id neglexi. Ceterum quoiatis dictum pro quoias, sicut Sarsinatis pro Sarsinas Most. 747 et sortis pro sors Cas. 264. Vid. Priscian. pp. 751, 950.

407. Dum scribo. H. e. Dum scripsi. Vid. ad Amph. 503.

411. G: quid. Langg.: face.

412 sq. Insulse libri atque inconcinne:

Quia vestimenta, ubi obdormivi ebrius,
Summano.

Mirus profecto homo, qui simul obdormire ebrius et suffurari vestimenta possit. Sequor Scaligerum, aliquis intelligens in obdormivit, quod passim subaudiri monui ad Asin. 433.

416. G. quaeso hercle ne tu es. Fuerit hoc initio: quaeso hercle, an tu is es. Quaeso et hercle saepius coniungi apud Nostrum, doceat vel Parei lexicon Plaut. h. v.

423. Iusserat pro iussit Vid. ad Amph. prol. 81.

426 dum auferam abs te id, quod peto. Haec secum aversus homo, quae vulgo indistincta, sine lepore et sale, sic leguntur:

Maxime,
Tuo arbitratu, dum auferam etc.

De lineola, quam addidi, vid. ad Ba. 468.

427 sq. Dum D illud ephelcysticum ignorant, de quo egi ad Amph. prol. 149, versuum horum alterum altero male farciunt, Angelium imitati, editores recentiores, itaque priore quidem loco ponunt aliquid iambi simile; sed posteriore quod propinant, ne iambicum quidem carmen est, sed versus trochaicus trim. cat., nisi τὸ a in Therapontigonus (θεραποντιγονος) produci existimaverint, quod fieri nequit, ut sciunt, qui graece sciunt. Sic autem vulgo haec leguntur:

Miles Lyconi in Epidauro hospiti suo
Therapontigonus Platagidorus plurimam
Salutem dicit,

cum in vetustioribus editionibus, velut Sarracenia et Mediolanensi, τὸ suo sequenti versui recte additum esset, verbis Lyconi et Epidauro non elisis, qua de re vid. ad Amph. 341. Tanta socordia in metricis adhuc versati sunt viri ceteroquin doctissimi; quod aliquoties notasse non abs re fuerit, caute ut incedamus, nec, nominum claritudine occoecati, qui multa callent, eos omnia posse animum inducamus.

429. Tecum oro. Vid. ad Ba. 459.

431. V. inconcinne:

Q. t. p. istic egi teque interprete.

Secutus sum Guelferbytanum codicem, atque pro teque exhibentem, nec tamen spreverim legentes:

Q. t. p. isti egi teque interprete.

Isti pro istic, sicut Cas. 430, ubi vide, quae annotamus.

432. V.:

Et a. e. v.: iam scis, ut conv.,

verbo graviore scis in thesi occultato. Tò iam non comparebat in nostris libris.

435. V. inconcinne:

Q. u. q. venimus in Cariam.

De Indu pro In priscis usitato passimque reponendo in aevi illius scriptoribus monui ad Ba. 897. Non male etiam rescribas: — veneramus Cariam, plusquamperfecto in vicem

perfecti succedente, sicut supra 422. De in omisso vid. ad argum. 1.

440 sqq. Variant in his populorum et regionum nominibus codd. qua scripti qua vetustius impressi, nec tamen quidquam praebent receptis lectionibus melius, subinde autem pessime aberrant, ut fieri solet in novis et quae captum vulgo librariorum superant.

443. V.:

Libyamque oram omnem Conterebromiam,

quae non in metrum tantum peccant, verum etiam sententiae vim infringunt, siquidem qui Persas, Arabas, Syros, omnes subegerit, eum Lybiae non nisi oram expugnare, parum est; ne addam, soloecismi simile esse Libyam pro Libycam usurpatum, quanquam sic Libyam citrum pro Libyca dixisse videtur Varro apud Vechnerum Hellenolex. 1, 2, 8, pag. 187. ed. Heusinger. Sed profecto ut omnem Conterebromiam, ita totam Libyam istum cepisse voluit Plautus, nec praeter rem modestus subito factus est, ubi liber campus ad mendacia datus esset. Verba Libyamque totam quam in vulgatam lectionem Libyamque oram mutari proclive fuerit, literis e r et t similiter olim scriptis, nemo est quin videat. Copula autem eodem modo omissa est, opinor, hoc versu in Palatinis codicibus, quo praecedente in Langianis, qui ibi: Centauromachiam Classiam Vnomammiam. Non igitur Libya tantum illa, quae vini est ferax, h. l. indicatur, ut vult Gruterus Suspicc. 7, 11, sed omnis terra, ubi Bromius, h. e. vinum, conteritur, quod longe maius quid sonat digniusque est ut nugatore Curculione, ita milite gloriarum pleno, de quo narrat.

446. G: in caveam, quod non deterius.

447. V. flaccidioribus numeris:

Conclusi, itidem uti pulli gallinacei.

Mss. et vv. edd.: ut, pro more suo: nam raro alteram formam praeferunt. Argent.: C., i. ut sunt p. g. H. corrupte: C. i. u. pallsi gall., quod initio fuisse videtur: C. i. u. pulli sunt gall.

448. G; potuerunt. Reliquerat fortasse scriptor:

Ita non potuerunt anno circumirier.

Cessat ecthlipsis in circumirier: cf. Rud. 58 et inprimis monita ad Amph. 341.

449. nam ita nugas blatis. Satis erat dixisse: ita nugas blatis. Vid. ad Cist. 393 — 395. Id quod sentiens, ut videtur, Gulielmius Quaestt. in hanc fabulam c. 4 non male concinniorem fore lectionem arbitrabatur, si rescriberetur: C. h. te esse ab illo iam: ita n. b.

457. Libri vv. fere: morari mihi; sed V. C.: mora mihi. An morari pro mora dixit Plautus, sicut amare pro amore supra 28? Sed versus ei lectioni videtur refragari, nisi reponas, excluso pronomine, quod facile intelligitur:

Sequimini. Cv. Leno, cave morari in te siet.

Ceterum mire M noster: — morari mihi miles. Et si-

militer H ante sequentem versum: Miles loquitur. Sarracenia quoque et Mediolanensis, quas saepe laudo: Miles. Edepol etc.

459. V.:

Halophantam an sycophantam hunc magis esse dicam nescio.

Salmasius ad hunc locum: ,,Recte," inquit, ,,se habet Halophanta. Non reperitur tamen hoc nomen apud Graecos, sed fictum est a Comico, ut olim bene Scaliger censuit, ab habitu marino [quandoquidem e Caria per mare Epidaurum appulerat Curculio, ut observat G. Canterus Novv. Lectt. 4, 10], Ἁλοφάντης, ut συκοφάντης. Nam et φαντάζεσθαι Graeci pro decipi et συκοφαντεῖσθαι dixere. Hesychius: Φαντάζομαι, συκοφαντοῦμαι. Et ita apud Aristophanem legitur. [Acharn. 830 edit. Invernizz.:

Δικαιόπολι, Δικαιόπολι, φαντάζομαι
Ὑπό τοῦ.]

Sed et φαίνειν absolute pro συκοφαντεῖν posuerunt, ut idem Aristophanes [Acharn. 833]:

Τί δὴ μαθὼν φαίνεις ἄνευ θρυαλλίδος;

Item [ibid. 831]: Τίς ὁ φαίνων ἐστίν; Sic ἁλοφάντης maritimus est sycophanta cum habitu thalassico. Alioquin et ἀλοφάντης [quae Turnebi coniectura et lectio libri H] etiam diceretur omnia mentiens et fallens, non ut inepte vocem eam explicat breviator Festi."

Sic ille, quocum sentiunt editores. Sed ut concedamus, ἁλοφάντην dici posse eum, qui thalassico habitu incedat; quid postea? aut qua se facetia commendat haec lectio, ut propterea manu scriptorum Kalophantam deserenda sit, quam bene Alciatus Παρέργων 11, 4 interpretatur χρηστολόγον h. e. qui honesta quidem loquitur, sed cuius facta ab oratione discrepant? Hoc igitur recte Sarsinati me asseruisse puto; ceterum nunc legam potius absque additamento:

Kalophantam hunc an sycophantam mage dicam esse, nescio.

460. metuo ut possim recipere. V. C. metuo huad, Pall. et 3 nostri et vv. edd., si ab Aldina discesseris: m. haud, quod non omnino reiiciendum videbatur Taubmanno ob consensum.

463. quo in. Pro in quo. Vidd. grammatici et Pareani lexici Mantiss. vv. Anastrophe et Metathesis.

464. sumat. Intelligendum aliquis. Vid ad Asin. 433. Hoc non advertentes Angelius et Aldus frustra reposuere: qui quem conv. v.

468. G: quaeritet.

475. V.:

Et qui ipsi sat habent, quod in se possint vere dicier.

Sed H noster et edd. vett., in his Mediol. Iunt. Argent.: E. q. i. s. h. q. ipsis p. v. d. (M quoque ipsi pro in se.) Hoc longe concinnius vulgato.

480. V. nullo sensu: — vel, qui alii subvorsentur, praebeant. Quae aliis subvorsentur, h. e. quae ab aliis subvorsentur, quae alii subvortant. „Finxit enim," inquit Gronovius, „subversari, ut suppromum, subballionem, ille apud Quinctilianum subcoenant, Ovidius subnuba lecti." Quae hunc inter et sequentem versum leguntur, uncinis a me inclusa, ea quin a recentiore manu sint addita, dubitare nos vetat versus 468. Ceterum libertam aliquam Oppiorum, ad quam plerumque damnosi et nequam diverterint, non male intelligit Turnebus Adverss. pp. 327 et 956, cum in illa urbis regione fuerit Oppiorum domus. Pervetustus autem liber, quem inspexit Turnebus, item Pal. 2. et noster M non Oppiam, sed Operiam, quam lectionem frustra exercuisse puto virum doctissimum, cum mera sit haec aberratio scribarum, lineolam in pede p literae verbi Opiam (nam sic plerique libri) forte factam pro olim usitato er syllabae compendio male habentium.

483. V. inconcinne: aiebat. Ita passim erratur in his fabulis, sicut etiam in Terentii editionibus, quae Bentleianam antecessere.

484. V. minus expedito metro: Nemo it inficias. Vid. tamen ad Amph. 403.

495. V. imperfecto versu vel:

Vt muscae, culices, pedesque, pulicesque,

vel:

Vti muscae culicesque p. p.

Τῶ cimices fraudi fuisse arbitror similis verbi culices vicinitatem. Non autem id tantummodo in editione Argentoratensi anni 1515 legitur, verum etiam apud Festum p. 331 edit. Dacer.

499. tametsi. G.: tamen et si.

501. Ita Charisius et Priscianus pagg. 40 et 961 Putsch., item V. C. Pall. 2, 3, 4, Langg. et nostri G et M; ceteri Pall. et vv. edd. ibus vel iibus, ut etiam H liber, quem versavimus.

503. V. nec sententia satis clara et metro corrupto, siquidem posterior syllaba verbi male corripitur:

Vos fenore, hi male suadendo et l. l. h.

Rescripsi malo, h. e. malefacto, quomodo Trin. 101 legitur:

Malumque ut eius cum tuo misceres malo.

Malum suadere est lenonium. Pseud. 279 sqq.:

Ba. Amabas. Invenires mutuom,
Ad danistam devenires, adderes fenusculum,
Subriperes patri. Ps. Subriperet hic patri, audacissume?
Non periclum est, ne quid recte monstres. Ba. Non lenonium est.

Et nequam seu malum facere velle dicuntur congerrones, qui scorta adeunt. Poen. 525 sqq.:

Ait se peregrinum esse, huius ignarum oppidi;

Locum sibi velle liberum praeberier,
Vbi nequam faciat. Nos hominem ad te adduximus.

Lenoni autem haec dicunt advocati. Sic passim, ut dubium vix esse possit, quin recte correxerim.

507. V.:
Ly. T. m. Ca. au! male meditate male dicax es.

Ferrem a Lycone dictum: Au, tacuisse mavellem! Cappadocem trapezitae vicem suspirantem non fero, ut quocum non adeo intima intercedit viro amicitia; sed ut ille lenonum irrisioni plausit istis (500):

Edepol lenones meo animo novisti, lusce, lepide!

ita h. l., par pari referens, Cappadox:

Haud male meditate maledicax es!

Atqui Haud, non Au, 4 Pall. codex Meursii noster G et vv. edd., in his Sarracenia Iunt. Ald.; Mediolanensis: aut, quod eodem redit, cum h litera perperam saepe omittatur. Vid. ad Asin. 492. Scaliger in Carm. libero: Haud male meditate male locutus es.

509. Lege: benedictum est meo quidem animo.

511. Libri nostri: Lyco, numquid me vis? Metro timuisse videntur, qni pronomen inculcarent; sed anceps est o litera in Lyco. Vid. ad Amph. 136.

513. Bene — et pudice. Ex formula haec coniunguntur. Vid. ad Amph. 193.

514. qui bene sit. Ex interpretatione Langg. H et vv. edd., in his Mediol. Iunt. Argent. Ald.: quod bene sit; M noster: ut b. s. Itidemque ex interpretatione vulgo: tibi opus est hoc, qui te procures; sed Argent. Iunt. Ald.: tibi opus, quo t. p.

515. G non male: bene ego hercle vendidi te.

516. — bella, belle. Cf. Cas. 686 nosque ad eum locum supra p. 219.

518. V.:
Nam et operam et pec. b. p.

Pronomen recte addunt Argent. Iunt. Ald. H. male: tribuisti.

521. V.: Dum melius fit mihi, ubi fiat potius exspectaris, neque satis usitata haec loquendi forma, cum bene vel melius esse alicui frequentissime dicatur. Expressi igitur edd. Sarracen. Mediol. Iunt. Ald.

525. G.: Quid mea refert?

532. te macto infortunio. Amat hanc locutionem Noster: vid. Parei lexicon Plaut. v. Mactare infortunio. Similiter Terentius Phorm. 5, 8, 39:

Faxo tali eum mactatum, atque hic est, infortunio.

536. Sum non liquescit: vid. ad Amph. 149.

539. V. inconcinne: ei. H: ei credidi, quod primitus fuisse puto: eii redidi. Viderunt hoc etiam Taubmannus et Pareus; videre noluerunt recentiores.

540. Quaa tu mihi tabulas? Male H M et vv. edd.: tabellas De singulo trochaico t., eiusmodi catalectis immixto, vid. ad Amph. 596.

543. latronum. Bene sic Douza. Scripti, etiam 3 nostri, et vv. edd.: lenonum, quibus nihil hic debetur.

544. V. interpretatione inconcinna: feci tui hon. gr.

549. Insulse libri: Quid valeam? quasi valere quis nolit. Legendum: Qui valeam? h. e. Quomodo valeam? quomodo valere possim? Sed τῷ Qui pro Cur accepto per cavillationem, quasi is revera valere nolit, trapezita: „At tu aegrota," inquit, „si lubet, per me, aetatem quidem." Aetatem, semper, in perpetuum: vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

550 sq. — quid refert me fecisse regibus, Vt mi obedirent — ? Possunt haec ita explicari, ut in fecisse intelligatur: tale quid, male. Sed malim accipere pro hoc: quid refert me fecisse, ut reges mihi obedirent, ad prodosin relato verbo, quod ad apodosin pertineret, quomodo Amph. 352 legitur:

Ecastor te experior, quanti facias uxorem tuam,

pro: Ecastor experior, quanti tu facias uxorem tuam, ad quem locum vide, sis, quae annotamus.

554. Iusseram salvere te. Vid. ad Asin. 391.

556. De addita lineola vid. ad Ba. 468.

561. obicio. Ita V. C. et Pal. 3, more prisco. Ceterum ferri possit etiam vulgata lectio haec, ubi τὸ machaerae non eliseris, quem locum induxi ad Amph. 341:

Priusquam te huic meae machaerae obicio, mastigia.

Vel lege, ceteris immutatis: machaerai. Et hoc profecto verum. Quamde pro Quam veteres usurpasse, Festus auctor est: vid ad Amph. prol. 69.

564. tu auferere hinc a me. Cf. Amph. 202.

568. H: minitare.

570 sq. V. perversis metris:

At ita me machaera et clypeus
Bene iuvent pugnantem in acie: nisi mihi virgo redditur,
Iam etc.

Vid. ad Amph. 596, et de trochaïcis dimetris clausularum loco usurpatis ad Ba. 1114 sq.

572 sq. V. bis illato me pronomine:

At ita me volsellae, pecten, speculum, calamistrum meum
Bene me amassint meaque axicia etc.

Meae volsellae, sicut meum calamistrum, mea axicia. Male autem v. legitur:

Bene me amassint, meaque axicia linteumque extersum.

Palmerius Spicilegio sub initium: „Varro lib. 4 de lingua lat.: P r i u s i n d u t u i a u t a m i c t u i h a b e n t etc. Tacitus (libello de moribus Germanorum): P o t u i h u m o r e x or-

deo aut frumento in quandam similitudinem vini corruptus. Ibid. — — victui herba, vestitui pelles, cubili humus. (Quomodo et Sallustium dixisse monet: alia aquae portandae conquiri, et Livium: ea modo, quae restinguendo igni forent, portantes.) Haec addidi, ut Plauti locum emendarem Curculione:

> At ita meae (ita Palmerius) volsellae, pecten, speculum, calamistrum meum,
> Bene me amassint, meaque axicia, linteumque extersum.

Lege: linteumque extersui, i. e. linteum ad extergendum comparatum." Ita sententiae simul et versui succurrit vir sagacissimus, plaudente Donza, ceteris editoribus non improbantibus quidem, sed lectionem veterum librorum absurdam, pro superstitione ineptissima sua, intactam relinquentibus.

576. Rectius hunc versum habeas pro iambo tetrametro, cum praesertim diverso metro gravius efferatur ponderosum hoc verbum hominis.

580. V. est legitur pro es, quod praebent Iunt. Ald., amariorem quidem eo reddentes irrisionem, velut Epid. 481 habes:

> Senex, tibi os est sublitum plane et probe.

582. V.: reperias; sed H et M: reperies. Eleganter Faxo iungitur futuro: cf. Amph. 833 Asin. 725 Capt. 943 Men. 462 Poen. 34, 45.

583. G: Ego abeo. ergo vale etc.

589. V.: audivi, quod versus repudiat. Audii elisa i litera priore legendum est. Vid. ad Amph. prol. 74.

596. Teneo. Ita V. C. Pall. G M et vv. edd.. Vulgo libri inconcinne:

> Pl. Tene. Ph. quid negotii est? Pl. rogita etc.

597. V. itidem ἀμέτρως:

> Pater istum meus gestitavit. Cu. at mea matertera.

Angelius et Argentoratensis editor pro lubitu: at pol mea mat. De istuncce pro istum a me reposito vid. ad Amph. 138.

598. Insulse libri atque inconcinne:

> Pl. Mater ei utendum dederat. Cu. pater tuus rursum tibi.

Si fatetur Curculio, patrem Planesii annulum dedisse filiae, cur retinet, quod non suum est? At Langiani: pater eius r. t. Mihi pro tibi legendum esse, suboluit Taubmanno. De plusquamperfecto loco perfecti posito vid. ad Amph. prol. 81.

600. Soloece et inconcinne Angelius, quem sequuntur Pareus Gronovius Ernestiusque:

> — — — — Pl. Obsecro, parentesne meos mihi prohibeas?

Iactat

Iactat Pareus codices scriptos, quibus in his rebus nulla est auctoritas.

603. tibi utraque i litera elisa pronuntiandum est: vid. ad Amph. prol 74.

604. Quotiens. Ita Pareus, tanquam ex Mss., item 3 nostri et vv. edd., prisce. V.: Quoties

605. Audio. Bene dicis, benigne dicis, vel etiam absolute: bene, ut Plaut. Bacch. 6, vel benigne, ut est apud Horatium, audio Phorm. 126, novi ibid. 658, fateor Eun. 555 Phorm. 202, certo scio Phorm. 756, sat scio Hec. 823, item recte, nil; recte; fortasse Heaut. 725 Plauti Asin. 473, 482, credo vel creditur Eun. 963 Heaut. 159 Hec. 400, ut opinor Adelph 622, censeo Eun. 169, aiunt, ita aiunt, Andr. 293, Adelph. 905, ita ut dicis Plaut. Capt. 56 Phorm. 360, laudo Eun. 229, formulae sunt, quae quo pertineant, dixi ad Terentii Eun. 229. Vid. etiam ad Capt. 56. Graecorum haec more omnia, qui similiter καλῶς, κάλλιστα, αἰνῶ, ἐπαινῶ aliaque eiusmodi usurpare solent. Vid. Brunck. ad Aristophanis Ran. 508, 888.

606. E litera in vel liquescit. Vid. ad Amph. prol. 74.

607. V.:

Cúm bo|létis, | cúm bul|bís: red|de étiam ar|géntum etc.

Mss. et vv. edd. fere: C. bolis (V. C. boleis prisce, Pal. 6. bollis), cum bullis, recte: nam bolos, non boletos, dixit parasitus, quod per derisionem repetit Therapontigonus, simileque bullis per agnominationem addit, figura Huic valde frequentata, quomodo etiam Terentius Andr. 1, 3, 13:

Nam inceptio est amentium, haud amantium;

ubi Donatus: ,,Amabant veteres de proximo similia dicere, ut Cicero (Verr. 6, 27): Minus carum putavit fore de armario, quam quod de sacrario fuisset ablatum. Et quidem si in verbis sunt, παρόμοιον dicitur; in nominibus, παρονομασία. ,,Quanquam his saniora dant Charisius et Diomedes pp. 251, 441 Putsch., nisi legendum sit apud Donatum: ,,Et quidem si in privis sunt, παρονομασία dicitur; si in omnibus, παρόμοιον.“ Redde vulgatum in Reddin' recte mutavit Douza: vid. supra ad 187.

608. Libri pravis numeris:

Quod argentum, quas tu mihi tricas narras? quam tu virginem etc.

609 V. perperam acuta syllaba posteriore verbi scelus:

Me reposcis? Th. quam ab lenone abduxti hodie, scelus viri.

Abduxisti M et vv. edd., in his Mediol. Iunt. Argent.

613. V. inconcinne: pro. Vid. ad Amph. prol. 149.

615. V. C. in rasura scies, quomodo etiam Pall., praeter quartum, item H et M. Non spreverim scis, quanquam et scias bene explicari potest, ut talis, qui sciat mercari virgines liberas, ad praetorem iubeatur ambulare.

616. V. difficiliore numero:

A. i. i. Th. non eo (Mediol. ego). Ph. licet te antestari? Th. n. l.

Non absolute, sicut passim. Terentius Andr 167:

Da. Non hercle intelligo. Si. Non? hem! Da. Non: Davos sum, non Oedipus.

Ceterum verba Licet ted antestari parasito dicuntur, quem antestari contra militem vult Phaedromus.

617. V. hiante versu:

Iupiter te male perdat: intestatus vivito.

Angelius pro arbitrio, neque sic tamen expedito versu: I. t. m. p., miles i. v.; nec melius Argent.: I. t m. disperdat, miles i v.

619. Prius Hem admonentis est particula Capt. 180 sq.

Hem, istuc si potes :
Memoriter meminisse: inest spes nobis huic astutiae.

Poen. 595 sq.:

Ag Hem, istaec volo ergo vos conmeminisse omnia
Mox, quom ad praetorem usus veniet. Ad. Meminimus.

Alterum Hem est verberantis, quod passim legitur. Vid. Parei lexicon Plaut. h. v.

620. V. parum modulato versu:

Cv. O ci|vés, ci|vés! Th. quid | clamas? | Ph. quid i|stunc tibi | tacti|o est?

Sed negligentior in hoc genere interdum Plautus.

621. Quia mihi lubitum est. Confidentis hoc est, praesertim in rixis. Truc. 567 sqq.:

Loquere: unde es? quoius es? cur ausus mi inclementer dicere?
Ge. Lubitum. St. Istuccine mihi responsas? Ge. Hoc: non ego te floccifacio.
St. Quid tu? cur es causa te alium dicere hominem amare? Ph. Lubitum.

Epid. 682 sq.

Pe. Qua fiducia ausus primum, quae emta est nudius tertius,
Filiam meam dicere esse? Ep. Lubuit: ea fiducia.

Verbis Accede huc, tu, non miles iubetur auriculam Phaedromi prehendere, quae inepta Lambini est interpretatio, sed iis antestari se Curculionem iubet adolescens, et militem ipsi dediturum se promittit in iure victum. Tace consolantis est et bonum animum habere iubentis Epid. 629:

Vir. Quid pater meus? vivost? Ep. Animo liquido et tranquillo es! tace.

Et sic passim.

622. Pessime edd., etiam mea ipsius: Tamquam me et genium meum. Nam quid istuc rei est, quod tanquam se ipsum et genium suum servaturum se promittit Phaedromus parasitum? quid iuris illi in genium, qui deus est? et quid hic negotii deo? Hoc sentiens, opinor, Meursius Exercitatt. critt. part. 1. in Curc. c. 2 legere suadet: tan-

quam me genius meus, ad sensum non male, ad verba violentius, quam quod feramus. M et edd. vv., in his Sarracen. Mediol. Iunt. Ald.: tanquam met genium meum (quanquam meum abest Sarracenia et Mediolanensi). Reponendum sine controversia:

Cv. Phaedrome, obsecro, serva me! Ph. Tanquam me: genium meum.

h. e. servabo te, tanquam me, ut qui sis meus genius. Genii passim audiunt, qui beneficia in nos contulere. Curculio supra 299:

Ecquis est, qui mihi conmonstret Phaedromum, genium meum?

Capt. 810 sqq.:

Er. Ita me amabit sancta Saturitas,
Hegio, itaque suo me semper condecoret cognomine,
Vt ego vidi . . . . He. Gnatum meum? Er. Tuom gnatum et genium meum.

Men. 62:

Salve! Pe. Salve! Me. Quid agis? Pe. Teneo dextera genium meum.

quae loca suppeditavit nobis Pareus in lexico Plaut v. genius. Ex quo proprie intelligi coeperunt verba genium meum, τὸ et additum est a sciolo, ne Phaedromus ipse ipsius genius diceretur scilicet.

627. istum. Curculionem, quem retinebat Phaedromus, ne a milite vapularet, ut recte Lambinus atque Douza.

628. V. versu ὑπερμέτρῳ:

Cv. Nihil est, quicquid ille dicit. Pl. fac me certiorem obsecro.

Quicquid est librorum veterum, tam scriptorum quam typis excusorum, non sic, sed: Nihil est, quod ille dicit, ut satis mirari nequeam os librariorum et editorum, tam perspicuam et aptam loco lectionem mutantium. Sed metro adversari crediderint τὸ quod, nescientes id elidi, ut saepe fieri demonstravimus ad Amph. prol. 74. Hoc igitur haud cunctanter reponendum esse vidi. Praeterea te addidi versui sarciendo, quod cui displicebit, is certiorem ἀνεκθλίπτως pronuntiabit. Vid. ad Amph. 341.

630. V::

Pater | meus ha|buit | Peripha|nes. Pl. Peri|phanes?

Quae ipso metro se produnt malae fidei. Sic tamen se legisse in ceteris Palatinis testatur Pareus, at in V. C.:

Pater meus habuit Periphanes, Planesium;

recte quidem adstipulantibusque nostris G H et editionibus vetustis, in his Mediol. Argent. Iunt. Sic autem saepe unum praesentium nomine compellamus, omnes alloquimur: Epid. 193:

— — — — Sed, here, optuma
Vos video opportunitate ambo advenire.

Mil. 592:

Pa. Cohibete intra limen etiam vos parumper, Pleusides.

Maro Aen. 9, 525:

Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti.

Cur igitur haec mutavere, deterioraque melioribus anteposuere? Nempe, quae inconstantia est vulgo editorum, Acidalio hic obsecuti hallucinato, quem sexcentis locis recte monstrantem non audivere. Is enim postquam quaedam sub initium huius scenae item infeliciter tentavit, iam Divinationum in Curculionem capite 4. sic pergit: „In eadem interiore scena nescio quid etiam aliud videre mihi videor, quod magnam illi venustatem afferat, si rescribatur ex mea sententia. Nam quo loco legis:

Mi. Ego dicam. surge. hanc rem agite atque animum advortite.
Pater meus habuit Periphanes, Planesium.
Is priusquam moritur, mihi dedit, tamquam suo,
Vt aequum fuerat, filio.

etsi non invenuste Planesium prae ceteris compellat miles, dum Phaedromo simul et Curculioni narrat: tamen id Plautum non puto voluisse: qui mihi quidem bis scripsisse Periphanis nomen videtur, quod a milite auditum inopinata mentione percussa et admirabunda Planesium repetat hoc modo:

Pater meus habuit Periphanes. Ol. Periphanes?
Mil. Is priusquam moritur etc.

Quod tam profecto lepidum, ut istac iteratione tota scena collustretur. Rem cogita, quae in gestu posita. Nominabat miles patrem suum Periphanem, qui idem Planesii pater: hinc haec novitate rei excitata primum miratur secum Periphanem et illi parentem: mox, pergente illo et interim filium se eius appellante, magis commota mulier pro Iupiter exclamat: denique non se suumque gaudium tenens amplius, in affectum penitus effunditur, et repertum sibi fratrem gratulabunda consalutat. Et eritne, qui non hanc restitutionem ambabus, quod dicitur, manibus acceptet? Error, si quis requirit, inde fluxit. Haesitans librarius, cum iterari vocem unam omnibus literis videret, eam scribendam potius censuit, quae notis erat designata. Sic ex Pl., abiecto nomine altero, natum nobis Planesium.“ Sic ille, et Taubmannus: „Rem cogita, quae tota in gestu est posita, et probabis.“ Vbi vides, quantum possit apud homines parum firmi iudicii confidentia.

635. V. Et iste me heredem fecit, perquam frigide illato iste pronomine, nec numeris probis. Et huic quidem medicinam facit G, qui sic, non ineleganter usurpato praesenti pro praeterito, de qua figura dixi ad Amph. 505:

Et iste heredem me facit. Pl. p. m.

Sed quid τῷ iste faciendum? nam quis ita loquentem ferat: Is, priusquam moritur, mihi dedit, tanquam suo, Vt aequom fuerat, filio, Et iste heredem me facit? Scio, pronomina Hic, Ille, Iste, promiscue nonnunquam usurpari; sed

hic quidem eorum quidquid superfluum est, illo Is non longe praegresso in eadem oratione, quae duobus tantum verbis alterius interrumpitur. Non male igitur reponere mihi videor:

Et isti herendem me facit.

isti, annulo, sicut supra 596 sq.: Pl. Rogita, unde istunc habeat anulum. Pater istuncce gestitavit meus. Et isti anulo pro istius anuli, sicut bonis heredes fieri dicimur pro bonorum. Nam quod annulum sibi datum esse a patro dixit in superioribus, poterat datus esse ut alteri cuidam traderetur; quod his verbis negat miles, seque verum eius possessorem profitetur.

640. spectacla. Sic teste Pareo V. C., ut metro monemur legere. V.: spectacula, quae est interpretatio verbi veterum more contracti. Vid. ad Amph. prol. 64.

641. V. inconcinne: quis.

644. V. itidem ἀμέτρως:

Meministin' hanc turbam fieri! sed tu dic mihi etc.

II vero et edd. Sarracen. Mediol.: Meministi hanc etc., quod reperit etiam Gulielmius, qui sic Quaestt. in Curc. cap. 4: „Mirum ni meminerit, turbam fieri, quae etiam multis verbis eam, ut facta est, explicarit. itaque oraculum putato, non coniecturam, Memini istanc turbam fieri. nam de sua memoria loqui militem, non Planesii, manifestum est." Minus quoque bene vulgatae: Sed tu dic mihi etc. Tum et Tu confusa etiam alibi observavimus, ad Cas. 207. Synchisi autem Hic pathetica: Sed tum dic mihi ubi is est homo qui te subripuit? pro eo, quod diceret minus perturbatus: Sed dic mihi, ubi is est homo, qui te tum subripuit? Vid. ad Amph. 378.

654. V.:

— — — — dabit. Ph. Promittimus.
Th. Tace tu.

quasi vel Phaedromus promittere possit de utroque, se et milite, vel inurbano illo Tace tu in ordinem cogendus sit ab homine nec loco nec fortuna superiore et cuius iam sororem ducturus est. Paulo melius Acidalius, personae alterius notam delens, alterius mutans:

Hic nuptialem eras dabit. promittitin'?
Ph. Tace tu.

Nam Phaedromum quidem reprehensio ista sui parasiti magis decet, quam Therapontigonum alienum; sed promittitin' non magis ad rem facit, quam promittimus vulgatum. Convivalia verba sunt Promittere, Promittere ad coenam, Promittere ad aliquem. Most. 1080 sqq.:

Hic apud nos hodie coenes. Sic face.
Th. Callidamate, di te ament. De coena facio gratiam.
Ca. Quin venis? Tr. Promitte: ego ibo pro te, si tibi non lubet.

Men. 701:

Vna opera prohibere ad coenam ne promittat, postules etc.

Stich. 486 sqq.:

AN. Vocem ego te ad me ad coenam, frater tuos nisi dixisset mihi,
Te apud se coenaturum hodie, quom me ad se ad coenam vocat;
Et mage par fuerat, dare vobis me coenam advenientibus,
Quam promittere med ad illum, nisi nollem advorsarier.

Sic passim. Facete igitur Curculio, cuius animus totus est in patinis, ubi de duabus coenis dixit: Promittimus, inquit, h. e. Promitto ad coenam, Promitto ad utrumque vestrum, si coenas istas dabitis. Cui gulam verbis Tace tu exprobrat adolescens. Nihil clarius.

657. Quid dabis? Libri Quid dotis? quasi revera dotem expectet a paupere parasito, quicunque hoc dicit, sive is est Phaedromus, ut volunt vulgati libri, sive miles, ut non nolebat Acidalius, cui assentior, quia ad militem proprie res ea spectat. Aliquid, non dotem scilicet, daturum hominem, facile erat intelligendum, itaque non male me reposuisse puto Quid dabis? b et t literas mixtas h. l. arbitratus, velut supra 326 legitur in vulgatis libris: Invenire possum, si mi operam datis; sed in Iunt. et Ald. recte: I. p., si mi op. dabis, quia uni, Phaedromo, tantum haec dicuntur. Iam Egone media syllaba longa pronuntiandum est, ut metrum constet. Vid. ad Amph. 136. (Dabo,) Vt semper, dum vivat, me alat, dictum ut illud Asin. 31:

Dono te ob istuc dictum, ut expers sis metu.

660. itā. Vid. ad Amph. 475.

668. V.:

Et ego hoc idem unum spondeo. TH. lepide facis.

Acidalius Divinatt. in Plaut. p. 117: „Suspicor," inquit, „ne quod vulgo sic absque ullo fere sensu:

PH. Spondesne miles mihi hanc uxorem? MI. spondeo.
CV. Et ego hoc idem unum spondeo. MI. lepide facis.

emendandum sit in hanc sententiam:

PH. Et ego huic cibum una spondeo.

Respexerit enim ad superiorem perpetui cibi flagitationem Phaedromus, cui verba correcta tribuimus: et illum miles, qui ante suaserat, nunc promittentem opportune collaudarit, Lepide facis. quod militis dictum parasito et eius vulgatae consponsioni vix aliquo modo queat accommodari." Sic ille. Vide, an nos probabilius. Certe depravata esse verba hoc idem unum, non potest negari; et pariter Cist. 282 lemniam pro alumnam exaratum esse animadvertimus. Simillimae autem olim a d et l literae in scriptis.

671. Inepte libri:

Nam et bene et male credi dico: id adeo hodie ego expertus sum.

Nam quid id ad rem praesentem, et bene et male credi? Omnino non credi argentariis, nec bene nec male, quidquid eis credatur, dicit Cappadox, neque hoc credere dicendum esse, sed perdere. In quam sententiam, quae unice loco congruit, reponendum esse facillima mutatione: Nec bene nec male credi (illis) dico etc., quemvis arbitror intellecturum. Similiter quoque iam olim Lambinus suaserat. Nam nec bene nec male credi dico etc., male aures obturantibus codicesque suos rationi praeferentibus Gruero et Taubmanno: nam sane in ista Lambini lectione nihil est, quod reprehendas, nisi quod in metrum peccat.

673. Velut e litera elisa: vid. ad Amph. prol. 74. Nisi legere placeat Vel pro Velut eodem sensu, quod minime inelegans. Pronomen hic, quod perspicuam sententiam reddit, legitur in Argent. Iunt. Ald.

679 sq. V. satis insulse nec probis numeris:

— — — — Ca. quid mecum tibi?

Aut tecum? aut? Th. quia ego ex te hodie faciam pilum catapultarium.

Istud aut posterius nemo concoxerit, nec proficit Acidalii medicina, militi id tribuentis, quasi, per iracundiam abrumpens lenonis argutationem, repetat hanc eius vocem, et, quid, inquiat, aut mihi oggeris et disputas? quid rei nobis et mihi praecipue tecum? Vid. Acidalii Divinatt. in Plautum pp. 117 sq. Sed legendum est, ut in Helmstadiensi libro, quem adhibuimus: Aut tecum autem? quod elegantissimum: vid. ad Cas. prol. 8 Aut prius extremo versu positum, sicut Men. 127 Pseud. 837. Tò ego, quod metro officit, non habetur in Langianis G et edd. Argent. Iunt. Ald.

681. Vulgo, soloece iunctis verbis ita itidem ut:

Atque ita te nervò torquebo, itidem uti catapultae solent.

Ac quia, quod dedi pathetica repetitione, quam vicinum sit vulgato Atque ita, in oculos incurrit.

682. Pessime libri: Delicatum, nisi quis audiendum censeat Pistorem, ita hanc lectionem asserentem, ut dicat, militem e re militari de catapulta exemplum ducere, Phaedromum autem, ut delicatum et amatorium adolescentem, de delitiis. G et C confundi solent in codicibus more prico. Lipsius De recta pronunciatione lat. linguae c. 15: „G — vi et sono a C quantulum abit? Ne miremur priscos diu hanc usitatos pro illa. Acna, Lece, Acro Cabino pro Agna, Lege, Agro Gabino, Victorinus notavit, et in tabulis iudiciariis ego ipse legi QVI IOVDICARE NECARINT pro Negarint. Et grammatici testantur hoc vulgo." Similiter Rud. 743 claudius pro gladius legitur in Mss.

685. Libri Ph. Quid? quid est? ipse ibit potius. Sed quam, quaeso, rem novam ita mirari, vel quid incommode ab altero dictum factumve istis Quid? quid est? improbare dicamus Phaedromum? Sane legendum, ut excudi iussimus:

Quidquid est, ipse ibit potius.

H. e. Quaeque haec res est, et quamvis male casura est lenoni, non tamen adeo demens erit, ut obtorto collo rapi quam sponte ire maluerit.

686. Itidem inepte vulgo:

Frater, obsecro te, noli hunc condemnatum perdere.

Recte Mss. Frising. Meurs. et vv. edd., in his Argent. Iunt. Ald.: indemnatum. C. litera huc traducta ex praecedente verbo.

691 Dicere videtur, Cappadocem morbo, tanquam divinitus immissa clade, ita etiam cruciatum esse, ut, ad pietatem aliquando rediens, lenonem hactenus exuerit.

Posset, mitteret. Imperfectum positum pro plusquamperfecto. Vid. ad Aul 696.

696. Ca. Qui promisi? Ph. Lingua. Ca. Eadem nunc nego. Iunt. et Ald. inidstincte: Quod promisi lingua, eadem nunc nego. Bene Douza Centurionat c. 25 vulgatam lectionem exemplis similibus illustrat recteque statuit, qui illud indeclinabile utroque numero omnibus generibus convenire.

697. Dicundi haec, non rem perdundi, gratia nata est mihi. Tentat Acidalius Divv. p. 118: Ditandi rem, non perdendi, cuius simile sit Rud. 1279:

Insiurandum rei servandae, non perdendae, conditum est.

709. Minus recte haec Therapontigono tribuuntur in vulgatis: nam arcte cohaerent cum praecedentibus Hoc iudicium meum est, quod etiam τῷ autem indicatur.

715. V. inconcinne: ne tu me nescias.

718. recipe. G: accipe.

ANNOTATIONES IN EPIDICVM.

ARGVMENTVM.

V. 2. Mss. et vv. edd :

Persuasu servi atque conductam.

Hoc cum ἄμετρον, puto, intelligeret, primus mutavit Nicolaus Angelius, Iuntinae curator editionis, quae 1515 prodiit, deditque, nescio ex coniectura an secundum libros Mss., quod vulgo inde a Camerario legitur:

Persuasu servi, aliam qui conducticiam.

Huius lectionis cum dubia fides esset, antiquiorem illam potius scripturam mihi restituendam putavi, sed ita, ut ex Iuntina arcesserem conductitiam, quod etiam in scriptorum conductam facile agnoscas, tum pro servi metri causa reponerem servuli, cum vocalis elisionem sequente altera vocali cessare, in serioris aevi scriptore non placeret; deinde is adderem, ne senex intelligeretur, sed servulus. Nec tamen refragabor, si quis, probato solo conductitiam, quod unice metro congruit, rescribat:

Persuasu servi; atque conducticiam etc.

Aldus mirifice: P. servi atque conductam conducticiam.

7. Codd. fere:

Vt ille amicam, hic senex quaerebat filiam.

Ab antecedente versu aberrasse videtur vox senex. Iunt. Ald.: V. i. a. haec inquirebat f.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

Plautus Bacchidum 179 sq. sub Chrysali persona:

Etiam Epidicum, quam ego fabulam aeque ac me ipsum amo,
Nullam aeque invitus specto, si agit Pollio.

Ianus Gulielmius Verisimilium lib. 3 cap. 9: „Non abs re Epidicum suam tantopere amavit ipse Plautus, fabulam inventione arguta, sermone terso et facetiis affluentem, tum omni arte scenica expolitam.“

V. 3. Libri versu hiante:

Ep. Respice vero, Thesprio. Th. oh, Epidicumne ego conspicor?

Membranae Langianae: Ep. R. vero, obsecro. Th. oh, Epidicumne etc. Sarracenia et Mediolanensis, quas saepe laudo: Ep. R. v., Thesprio. Th. Epidicumne etc., exclusa oh interiectione. Hanc servare, sed emendatam, cum ubique legatur, malui quam, τῷ obsecro assumto ex singulis illis libris Mss., rescribere:

Ep. Respice vero, Thesprio, obsecro. Th. Epidicumne ego conspicor?

5. Quod coadsolet. V. eo assolet; et sic quidem V. C. 4 Pal. et M noster, ceteri Pall. et libri G H item vv. edd. quod esse assolet, vel metri causa: esse quod assolet, sicut Iunt.; Langg.: quod solet. Acidalius Divinatt. in Plaut. p. 167 sq.: ,,Epidico primore sanum illud aliis fortasse, mihi quidem vix est:

Venire salvum gaudeo. Th. quid ceterum? Ep. quod eo assolet,
Coena tibi dabitur.

Gestio namque et hic rescribere quod coassolet, ea forma, qua coaccedere et coaddere, de quibus ad Casinam Gulielmius noster olim, nos ad Captivos etiam supra. Neque tamen abiicio vulgatum eo, quod interpreteris: ad id. sed nostrum certe venustius fuerit:"

7. Male scripti, etiam quos ipsi versavimus: Exemplum adesse intellego.

8. habitōr. Vid. ad Amph. prol. 38. Ceterum V. C. Pall. Langg. H M et vv. edd.: agilior; sed G noster habitior, sicut olim Ms. Roverianus, ex quo meliorem lectionem primus petivit Lipsius. Bene nutritum miratur Thesprionem Epidicus; cui alter: Huic (furtificae laevae) gratia. Recte. Agilior ope dextrae fieri non poterat.

9. Inconcinne vulgo:

Quam quidem iamdiu te perdidisse oportuit.

Scripti paulo melius: Q. q. te iamd. p. o. Bene Camerarius: deperdidisse.

11. Male te abest codicibus vulgatis, quod praebent liber Meursii Ms et edd. Sarracen. Iunt. Ald., commendatum id etiam a Douza Centurionat. c. 13. Plerique autem scripti solito errore: infeliciterit. De formula Di te infelicent vid. ad 21.

13. V.: adipiscendi, quod glossema exquisitioris vocis.

17. Soloece libri: Vt illa respondeas probe; nec multo melius V. C. et Langg. ut illi r p., quod reponere suadet Acidalius, vel At illi responde probe. Si ad ea, quae iam dicturus est, iuberet respondere Thesprionem Epidicus, diceret: ut huic respondeas probe, non illi, siquidem illud pronomen proxima significat et propria, hoc remota et aliena; neque vel remotum vel alienum id est, quod ita in

promtu habeas, ut quamvis subito dicere aut facere, si lubet, possis, Noster Curc. 365 sq.:

Haec sunt ventri stabilimenta: pane et assa bubula,
Poculum grande, aula magna.

Et sic semper. Reposuimus igitur: Vtilia responses probe. Satis nugatus cum altero Epidicus, iam utile aliquid et quod in rem sit, ut Hic ait Trin. 714, hoc est quod ad filium herilem pertineat, de quo unice sollicitus est, respondere iubet Thesprionem. Quod dedimus responses, versus causa fecimus, cui melius id congruit quam respondeas vulgatum.

19. Ita hic versus describitur in M, cum vulgo sequentis prima duo verba huic perperam addantur.

20. V.: sed ubi Est is; sed G noster recte: :sed ubi is est, ut versui convenit trochaïco, qualem hunc esse longe verisimilius est quam iambicum, cum quia, si iambos tetrametros continuare h. l. voluisset Comicus, certo non eiusmodi catalecticum immisisset, qui clausularum loco in transitibus ad alia metra usurpari solet, sed facili verborum transpositione scripsisset:

Voluptabilem mihi attulisti nuntium adventu tuo;

tum quia minime placet, in eadem sententia, eodemque affectu loquenti pertinente, mutari metrum. Dubitari autem non potest, quin sequens versus sit trochaïcus t. c.

21. Di te perdant. Hoc et similia Di te infelicent, quod supra 11 habuimus, Iupiter te perduit, quod infra est 64, vel saepe recurrens illud Vae tibi, eodem fere modo aliis dicuntur, quo Perii usurpari solet a secum loquentibus, de quo dixi ad Amph. 139. Cf. infra 26, Asin. 288, Capt. 818.

22. V. hiante versu:

Pencontari: operam da, opera reddibitur tibi.

H: P. o. da, opera opera r. t. Mss. et vv. edd.: redditur. (V. C. reditur) vel reddetur. Reddibitur a Camerario est, quod quomodo tum a versu tum a sententia postulari dicat Taubmannus, non intelligo.

27. V. inconcinne: ais. Vid ad Amph. 128.

28. V. transfugerunt, minus ex prisca consuetudine. Vide Pontederae librum, laudatum ad Amph. 64. Ita mox Travolaverunt, ubi male H M et vv. edd.: Transvolaverunt.

29. V. hiante versu:

Ep. Serione dicis tu? Th. serio inq. h. h.

nec iuvant Iunt. Ald., Serione utroque loco praeferentes Thesprionis nomen in plerisque codicibus tam scriptis quam pridem excusis literis te. vel Te. indicatur. Hoc compendium τὸ -te in tute omittendi ansam praebuisse puto, sicut passim turbant notae personarum: vid. ad Amph. 436.

30. Similiter Terentius Adelph. 4, 5, 54: Fecere alii saepe, item boni.

32—36. Haec vulgo Epidico omnia tribuuntur. Se-

quor editiones medias, in his Iuntinam, cum appareat, illis Tum ille prognatus Theti etc. responderi ad id, quod alter transvolasse ad hostes dixerat arma Stratippoclis.

38. V. scabris numeris: eloquere. Expressi veterem codicem Camer. Pall. nostros H M et vv. edd.

40. Iidem codd.: Patrem videre senem non volt etiam etc. H et M: Ep. quap. Th. tu scies. An reliquit Plautus?

Senem videre non volt etiam nunc. Ep. Quapropter?
Th. Tu scies.

Senes passim audiunt patres in comoediis, satisque est probabile, patrem τῷ senem primum interpretandi causa adscriptum mox in ordinem receptum esse, ut solet fieri. Infra 156 sqq.:

Adeundum est! Senem oppugnare certum est consilium! I, i! abi
Intro atque adulescenti dic iam nostro herili filio,
Ne hinc foras ambulet neve uspiam obviam veniat seni.

Ibidem 177:

Acutum cultrum habeo, senis qui exenterem marsupium.

Bacch. 729: Salvos sum: iratus est senex. Et ibidem 902:

Nostro seni huic stolido, ei profecto nomen facio ego Ilio etc.

Ne volt pro non volt excudi iussi non veteri tantum mori obsecutus, verum etiam versui prospiciens, qui media ista regione amat vel iambum purum, vel certe pedem τετράσημον, cuius prima syllaba aut vox accentu careat oratorio.

44. V. C.: legationem.

45. V. ἀμέτρως: Ipse.

50. Redde igitur. Hoc secundum V. C. et Langg., qui Red:igitur, Redigitur. Ceteri libri et vulgo editiones: Quid igitur? formula solenni, quam facile erat substituere non intellectis. Bene Acidalius Divinatt. p. 169: „Redde retineo: quo mutato magna pars intercidit venustatis. — Iocus in eo, quod Epidicus dixerat, rogo, consistit. Illius ambiguitas argutandi occasionem dedit. Nam cum alter pro interrogo usurpasset: alter sic accipit, quasi mutuum aut commodato rogo. Atque ita cum ille aliud velle innuisset, hic reddi id ipsum iubet. Idem fere iocus etiam infra in hac fabula scen. Si quid est (536 sq.):

Pe. Salve sis. Phi. salutem accipio mi et meis. Pe. quid ceterum?
Phi. Salvos sis: quod credidisti, reddo. Pe. haud accuso fidem."

V. autem minus concinne: minis. Formae verborum mna et mina passim confunduntur.

55. V. claudicante versu:

Epidice? Ep. P. m. Th. Quis? Ep. Ille, qui perdidit arma.

Iunt. Ald. recte: qui arma perdidit. Alterum Quis addendum vidit Bentleius ad Horatii Epp. 1, 16, 67. Quod latioribus literarum interstitiis indicatum oportuit.

58—60. V. perversis metris:

S. h. ea s. est. Th. nescio ed., quid (G et H inculcant: tu) timidu' es.

(timidu' es. Absurdam hanc et similium scripturam primus induxit Gronovius; alibi recte: timidus es etc. Nunquam ante vocales s literam verborum finalem abiecerunt veteres.)

Trepidas, Epidice: ita volt. t. video. videre comm.
Hic, me abs., in t. a. m. Ep. potin' uti mol. ne sies?

Libri vett., ubi a Sarracenia et Mediolanensi, discesseris, a quibus haec verba absunt, timidus es, ut dixi; deinde ut, non uti, quod raro in iis legitur, et extremo tertio horum versuum sis, quod ad metrum quadrat, de quo vid. supra pp. 52 sq. Ita causam indicat, ut monui ad Cist. 393 sqq. Poni solet post ea, quorum causam designat; hic autem praeponitur, sicut itidem Most. 715:

Sed, Simo, ita ventus navem deserit nunc . . . .

Additurus enim erat servus: periimus; sed a Simone interpellatur. Et sic saepius, ut nihil opus sit reponi secundum Acidalium: uti voltum tuum video etc. Vox mali pro monosyllaba est: vid. ad Amph. prol. 74. Ceterum haec usque ad versum 73 ἄμετρα iacent omnia in vulgatis.

62 De singulis bacchiacis, qui aliis interdum versibus immiscentur apud Comicum, pauca monui ad Ba. 1124. Cf. Most. 329, ubi bacchiacus dimeter asynartetis insertus est, ex c. d. et t. h. compositis.

63. Degetur. Mss.: Detegetur; sedd vv. edd.: Degitur pro Degetur, sicut 22 Redditur pro Reddetur, solenni e et i literarum confusione. Lipsius Electorum lib. 2 cap. 21 extremo: „Degere," inquit, „antiquis minuere, detrahere. Nonius Marcellus: Degere etiam est minuere. Plautus Aulularia (119): Nunc ego istum, soror, laborem degam et deminuam tibi. Degere est detrahere. Plautus Epidico: Degetur corium de tergo meo." Vid. etiam, quae nos ad Aululariae l. l.

64. Inficetissime vulgo: Plusque amat, quam te unquam amavit. Nam quid, quaeso, hoc sibi vult, puellam istam plus amari, quam Epidicum, quem sic nunquam amavit adolescens? Apage stolidum iocum et reponere mecum propera: Plusque amat, quamde unquam amavit, quae digna descriptio amoris tam cari (50) atque magni (609-611). Quamde pro Quam in usu veteribus fuisse, monui ad Amph. prol. 69, quod non intellectum a librariis cito mutari erat consentaneum.

67. ipsus. Ita Langg. et H; Monachiensis scriptor vitio calami: ipius. V.: ipse, ex interpretatione.

68. nevolt. V.: non volt. Illud priscum, hoc pervulgatum.

71. Lege, sis, quae nos de hoc genere versuum supra pag. 52.

„Pereunda puppis," inquit Acidalius Divinatt. p. 170, „valet: necesse est, puppim perire, ut Trin. (1120):

Si illa tibi placet: placenda dos quoque est, quam dat tibi.

De puppi autem seu navi ἀλληγορικῶς frequenter Plautus. Vel Mostellaria insignem locum vide scen. Melius anno (715):

Sed, Simo, ita nunc ventus navem nostram subito
Deseruit, et quae sequuntur.

Bacchidibus quoque (753):

Bene navis agitatur! pulcre haec confertur ratis!

Et Ovidius Epist. Sapph. Phaon. (72):

Non agitur vento nostra carina suo."

72. V. hiante versu: tu.

79. Invenit Acidalius Tantae te impendent ruinae, exclusa praepositione; quem vide ad Curc. 373.

80. itaque in te inruont montes mali. Coniungenda haec cum antecedentibus Tantae in te impendent ruinae. De metaphora, quam frequentat Noster, consule interpretes ad h. l. et Pareum lexico Plaut. v. Montes.

82. V. perversis ac debilibus numeris:

Neque ego nunc quomodo me exp. e. i. f.
C. p. ego miser perpuli meis dolis senem etc.

Etiam reponas licet: N. e. nunc quo me modo exp. etc. Senicem pro senem, sicut senicis pro senis, veteres usurpasse, ex grammaticis constat (nam Militis quidem versu 644 semisenem, non senicem, Mss. et priscae edd.); quod melius quam vulgatum senem decet eam versus regionem trochaïci, sicut monui ad Amph. 355.

84. amabat. V.: amat, quod nec versui sufficit, et sententiam falsam obtrudit Plauto, siquidem, non amplius amari illam a Stratippocle, modo Epidicus rescivit. Infra 128 adolescens:

Illam amabam olim; nunc iam alia cura inpendet pectori.

85 sq. V. nec satis perspicua sententia et vitioso metro:

Is sibi nunc alteram ab legione adduxit animi
Causa. corium perdidi: nam ubi etc.

H optime: adduxit amicam animi causa: nam nisi hoc vel simile aliquid addatur, in alteram intelligas alteram fidicinam, qualis non erat virgo, quam nunc peribat Stratippocles. Nam infra 147 altera tantum puella dicitur.

Versus autem potissimum causa amiculam reposui pro amicam, quanquam et contemnificum quid sonant diminutivae voces, quod loco valde convenit. Si quis tamen rixa-

ri volet, manus dabo concedamque retineri amicam, codicis lectionem, sed non elisam, nisi quis rescribi iubeat, quod neque ipsum quoque omnino improbarim:

Is nunc alteram ab legioned adduxit amicam sibi
Animi causa.

87. depoliet. Libri vv. despoliet vel dispoliet. Legendum depoliet viderunt Palmerius in Spicilegiis et Acidalius Divinationum pag 171, quomodo politiones et depolitiones leguntur apud Nonium et apud Hunc ipsum et Terentium Pugnis pectere, Fusti pectere, Depectere. Vid. Parci lexic Plaut. v. Pectere pugnis. Despoliet si retinendum esset, esset modus potentialis, de quo monui ad Aul. 42.

90. V. pravis numeris:

Quia tute te deseris quid faciam? men' tu rogas?

nec multo melius Camerarius et Lambinus: Quia tute tete deseris etc., peius Iunt. Ald: Q. tu te d. Bene Langg. et noster G Quia tu tete d. Praeterea G non quid faciam? sed quoniam f? in quo reperire mihi visus sum, quod reposui, Quidnam faciam? qua lectione sarcitur versus.

91. Tό quidem elisa i litera pronuntiabis. Vid. ad Amph. prol. 74.

92 V. versu ἀνεφάλω neque apte illato Quid? de quo dixi ad Cas. 751: Quid? aliquid reperiundum est. Camerarius Quid, quid? aliquid etc. Aliqua Pall. (sextus cum glossa: ratione) Langg. Frising. et omnes propemodum vv. edd. Vnde legendum puto Quidquid aliqua reperiundum est, alterum Quid alteri offecisse ratus, ut solet fieri. Nisi Langianorum librorum lectio Quid faciam? aliqua rep. est, potius adoptanda videatur, sic distincta: Quid faciam, aliqua reperiundum est, ut sibi aliquo modo reperiendum, h. e. excogitandum, dicat, quid faciendum sit.

99. Frustra v. editores: capteivam, quae scribendi ratio si inducenda est, reponendum quoque erit per omnia in priscis heic, virei, meiles et eiusmodi sexcenta. Mss. et vv. edd.: captivam.

101 V.:

Qui invident, omnes inimicos mi istoc facto repperi,

quod fere idem est ac si dicas: Qui invident, invident: nam inimicitia est invidia. Acidalius Divinatt. p. 172: „Non abnuam recte Gulielmium nostrum (Verisimill 3, 9) emendasse Quin vide. imo dixerim emendasse recte. Tamen pronius fuerat Qui vident, ut Captivis (429):

Vbi quisque vident, eunt obviam,
Gratulanturque eam rem.

Pronius hoc fuerat, literas quidem si respicias: sed et sensum. Nec enim omnes prorsus habere potuit inimicos; saltem qui vidissent: et videre dum potuerunt perpauci, cum vix in patriam rediisset." Plane autem Pall. 3: Qui vident.

103. V. ex interpretatione, corrupto quidem versu: Iam istoc probior es meo q. a. Vid. ad Amph. 168.

104 sq. Absurde libri:

Nihil agit, qui diffidentem verbis solatur suis.
Is est amicus etc.

Nam quid, quaeso, sibi vult istud suis? Nonne per se intelligitur? An ex aliorum quam Chaeribuli verbis plus solatii se percepturum sperat Stratippocles, ut ipsius allocutionem spernat, aliorum expetat? Nugae. Dedit poëta, quod excudi iussimus: —— solatur; sed is est amicus etc. Hoc quam facile transierit in Si is, mox Suis, est amicus etc. intelligent, qui frequentem i et u literarum verborumque Sed et Si in scriptis confusionem observarint. Vid. ad Curc. 43. M: — solatur suis est amicus, quo magis etiam confirmatur haec emendatio.

107. Quod. Vid. Pareani lexici Mantissa v. Generis mutatio, nos ad Aul. 724.

115. V. vitiosis numeris:

Quam árgen|tí fuero el. e. p. s.

116. servabit fidem. Egregia haec Lambini correctio, quam laudant, nec tamen in ordinem receperunt, recentiores, cum veterum librorum lectio idem, ex quo item nobis fabricatum est, ne ad versum quidem satis quadret. Vide tamen ad Amph. 485; quanquam extremorum versuum debiliores sunt vires, ut vix huc valeat, quod ibi dixi.

120. Vide de singulo hoc bacchiaco ad Ba 1124.

121. Tam tibi istuc credo, quam mihi. Non haec ita prorsus dicuntur, ut illa Aul. 258:

Haec mihi ted, ut tibi med, aequom est credere;

sed vel serio affirmat iuvenis, se id Epidico credere tanquam sibi ipsi, vel, quod malim, non magni pendere se salutem servi significat, sed accipere eam ut rem, quae per se intelligatur.

123. Quod elisa vocali litera legendum. Vid. ad Amph. prol. 74. Nam versum iambicum tetrametrum hunc non putarim.

129. V.: hominem. Homini, quod sententia requirit, primus reponendum vidit Palmerius Spicilegg. p. 254. V. quoque minus concinne: id quod facias bene. G et M: id quod tu f. b., quos secutus sum.

134. V. impedito versu: Huic homini opus est q. m. Huic homini, h. e. mihi. Vid. ad Capt. 84.

135. Soloece vulgo: resolvat. Nunquam verba Hic homo, si primam personam significant, cum tertia verborum coniunguntur, sed itidem cum prima semper. Atqui resolvas Mss., nisi quod II resolves, et edd., etiam Taubmanni et Parei.

137 sq. V. depravate:

Vnde libet. nam ni ante solem occasum elo,
Meam domum ne imbitas: tu te in pistrinum.

Lan-

Langiani non elo, sed elo ces; Lambinus ex libro, ut ait, viri cuiusdam docti:

— — — — nam ni ante solem occasum hoc argentum eloces,

quod accipit pro eruas, nova profecto verbi potestate, quamque in seria oratione recte improbat Acidalius, nec tamen quidquam probabilius in medium affert. Vicinum eloces τῷ elicies, quod sententiae convenit. Pistori placebat elicis.

De singulo trochaïco acatalecto cum clausula, quae eiusmodi versu dimetro continetur, vid. ad Amph. 596 Ba. 1114 Curc. 112.

Inbitas. Vid. ad Capt. 611.

Tute in pistrinum. Eas vel simile quiddam additurus Stratippocles interpellatur a servulo impatiente.

140. Novi ego nostros. Similiter Pinacium de patre Stich. 71:

— — — Novi ego nostros: exorabilist.

Et rursus pater de filiabus ibid. 66:

— — — Scio, litis fore: ego meas novi optume.

Recte igitur familiares Lambinus interpretatur; rectius Pistor heros, familiarum principes, hoc sensu, ut refert Taubmannus: „Ich weiſs, daſs meine Herrn nicht scherzen. Maiorem fallere herum, difficile est et cum periculo. Minori negare non minus."

142. Diverso iam affectui servi respondeat necesse est diversum a praecedente genus metri. Quamobrem hunc versum iambicum tetrametrum nunc puto, sequentem vero trochaïcum rursus catalectum.

150. Etiam hic versus simili de causa non male existimabitur iambicus tetrameter.

156. V.: At eundem senem oppugnare etc. quod ineptum, cum in toto hoc colloquio ne verbo quidem mentio facta sit de sene. Atqui Pall., teste Pareo, dilucide Adeundum.

156. Utrumque i vocali litera sequente corripitur Graecorum more, ita ut verba I, i, abi paeonem quartum efficiant, comparem cretico pedem, qui trochaïco extremo convenit.

158. Foras priorem vocalem literam elidit. Vid. ad Amph. prol. 74.

159 sqq. V. perversis metris:

Plerique homines, quos, cum nihil refert, pudet: ubi pudendum est,
Ibi eos deserit pudor, cum usus est ut pudeat. is adeo tu es. quid
Est, quod etc.

G et H interpretantes: Plerique sunt homines. Sed bene τὸ quos excluditur in Sarracenia et Aldina, bene, quia Monachiensis liber, quem versavimus: P. h. q. c. nihil refert, pudent, quomodo Cas. 705 legitur:

Ita nunc pudeo atque ita nunc paveo etc.

et Priscianus lib. 11 p. 922 Putsch., ubi egit de impersonalibus Piget, Pudet, Taedet, Poenitet, Liquet, Licet, Libet, Oportet: „Sciendum tamen," inquit, „quod haec omnia inveniuntur perfectorum declinationem habentia in usu veterum, teste Capro, pigeo, p u d e o, taedeo, poeniteo, liqueo, liceo, libeo, oporteo; quomodo placeo, contingo, evenio, vaco, attineo, accido, iuvo, delecto, quorum tertiae personae impersonalium vice funguntur, placet, contingit, evenit, vacat, accidit, attinet, iuvat, delectat." Exquisitum igitur illud pudent nequaquam repudiandum duxi, cum se ultro offerret, sed potius inducendum quos, ortum id, ut videtur, ex sequente quom, perperam geminato, praesertim cum abesset ab editionibus illis, quas dixi, quarum Sarracenia manu scripti instar esse recte existimatur. Iamque et metrum apparuit, de quo supra exposui ad Amphitruoni suppositam scenam Di vostram pag. 53.

Ceterum altero horum versuum G: deseruit.

162. sit. Inconcinne codices: siet.

165. qua ex. Vide Pareani lexici Mantissa v. Anastrophe.

De metro dixi ad Amph. 422.

167. In duos versiculos divisum verbum uxorem, praesertim in loco λυρικωτέρῳ, non est quod nos male habeat, apud Horatium u-xorius amnis, similia passim et apud eundem et apud alios ferentes.

171. Librarii, tritum ordinem verborum sectantes nec synchysin capientes, quam versus maxime requirit, vulgo nullis numeris:

Neque adeo iniuria, quia licitum est eam tibi vivendo vincere.

Τὸ vivendo perperam omissum in M. De Synchysi, figura Huic frequentata, dixi ad Amph. 378.

175. V: St. st! tacete. Hoc a Camerario est; nam V. C. State (quod fuerit Atate), tacete; Pall. et 3 nostri at at (vel coniunctim atat, sicut H), tacete. Attat vel Attatae (nam sic potius scribendum, cum a graeco ἀτταταὶ et ἰατταται ducta sit vox) non solum est subito monstrantis, vel tacite secum mussitantis et aliquid intelligere incipientis, ut monet Pareus in lexico Plaut. hh. vv., neque admirationem tantum exprimit et terrorem, quod vult Donatus ad Andr. 98, Hec. 3, 4, 35, quanquam fieri potest, ut de solis istis locis Terentii loquatur, neque unquam dolentis esse memini apud scriptores Latinorum superstites, sicut ἰατταταὶ apud Aristophanem; sed omnibus affectibus, praesertim subitis atque vehementioribus convenit, estque hoc loco monentis, et quodammodo reprehendentis, ut loco Naevii in Tarentilla apud Charisium Institutt. gramm. lib. 2 pag. 213 Putsch., qui locus sic se habet:

Atattatae, cave cadas, amabo.

177. Codex Meursii et Iuntina, quacum editione consentire fere istum librum monui ad Aul. 781—785, item Aldina: seni, quod vulgato non deterius.

178. V. oratione, in qua nec caput nec pes appareat:

— — Sed eccum ipsum ante aedis conspicor Apoecidae,

Qualis volo, vetulos duo.

nec melius Taubmannus, interpunctione locum expedire putans: — Apoecidae. Qualis volo, vetulos duo. Langiani, omissis verbis ante aedis consp. Apoec.: sed eccos ipsos, qualis volo, senes duos; bene, quod omiserunt istud Apoecidae, quod a glossatore haud dubie profectum, longeque rectius quam Douza, qui id mutabat in Apoeciden, cum Periphani nihil negotii sit apud Apoecidem, et personam secundarum partium adire primariam deceat, non contra. Quod sensit etiam Acidalius, qui praeterea miratur, cur vel antiqui libri ante Apoecidae potius aedes senem constituant, quam ipsius, et quidem solum, vel Douzica editio Apoecidem potius, et aeque solum, quam Periphanem. Nam de hoc Epidico curam esse maximam; de altero nullam aut parvam. Et de utroque hic loqui servum, apparere ex sequentibus Quales volo, vetulos duos. Emendat igitur vir optimus:

— — Sed eccum ipsum ante aedes conspicor et Apoeciden,

ut servus herum maiorem ante aedes („heriles," inquit, „credo,") conspicere se dicat. Sed sane nomen Apoecidae fraudis suspicionem commovet, praesertim cum eo nomine deleto bene procedat versus iambicus tetrameter, qualibus principium huius scenae conscriptum est, servato vero sententia unius versus ambitu coniungenda in duos, eosque impares, divellenda sit hoc modo:

Sed ipsum ante aedis conspicor Apoecidae, i. s.
(vel et Apoeciden,)

Qualis volo, vetulos duo. Iam ego me convortam in hirudinem; etc. i. t.

ne dicam, versus hos iambicos etiam clausula, quae est 180, sic privari, qua transitus ad diversum metri genus legitime munitur. Recte igitur me reposuisse arbitror:

Sed ecce ipsi ante aedis conspicor, qualis volo, vetulos duo.

Ipsi pro Ipsius, heri, sicut Afranius Omine (nam ita, non Homine, legendum monui ad Asin. 24) apud Priscianum pag. 694 Putsch.:

Ipsi me velle vestimenta dicito.

De porrecta extrema syllaba τȣ̃ conspicor ante vocalem vid. ad Amph. prol. 38. Forte autem vulgatum eccum corrigere sum oblitus, quod nominibus pluralibus iungi nequit, docente eodem grammatico ibidem p. 949.

182. V. pravis numeris, nisi legas audii et in hoc priorem i literam elidas, quod durissimum:

Nam ego illum audivi in amorem haerere etc.

In amorem haerere, ut in mentem esse et similia, de quibus dixi ad Amph. 545.

186. V., nescio quo auctore, invitis autem V. C. Pall. Langg. et plerisque editionibus, etsi non omnino male, ut intelligas ex illis, quae in medium protuli ad Cist. 593 sqq.: Ita assimulato etc. quomodo quidem G et M, quos adhibuisse Gronovium, non est quod nobis facile persuadeamus. H et edd. aliquot mediae, inprimis Iuntina: atque assim.

187. Age, si quid agis. Formula tardiorem incitantis. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

195. V. semel tantum τὸ mane legitur, quod interari iubet metrum. Passim similia sibi invicem officere in libris scriptis.

197 sq. V.:

Ab legione omnes remissi sunt domum Thebis. Ap. quis hoc
Scit factum? Ep. ego ita esse factum dico. Pe. scin' tu istuc? Ep. scio.

Et prior quidem horum versuum bene se habet, si metrum respicias, si sententiam sequentis huc protractam, ne ille quidem. Posterior autem neque numeros iustos habet, nisi, τῷ factum non liquescente, sic scandatur:

Scit fa | ctúm? Ep. ego i | ta etc.

quo nihil fingi potest durius absurdiusque. Atqui longe aliud cantant scripti et vv. edd., hoc:

A (H bene: Ab) legione omnes remissi (Langg. missi) sunt domum Thebis. Ap. Sic factum est? (Solus V. C.: Scit factum est, sicut saepe sc pro s scriptum deprehendi monitum ad Capt. 773. Nam c et t literas persimiles facile inter se commutari, demonstratione non indiget.)
Ep. Ego ita factum esse dico etc.

Primum igitur reponendum vidi: Sic factum est? inductis verbis quis hoc, quae, a recentissima manu adscripta in vetere codice, qui κατ' ἐξοχὴν dicitur, male in ordinem recepta sunt a Camerario. Dein, approbata Langianorum librorum lectione missi pro vulgata remissi, verba Ab legione omnes missi sunt Thebis domum (nam sic postrema duo transponenda versus gratia) iambi senarii ambitu comprehendi, ut diverso metro graviter gravis sententia efferretur, velut leno ille dicit Pseud. 186 sqq.

Fac, sis, sit delatum huc mihi frumentum, hunc annum quod satis i. t.
Mi et familiae omni sit meae, atque adeo ut frumento adfluam:
Vt civitas nomen mihi conmutet meque ut praedicet
Lenone ex Ballione regem Iasonem. i. s.

Nam clausulis quidem versum non adnumerem, quarum vicem sustinere solent non iambicae tantum basis (Stich. 661) et iambi monometri, vel acatalecti, ut Pseud. 568, vel hypercatalecti, ut Ba. 953 Trin. 214, item eiusmodi dimetri

non unius moduli (Amph. 907 Cas. 516 supra 176 Most. 887 Pers. 38 Pseud. 924 Rud. 844 Truc. 688) verum etiam trimetri tum catalecti (Cas. 581, ubi vide, quae monemus), tum trimetri, qui vulgo senarii dicuntur. Et hi quidem pro clausulis non solum post iambos longiores inveniuntur, sicut supra 4, 44 sqq. 50 Curc. 629 sqq. Men. 486, 501 Pers 27 Pseud. 189 Stich. 285, vel post trochaïcos tetrametros, sicut Cas 577 sqq. Men. 962 Merc. 878 sq. 915 Mil. 169 Pers. 614 sq. Poen. 667 sqq. (ut contra gliscente affectu trochaici tetrametri sequuntur iambos senarios, velut Rud. 1 04 sqq.); sed post bacchiacos quoque (Truc. 679) ita usurpatos eos licet deprehendere et post creticos (Pseud. 248 Rud. 169 sq.) variique generis asynartetetos, velut Cas. 80 sq. 632, 684 sqq. Quae omnia sub uno aspectu ponere visum est, ut intelligerent lectores, quam liberi in hoc genere fuerint veteres poëtae, quamque recentiorum refugerint insipidam uniformitatem. Nunc de deverticulo in viam. Non male igitur fecisse nobis videmur, iambum senarium illum inducentes potius, quam ita haec scribentes, repudiata Langianorum lectione missi:

Ab legione omnes remissi sunt domum Thebis. Ap. Sic factum est, t. t.
Epidice? Ep. Ego ita factum esse dico. Pe. Scin' tu istuc? Ep. Scio. t. t. c.

in quibus verbum factum non elidendum foret, cuius figurae prosodicae exempla protuli ad Amph. 341, et quod additum Epidice posteriore versu, videndum de turbis circa nomina personarum in comoediis ad Amph. 436; de singulis autem trochaïcis acatalectis, inter eiusmodi catalectos venientibus, ibidem ad 596.

205. V. prorsus inconcinne:

Obviam ornatae occurrebant suis quaeque amatoribus:

nam e breve in quaeque non elidi, vix ausim credere, etsi adstrui possit aliquo modo haec ratio iis, quae monui ad Amph. 341. Sed H non quaeque, sed quisque, unde reponendum esse conieci quisquis. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Quisquis genere feminino.

206. V. sine sensu:

— — captabant. id adeo, qui maxume animum advorterim.

Pall. 6 codex Meursii et Iuntina eiusque asseclae: id adeo scio, qui m. a. a. Vnde Acidalius Divv. p. 175:

— — id adeo, scin' qui maxime animadv.?

„Nam argumentum," inquit, „dicturus est, unde captari senserit: neque id potest elegantius nisi cum tali interrogatione prius insinuare." Bene quidem, quod argumentum dicturum esse ait Epidicum, unde captari amatores senserit, male, quod elegantem vocat locutionem, quae ne recta quidem est: siquidem non alio atque alio argumento id sensit servulus, hoc vero maxime, sed ob hanc solam cau-

sam fieri venaturam amatoriam coniecit, quia plerasque mulierum retia sub vestimentis habere vidit, ut per iocum persuadere cupit senibus. Igitur τὸ id induxi, cum praesertim non sententiae modo inutile id animadverterem, sed etiam versui officere; quod ex sequente ad- ortum puto. Dein immissa personae nota, quae vulgo abest, totum, ni fallor, locum illustravi. Adeo orationem continuat. Supra 51:

Id adeo argentum ab danista apud Thebas sumsit fenore.

Amph. 97 sq.:

Haec illic est pugnata pugnad usque a mane ad vesperum.
Hoc adeo hoc conmemini magis, quia illo die impransus fui.

Et sic passim. Vid. Horat. Tursellin. De particulis lat. orat. v. Adeo in medio pro vero.

207. haec. V. hae; sed H: hec, i. e. haec, pro haece, priscorum more. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v., nos ad Amph. 138.

208. V. frustra onerato versu pravisque numeris:

Quom ad portúm venio, atque ego illam illic vid. pr.

Pronomina temere nunc addita nunc omissa esse in vetustis codicibus, monui ad Asin. 843 Atque pro Statim, sicut passim apud scriptores. Ba. 245:

Dum circumspectod: atque ego lembum conspicor.

Most. 1007 sqq.:

Postquam ex obsidione in tutum eduxi maniplares meos:
Capio consilium, ut senatum congerronum convocem.
Quem quom convocavi: atque illi me e senatu segregant.

A. Gellius Noctt. Atticc. 10, 29: „Atque particula a grammaticis quidem coniunctio esse dicitur connexiva, et plerumque sane coniungit verba et connectit; sed interdum alias quasdam potestates habet non satis notas, nisi in veterum literarum tractatione atque cura exercitis. nam et pro adverbio valet, quum dicimus aliter ego feci atque tu, —— et gemina si fit, auget intenditque rem, de qua agitur: — — et praeterea pro alio quoque adverbio dicitur, id est Statim. quod in his Virgilii versibus (Georg. 1, 219 sqq.) existimatur obscure et insequenter particula ista posita esse:

— — — — Sic omnia fatis
In peius ruere ac retro sublapsa referri,
Non aliter, quam qui adverso vix flumine lembum
Remigiis subigit, si brachia forte remisit:
Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni."

Ceterum V. C. Pall. Langg. G H et vv. edd.: ad portam.

Quos libros hic deserunt editores recentiores, sed mox 212, quae hominum inconstantia est, ad eos redeunt. Recte Acidalius Divinatt. pag. 175: „Dubium, — utrum verius, portum an portam, quorum alterum quidem scribendum utroque. De me, portum praeferam, quando Athenis haec geruntur.“ Vellem tamen ad confirmandam hanc lectionem in antecedentibus mentionem factam navium et transmarinae cuiusdam expeditionis.

215 sqq. V. absque distinctione:

— — — — — mendiculam,
Impluviatam, ut istaec f. v. nomina.
Ep. Vtin' impluvium induta eat? Pe. quid istuc est mirabile? etc.

Vix senis Comici est tam copiose et facete loqui de his rebus. Atqui edd. Acidalio antiquiores recte verba Impluviatam — nomina Epidico tribuunt; sed rursus male eidem sequentia Vt (nam sic illae, sicut etiam Langg. et II noster) impluvium induta erat? quasi servi urbani sit et callidi talia mirari, ut nova, de quibus quotidie in sermonibus heri minoris eiusque amicorum mentionem factam esse consentaneum est. Illic igitur istas editiones exprimendas mihi putavi, hic non item, sed tribuendam hanc interrogationem Periphani, quem non mirum est rem feminarum vestiariam temporis novissimi (nam regillam induculam et mendiculam vestium nomina fuisse putem olim ipso adolescente usitatarum) ignorare. Veteres autem libri, tam scripti quam impressi: Vti (vel Vt) impluvium induta erat vel erit, ut V. C.; sed Acidalius, perperam Epidico haec adscribens: Vtin' impluvium induta eat? et praecedente versu, quem Periphani continuat: — (mendiculam,) An impluviatam? ut etc. neutrum recte, et prius quidem propemodum soloece, siquidem in narranda re gesta dicendum potius iret, quam eat; certe inconcinne, cum i litera in Vti producatur, quam corripit Acidalius. Senex inauditum vestis nomen miratus: „Vt?“ inquit (h. e. Quomodo? sicut Nostar passim [vid. Parei lexicon h. v.] et Horatius Epist. 1, 3, 12: Vt valet? ut meminit nostri?) „in impluvium induta erat?“ Cui Epidicus: Quid istuc est mirabile? etc. Ceterum Mss. et vv. edd. istaec, non istae, sicut vulgo ex interpretatione; et ibidem facimus, cuius in locum faciunt, quod praebet Nonius v. Impluvium, bene succedere iusserunt editores: nam contemtim servus: ut istaec (mulieres) faciunt vestimentis nomina.

218. Vid. ad Amph. 596.

219. V:

Quid istae, quae vesti quotannis nomina inveniunt nova etc.

et omnia haec servo tribuuntur. Sed non huc faciunt verba Quid istae, h. e. Quid istae agunt (vid. ad Aul. 157), ubi non novum quid narratur de istis mulieribus, sed quod iam ante dictum, mira vestimentis nomina eas facere,

pluribus tantum exemplis illustratur. Deinde haec male cohaerent cum antecedentibus, ubi maior istis tributus pendi dicitur quam reipublicae; cohaerent bene, si mecum rescribas:

Pe. Quid ita? Ep. Quia vesti quotannis nomina inveniunt nova:
Tunicam rallam, tunicam spissam, etc.

ut maior tributus pendi dicatur mulierculis, quia quotannis nova et cara vestimentorum genera inducant, quorum sumtus auctiones facere subigant maritos. Verba ita quia quem in istae quae mutari proclive fuerit, unusquisque, opinor, videt.

224. V.:

Cumatile aut plumatile, cerinum aut melinum. gerrae maximae.

V. C. et Mss. Pall. omnes, item Langg. Ms. Is. Pontani nostri libri et vv. edd. non melinum, sed gerrinum, garinum (G), gerinum (H), gerine. Nihili autem vox est gerrinum, quam similem praecedenti cerinum ideo finxit Plautus, ut locus esset lepidae paronomasiae, quae inest verbis „cerinum aut gerrinum. Gerrae maximae." Istud melinum editionum vulgatarum primum, nescio unde, inductum videtur a Camerario, quem inconsiderate sequi solent recentiores.

228 sq. V. inconcinne: se, et illis pro iis.

231. Quae. Vid. ad Aul. 724.

236. V. corrupto numero: quisnam is est? inquit altera.

235 V.: — inquit altera Illi. Ibi etc. quod et ipsum ferri potest, nisi quod magis perspicua et concinna mihi videbatur editionum Iuntinae et Aldinae lectio, quam dedi. Cf. 241.

236 – 238. V. prorsus inconcinne:

Illi. ibi nom. Strat. Per. fil. Pe. perii
Hercle! quid ego ex te audio? Ep. hoc quod actum. egomet post, ubi (libri vv. fere ibi, M. tibi) illas audivi loqui,
Coepi etc.

240. Insulse libri: Ibi illa interrogavit illam. Aliam, h. e. alteram vid. ad Capt. prol. 8.

242 Quia. Libri: Quin, quod impatientis et reprehendentis adeo est, quale verbum non decet mulieres placide inter se colloquentes.

244. V. sententia obscura: Cedo: ego occidi! vel C. e. occidi? Reposui: Cedo, egon' occidi? h. e. dic (mihi, Epidice), an ego occidi? vel nonne ego occidi? sicut passim ne pro nonne dicitur, et Cedo quoque sic Noster saepius usurpat: vid. Parei lexic. Plaut. hh. vv. Dic superscriptum τῷ Cedo in vetere codice. Nimis calide Acidalius: „Quam frigide senex quaerit, an occiderit! Certa quidem res erat, et facta, quae memorabantur, et facta eius malo. Quin

scribis PE. credo ego. occidi! Ait, omnia se isthaec credere, et certo periisse." Nam si iam certum id est seni, se periisse, quid sibi volunt verba Epidici: Haec sic aibat; sic audivisse etc.? Imo dubitans et quodammodo adhuc sperans, mentitas illas esse mulieres, senex quaerit: Cedo, egon' occidi? pro quibus eodem sensu dicere poterat: Dic mihi, verane ista credis, ut ego perierim? Cui servus: (Non istud equidem affirmare ausim; sed) Haec sic aiebat, sic se audivisse. Iamque senex abiecta spe omni: Quid ego faciam nunc? etc. Ab sese, ab illa, amica Stratippoclis. Vid. ad Cas. 91.

250. Invitis libris omnibus antiquis et metro pessumdato Gronovius Ernestiusque: ergo ubi est, Epidice?

251. Quid i literam elidit. Vid. ad Amph. prol. 74.

256. Mi istic nec seritur nec metitur. H. e. Ista res nihil ad me pertinet, ut quae neque meo fiat periculo neque emolumento, ut recte Erasmus Adagg. 1, 6, 82. Contra, eodem observante, Plautus Merc. prol. 71:

Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi item metis.

257. Mire II: G. h. Volo p. Volo p. n. t. s.

265. veniet. Libri inconcinne: venerit. Acidalius: venit. Male autem vulgo interpungitur: Scio. Quia etc.

270. V. frequenti permutatione: nisi quid tua. Rarius τȣ Nisi prior syllaba producitur. Vid. ad Amph. 124.

271. V. pessimis numeris:

Secus sen|tenti|a est. PE. i|mó do|cté. EP. quid|tu autem, A|poeci|des?

Vid. ad Amph. 168, et de Tute pro Tu passim usurpato apud Nostrum ad Ba. 684 sq.; quo reponendo multa eius loca facile restituuntur.

272. V. minus aperta sententia: Quid ego iam? nisi te etc. Gulielmius Quaestt. in hanc fabulam cap. 1 commodius lectum iri existimabat traiectis verbis: Quid ego? nisi iam te etc. Sed ibi quoque friget iam particula. Secuti igitur sumus Acidalium, nam tentantis Divinatt. in Capt. c. 6. Vid. ad Aul. 731.

273. V. pravis atque imperfectis numeris:

EP. Iam igitur amota ei erit omnis consultatio.

In Iunt. Ald tum post iam inculcatum, cui non est hic locus. Nec melius Pareus: iam tunc igitur etc. Pessime omnium Taubmannus: Iam igitur amota ei erit omnis omnis consultatio. In nostra lectione Iamiam non eliditur. Vid. ad Amph. 541. Quae medicina si cui minus placebit, ei auctor sum ut reponat, extrema syllaba τȣ igitur porrecta ante vocalem, de qua re dixi ad Amph. prol. 74, et inducta veteri forma escit, de qua videndus inprimis Dacerius ad Festum:

Iam igitur amota ei escit omnis consultatio.

274 sq. V. perverso metro:

N. n. g. q. v. AP. vive sapis! et placet.
EP. Tum tute — — — age.

Neque hoc solum, quod reprehendas; sed verba quoque ista Vive sapis! et placet tam incondita sunt, ut suspicionem non possint non adferre, nisi quis probet scilicet Gronovii sine exemplo positum Vive pro Vivide. Et V. quidem C. cum Langianis: Vive sapis; sed Pall., 3 nostri et vv. edd ut sapis, quo pertinere etiam puto illud hui Palatini sexti, gliscente corruptione scriptum ratus hut, mox hui. Vid. ad Asin. 24. Vtroque igitur, et Vive et ut, recepto, sententiam Plauti genuinam restituisse mihi videor, ut felicitatem servo ita precetur Apoecides, ut ille sapiat eiusque commentum sibi ipsi placeat. Iamque et metrum sartum tectum, modo insuper tu pro tute reposueris secundum II et Pareum, qui ita, non admonito lectore, edidit, ut haec Palatinorum quoque et veteris codicis Camerar. lectio esse videatur.

279. V.: Nam te illo non aeque opus facto est etc. Et sic quidem, teste Pareo, Pall. 1, 2, 6, G, H et editiones mediae, in his Iuntina; sed V.C. et edd. antiquiores, velut Sarracenia et Mediolanensis, quam inspexi: Nam telo non; noster quoque M: Nam te lenoni aeque etc. Bene G. Scioppius Suspp. Lectt. 5, 24: „Versum," inquit, „varie nobis interpretantur, sed mehercle parum ex Plauti genio. Lambinus etiam legit: N a m t e i l l o n o n a e q u e o p u s f a c t o e s t, ut subintelligas, te illo ire. quam lectionem hieme Gallica frigidiorem sentio. [Sane vix ferenda ellipsis haec in homine non perturbato.] Ad quem (ut cetera omittam) referentur sequentia: N e c e n s e a t etc.? quis ille tandem est, quem non oportet hoc censere vel suspicari? nam nullius omnino mentio praecessit. [Aliquis quidem saepius intelligi, monitum ad Asin. 453; sed hic id pronomen non convenit, siquidem non de quovis timendum erat, ne censeret filii causa puellam emere Periphanem, sed de solo lenone, cuius illa erat, quique, si id ea causa facere senem existimasset, eiusque multum interesse, ut mulier Stratippocli praeriperetur, non nisi carissimo pretio eam venditurus fuisset, vel etiam adolescenti rem indicaturus, si fortasse plus etiam is daret quam pater, ut amicam praemercaretur. Ceteri omnes laudaturi an vituperaturi essent hoc suum factum, minima senis cura erat, ut quorum neque approbatio rem adiuvare neque improbatio prohibere posset. Lenonis igitur mentionem facere hic debuit poëta noster.] Certe ut in re dubia si non ipsum verum, at vero tamen proximum invenisse me confido. In Langianis Mss. et quibusdam vetuste editis legitur: N a m t e l e n o n i a e q u e o p u s f a c t o e s t. Dixi in Arte critica, t pro d saepe positum. [Vid. etiam nos ad Aul. 17.] Suspicor itaque: N a m d e l e n o n e a e q u e o p u s f a c t o e s t, ne scilicet censeat te filii caussa fidicinam emere. nam si hoc odoretur, in filii tui gratiam fidicinam a se non amittet. —— D e l e n o n e, i. e. quod ad lenonem attinet. qua phrasi Comicus noster credo plus millies utitur. [Velut infra 691 sq. monente Pareo in lexico Plaut. v. De:

Quomodo me ludos fecisti de illa conductitia
Fidicina?

et Rud. 1128 sq.:

— — — — De illo vidulo,
Si sapias, sapias.]

Sic Propertius De me, De te similiter extulit.

De me, mi certe poteris formosa videri:
Mi formosa satis, si modo saepe venis."

Aeque autem atque emere puellam id opus esse Epidicus dicit, ut prohibeatur, ne leno censeat senem eam filio praemercari. Ceterum Per similiter usurpatur infra 315, 329.

281. Libri everso metro: eveniat. Vid. ad Aul. 109.

282 sq. Hic. I. e. persona mecum colloquens, Apoecides. Vid. ad Cas. 592. Nam eum dici, intelligitur e gratiarum actione senis, qui similiter infra 512 audit Legum et iurum fictor atque conditor, ut monet Taubmannus. Senatores autem utrumque, Periphanem et Apoecidem, fingi a poëta, colligas ex versu 180. In Epidicum non cadit, quod de hac persona dicitur, iura et leges tenere.

284. Male verba Sed ego istuc faciam sedulo servo tribuuntur, cum sint Apoecidis, qui laudes quidem illius urbane recusat, sed ad praestandum id officii se ultro offert.

285. Non deterius sit: Ergo illunc etc., ut propterea quod se illud sedulo facturum ostendit Apoecides, igitur servos iam se conventurum atque adducturum dicat lenonem, cuius est fidicina.

286. V. numeris pravis et versu ὑπερμέτρῳ:

Atque a. e. c. h. feram. Pe. qu. e. potest minimo. (M: maxime)? Ep. illane?

Τὸ minimo ex sequente versu huc traductum; quo excluso ipse versus flagitabat, quod reposui, feremus, aptius id quidem etiam sententiae. Potis pro Potis est passim prisci et eorum aevo sequiore imitatores. Cuius interpretamentum obtinuit. Priscianus lib. 15 pag. 1009 Putsch.: „Pote ab eo quod est Potis nascitur, Hic et Haec potis et Hoc pote. unde Persius (1, 56): Qui pote? vis dicam? nugaris, cum tibi calve. id est, quomodo possibile est?"

293. orabo. Libri inconcinne: oro. Futurum loco praesentis positum, sicut Cas. 230, ubi videnda annotatio.

295. abbitas. V. C. et Mss. Langg.: abitas; sed praestat scribere abbitas, sicut abbreviare, geminata b litera. Pall. everso metro: abeas, quod interpretis. Similiter Rud. 681:

Hunc quoque adserva ipsum, ne quo abbitat etc.

297. V. nullis numeris:

Nullum esse opinor ego ag. in ag. Att.

Vid. ad Ba. 897.

299. H non male: obcluso.

304. Minus bene vulgo: Quam ostendam fidicinam aliqua cond. Aliquam, non aliqua, quidquid est librorum ve-

terum; et recte, unde sponte sequitur, Qua reponendum esse cum Donza pro vulgato Quam, h. e. qua ratione. Non incertus erat Epidicus, unam an alteram fidicinam seni ostenderet; sed ubi statim aliquam qualemcunque reperire posset, de eo dubitabat.

312. Solito errore libri: eveniant. Inconcinna autem haec scena usque ad 321 in vulgatis.

314. Clausula cretica. Vid. ad Amph. 81.

315. Per illam copiam. Vid. ad 279.

316. V. ex interpretatione: — nullam tibi esse in illo copiam. Via ab iambo tetrametro ad aliud metri genus rite munita iambo eiusmodi catalecto. Cf. vel 323.

317. Vid. ad Ba. 1124 sq.

318 sq. Dixi de his metris ad Amph 422. Nunquam priore versu non liquescit: vid. ibid. ad 341.

320. qui tibi quoi etc. Vid. ad Aul. 520. Palatinus autem 1 M et Sarracen. Iunt. Ald. facere pro ferre, quod placebat Acidalio.

324. Muricida, h. e. τοιχωρύχε, quod solenne convicium apud Comicos Graecorum. Praestare hoc librorum lectioni muricide, quod exponunt murcide, monuit Clariss. Rostius in Plautinorum cupediorum Ferculo, quod anno 1807 prodiit. Alienum simile quorundam muricida pro eo quod est μυοκτόνος.

327. V. inconcinne: ille. De metro dixi ad Amph. 422.

329. To Per vocalem literam elidit, sicut priorem tibi sequente versu. Vid. ad Amph. prol. 74, et de usu Per praepositionis supra ad 279.

330 hic oppido potitust. V.: hoc oppido politum est, quod placet Taubmanno, quasi haec spectio, ut ait, albi asperique numi valde scenam iuverit. Sed plura eiusmodi locutionis exempla desidero, nec facile persuadere mihi possum, politum dici, cuius aspera superficies, qualis est argenti cusi. Id igitur dum probatum fuerit, interim licebit alia circumspicere verisimiliora. Et Acidalius quidem olim rescribebat: hoc hostium potitum est, audaciore, inquit, sed necessaria mutatione. Sensum autem esse, ut sane est, venisse iam quinquaginta istas minas in hostium potestatem. Ea phrasi saepe uti Plautum, velut infra 520 (Ita gnata mea hostium est potita). Et uti huius similibus ubique fere in servorum fraudulentis machinationibus. Hic autem id iuvare praeterea maxime, quod supra (151 sqq.) de bello inferendo et oppugnando sene dixerit; tum quod in eadem figura perstet etiam porro hic, et ubi servus triumphans victoria se abiturum dicat, ut in coloniam commeatum importet, et ubi Stratippocles accepto argento non minus ovans in castra se redire cum praeda, Epidici auspicio et virtute, iactet. Sic ille, cui de sententia huius loci plane assentior; sed quod verbum oppido in hostium mutat, et audax esse facinus puto et minime necessarium. Simillime Chrysalus Ba. 901 sqq.:

Nostro seni huic stolido ei profecto nomen facio ego Ilio.

— — — — — — — — —

Ilio tria fuisse audivi fata, quae ei forent exitio;

— — — — — — — — —

Paria item tria nunc tribus eis sunt fata nostro huic Ilio:
Nam dudum primo ut dixeram nostro seni mendacium
Et de hospite et de auro et de lembo: ibi signum ex arce iam abstuli.
Iam duo restabant fata tum, nec magis id ceperam oppidum etc.

Vides, servum ibi loqui de sene decipiendo tanquam de oppido aliquo expugnando. Idem cur non hoc loco fecerit Epidicus, nulla causa est, suadentque similia, quae recenset Acidalius, ut hoc credamus potius, quam de acceptis nummis ita eum loqui existimemus, ut neminem unquam. Nullae autem pene mutationes τῷ hoc in hic, i. e. ego (vid. ad Capt. 84), et verborum politum est in potitust, quod cito transiisse in potitūst, h. e. potitumst seu potitum est, mox, postquam ineptum id videri coepit, sedulo mutatum esse in politum est, veritati est consentaneum.

331. nostri. H. e. familiares, vel maiores, ut recte interpretes. Saepe ridiculi causa in comoediis genus suum crepant servi parasiti et eius farinae homines, more principum Romanorum. Olympio Cas. 302:

—— Pietate factum est mea atque maiorum meorum.

Pseudolus fabulae cognominis 75:

Genus nostrum semper siccoculum fuit.

Gelasimus Stich. 169 sq.:

Sed generi nostro haec reddita et benignitas:
Nulli negare soleo, si qui esum vocat.

332. Vulgo ut desideratur, quod praecedens m litera interceperit. Vel dicendum: mihi hunc diem dedistis luculentum facilem atque impetrabilem! vel sic: mihi hunc diem ut dedistis luculentum, ut facilem etc. Miscere utramque loquendi formulam non est probi scriptoris.

334. Notandum auspicio seorsim dictum pro auspicato.

340. Camerarius: „Perenticidam a pera fecit iocans, ut a parente fit parenticida." Sic passim, Graecos, inprimis Aristophanem, imitatus, praeter analogiam verba finxit Plautus, ut risum plebeculae excuteret, velut glandionidam et pernonidem dixit Men. 127 Pistorenses Paniceos et Turdetanos Capt. 92 sqq., Perediam et Perbibesiam Curc. 41 et ista Pers. 694 sq. Vaniloquidorus, Virginisvendonides etc.

342. V. inconcinne:

Peratim ductare: at ego follitim ductitabo.

Langg.: ductitare. Ductare iam aliis in mentem venit, quod sententia plane postulat, siquidem quod se nihil mo-

rari dicit servulus vetera et vulgata verba, eo pertinet, quod perenticidam se facturum esse senem dixit, cuius verbi potestatem scire cupiebat Stratippocles. Iam id ipsum parum homini videtur, pera argenti Periphanem circumducere; sed Peratim, inquit, vos ductate eum; ego follitim ductabo; quae verba recte interpretatur Douza.

346. Edd. vulgatae pravo numero: Inveni viam. V. C. et Pall.: inveniam; noster M. et edd. Sarracen. Iunt. Ald. recte: inveni iam, quod coniectura assecutus est Acidalius.

348. V. depravate nec salvis numeris:

— — — — — — — — esset.
St. Euge, euge. Ep. ea iam domi est pro illa. St. teneo etc.

Et Euge quidem semel tantum legitur in V. C. Pall. M et veteribus edd.: quod praecedenti versui addendum vidi. Sed plus negotii faciebant verba ea iam domi est pro illa, nisi quod statim intelligebam, finiri his verbis interruptam τῷ Euge orationem Epidici, quae qualis fuerit, dubium esse non poterat fabulae oeconomiam intuenti. Dicendum igitur servo fuit de pellice adolescentis iam relicta, quam emere persuasit seni, ne eius conveniendae copia esset Stratippocli, propterea que nuptiae eius impedirentur. Iam Langiani non: ea iam, sed: etiam, et loco verborum vulgatorum pro illa libri vett., tam scripti quam excusi: pelia, pellia, ut H noster, puella, ut Langiani et M, puella pellice, ut editio Sarracenia, in quibus scripturis pellicem invenire non fuit difficile. Itaque cum τὸ etiam librorum Langianorum unice verum esse animadverterem, quia similiter ac fidicinam illam, quam pro sorore Stratippoclis supposuit, ita etiam hanc meretriculam emendam seni persuasit Epidicus, pariterque vocem pellicem apprime huc facere non possem non videre, verbum, proprie quod dicitur, integrandae orationi necessarium iam requirens, neque aliud id fuisse certus quam emere vel quiddam simile, ipsius vi sententiae reposui:

Etiam tuam emundam pellicem esse,

τὸ tuam a praecedente -tiam raptum arbitratus, in domi vero vestigia genuini verbi emundam visus mihi agnoscere. Et sic quidem hunc locum restitutum puto.

349. V. Apoecidem, quod ferri potest non elisum, de qua re vid. ad Amph. 341. Amant autem Latini, praesertim prisci, graecas graecorum nominum terminationes.

350. V. soloece inepte atque inconcinne: Quasi quoi emeret, caveat. Libri veteres fere: Quasi quae amaret. Iam non liquescit. Vid. ad Amph. 341.

354. V. numero deficiente: institui. Cf. Most. 81, ubi similiter peccatum, et Parei lexic. Plaut. vv. Habivi, Posivi, Vacivus. Male Pareus: N. e. h. ast. etiam institui.

355. Libri numeris asperrimis:

Deveniam ad l. d. e. solus. eum ego docebo.

Vid. ad Asin. 843.

357. Recte Acidalius Divinatt. in Plautum pagg. 179 sq.: „Ait hic quinquaginta minas lenoni datas; at constat de triginta tantum ex ultima scena (688 sqq.):

Pe. Dedin' tibi minas triginta ob filiam? Ep. fateor datas.
Et eo argento illam me emisse amicam filii fidicinam
Pro tua filia. istis adeo te tetigi triginta minis.

Quae conciliari nullo modo possunt, excusari tamen Plautus forsan isto, si egisse hoc cum lenone servum putemus, ut quamquam triginta tum solum accepisset, tamen apud alios de quinquaginta nunc fateatur. At inserere Plautus id debuerat, si factum: factum autem omnino nec videtur ex reliqua Epidici oratione, quae simulato nihil, omnia serio gesta et gestum iri a lenone imprudente monstrat. Error igitur hic poëtae certus et magnus, cui velum nullum habeo aut colorem."

358. V.: Quippe ego qui nudiustertius etc. quod non video quomodo tueamur, nisi eodem modo dictum arbitremur, quo illud Aul. 525 sq.:

Ego te hodie reddam madidum, si vivo, probe,
Tibi quoi decretum est bibere aquam;

ad quem locum vide, sis, quae annotamus. Sed plura istius pleonasmi exempla desidero; quae dum proferantur, interim verum puto quoi pro qui a me repositum, ut et facile cum hoc permutandum, et sententiae pulcre conveniens.

362. Vorsutiŏr es. Vid. ad Amph. prol. 38.

365. Vt parate! G: Vt perite, quomodo legendum coniiciebat Acidalius, quasi sic rectius collaudante adolescente servi fabricam.

375. Libri:

Sed qui perspicere possent cor sapientiae,

in quibus verba cor sapientiae multum et frustra exercuere viros doctos. Rescripsi certa emendatione Sed qui perspicere possent cor sapientiâ, ut speculum hominibus dari cupiat Periphanes, in quo cor cuiusque perspicere possit sapiens. Similiter peccatum Rud. 821, ubi vulgo Gripus:

Tempestate saeva experiri expetivi,
Paupertatem heri qui et meam sententiam
Tolerarem etc.,

frustra tentantibus interpretibus vel servientiam pro sententiam, vel heri ex mea sententia, cum pariter sit reponendum Paupertatem heri qui et meam sententiâ tolerarem. Saepe autem in veteribus libris τῷ A nescio quid literulae adhaeret, velut Cas. 270 Aege legitur pro Age in veteri codice Camerariano.

376. Soloece libri: possint. Hunc versum post 384 inculcabat Acidalius.

379. V. neque aperta sententia et metro laeso:

Vel quasi egomet, quidum filii caussa coeperam.

Omiserunt τὸ dum Angelius et Aldus; ego emendare malui.

381. V. inconcinne: med, quod praecedentem versum iuvat, ubi contra libri: Ego me excruciare. Sequor librum H.

388. V.: Quoi omini; sed V. C. a manu 1.: Quin om., Pall.: Cum homini, vett. edd. Quam omine, bene omine, h. e. propter omen vel hoc omine efficiente: nam deos deasque eum adiuvare dixerat alter senex. Gulielmio Quaest. in Epid. c. 2. placebat:

Quoi hominid omnes suppetunt res prosperae.

389. V. ἀμέτρως:

Sed tu hanc intro iubeas abduci. Pe. heus, foras etc.

Tute pro Tu passim reponendum metri causa, iam alibi monuimus. Pro iubeas libri vetusti iubes vel iube, V. C. lubens, in quo latere mihi videbatur iube, sis, quod aptissimum.

391. V. pessimis numeris:

Atque audin'? Se. quid vis? Pe. cave | sirís | cum filia

Mea copulari hanc neque etc.

H et vv. edd.: Cave sis cum fil.

395 sq. Haud melius h. l. libri:

— — — — — Non nimis potest

Pudicitiam quisquam suae servare filiae.

Posteriori versui ut succurreret, Bentleius ad Terentii Andr. 1, 5, 59 tentabat:

Pudicitiam quis suae s. f.

Sed transponenda erant verba, quo pacto etiam priorem versum meliorem reddidi, quinta eius regione anapaestum pro iambo ponens, cum imparibus horum versuum locis amari scirem pedes τετρασήμους. Vid. ad Amph. 555.

397. V. prorsus inconcinne:

Edepol ne istam tempore g. n.

Temperi passim prisci. Quod dedimus istancce, vid. ad Amph. 138.

402. Non carust auro contra. Vulgo etiam haec tribuunt Apoecidi, sed in M Periphani adscribuntur, quod longe lepidius, ut in eandem sententiam alter alterum interfetur, et cum amplificatione quidem, ut solet fieri in hoc genere.

411. Libri soloece: Stolidum, cum bardum me faciebam. Langg.: tum bard., Iunt. Ald.: quom bard. Verum puto: quin bard. m. f.

417. V.: allegassem, verbo non eliso; sed G: adlegavissem, quod potius recipiendum duxi.

419. albis. Nostri mirifice: alchis, sicut turbant h. l. libri

libri scripti, quorum lectiones ineptas a scriptura alvis pro albis originem duxisse, non male censet Gruterus.

420. Post hunc versum v. leguntur 442 — 445. ,, Quorum," inquit Acidalius Divinatt. p. 181 sq., ,, duo priores videantur utcunque praecedentibus haerere; posteriores haerere nullo queunt modo. Demus enim, illa se consequi bene, nec sententia abhorrere:

— — — — itaque me albis dentibus
Meus derideret filius meritissimo.
Atque haec stultitia est me illi vitio vortere,
Egomet quod factitavi in adolescentia.

Quid reliqua? nonne pugnant manifesto?

Quum militabam, pugnis memorandis etc.

De amoribus et paternis defraudationibus intelligi priora volebant: haec ad militiam et militares iactationes trahunt. Vis breviter absolvam, et quod sentio plene dicam? Omnes illi illo loco sunt alieni, et ad sequentem scenam pertinent, inserendi illic, ubi miles praedicare pugnas suas gestit, et a sene reiicitur, qui recogitans tamen, idem in adolescentia se fecisse, ignoscendum ei putat, et stulte a se reprehendi. —— —— Sed non aptius haec hic omnia quadrant, quam rectius illis exclusis scena sic iam clauditur:

— — — — itaque me albis dentibus
Meus derideret filius meritissimo.
Sed hic quis est, quem huc advenientem conspicor,
Suam qui undantem chlamydem quassando facit?"

423. Langiani et Iunt. praeterbites a praeterbitare, quomodo perbitat a perbitare legitur, sed i litera brevi, ut videtur, Capt. 611.

424. Tò hic praebent II M et vv. edd., in his Iunt. Omissum videtur ab iis, qui versum id repudiare existimarent, nescientes, e prius in senex elidi posse, ut docui ad Amph. prol. 74.

Ceterum v. Platenius; sed recte Petitus: ,, Non dubitamus, nomen illud populi corruptum esse itaque rescribendum:

Senex ubi habitat Periphanes Plothenius.

Plothenius est Πλωθειεὺς ex Aegeide tribu. Stephanus: Πλωθειά δῆμος Αἰγηΐδος φυλῆς· ὁ δημότης, Πλωθειεὺς καὶ Πλωθεύς."

433. Langg. et Pall. 2. 4. item nostri G M: —— de illius ille fiunt etc.; V.C. et plerique Pall. de ille illius f. etc.

440 sq. V.:

— — — — Pe. hic non est locus.
Quin tu alium quaeras, quoi etc.

Sed nunquam adhortandi particula Quin cum subiunctivo modo componitur, sed cum indicativo semper. Quamobrem, si

recte distinctus esset locus, scribendum esset: Quin tu alium quaeris. Sed melius est praecedentia adiungere, ut verba Hic non est locus, quin tu alium quaeras etc. valeant H. n. e. l., quominus tu a. q etc. Vidd. grammatici.

441. sarcias. Ita G, ut legendum Meursius coniecit, Lambinus non noluit. Gronovius: „Assentior iis, qui voluerunt sarcias, vel ob Lucilii locum

Sarcinatorem esse summum, suere centonem optume.

Suuntur et sarciuntur centones, non farciuntur. Isidor. 1. Origg. 38: Centones apud grammaticos vocari solent, qui de carminibus Homeri vel Virgilii ad propria opera, more centonario, ex multis hinc inde compositis in unum sarciuntur corpus ad facultatem cuiusque materiae. Quae ille descripsit ex Tertulliano de praescriptiobus cap. 39: Homerocentones etiam vocari solent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario ex multis hinc inde compositis in unum sarciunt corpus" etc.

De confusione ſ et f literarum monui ad Capt. 164 sqq.

442—445. Vid. de his versibus supra ad 420. Acidalius l. l.: „Cum militem magniloquum increpuisset senex, ad spectatores aversus quatuor illos versus pronuntiat: post quos non ferens quasi aliud agentem miles revocat et attendere sibi iubet, ut caussam adventus sui negotiumque ipsum sciat. Hanc non coniecturam, sed meram veritatem, certe verissimam coniecturam esse, res sic ipsa loquitur, ut verbum mihi sit amplius nullum faciendum."

451 sq. V.:

Non edepol scio. (, Iunt. Ald.)
Molestum (mihi Iunt. Ald.) non est, nisi dicis, quid velis.

Inurbane quidem atque inepte: nam colloqui secum cupienti, si tibi molestum non sit, respondere, te nescire, sit necne sit, rusticum magis decet quam civem; addere autem statim, molestum non esse, hominis levis est, qui temere nunc aiat, nunc neget. Et fac, talem esse Periphanem et haec tam absurda loqui, quid faciemus verbis nisi dicis quid velis, quae ne sic quidem habent, quo referantur? id quod sentiens, opinor, scriptor vel recensor codicis H pro nisi dedit ubi. Vide, quam levicula res quantas dare possit turbas, interpunctio! quanquam et lectione depravata laborat locus, an particula a simili -um, quod eam praecedebat, intercepta. Sed absque vitiosa tamen interpunctione fuisset, citius sensum loci perspexissent et fugitivum retraxissent viri docti, nec temerariis se coniecturis exercuissent. Nunc primus Gronovius sententiam Plauti assecutus est, verba minime, ob inscitiam metri, quae saepius ei fraudi fuit. Sic autem vir doctissimus: „Non edepol scio, Molestumne sit, nisi dicis quid velis.

Haud possum tibi dicere, molestumne sit futurum an non, nisi prius loquentem audiero. Prae se fert enim, se nec scire nec divinare, quid miles esset dicturus, etsi satis suspicabatur." Nisi is haec legerat apud Acidalium Divinatt. p. 184: ,Ex Langii optimis membranis, quae referunt, nisi dicis, ita concinnes:

— — — — non edepol scio,
(quomodo interpungi monuimus in Iunt. et Ald.)
Molestumne est mihi, nisi dicis, quid velis.

Nisi rem ipsam dicas, inquit, scire non possum, an molestum mihi sit. Plautinum est Molestumne est pro sitne molestum. Hoc non contemnam ego; neque rursum e vulgatis possim non bene in alium interpolare modum:

— — — — non edepol scio,
Molestumne est mihi. sed dic sis, quid velis.

Eligat quisque, quod volet, sibi."

Cum autem τȣ̃ Nisi priorem syllabam raro produci scirem, de qua re dixi ad Amph. 124, satius duxi reponere Nisi si, quod cum illo passim commutatum. Vid. supra ad 270.

453. accipias pronuntiandum tanquam acc'pias, sicut monui ad Amph. prol. 74.

459. V.:

Tuas possidebit mulier faxo ferias,

quomodo nullus unquam locutus est. Deventum igitur ad coniecturas. Acidalius Divv. in Capt. c. 4, cum sedebit pro possidebit prius placuisset Palmerio, ceterum ferias in serias perperam mutanti, legendum coniecit:

Tuas post sedebit mulier faxo ferias,

ad quam faciem Capt. 398 legitur:

Ita venter gutturque resident esuriales ferias.

Verum et frigidi quid habet post, cum per se intelligatur, neque satis probabile est, vocem tritiorem et minime obscurae significationis ita corrumpi potuisse. Iam Salmasius ipsum residere arcessit reponitque:

Tuas residebit mulier faxo ferias,

quae scriptura a codicum nimium abhorret, etsi sic etiam, ipso monente, Cicero lib. 2. de Legibus: Nec vero tam denicales, quae a nece appellatae sunt, quia residentur mortuis. Tacebo alia aliorum minus etiam verisimilia. Quod meam coniecturam attinet pol sedebit, facile fieri potuit, quae est literarum l et ſ similitudo in scriptis codicibus, ut verbis pol sedebit notissimum possidebit substitueretur.

466. V.: Quas tu mihi tenebras cudis, quomodo procudi doli et eiusmodi alia dicuntur. Et haec quidem editionum lectio ante Camerarium, qui ex suis codicibus (nam

V. quoque C. sic in rasura) reposuit trudis pro obtrudis, sicut saepe simplicia pro compositis adhibentur; quem sequitur Lambinus. Nostri quoque 3: trudis, quod ad minimum aeque bonum atque illud cudis.

475. V. inconcinne: Reor atque peccatum etc. Et, non atque, V. C. Pall. nostri praeter G, qui ex, et edd., etiam recentiores, in his Taubmanni et Parei. Atque reposuit Camerarius, ut sic versum dimetiremur scilicet:

Reor át | que péc|catum | largiter. | Pe. Imo haéc | ea ést,

cum -ter in largiter, licet sequente vocali litera, producendum esset, quem locum tracto ad Amph. prol. 38.

476 sqq. V. nec salvis numeris et frigide illato ipse, ubi is vel iste sufficiebat, pro quo quod reposuimus ipso (articulo, ut est apud Terentium), facile, spero, approbatores inveniet:

Gnatum. ipse hanc emit fidicinam. Ms. hem! istic homo
Articulatim te concidit, senex, tuus
Servos.

Et sic quidem fere Mss., nisi quod τὸ fidicinam in Palatinis tantum comparuisse videtur, cum Pareus id non exhibeat moneatque spatium, fuisse relictum post emit in veteri codice. Lacunas aliquot literarum versu Nam servom et grandiorem sequente habere Palatinos et Merulanas Piique editiones, monet etiam Taubmannus. Sed hoc non multum ad rem. Edd. Sarracen. Mediol. Iunt. Ald.: ipse hanc meo articulo emit fidicinam, in quibus in eo pro meo restituendum vidit Ianus Gulielmius, qui sic Quaestt. in Epid. c. 3.: „Hoc dicit senex, iussisse se servum suum emere Acropolistidem; ab illo hanc eo ipso articulo temporis, quo iussus erat, emtam esse. Ad illa verba miles alludens, articulatim ait senem a servo concisum esse. Non dissimiliter Adelphis Terentii (203) est: Vt in ipso articulo oppressit!" Idem tamen male omittendum, tanquam glossema, putat τὸ fidicinam, quo facto ruit versus.

479. V. refragantibus libris vetustis, etiam tribus nostris:

Servos. Pe. quid? conc.? Mi. nihil: sic suspicio est.

Nullum voci nihil hic usum esse, quae videatur ex personae vocabulo Mil. nata, recte monet Gronovius. Frustra alii: Mi. Mihi sic suspicio est, quod ne versus quidem admittit.

480. V. metro imperfecto:

Nam pro fidicina haec supposita est tibi.

Iunt. Ald.: N. p. fid. illa haec nunc supp. est tibi, unde τὸ illa assumendum et sententiae et versus causa intellexi.

483. Libri vv. ad unum omnes:

Euge, frugi, Epidice, frugi es: pugnasti, homo es,

nec versu facile explicando et parum ex usu iterata voce frugi. Bene igitur Camerarius, quem sequor, quanquam non monito lectore:

Euge, euge, Epidice, frugi es; pugnavisti, homo es.

Mil. 241:

Euge, euge, lepide! laudo conmentum tuum.

Et Trin. 672:

Euge! euge, Lysiteles, πάλιν!

Homo, h. e. vir, vir fortis, vir sapiens. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Homo pro humano. Improbi et stulti plane non homines dicuntur, sed bestiae, stipites, lapides. Vidd. modo laudatum lexicon vv. Bestia et Lapis, Terent. Heaut. 826.

486. V.:

Ehodum. Ep. ego istunc hominem nunquam audivi ante hunc diem.

Quid? hominem? an nunquam se illum audivisse ait loqui? et quorsum hoc dicat? Fraus mera haec et corruptela. Dedit Plautus: istuc nomen nunquam aud. a. h. d. NOMEN quam facile in HOMEN transire potuerit, quod deinde sedulo mutatum est in HOMINEM, sciunt, qui veteres codd. tractarunt. Vid. ad Capt. 812. Τὸ ego abest scriptis et olim excusis.

494 sq. V. nihili numeris:

— — — — Ep. postquam libera'st, ubi

(G: postq. effecta lib. est; Pall. 5 et H: liberta, V. C. uberta.)

Habitet dum, incerto scio. Pe. eho —— liberaverit etc.

A glossatore addita sunt verba ubi habitet dum, quibus inductis metra statim apparuere. Habitet iam olim omittendum putabat Acidalius.

497. V.:

Stratippoclem audivi, Periphani filium.

Sed τὸ audivi ignorantibus libris antiquis, clam a praegressa syllaba -clem interceptum ratus sum et veterem genitivi formam Periphanaï obliteratam, quibus receptis versus bene habet. Priscianus lib. 7 pag. 728 Putsch.: „Eius (primae declinationis) genitivus et dativus in ae diphthongon desinit et pares habet syllabas nominativo, ut hic poëta huius poëtae huic poëtae, hic Aeneas huius Aeneae huic Aeneae, hic Anchises huius Anchisae huic Anchisae; nisi divisio fiat in genitivo poëtica, qua frequenter veteres Romanorum poëtae utuntur, ut Aeneaï, Anchisaï, et pictaï et aulaï, pro Aeneae, Anchisae, pictae, aulae dicentes" etc. Similiter Trin. 326 reponendo Charmidaï pro vulgato Charmidae versum sanavimus, ubi alii putide et praeter libros:

Lesbonico huic adolescenti, Charmidae huius filio.

505. tamen. Vid. ad Amph. 386.

509. sq. V. nec recta oratione et perverso metro:

Me impune irrisum esse habitum, depeculatum eis.
Sic data esse verba praesenti palam!

Priore versuum horum Sarracenus frustra: depeculatum ab eis; bene Is. Pontanus, incertum ex libris an de se: depeculatu (h. e. depeculatui) meis, Epidico et Stratippocli filio, sicut passim usurpantur meus, tuus, noster, in cognatis et domesticis. Vid. supra ad 331 et indicem Terentii nostri hh. vv. Infra 536:

Salva sis. Phi. Salutem accipio mi et meis.

Laches Hecyrae 190:

Phidippe, etsi ego meis me omnibus scio esse adprime obsequentem,

et ibidem 214 alter senex:

Non possum advorsari meis.

Bene item G noster: Me i. i. hodie e. h. etc. Vid. ad Amph. 270 Τῷ hodie recepto facile erat persanare locum reponendo irrisu, ut depeculatu, et Me pronomen a principio prioris versus ad alterius transferendo, qui ἀκέφαλος adhuc erat, sicut ille Andriae 410, cui similiter medicinam fecimus. Eleganter autem meis et me coniunguntur, secus ac fit in libris.

511 sq. Tangit Apoecidem, quem iura et leges tenere supra dixit Epidicus 283.

514. V. cum lacuna:

Sapientiorem * * * manubrio.

Pall. praeter veterem codicem: Sapientiorem * * * man. mulier. Iunt. Ald.:

— — — — — — malleum.
Sapientior est, ut malo haerens manubrio mulier.

Haec ex Pii Bononiensis editione derivata, qui sic ad h. l.: „Sapientior est manubrio mulier. Scribe et haec, quae deerant, intersere:

Sapientior est, ut malo haeret manubrio mulier.

hoc sensu: Sapientior est mulier, quia non sinit sibi de manibus velli manubrium, ut viri, sed haeret malo, h. e. constans est ad applicandum se dolis et malo, ut ille inhaerenter applicatur ipsi manubrio, ne sibi de manibus extorqueatur. In Aulularia (422) enim recensetur manubrium de manu eripui proverbialiter dictum" etc. Haud vidi magis. Quod nos dedimus, e nescio quo Ms. se eruisse prae se fert Lambinus. Quidquid huius sit, certe scilicet aptum sententiae, aptissimum metro.

515. Libri ineptissime:

Si quid est homini miseriarum, quod miserescat, miser ex animo est.
(Pall. τὸ est non agnoscunt; sed agnoscit V. C.)
Id ego experior.

H. e.: Si homo miser est, propter quod nos eius miserescat, miser est ex animo. Vidit hic aliquid Douza, qui sic:

Si quid est homini miser., q. m., misera ex animo
Id ego experior,

absque interpunctione post verba animo est. Ceterum probabilius nos: misere ex animo, alteram e literam alteri offecisse rati, ut pro misere ex scriberetur miser ex, genere depravationis frequentissimo in scriptis veteribus. Sic passim Noster Misere vivere, Misere mori, Misere perditus, Misere miser, Misere male: vidd. lexica, inprimis Parei Plautinum hh. vv.

516 Clausula. Vid. ad Ba. 1114 sq. et Curc. 112.

517. Monui de bacchiacis octonariis ad Amph. 474—482. Unum eiusmodi octonarium induxi potius quam duos tetrametros, quia sequitur ex tetrametro constans clausula, cum tetrametrorum ex trimetris soleant esse compositae: nam rara sunt exempla trimetrorum sic adhibitorum post tetrametros, velut Aul. 83, 87, Men. 865; tres autem bacchiacos tetrametros inter alius generis versus poni sine clausula, non placet, neque hoc fieri memini praeterquam. Amph. 417.

518. Operarum vitio excusum b. d. pro b. t. Mentem non liquescit (vid. ad Amph. 341): nam asynarteto, quales sunt illi, de quibus dictum ad Amph. 422, non est locus pro clausula post meros bacchiacos.

520. neque, n. u. s., nescio. Monui de negatione duplici, Graecorum more usurpata, ad Asin. 819. Quam non capientes Sarracenus, Angelius, Aldus ediderunt: Neque, ea nunc ubi sit, scio.

De Ita causali vid. ad. Cist. 393 sqq. G et M: itaque g. m. h. e. p., neque nunc ubi sit, n., omisso ea, quos hac ex parte sequor, cum versus id pronomen repudiet.

523. Vid. de hoc metri genere ad Amph. 422.

526. V. hiante versu cretico: an non est. Nam hos creticos esse, facile quisque audiat. Inconcinne autem haec iacent in vulgatis.

527. Excidit hunc, pro quo nunc, mox per compendium nc cum virgula, exaratum, ut opinor, facile a praecedente -ni interceptum est. Vid. ad. Capt. 812.

531. V. deficiente versu, quem trochaïcum tetrametrum catalectum esse consentaneum est, cum post eiusmodi plenum inferatur et similes sequantur:

Ph. Quid si adeam. Pe. haud scio an congrediar, si haec ea est.
Ph. Sin est is homo etc.

Vide, sis, quae noscitationis exempla in medium protuli ad Ba. 502, et verba, a me addita, Si hic is est plane genuina esse et a similibus, quae sequuntur, intercepta, fatebere, quibus restituendis etiam versui medicinam feci. Ceterum M: Sic haec ea est, sicut item 538 G: Sic ego te novi. An illud fuit Sid h. e. e.? Vid. ad Amph. prol. 149.

532. V. inconcinne: dant, quod est interpretis.

533. Itidem corrupto metro codices: Sin ea est.

536. mi et meis. Formula. Vid. ad Amph. 966.

537. quod credidisti, reddo. Cf. supra 50.

538. Vel Si non elidendum, de qua re dixi ad Amph. 149, vel legendum Sid secundum Guelferbytanum codicem. Vid. supra ad 531. Libri autem versu pessumdato: uti noveris, siquidem τὸ uti posterior syllaba producitur.

541. V. et sententia obscura et usurpato versu trochaïco trimetro hypercatalecto, qualem in toto Plauto non memini me invenire:

Fab. es. Ph. mira memoras. Pe. hem, istuc rectius.

Acidalius Divinatt. in Plaut. pp. 185 sqq.: „Illa Fabulata es. adspersisti non repraesentant satis rem, quae geritur inter hos noscitantes. Etiam versus unus (dicit autem 541) mensuram non implet. Quid autem hoc vult, mira memoras? cum nihil dum memoravit? Nec illud bonam habet sententiam, istuc rectius. Omnia et haec et alia concinno facili emendatione:

— — — — Pe. commode
Fabulata es. My. mira, ni me noris. Pe. hem, istuc tectius
Meministin'? My. memini. Pe. id in Epidauro. My. ah etc.

Paulatim agnoscunt invicem: cumque mulier dixisset, mira sunt, ni me noris (ita facimus ex mira memoras), ille, ut certum argumentum sibi capiat, propius admovet lineas, quaerens, an tectius sive occultius illud, quod inter ipsos gestum et solis cognitum erat, meminerit: atque illa annuente illud se porro dicere innuit, quod actum in Epidauro; tum aperte se produnt mutuo, et professi denique pro notis consalutant.“ Sed hae mutationes verborum Plauti violentiores sunt, quem quae admittantur. Aliae igitur circumspiciendae erant: nam depravata hic quaedam esse, iam olim sensit Camerarius, nec cuiquam, credo, placebit Lambiniana verborum Mira memoras explicatio haec: „Scilicet cum dicis, me scite loqui, cum id a natura feminarum absit.“ Imo quod laudaverat mulierem Periphanes, tamquam commode fabulatam, h. e. urbanis atque elegantibus verbis usam, nihil praeterea, illa reprehendens eum, quod se non statim agnoscat, sed quaerat, an se noverit, et ubi se ipse visitaverit: [At tu quidem, inquit, non commode fabularis, sed] Mira memoras h. e. Mira loqueris, per λιτότητα (nam absurda locutus ei videbatur), cum te mei non meminisse significes, Periphane. Et ille audito suo nomine: Hem, istuc rectius h. e. recte (vid. ad Aul. 238) locuta es (nam id nomen mihi est), iamque subtilius exquirit, an se Epidauri meminerit ipsam et matrem convenire. Vbi vides, addito a me nomine Periphane totam sententiam collustrari, alioquin obscurissimam, simulque metrum versus restitui. Turbatum autem apud Hunc saepe esse in nominibus personarum colloquentium, monui ad Amph. 436.

542. Itidem corrupte libri atque inconcinne:

Meministin'? Ph. memini id. Pe. in Epidauro etc.

in quibus id minime placet, quod mulier occupat respondere se meminisse, priusquam dixerit senex, cuius rei memoriam ab ea requirat. Nam quod dicas, primo senis verbo rem omnem statim divinasse feminam: si omnem divinavit, cur non h. l., sed Epidauri demum facta mentione versu 542, erumpit in illa Ah guttula pectus ardens adspersisti, quae sunt ante dubitantis et vix sperantis, nunc autem inopinato gaudio perfusae? Recte igitur me haec correxisse puto.

545. Qui tuam per voluptatem. Ita H. V.: Qui per vol. t., quod est iambici versus initium, non trochaïci.

548. V. absurde:

Mul. ret. Pe. quid est, quod voltus te turbat tuus?

Libri vv., in his Pall., 3 nostri et editio princeps: q. e. q. digit. t. t. t.; sed V. C. a manu prima: q. e. quod duo itus t. t. t., hoc est q. voltus te t. t., ut recte Gruterus ad h. l. Eum librum ita secutus sum, ut τὸ voltus retinerem, sed pro istis te turbat tuus, quae manifesto depravata (nam quis unquam fando audivit, vultu suo, h. e. per vultum suum, aliquem turbari eo sensu, qui hic requiritur?), pro istis igitur ut reponerem conturbat tuos, pluralem numerum pro singulari accipiens, sicut passim usurpatur, et per compendium scriptam vocem conturbat (cōturbat) cum similibus te turbat forte permutatam ratus, ut fieri potuit facillime. Editionum mediarum et Meursii h. l. hallucinationes excutere non placet.

552. Codd. ἀμέτρως: captivam.

555. Inepte legitur: Fac videam, si me vis. Pall. G M et vv. edd.: F. v. sit ne, 3 Pal. Sarrac. Mediol.: F. v. si me; Langg.: F. v. sine; egregie noster H: sitne illa, quod recepi. Camerarius non bene: F. v. si me vis vivere. V. quoque: Canthara statim iube. V. C. et Langg.: eho, istinc, Canthara statim iube, producta nominis Canthara syllaba extrema ob duas, quae sequuntur, consonas; quem locum induxi ad Aul. 108—111. Sed nec spernendum mihi videbatur i, quod praebent H et edd. Iunt. atque Aldina, ut primum prodire iubeat servam, quae intus erat, deinde progressae imperet, ut Acropolistidem arcessat.

559. V. venienti, „damno versus," inquit Taubmannus. „Et facile omitti potuit a librariis praepositio, quod modo praecessisset." Recte pridem Camerarius: advenienti.

563. V. Tute, quod male repetii. Pall. omnes, item Langg. et nostri H M: tune? vel tune, ut H; edd. primae: Tu. Legendum Tu nae. Sic saepius erratum: vid. ad Capt. 790.

566. Hiulce libri:

Habet haec. Ph. Aliter catuli longe olent, aliter sues.

Philippae persona compendio mu. (mulier) designari solet in manu scriptis. Hinc factum, ut vox Plauti mulier omitteretur Vid. ad Amph. 436, et de proverbio Erasmi Adagg. 1, 8, 77.

567. V. itidem inconcinne:

— — — — — — — — nego

(nam hoc verbum ad praecedentem versum male referunt.)

Eam novisse, quae sit. —

Tò me bene additum a Lambino.

568. V. minus ex usu: Quid? ego len. fac.? Quid ego? h. e. Quid ego ago? Vid. ad Aul. 137. Alienas membranae Langianae, quod praestat vulgato alienos; quanquam non male Gruterus masculinum ait pro feminino poni, certe sexum illum complecti, quemadmodum velint ICti.

572. V.: Si non volt, ex interpretatione. Haec saepe confunduntur, velut sequente versu Pall., nostri H M et vv. edd., in his Iunt.: Si non volt, quod falsum ibi versus arguit. V quoque tamen pro tam, quod idem priscis (vid ad Ba. 1155 sq.) et metro magis convenit hoc loco, siquidem τῷ tamen retento verba tamen ero proceleusmaticum efficiunt ita ut τῷ ero posterior syllaba corripiatur, secus ac fieri solet apud eosdem vid. ad Amph. 136. Ceterum hunc iocum infra recolit 684 sqq.

554 sq. V.:

Numquid ego ibi peccavi? Pe. Si hercle te unquam audivero patrem
Me vocare, vitam tuam ego interimam, pessuma. Fr. Non voco.

Sed Langg. II Iunt. Ald.: N. e. tibi pecc. Vtrumque ibi et tibi genuinum esse intellexi, cum τὸ pessuma sequente versu a veteri codice et Palatinis, item H, abesse scirem, quo deleto versus non stetisset recte talo, nisi alia quaedam vox immissa esset; neque aptiorem meliorisque fidei quam illud tibi facile invenias. Peccavi tibi pro Peccavi in te, sicut passim dativus usurpatur pro accusativo cum praepositione. Capt. 612 sq.:

Quando ego te exemplis excruciasso pessumis
Atque ob sutelas tuas te morti misero etc.

pro ad mortem. Most. 88: Ei re argumenta dicam pro in eam rem, vel ad hanc rem, sicut ibidem 95; et similiter ibi 114: Haec argumenta aedificiis dixi ego, et 517 sq.:

Scelestiorem ego annum argento fenori
Nunquam ullum vidi etc.

Audivero in solo Palatino 6. repertum est supra lineam; sed ipsa sententia, nedum metrum, tale quid requirit, qua voce versus clausus iam longe meliore numero currit, quam antea. Vid. ad. Amph. 355.

583. Hiulce libri: Q.? ob eam rem etc.

Ratus. Hoc est ratus sum: vid. ad Amph. 168.

586. V. pessimis numeris:

Quid si servo ali | tér visum | ést? non poteras novisse, obsecro.

Mire autem H: Q. s. s. a. v. est animo. non etc.

587 Quid ego? h. e. Quid ego noverim? verbo ex antecedentibus petito. Vid. ad Aul. 137.

590. Soloece vulgo: Ad. equidem dicebant. Quidem i literam elidit: vid. ad Amph. prol. 74.

591. Pal. 1 et nostri G M: Circen; H Circem. Veterem latinitatem redolet forma Circa.

593. fiat. Codex Meurs. et Iunt.: sciat, quod correctoris esse videtur nescientis ea, de quibus breviter diximus ad Amph. 352.

594. V. corruptis numeris: — qui de me arg. n. p. Langg: — danista, quod me a. n. p., excluso de. An reliquit Plautus: quid m. a. n. p., quid pro qui posito, more antiquissimo, quem illustravi ad Amph. prol. 149?

596. severitudine. Langg.: amaritudine.

602. Quid tibi est? Ita Pall. et nostri G M; sed V. C.: Quid est tibi? non male usurpato iambo tetrametro ad exprimendum adolescentis affectum, responso „Quod miser" perculsi admirantisque, quomodo, cum sibi bene sit, miserum se praedicet Epidicus.

604. V.:

Quaeritant me, in manibus gestant copulas secuncias.

Haec Ios. Scaligeri coniectura. Libri vv. fere: Q. m. i. m. g. copulas secum (H fecum) suaui vel siaui, ut V. C. Camerarii; nam quod eum secuncias praetulisse tradit Salmasius, falsum intelligitur ex Parei et Taubmanni ad h. l. annotationibus. Ridicule suaves illas copulas dici arbitrabar, quas asperrimas sibi futuras sciret Epidicus; sicut statim libertatem sibi in mundo esse ait pro carcere ac pistrino; et melius se servaturos sperat senes iratos quam Stratippoclem benevolentem. Si quid mutandum est, malim sescuncialis, non male usurpato singulo trochaïco tetrametro (vid. ad Amph. 596). Secuncias vel Sescuncias pro eodem ne latinum quidem est.

607. V. minus expedito metro: Sed quis est haec. M et Festus v. Ravi: S. q. haec est, ut migrare solent interpretamenta. Pro gravastellus Meursius, ubi hunc locum explicat in Exercitationibus criticis, malit ravastellus. Vtramque formam agnoscit Festus vv. Gravastellus et Ravi, videturque spiritu R literae in G verso ex Ravastellus factum esse Gravastellus. Derivatur autem hoc verbum a Gravaster, sicut Macellus a Macer, Cultellus a Culter; et ipsum Gravaster ad Gravus pertinet, sicut Surdaster ad Surdus. Vidd. inttpp. ad h. l. et grammatici. Ceterum Festus v. Gravastellus:

— — — — gravastellus, qui advenit,

quod non deterius vulgato.

608. V. item affecto versu:

St. Hic est danista: haec illa est autem, quam emi ex praeda. Pr. haeccine'st?

Primum est non legitur in M, quem librum sequor. Ex praeda ab interprete scriptum puto pro de praeda, quod versus poscit. Capt. prol. 34:

Emit hosce de praeda ambo de quaestoribus.

Et Capt. 37:

Heri quos de praeda emi de quaestoribus.

609. V. desideratur est, quod praebent H et vv. edd., datque etiam tanquam ex scriptis suis codicibus Pareus. Alterum est, quod versui sarciendo addidi, etsi non malum est, abesse tamen potest, si rescribas: uti tibi dixi.

611. V. nulla forma metri:

Estne? considera? signum pictum pulchre videris.

Pall. G M Iunt. Ald. non considera, sed conspice, quod neque ipsum versui congruit, sed congruit conspicare, verbum Nostro valde frequentatum, sicut videre licet in Parei lexico Plautino h. v.

614 sq. V. dure contracto verbo otiose in τρικόλλαβον:

Dii immortales, otiose isse admiror. pedibus pulmoneis
Qui perhibetur, prius etc.

Ferrem tamen hoc, nisi aliud cantarent scripti, qui non otiose isse, sed scio iussi, socio iussi, sotio iusse, ut H, litera s in sotio ex praecedentis verbi fine traducta. Phaedrus Fabb. 1, 25, 6: Lambe otio. Obtinuit interpretamentum.

Venimus iam ad pedes istos pulmoneos, in quibus explicandis ne sibimet ipsis quidem satisfaciunt interpretes. Scripti: pulmones vel pulmunes, ut V. C., quam lectionem cur spreverint, non intelligo. Erasmus Adagg. 4, 5, 38: „Pulmo prius venisset dictum est olim in cessatores. Opinor, quod pulmo, quum perpetuo moveat, nunquam tamen loco se promovet. Plautus in Epidico, Dii immortales“ etc. Ire pedibus, ut Pedibus ire in sententiam alicuius et similia dicuntur.

617. V.: Es remoratus; sed V. C. Pall. H et M: Id rem., h. e. Iā (Iam) rem. Quod elisa vocali litera pronuntiandum: vid. ad Amph. prol. 74.

619. Sapienter venis. Quia venis cum crumena. Simpliciorem sensum et dictionem magis Plautinam nescio qua de causa putabat Acidalius Divinatt. p. 187, si reponeretur Sapienter mones.

622. Vulgo edd. inepte:

E Philippa matre natam, ac Thebis, Epidauri satam.

Et ita quidem Pall.; V. C. natam asthebis, Langg. nat. Astebis, nostri natam (H nata) es thebis, in quorum altero latere mihi videtur abs Thebis, in altero ex Thebis, quod illius interpretamentum. Bene Gronovius: „Ἀσύστατα haec arguit Petitus ad leges Atticas: nam si Thebis sata atque nata est, non igitur Epidauri; et coniicit ac te Bois

Epidauri: fuisse enim Boas vel Boeas urbem in confinio Laconices et Epidaurensium. Sed fallitur. Nam erat quidem sata Epidauri Telestis, sed matre Thebana Philippa, quae compressa a Periphane Epidauri dein redux in patriam peperit ibique educavit filiam. Fuerat autem bellum gestum ad Thebas, atque in eo capta Telestis act. 2, 2, 22. Igitur mutanda distinctio: E Philippa matre natam ac Thebis Epidauri satam. Vel, si mavis: E Philippa matre natam a Thebis, Epidauri satam. Nam matre a Thebis est matre Thebana. Vt Livio: Turnus Herdeonius ab Aricia. Florus: ab Hetruria Veientes.“

625. V. perversis numeris: Periphani. Vid. supra ad 457.

625. Inconcinne libri: novisti.

626. Male distinguitur in editionibus: —— natali die? Lunulam atque etc. Vnde in coniecturas itum est. Tetigit rem Acidalius, assentante Boxhornio, quos audire debebant recentiores.

627 sq. V. turbatis metris:

L. a. a a. in digitum. Vi. memini, mi homo.
Tune is es? Ep. ego sum et istic frater tuus est, alia matre, uno patre.

Vid ad Amph. 168, et de singulo trochaïco t. acat. ad Amph 596.

629. Face. Consolantis hoc et bonum animum habere iubentis. Vid. ad Curc. 621. Cf infra 638. Male nescio qui apud Pareum: A. l. et t. sis face.

633. Benefecisti. Vid. ad Capt. 776.

636. V. pravis numeris:

Quid? ego modo huic frater factus, dum intro eo atque exeo?

Sum praebent Langg. et noster G. Idem et H: dum ego intro eo a. e.

637. tacitus taceas tute tecum. Παρονομασία.

638. Stultus. Es intelligitur: vid. ad Amph. 168. Prave distinguitur in libris: stultus tace.

643. V. praeter libros: Sequere hac me, mea soror. Recens mea inculcatum ab iis, qui versui timerent, dum nescirent, posteriorem syllabam τὸ soror sequente vocali litera produci. Vid. ad Amph. prol. 38.

644 V: saeviunt, minus bene et ad sententiam, cum de re futura loquatur servulus, et ad metrum, quia imparibus iamborum regionibus amantur spondei comparesque iis pedes metrici. Vid. ad Amph. 355. Saevibunt iam aliis in mentem venit.

650. neque ille haud obiiciet mihi. H. e. neque ille o. m. Vid. ad Asin. 819. Cf. Ba. 994. Cato de R. R. 66: Neque nuculeis ad oleum ne utatur: nam si utetur, oleum male sapiet.

652. V.: Satin' ille hic homo etc. Sed friget hic, sive

locum intelligas, sive rem, propter quam servus quaeritur. Scriptum forte ill ic pro illic degenerasse videtur in ill hic, mox ille hic. Vid. ad Asin. 24. Ceterum Pall. G et M: S. i. huic homo. Edd. vv., in his Iunt.: S. ille homo excluso hic, quo confirmatur nostra emendatio.

653. quidem μονοσυλλάβως pronuntiandum. Vid. ad Amph. prol. 74.

654. Casu excidit me inter Sine et hominem, quod praebent libri praeter G.

660. V. versu nimio:

Q. t. o. a.: si p. astes, aestu calefacit.

A Langianis abest verbum aestu, quod delendum vidit Scioppius Suspp. Lectt. 3, 17. Ceterum Pall. 3, 4 et noster H: adstes; V. C. Langg. et ceteri Pall.: astes, quod eodem redit. Alii: abstes. Hilum non interest, utrum horum eligas.

661. V. sententia subobscura:

Duodecim dis plus quam in coelo est deorum immortalium etc.

in quae certatim involarunt manus emendatrices. Non deos illos duodecim, quos per iocum maiorum gentium Cicero vocavit, dici putat Acidalius, sicut supra 597, sed hoc tantum velle Epidicum, praeter omnes deos, quantum eorum sit, alios etiam duodecim adiutores sibi esse, i. e. plures omnino quam vulgo sint, posito duodenario certo numero pro quovis alio, ut solet, incerto. Sed certo nullus Romanorum haec ita cepisset, sed duodecim deos illos maiores, qui in omnium ore erant, intellexisset. Nihil tamen hac ratione melius quisquam ceterorum editorum atque emendatorum. Reposuimus igitur facili mutatione quantum in coelo est d. i., ut plus diis duodecim, quot in coelo sint, adiutores sibi esse dicat Epidicus, qua sententia vix aliam invenias loco aptiorem. Iam deorum pro δισυλλάβῳ est, e esse selitera elisa, sicut passim.

666. quid hunc soll.? De pronuntiatione verbi quid vid. Amph. prol. 74.

668. En. V. Hem, hiante versu. Sensit Douza.

671. Edepol mancipium scelestum. Haec dicere Apoecidem, ex sequentibus Epidici verbis intelligitur, quibus, quod ille se mancipium scelestum dixit, deprecatum sibi nem, εἰρωνικῶς ait confidens servulus.

672. deprecari. Mss. et vv. edd. tantum de prae vel coniunctim deprae. Camerarii deprecatorem versum ingulat.

674. haec. Bene sic M. Vid. supra ad 207. V. ex interpretatione: hae.

Inter hunc autem versum et sequentem vulgo 677 inculcatur, nec tamen ibi inducitur ab editoribus. Acidalius Divinatt. p. 188: „Obsecro vos, lectores, iterationem hanc aequo animo feretis? Eiicite priore loco, me auctore, nec alibi deinceps oculis velut clausis similia praeterite.“

676. V. inconcinne: adsto.

679. arte. Sic V. C. Pall. H M. V. arcte.

680. Corrupte libri:

Nihil vero obnoxiose. Pe. f. o. arbitraminor.

H noster: N. v. obnoxius esse f. o. a.; M: N. v. obnoxius ep. f. o arbitra nunc. V. C. arbitramino priscorum more. Vid. ad Amph. 82. Obnoxiosus: h. e. Obnoxiosus sum, verbo esse intellecto, sicut passim fieri monuimus ad Amph. 168. Forma Obnoxiosus etiam Trin. 1003 adhibita.

681. V. exquire. Vid. ad Amph. 28. Cf. Capt. 324 Stich. 95 etc.

683. Lubuit. Vid. ad Curc. 621.

690. V.:

P. t. f. istis adeo te tetigi t. m.

Sed Mss. fere P. t. f. iste abore tetigi etc.; Pal. 6 optime: P. t. f. istam ob rem t. etc, quod merito recepit in ordinem Pareus.

691. Inconcinne libri: ludifecisti V. C. Pall. H M: ludo fecisti, in quo iam Gruterus odorabatur, quod dedimus, ludos fecisti.

694. neque benigno. Praeter expectationem vituperat, quem laudatum iri ab eo existimarent spectatores. Recte autem reprehendit adolescentem, qui nihil donavit ei de argento, quod suis fabricis effecit, praesertim cum decem minis plus attulisset, quam danistae debebatur, sicut supra legimus 338.

695. ferocia est. Probabiliter haec Lamb. addidit sive de se, sive, quod prae se fert, ex manu scripto Vascosano. Nihil eorum ceteri libri tam manu exarati quam impressi.

699. V corrupto numero: non illuc t. e. Sed M: nc cum virgula superscripta, quod τ8 nunc compendium in vetustis libris. Hoc ne primitus fuisse puto.

700 sq. Hi versus vulgo 705 inter et 706 exhibentur, nec praecedente nec sequente ibi oratione ad haec quidquam pertinente. Recte Apoecides, asservare iussus servum: Quemne, inquit, hodie per urbem uterque sumus defessi quaerere? h. e. Vt eum non asservem, quem tantopere quaesivimus? Putasne, tantam operam perdere me velle? Vid. ad Aul. 388.

705. V. — quoius haec hodie opera inventa et filia. Sed quid sibi vult istud haec? Iunt Ald.: huic, non male; sed reponere praestat hinc, ex hac herili domo. Vid. index Terentii Westerhovianus v. hinc, inprimis Eun. 5, 5, 15, ubi sic secundum Bentleium:

La. Actum est. Par. Tum quandam fidicinam amat hinc Chaerea.

706. V. impingente versu neque satis apte ad sententiam:

Quid istic oratis opere tanto? meruisse intelligo etc. V. C. Pall. H M: Quid isti oratis etc. h. e. Quid ista oratis etc., nisi quis malit ipsum isti, h. e. Epidico, pro Epidico. Sed illud potius mihi videtur, quia facilius.

707. Vt lubeat m. h. f. Absurde libri: Vt liceat. Saepius haec confusa.

716. Male edd.: cogar, quasi ne nunc quidem exorari se pati velit servulus, cum tamen veniam se Periphani dare modo sit professus. Bene H: cogor, ut τὸ Nisi pro Sed accipiendum sit, sicut passim. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

719. Libri inconcinne et prorsus inusitato in hoc genere orationis minime patheticae asyndeto: Plaudite, valete. Bacchidibus:

Spectatores, volumus vos valere et clare adplaudere.

Menaechmis:

Nunc, spectatores, valete et nobis clare adplaudite.

Truculento:

Spectatores, bene valete plaudite atque exsurgite.

Terentius Eunucho: — Vos valete et plaudite, ubi itidem male 2 libri Berolinenses, quos versavi, omissa copula: Vos valete, plaudite. Et similiter Heautontimorumeno et Phormione. Tò et per compendium scribi solitum a praecedente e litera est interceptum.

ANNOTATIONES IN MENAECHMOS.

ARGVMENTVM.

V. 2. Vulgo, claudicante versu, nisi quis subreptod reponendum putet:

Ei surrepto altero mors obtigit.

Tò clam, quod neque sententiae inutile est et versui aptissimum, praebent Iunt. Ald Notabis Anacoluthon Mercator Siculus — Ei — mors obtigit. Vid. ad Aul. 299. Cf. prol. 56—58.

7. V.:

Hic fuerat auctus ille surrepticius.

Acidalius Divinatt. in Plaut. p. 250: ,,Negat hoc sanum varietas in voce auctus, quae quamquam non male, coacte sane tamen explicatur, adoleverat: et si istum sensum volumus, cur non veterem scripturam malumus altus vel alitus? At ego non hanc intrudo: istam vulgatam emendem libentius et scribam:

Huc fuerat ductus ille surreptitius.

Ea mens prorsus est, raptum illuc abductum: nisi tamen avectus etiam coniicias indidem, quod non excludunt quidem numeri, licet difficilius admittant. Auctus qui retinebit contra nos, videat ne cum Lambino praeter aetatis incrementum etiam de iure civitatis interpretetur. Si illuc trahi tam laxa vox potest, quidni debeat alio ulterius, ut et hereditate, et uxore, et liberis etiam fortassis, et aliis rebus multis auctus intelligatur? Valeat ineptum adeo commentum, et vapulet eius auctor." Alitus autem Iunt. Ald., Mss. et vv. edd. auitus vel aiutus. Fons erroris d et a literarum vicinitas in scriptis. Istud avectus, quod et Meursio in mentem venit Exercc. critt. ad Men. cap. 1, quomodo prologi versu 33 legatur

Is puerum tollit avehitque Epidamnium,

non difficilius admittit versus, ut videbatur Acidalio, sed prorsus a se avertit, etiamsi cum Meursio rescribas, contra morem veterum, avectu' ille.

ANNOTATIONES IN PROLOGVM.

V. 7. hoc. Quod dicturus sum. Vid. ad Curc. 401.

8 sq. Saturio ille Pers. 392 sq.:

Dabuntur dotis tibi inde sexcenti logi,
Atque Attici omnes, nullum Siculum acceperis.

Conferendus tamen, quem hic laudant, Casaubonus ad Athen. 3, 34.

16. V. nullis numeris:

Tantum ad narrandum argumentum adest benignitas.

Iunt. Ald.: T. ad n. nostra ad. b. Vnde legendum intellexi T. a. n. nostra adest benignitas, siquidem non ad narrandum, sed ad audiendum scilicet argumentum adesse poterat benignitas spectatorum. Mil. 79 sq.:

Mihi ad enarrandum hoc argumentum est comitas,
Si ad auscultandum vostra erit benignitas.

Merc. prol. 14 sq.:

Sed, ea ut sim inplicitus, dicam, si opera est auribus
Atque ad vortendum huc animum adest benignitas.

Verbum nostra cum superfluum videretur, ut sane intelligi potest, proptereaque omissum esset, τὸ argumentum consulto additum fuerit ad versum utcunque sarciendum. — Tantum pro In tantum. Vid. Vechneri Hellenolex. h. v. §. 27.

18. V. Ei, sed hoc monosyllabum fere apud Comicos.

22. quidem elisa i litera pronuntiandum. Vid. ad Amph. prol. 74.

33. avehitque Epidamnium. Nihil mutarim, nec tamen Epidamnium pro Epidamnum positum existimarim, sed Epidamniensem explico et adiectivum eodem modo, quamvis audacius, usurpatum arbitror pro adverbio, ut in his et similibus Horatii: Nec vespertinus (pro vesperi) circumgemit ursus ovile; Nocte natat coeca serus (pro sero) freta; et Homeri: παννύχιοι (pro παννυχίως) μὲν ἔπειτα καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ Δαίνυντο. Vid. Vechneri Hellenolex. 1, 2, 8. Ita carebimus violentiore Acidalii mutatione hac:

Is puerum tollit in Epidamnumque avehit.

37. Syracusas. Dixi de pronunciatione huius verbi ad Amph. prol. 74. Minus autem bene ad versum vulgo:

Postquam Syracusas de re ea nuncius redit.

Vid. ad Amph. 555. Mss. et vv. edd. P. S. de ea re redit nunt.

38. Quae post hunc versum leguntur uncinis a me inclusa, ea inutilitate sua ad sententiam, inconcinnitate ad metrum, arguuntur esse supposititia.

42. Minus bene libri vulgati: idem.

43. est avos. Ita Mss. Pall., sub ictu posita voce graviore. V.: avos est.

52 sqq. Iocum recolit Poen. prol. 80 sqq.

66. V. sententia et versu defectis:

Illi divitiae evenerunt maximae.

Iunt. Ald.: Ita illi d. e. m. Camerarius, quem sequitur Pareus: Illi tum div. etc. Probabilius, nisi fallor, nos.

74. V. itidem mendose:

Modo enim idem fit leno, modo adolescens, modo senex.

Mss.: modonicaditat, vel divise: modo ni cadit at, in quibus facile agnoscas id, quod excudi iussimus, modo hic adstat. Non semel mixtae h et n literae, ut monitum ad Capt. 812. I l et f item confundi ob similitudinem proclive est. Vid. ad Cist. 424. Sic enim Hic passim Aul. 465:

Solearii adstant, adstant molochinarii.

Ibidem 480:

Inpransus miles adstat aes censet dari?

Most. 507:

Sed tu etiamne adstas, nec, quae dico, obtemperas?

Pseud. 865:

Si iste ibit: ito; stabit: adstato simul.

75. Apparet, prologum esse a fine mutilum.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 6. V.:

Namque homini misero si ad malum accidit malum,

quomodo haud scio an nemo unquam veterum locutus sit. Contra accedere sic ubique. Cicero ad Quint. fr. 1, 1 fere media: Sed tamen si ad ea, quae faceres, auctoritas accederet mea, tibi ipsi illa putavi fore iucundiora Et similiter Admigrare, Arcessere, Dari aliquid ad aliud quiddam dicitur. Pers. 345:

Nam si ad paupertatem admigrant infamiae.

Ba. 389:

Id quom obtigerat: hoc etiam ad malum arcessebatur malum.

Amph. 558:

Enimvero praegnati oportet ad malum malum dari.

Accedit metri ratio, debilioris, si accidit retineatur, omnibus vero suis numeris absoluti, si accedit legas. Vid. ad Amph. 355. Quod vero maximi momenti est, accedit, non accidit, vv. edd., in his Iuntina.

9. V. metro ἀμετρῳ:

Tum compediti ianuam limà proterunt.

Sed V. C.: cōpeditianum, Decurt.: compediti ianum, h. e., ni fallor, compeditid anum. Vid. ad Amph. prol. 149. Nonius quoque v. Limari anum, non ianuam, profert ex hoc loco; quam lectionem firmant Gruterus Suspicionum 2, 1, et Salmasius ad h. l.

13. V litera in Apud elidenda et vox plenam ἀνεκθλίπτως pronuntianda est, ut recte procedat versus. Vid. ad Amph. prol. 74 Amph. 341.

14. edit. Ita V. C., prisce, sicut Noster passim, item Cato de R. R. capp. 156 sqq. Vid. Parei lexicon Plaut. vv. Edim, Edis, Edit. V. ex interpretatione: edat.

17 eo. Angelius et qui eum sequuntur: illo, ignorantes, dum monosyllabum, sub ictu positum, non elidi, quem locum induximus ad Amph. 149.

22 V. illic, sed posterior syllaba illic pronominis porrecta non est, quali hic opus. Vid. ad Amph. 138.

26. V claudicante versu et male iunctis sententiis:

Tantas struices concinnat patinarias.

Τὸ et ab antecedente syllaba interceptum.

29. domi domitus. Recte comparant Lucretii illud 5, 1333 sq.:

Sic, quos ante domi domitos satis esse putabant,
Effervescere cernebant.

Ceterum male caros exponunt liberos, qua potestate nusquam vox legitur; sed mei h. l. sonat familiam, parentes, uxorem, liberos denique et servos parasiti, sicut filiam suam secum adducit Saturio in Persa, servum eiusdem ordinis homo in Bacchidibus. Vid. ad Epid. 331. Quomodo etiam ista Lactantii 6, 12 intelligenda sunt, quae hic laudantur: „Cum sciat, se caros suos deo relinquere, neque his unquam praesidium defuturum," siquidem non liberos tantum post se relinquit moriens pater familias, sed etiam uxorem, parentes, servos. Additum autem caris et apud scriptorem ecclesiasticum caros, sicut addi solent cognatorum vel amicorum nominibus (alia ne dicam) verba Φίλος et Carus. Lucretius 3, 85 sq.:

Nam iam saepe homines patriam carosque parentes
Prodiderunt, vitare Acherusia templa petentes.

Diu igitur se domi domitum, h. e. castigatum fameque coercitum, cum familia sua dicit parasitus.

31. V. soloece:

Id quoque iam cari qui instruuntur, deserunt.

Edd. mediae, in his Iunt.: Ii quoque iam cari qui instruxerunt, deserunt. Legendum: Et quoque iam cari qui instruuntur, deserunt, h. e. Et iam quoque (nummi), quibus cari (cibi, nedum carissimi,) instruuntur, me deserunt. Literae t et d quam facile inter se commutari possint, dixi ad Aul. 17 Epid. 279; nec raro e et i mixta in codicibus. Ridicule autem gulo iste caros dicit pro caros cibos, sicut infra 129 miluinam pro famem miluinam, subaudiens potius quam saepius repetens vocabula rerum, de quibus unice atque semper cogitat.

34. Vid. ad Cas. 507.

35. Monui de trochaïcis trimetris ad Cas. 67 supra pag. 185.

38 quotiens. Ita Mss. Frustra hoc et sequentibus duobus versibus turbant vv. edd., inprimis Iuntina, quae sic:

Nam quoties ire volo, me retines, revocas, rogitas quo eam,
Quam rem ego agam, quid negocii geratur, quid detur,
Quid dicam, quid faciam, quid foris egerim, quid dixerim.

Horum versuum primum et ultimum in formam trochaïcorum tetram. cat. redegisse sibi visus fuerit Angelius; medium ne. is quidem. Quem valere iubeamus cum invento suo.

39. Quo, ictui expositum, non liquescit. Vid. ad Amph. 149.

40. egerim. Mss. legerim, quod fuisse primum videatur degerim, cum praesertim similia praecesserint quam rem agam, quid negoti geram. Sed obstant sequentia:

— — — — ita omnem mihi
Rem necesse est loqui, quidquid egi atque ego,

unde, mulierem quaerere solitam dici et quid egerit et quid agat vir semper, intelligitur.

43. V.:

Nimium ego te habui delicatam.
Nunc adeo etc.

Verba Nim. e. t. h. del. pro clausula cretica habebat Bentleius ad Terentii Andr. 4, 1, 14. Sed manifestus in his trochaïcorum rhythmus, apparetque haec coniungenda cum sequentibus Nunc adeo, ut facturus, dicam, in eiusmodi tetrametrum acatalectum. Nam quod hunc versum excipit iambicus tetrameter, nihil ad rem, neque huc valet lex, quam in Terentio sanxit Bentleius, de muniendis transitibus metricis (vid. nos ad Andriae 578); sed libere varia metrorum genera miscentur in Sarsinate, velut itidem infra 506 iambus tetram. acat. sequitur eiusdem moduli trochaïcum, et contra Amph. 902 versus trochaïcus longus similem iambicum, ingenio poëtae in exprimendis affectuum vicissitudinibus iuveniliter lasciviente. Vid. nos ad Curc. 96 sq. Proceleusmaticum in verbis Nimium ego si quis mirabitur, breviter dixi de hac re ad Amph. 356.

46. Clausula. Vidd. Bentleii Schediasma de metris Terentt. cap. 5, nos ad Epid. 517.

47. Ob eam industriam accipiendum in malam partem, sicut saepius. Cas. 162 sq.:

Ego discrucior miser amore; illa autem quasi ob industriam
Mi advorsatur.

Ibidem 650 sq.:

Nam quid illaec nunc tam diu intus remorantur remeligines,
Quasi ob industriam? Quando ego plus propero, tanto illaec minus.

Merc. extrema:

Bene valete atque, adulescentes, haec si vobis lex placet,
Ob senum hercle industriam vos aequom est clare plaudere.

48. V perperam acuta praepositione et in thesi occultato verbo graviore coenam:

Hodie ducam scortum atque ád coenam aliquo condicam foras.

Mss. et vv. edd.: H. d. sc. ad coenam atque a. c. f.; sed verba coenam atque orta mihi videntur ex compendio coenaque, cum quis a literam male geminaret, quo facto pro aque cito atque scribi fuit consentaneum. Similem locum induxi ad Asin. 191.

50. O litera in foris eliditur. Vid. ad Amph. prol. 74.

52. Vbi sunt amatores mariti. Ita Mss., recte in mutato affectu mutato metro. V. absque auctoritate, maleque in eadem sententia post versum trochaïcum illato iambico: Vbi amatores sunt mar.

55. Te omnes prior syllaba corripitur, sicut passim. Vid. ad Cas. 699.

56. V. invitis Mss. et metro: hoc lepidum, hoc f. e. f. Peius etiam Taubmannus: H. f. p. est, probum hoc est, hoc lep. h. f. est f.

62. Quid agis? Ita Mss. er vv. edd., in his Iunt. Ald., item Pareana, recte quidem, cum non aliquid se dicere, sed facere, respondeat parasitus, ut de actione quaesitum esse facile intelligatur. Cf. 85, ubi male libri: agis. Saepissime autem hae voculae miscentur in Mss.

genium. Vid. ad Curc. 622.

65. V.: Quis id c. c., minus recte ad metrum: nam proceleusmaticum (-spicere? Quis) in duas orationes dividi, non placet. Qui pro Quis passim, neque ineleganter, usurpatur. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

66. V.: ubi reliquias videro, minus bene acuto τῷ reliquias et in thesi collocato. De illo vid. ad Amph. 203.

69. quid elidendum. Vid. ad Amph. prol. 74.

70. Malim et magis pathetice et melius ad prosodiam: Ecquid similiter adsimulo. Vid. ad Amph. 203 Amph. prol. 33. Quanquam peccatur interdum in hoc genere.

75 sqq. V. haec sic leguntur atque ordinantur:

Litigium est tibi cum uxore. oh, mihi abs te caveo cautius.

(Mss. alter oh, alter o, sed edd. vv., in his Iunt., hoc m. a. t. c. c.)

Me. Clam uxorem ubi sepulcrum habeamus, et hunc comburamus diem.

(Iidem libri atque pro et. Ceterum similiter infra 394:

Fecisti funus meô absente prandio.)

Pe. Age sane igitur, quando aequom oras, quam mox incendo rogum.

Dies quidem iam umbilicum est dimidiatus mortuus.

Me. Te morare, mihi quom obloquere. Pe. Oculum effodito persolum

(Te m. Ita Decurt.,.V. C. Ne morare, edd. vv. in his Iunt., Remorare. Sed bene se habet vulgata lectio, ut remorari se ipse dicatur parasitus, ut qui epulis inhiet, nec tamen abstinere possit, quominus Menaechmo obloquatur, cum praestet prandium eum iubere apparari. Similiter mox 97: mille passum conmoratus cantharum. Obloqueris pro Obloquere ipse versus poscit.)

Mihi, Menaechme, si ullum verbum faxo, nisi quod iusseris.

Me. Concede etc.

Sed hocne est obloqui, si alteri tu plane obtemperes et supparisiteris, quod facit Peniculus, cum dicit Age sane igitur etc.? Semel oblocutus erat iuveni parasitus, eo loco, ubi se non perrecturum collaudare illum significat, nisi sciat qua gratia: nam cavendum sibi ab eo esse, quia cum uxore litiget, ut haud facile se ad coenam domum sit vocaturus, ut recte haec explicat Acidalius, versibus 74 sq. Ibi igitur vi sententiae ponenda illa Te morare, mihi quom obloquere — iusseris. Iamque Menaechmus rogatus dicat, quid iubeat fieri (nam hic proprie sensus verborum nisi quod iusseris, non nesciente quippe callido parasito, prandium illum iussurum apparari; sed id rogatus ut iam dicat Menaechmus), infit de sepulcro, ubi dies comburendus sit; quo loco nec quid habeamus nec quid et vulgatum sibi velit, exputaveris, facileque, spero, mecum consenseris legendum esse, sicut hic excusum:

Clam uxorem, ubi sepulcrum habemus, ut hunc comburamus diem.

Vbi sepulcrum habemus, h. e. ubi sepelire epulis et vino solemus dies nostros, apud Erotium meretricem. Saepe autem personae verborum indicativi et subiunctivi modi confunduntur, nec minus frequens in libris ut atque et particularum inter se commutatio, de qua dixi ad Capt. 840. De trochaïcis tetram. acat., subinde sic immixtis in orationibus patheticis, monui ad Amph. 596.

87. V.: Captum sit collegium augurum. Sed verbi augurum primus, quod sciam, architectus Nicolaus Angelius, Iuntinae curator editionis, non Pylades, ut vult Taubmannus; quod tamen nescio quo pacto placuit viris doctis, cum multo rectius intelligatur, quam perscribatur. Nam quod parasitorum collegium dici putat Gruterus, longe id frigidius est, quam si ad collegium maximae auctoritatis deferenda fingatur res levicula. Sed excluso isto augurum cum hiare versum viderem, non dubitavi si inculcare ante s i e t, a quo procul dubio fuit interceptum, ut pri-

mum se responsurum dicat parasitus cum auguribus, mox, instante altero, palam pronuntiet, quid sibi videatur de ista palla.

90. inlucido. Ita Mss. Hoc non capientes, credo, supposuere nobis, quod vulgo legitur, illutibili, neque peioribus etiam abstinuere coniecturis. Quibus omnibus posse careri arbitror, neque improbo recte derivatum adiectivum inlucidus, odorem autem inlucidum, h. e. obscurum, eum dici puto, qui a loco obscuro seu non viso exhaletur. Sapienti sat.

97. Mille passum conmoratus cantharum. Similiter Truc. 304 sq.:

Quid iam revocabas me, inprobe nihilique homo,
Quae passuum tibi mille peperit m o r a morae.

Notabis autem contractum passum.

99. V.: M. m. o. hercle: ab se ecca exit. Quam lectionem defendens Meursius Exercitatt. critt. in hanc fabulam cap. 1 „Glossae," inquit, „Isidori: Ab se, spontaneus. Sic Rud. (562):

Nam haec literata est: ab se cantat, cuia sit.

Item Truc. (808):

Sed nimium pol opportune ecce ab sese egreditur foras.

ut et Batavi dicunt Van hemselben." Sed nusquam ita Comici, nisi ubi dubium esse potest, sua an aliena domo quis exeat. Contra ipse, ipsa vel eapse, sic saepius. Cas. 69:

Sed foris concrepuit atque eapse (vel ea ipsa) eccam egreditur foras.

Epid. 92 sq.:

Sed ego cesso ire obviam
Adulescenti, ut, quid negoti sit, sciam? Atque ipse illic est.

Mil 154 sq.:

Sed foris concrepuit hinc a vicino sene:
Ipse exit.

Ibidem 1200: Sed eccam ipsam, egreditur foras. Most. 665 sq.:

Euge, optume, eccum, aedium dominus foras
Simo progreditur ipsus.

Cf. Pseud. 129 Rud. 565 Trin. 568. Assentior igitur Acidalio, eapse pro ab se reponenti Divinatt. p. 254. Ceterum, quod libri h. l. exhibent, Oh, fere cum nomine aut verbo construitur; quamobrem usitatiorem in hoc genere Ah interiectionem reponendam esse existimavi, cum praesertim haec non raro misceri meminissem.

100. Satin' ut. Vid. ad Amph. 474.

103. Argutatur Acidalius Divinatt. pp. 254 sq., dum verba Ego istic mihi mutanda censet in Ergo isti ac mihi, quia scilicet, ubicunque prandii iam apparandi mentio hic fiat, non de se solo, sed de se ac parasito loquatur Menaechmus. Loquitur sic sane supra 94,

Mihi tibi atque illi iubebo iam adparari prandium:

nam versum 125 quod attinet, vulgatum ibi tribus a mala manu esse additum, metrum est indicio. Sed demus Acidalio, ab ipso Comico relictum esse, quid illud ad hunc locum? Sibi prandium apparari h. l. iubet Menaechmus noster, tanquam is, cuius potissimum causa apparandum sit a muliere: nam Peniculum quidem quanti illa faciat, modo significavit, cum eum extra numerum sibi esse dixit. Se igitur nominat amator maritus, parasitum autem intelligit, quod colligitur ex verbis proximo versu positis In eo uterque proelio potabimus et quae sequuntur. Relinquitur itaque alter tantum ille locus scena praecedente. Quem si subtilius expendamus, facile animadvertemus, mentionem parasiti necessario ibi fuisse faciendam, si participem quidem eum prandii cuperet Menaechmus, cum sui ipsius et mulieris faciat, ut non nominato Peniculo eum ad id non vocari manifesto appareret Contra h. l., ubi Erotium illi iam adiere cumque ea colloquuntur, dubium esse non potuit, si prandium curari vellet iuvenis, quin cuperet quoque eum pro more ad id adhiberi, cum praesertim adderet, ut iam monui, in eo proelio utrumque esse potaturum. His igitur inductus ego rationibus librorum lectionem Ego istic mutare nefas duxi. Sed quod vulgatum iussi in iussim mutandum censet Acidalius, plane verum esse vidi, cum nondum iusserit Menaechmus, sed in eo sit ut iubeat convivium apparari. Nam non huc valent dicta ad Asin. 591 Iusso, quod itidem in mentem venit viro ingeniosissimo, non est huius loci, ubi non de prandio aliquando postea, ut 94, sed de statim curando, agitur.

De lineolis, inter verba te et proelium hoc versu, itemque in sequentibus, a me adscriptis vid. ad Ba. 468.

104. proelio. Mss. proilio, quod recte pro eodem accipiunt viri docti, quomodo coilum pro coelum dicitur et Oinone pro Oenone apud Capellam, monente I. Lipsio in libello De recta pronunt. lat. linguae cap. 11. Vulgatum pro Ilio fabricatus nobis est Camerarius, ut iocans pro pugnis Iliacis et Troiae expugnatione se dicat potare velle iuvenis perditus. Quam explicationem, tanquam longius repetitam, recte reiiciunt Lambinus ad h. l. et Muretus Varr. Lectt. 6, 4. Ceterum rescribere proilium et proilio cum Mureto constantiae causa nolui.

110. inpetrant. Honeste sic loquuntur tacito verbo turpiori, ad quam faciem et Martialis Epigrr. 11, 41 reponendum puto:

Formosam Glyceren amat Lupercus
Et solus tenet impetratque solus.

quo loco vulgo legitur imperatque, quomodo etiam hic apud Nostrum imperat pro impetrant nobis obtruserunt Angelius Pylades et Aldus.

112. iam non eliditur. Vid. ad Amph. 149.

113. Recte Acidalius, verbis sequente versu Sed obsecro hercle salta sic cum palla postea Peniculo continuatis, quae

ante Menaechmo adscribebantur: „ Exuvias facturus Menaechmus, id est pallam Erotio destinatam exuturus, pallium dat interea Peniculo sustinendum: pallium, inquam, quod pallae superinduxerat occultandae, et in quo alias prodibat in scenam, ut solet in comoediis palliatis. Id cum Peniculus reciperet, simul orat Menaechmum, ut exuto hoc, nudata illa saltet iam in scena aliquantulum ante quam et ipsam deponat. Vbi hoc negat alter, adhuc quippe sobrius, exuere statim iubetur, exutaque Erotium suum ex voto donat. "

119. vivis. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Vivere pro Esse.

120. Veteres libri haec iuvenis orationi addunt, perquam frigide se ipso laudante, qui potius a muliere laudandus est ob acceptum donum. Quam sequente versu carpit Peniculus, non oblitus eorum, quae de ipso supra meretrix 101.

121. Haec secum parasitus, sicut et sequentia Quatuor minae etc.

125. Vulgo:

Iube igitur nobis tribus apud te prandium accurarier.

Et sic quidem vett. edd.; Mss.: tribus nobis, migrante verbo tribus, tanquam glossemate: nam metri causa transpositum esse non potest, ut cui utroque loco aeque male congruat. Sane isto vocabulo retento impeditur versus, deleto probe currit, quod adscriptum videtur a nescio quo, recordato illa supra 94 et infra 137: Mihi tibi atque illi iubebo iam adparari prandium, tribus vide quod sit satis, et 233 sq.: Satin' hoc, quod video, Tribus vobis obsonatum etc., ne scilicet nesciamus, non sibi soli prandium velle Menaechmum coqui, usurpato plurali numero pro singulari, sicut passim, sed simul parasito et mulieri. Sed non sic placuit Comico, qui similiter mox:

— — — — nos prodimus ad forum,

non nos ambo p. a. d.; et Peniculus: Iam hic nos erimus, h. e. ego et Menaechmus.

125—130. Sine omni gratia ac lepore haec vulgo Menaechmo tribuuntur omnia. Non liberalis viri est ita singillatim praescribere, quid sibi coqui velit, nec verba ridicule ficta Glandionidam et pernonidem eum decent, multoque etiam minus miluina, quam crepat 129, appetentia. Sed in Peniculi personam haec conveniunt, siquidem istarum rerum callidissimi parasiti, ut vel ex uno illo loco, qui est Capt. 779 sqq., intelligas. Vide igitur, an melius fecerim quam adhuc editores, de decoro non paucis in locis oppido securi.

131. Itidem minus facete haec Menaechmo adscribuntur. Sitiens parasitus, ubi alter se iturum dixit ad forum, statim subiicit: Iam hic nos erimus potabimusque, dum coquetur, ne aliquam temporis particulam, gulae impendendam, perdat simulque ipsum prandium, ipso et rege suo

praesentibus, acceleret. At meretrix, contemto homine ignobili et sibi quaestui nunquam futuro, ad solum amatorem suum conversa: Quando vis, veni (h. e. q. v. redi: cf. Curc. 434 Pseud. 659 Truc. 607, nos ad Terentii Eun. 92): parata res erit.

134. Male Gronovius, Iuntinam et medias editiones secutus, refragantibus autem veteribus et manu scriptis et versu: deum.

135. Mss.: Culindrum, prisce.

136. Vox argentum non eliditur. Vid. ad Amph. 116, 341.

142. Cocta sunt. Iube ire adcubitum. Verba coquorum. Pseud. 891 sqq.:

— — — Intro abi et coenam coque
Propere. PVER COQVI. Quin tu is adcubitum? et convivas cedo:
Conrumpitur iam coena.

Similia invitantium ad epulas. Vid. infra ad 277.

144. V. inconcinne: quam. Vid. ad Amph. prol. 69.

146. Libri veteres: Quam si adv. Quam particulam induxit Acidalius, quem auscultant recentiores, mihi τὸ Si spurium videtur et retinendum Quam, sed emendatum, ut similiter dicat servus:

— — — — Maior, non dicam dolo,
Quom adveniens terram videas, quae fuerit tua,

atque herus modo dixit:

Nulla est voluptas navitis, Messenio,
Maior meo animo, quamde, quom ex alto procul
Terram conspiciunt.

Nam Si pro Cum vel Quando non raro adhiberi notum est, ut propter hunc eius h. l. usum non spernenda sit Si particula, nisi quod longe verisimilius est, τῷ Quom forte in Quam mutato, cum obscurum hoc esse videretur, si adscriptum esse ab inepto homine interpretandi causa, quam minime dubiae significationis et aptae huic loco Si particulae τὸ Quam nescio quo pacto adhaesisse.

148. circumimus. Vid. ad Amph. 341.

151. V.: — postquam ei rei operam damus. Sed uterque Ms. a manu prima: postquam ire hi o d., edd. vv. p. rei huic operam damus, quod non deterius Gruteriana correctione, quae obtinuit

157. Durius verbi Illurios prima syllaba corripitur in extremo versu, ubi debiliores vires numeri, ut non invitus reposuerim ilurios secundum Mss., qui hilurios, sicut Trin. 816 hillurica, de quibus scripturis vid. nos ad Asin. 24.

155 Sĭ acum. Vid. ad Amph. 149.

164. In scirpo nodum quaeris. Imitatur Terentius Andr. 5, 4, 38. Ennius quoque, monentibus ad h. l. interpretibus:

Quaerunt in scripo, soliti quod dicere, nodum.

170. V. minus concinne: tamen. Vid. ad Ba. 1135 sqq.

195. Mss.: Di te amabunt, quisquis ego sum. Quae cum discordare a coqui responso intelligeret Camerarius, reposuit:

— — — Di te ament. scis, quis ego sum?

Sed futurum amabunt exquisitioris usus est, quam quod facile loco suo moveatur: vid. ad Cas. 230. Versus causa pronomen ego delendum fuit. Cf., quae nos ad Asin. 843.

196. Non hercle vero. Εἰρωνικῶς haec, ut nihil sit novandum. Vbi posteriore syllaba porrecta, qua de re dixi ad Aul. 152.

201. Peniculum. Abstinendum ecthlipsi. Vid. ad Amph. 341.

205. V.:

Sacres sinceri? Cy. nummo. Me. eum a me accipe.

Mss. teste Pareo: nummis, et a manu 2. numo in vetere codice. Sed Taubmannus: „Prima," inquit, „omnium editio habet sinceri nummum a me; et sic fuit etiam in Mss., unde descriptae membranae Palatinae. ibi enim nummū litera iacente supra *u*, quae cum esset fili exilioris, scriba cepit pro *ſ*, atque id alteri pedunculo *u* annexuit, ut adhuc comparet in Ms. secundo." Haec admodum probabiliter disputata sunt; nec tamen assentiar Taubmanno, nummo eum degenerasse in nummum, illudque reponendum esse, ut ipsi aliisque placet; sed numo recipiendum ex vetere codice Camerariano, nummum ex editione principe, mutandum nihil. Facile autem fieri potuit ut numo a simili, quod sequebatur, numū interciperetur.

210. V.:

Seu tu Cylindrus, seu Coriendrus, perieris.

Ferri possit vulgatum Cylindrus, etsi sordet prae Nicolai Heinsii commento Culindrus, quod nomen a culo ridicule causa derivatum. Sed quid sibi velit istud Coriendrus, nemo dixit, nec placent, qui reponunt Coliendrus. Per iocum, puto, a Coriandrum nomen proprium Coriandrus finxit Comicus, ut liberrimus est harum rerum.

212. Soloece libri:

Est tibi Menaechmo nomen tantum, quod sciam.

Vicina tandem et tantum. Vid. ad Aul. 17 Epid. 279. Pistoris tamen ἄμετρον.

214. mĕ? Vid. ad Amph. 149.

216. quis homo sis. Ita Mss. et vv. edd. Vulgo quis sis homo, scio, iunctis duobus verborum paribus similiter finitorum, quod invenustum. Vulgo quoque hercle, quod in hercule mutare nesciens Angelius, pronomen ego inter neque et te maluit inculcare, quo nihil opus.

219. V.:

Cum nihil est, illi qui homini diminuam caput.

Sed Mss.: C. n. e. qui illi hom. d. c., quod ferri fortasse poterat ita, ut τὸ illi non elideretur, figura prosodica, quam illustravi ad Amph. 341. Vel legendum erat illice: vid. ad

Amph. 138. Quanquam sane facillima mea ratio, qui homini illi reponentis, ut qui monosyllabum non liquescat. Adi, sis, nos ad Amph. 149.

223. V. pessimis, imo nullis, numeris:

Habitas? Me. Dii (Pareus recte: di) illos h., q. il
lic h., p.

De Illi pro illic passim reponendo apud veteres scriptores inprimis Comicos, monui ad Amph. 596.

224. Soloece libri: Insanit hic equidem. Quidem elisa i literam pronuntiandum. Vid. ad Amph. prol. 74.

226. Male Douza Centurionat. lib. 3. cap. 5.: Nummo illo Similiter, monente Acidalio Divinatt. in Plaut. pag. 259, Noster Amph. 844:

Naucraten, quem convenire volui, in navi non erat.

Virgilius quoque: Vrbem, quam statuo, vestra est, et quae sunt huius generis alia sexcenta.

228. sanus. Bene hoc se habet, neque opus est rescribi sanu's, secundum Bentleium ad Terentii Phormionum 1, 3, 12. Vid. ad Amph. 168.

230. V. inconcinne: hercle. Passim hercle exhibent libri, ubi hercule requirit versus. Qualia non ubique annoto.

231. illoc. Ita V. C., quo vitatur homoeoteleuton. Vulgo: illo.

234. V. item corrupto versu:

Tribus vobis obsonatum est? an obsono amplius.

239. Tu pronomen non liquescit. Vid. ad Amph. 149.

240. Iam ergo haec madebunt, faxo. Acidalius Divinatt. pag. 259: „Malo Iam ego: nam ergo non video cur probetur.“ Quem prima editione sequitur Pareus, altera pro sua inconstantia deserit; Taubmannus autem carpit, nec tamen vel verbo vulgatum ergo vindicat. Equidem recte hoc retineri puto propterea, quod quae inde a versu 195 usque ad 230 dicta sunt a Menaechmo, ioci causa prolata arbitratur coquus neque ad rem pertinentia, ut dixit 231, quibus similia etiam, quae sequuntur usque ad hunc ipsum locum, adolescentis verba. Iis igitur non curatis rem ipsam homo loquitur, et quia Menaechmum adesse videt, ergo se facturum dicit ut madeat, h. e. coquatur, quod a foro attulit, obsonium.

247. V. imperfectis numeris:

Iamne abiit? edepol haud mendacia.

Edd. recentiores, in his Iuntina, incertum, qua auctoritate: I. a. ille? edepol etc. Prorsus inconcinne Pareus: I. ille abIt? edepol etc. Bene Taubmannus, repetito verbo simili, quod semel posuerunt more suo scribae:

Iamne abiit? Abiit. Edepol haud mendacia
Tua verba experior esse.

Quemodo infra 450:

Iamne abiit intro? Abivit, operuit foris.

250. quidem i literam elidit. Vid. ad Amph. prol. 74.

255. quoiatis. H. e. quoias, sicut alibi legitur Infimatis,

Sarsinatis. Saepius ita Noster: vid. Parei lexic. Plaut. h. v. et Douzae Centurionat. quo loco hunc expendit. Ceterum non male Lambinus: quod ei nomen siet; nec tamen τῦ quid similiter usurpati exempla desunt. Vidd. Douza l. l. p. 522 et Pareus in lexico Plaut.

256. V.: Post illae Recte Gulielmius Quaestt. in Menaechmos cap. 2.: „Parum place: post illae: dixisset potius post ipsae, et hoc latinitatis ratio magis posceret. sed ille sui seculi vocem maluit, si recte coniecto:

Postilla extemplo se applicant, agglutinant.

Vides a fine sequentis voculae literam superfluere, et inscitia sit docere conari, quam ita saepe loquatur noster poëta."

258. Τὸ navis *μονοσυλλάβως* pronuntiandum, elisa u litera. Vid. ad Amph. prol. 90.

267. Vide posteriore syllaba correpta, id quod saepe fieri monitum ad Asin. 731, assumtis quod o- sequentibus primum huius versus pedem efficit, procleusmaticum eum quidem, quem pedem facile admitti in Comicorum, praesertim Plauti, iambos et trochaicos, observavi ad Amph. 556. Cf. infra 277.

268. Clausula. Vid. ad scen. Amph. supposit. Di vostram 15—29 supra pagg. 52 sq.

270. V. hiante versu: ille.

272. V. numero duriore et voce gravi nostrae extra ictum posita: potissumus nostrae domi ut sit.

273. V.:

Nunc eum adibo, alloquar ultro,

asyndeto in talibus minus solenni, et usurpato choriambico dimetro hypercatalecto, quod metri genus nusquam alibi poëta adhibuit, neque hic in verbis non patheticis, sed quotidianae vitae, adhibuisse credendus est. Coniunctionem praebent Iunt. Ald., quae facile, praesertim ac scripta, a sequente al- fuerit intercepta.

276. Clausula, cuius hic locus, quia his verbis dictis aliquantulum tacet mulier, responsum exspectans amatoris. Quo silente, non audivisse illum arbitrata, repetit de parato prandio. Vid. de eiusmodi clausulis ad Ba. 1114 Curc. 112.

277. V. minus concinne, nisi i litera in Prandium elidatur, quod nolim: Prandium, ut iussisti etc. Iusti, ut Dixti, Conscripsti, Occlusti. Vid. Pareani lexici Mantissa v. Syncope.

Vbi lubet, ire licet adcubitum. Acidalius Divinatt. in Plaut. p. 259: „Totidem," inquit, „eademque sunt apud Varronem Ταφῇ Μενίππου: Vbi lubet, ire licet accubitum etc. Vnde solennia suspicari liceat fuisse vocationi vel invitationi ad discumbendum."

280. V. et contra libros et versu pessumdato:

Venus voluit me magnificare: atque id haud immerito tuo.

Invidia abreptus Taubmannus: ,,Neque id haud.] Ita Mss. Camer. et Edd. vett. neque id haud immerito tuo Illud haud displicuit Aldo [displicuerat ante Angelio], et eiecit. Camerarius retinuit; sed neque mutavit in atque, quod sane perplacet. duplex illa negatio heic ingrata auribus; tanto quidem magis, quia ei aequiescit Pareana, nihil probare sueta nisi a Camoenis Gratiisque abhorrentia.“ Quis hic non exclamarit:

— — — Tantaene animis coelestibus irae?

De negatione geminata dictum ad Asin. 819 Epid. 650.

283. Quae non liquescit. Vid. ad Amph. 149.

284. Erasmus Adagg. 1, 3, 2: ,,Ψεκάδες ὄμβρον γεννῶσαι, id est Minutae guttulae imbrem parientes. Quoties res initio pusilla crescit in maius. quemadmodum apud Plautum in Menaechmis:

Nunc in te cadunt folia, post cadent arbores“ etc.

287. sine me dum. Tmesis. Vid. ad Aul. 285. Similiter mox, 295, Accipedum, ubi me invito excusum Accipe dum, ut in prioribus editionibus.

296. tam gratia est. Lambinus: iam g. e. Sed recte Gulielmius Quaestt. in hanc fabulam cap. 2: ,,Malim tam gratia est. Tam pro tamen usitatum fuisse, Festus docet. — — — illud quidem iam huc non convenit. Gratia est aut gratiam facio blandior formula est abnuendi se ad coenam venturum. Mostellaria extrema:

— — — Salvos cum advenis, Theuropides,
Peregre, gaudeo; hic apud nos hodie coenes, te rogo.
Te. Callidamate, dei te ament. de coena facio gratiam.

Cf. interpp. ad h. l. nos ad Curc. 605 et de Tam pro Tamen veteribus usitato ad Ba. 1135 sq.

298. V. tibi, quod ferri fortasse poterat non elisum. Vid. ad Amph. 341.

300 Inconcinne libri: Quis iste est Pen.? Saepius haec confunduntur.

302. quam. Vid. ad Amph. 149.

304. V.: ritu adstans, hiante versu. Camerarius de se hic additum inter ritu et adstans inculcavit, quem sequitur Pareus. Sed legendum ritud: vid. ad Amph. prol. 149.

308. Tó uxorem non liquescit. Vid. ad. Amph. 116.

314. I sequente litera vocali eliditur. Vid. ad Ba. 716.

318. Vulgo: Pinthia; sed recte Gronovius: ,,Non Pythia, ut Hermolaus et Lambinus, non Panthia, ut Camerarius, non Pinthia, ut Gruterus [secundum Mss. Camer.], non denique Plinthias, ut Petitus, sed Phintias est scribendum. Hoc enim nomen fuit unius ex multis tyrannis, qui post mortem Agathoclis per Siciliam exstiterunt, commemoratus Diodoro Siculo lib. 22, cuius et nummi reperiuntur inscripti ΦΙΝΤΙΟΥ ΒΑCΙΛΕΩC, quique ur-

bem Phintiam vel Phintiada condidit. Sed Agrigenti dominatum obtinuit et in ea successit Agathocli, non Syracusis. hoc excusandum est in persona mulierculae, ex male tradito, male accepto rumore, memoria mala, ut fit, rem narrantis et personas, tempora, loca, acta facile confundentis. Pronunciat autem Phintia, qui graece Φιντίας, ut alibi [Amph. 105 sqq.] Pterela. Nec dubito, quin alia in parte fuerit revera aliquis Liparo, etsi in historia eius nomen interciderit: neque enim Pyrrhi nomen sic deformasse ausim dicere. Excusandum quod in morte Liparonem istum tradidisse regnum ait Hieroni: nec enim ille regnum debuit cuiquam, sed suae virtuti atque amori civium." Minus autem excusanda haec propterea, quod Menaechmum Siculum ea comprobare fingit Plautus, ut ipse rem haud melius scivisse existimandus sit.

323. Pessime libri: Peristi. Hoc non videre, Periisti requirere versum notissimi moduli trochaïcum!

325. possum. Ita Mss, quod fortius vulgato possim.

327. Tò haec non habetur in antiquis libris, sed a me additum est maxime ob eam causam, ne verbum Uxori in prima et postrema syllaba vitiose acueretur, quod iam sequente vocali accentum retrahit et in prima ponit. Vid. ad Asin. 143.

334. Eadem pro eadem ratione Noster saepius, ut videre licet in Parei lexico Plaut. h. v.; Terentius quoque Eun. prol. 7 Heaut. 316. Vox metri causa non eliditur h. l.: vid. ad Amph. 341.

338 sq. V.:

Eho Messenio, accede huc. Mes. quid negotii est? Me. st! scire vis?
Mes. Quid ergo? Me. opu'st. Mes. quid opu'st? Me. scio, ut me dices. Mes. tanto nequior es.
Me. Habeo praedam etc.

Quibus nihil absurdius Plautoque indignius excogitari potest. Nam quid, quaeso, attinuit accedere iubere servum, si nihil ei dicere voluit Menaechmus? Et quorsum istud St, silentium imperantis, cum Erotium introierit nemoque alienus adsit, qui dicta horum aucupari possit? Iam inepti est, an scire tuam sententiam velit, eum rogare, qui ad eam audiendam a te revocatus sit. Nec melioris notae illa, quae sequuntur, Menaechmi Opust, ubi nihil adhuc dixit, quo opus sit, et Scio, ut me dices, hoc est, Acidalio interprete, „scio, quem me dicturus sis: nequam scilicet ac nihili hominem," quod mirum quantum abhorret a mente iuvenis, laudem potius ob captam praedam a servo suo expectantis. Nihilominus corruptelae hic nihil esse satis confidenter pronuntiat Gronovius. „Servum," inquit, „a quo paullum recesserat, quum diceret illa versu 326 hunc metuebam, vocat Menaechmus. Respondet ille quid negotii est? —— quasi dicat: quid me vis? Merc. 1, 2, 24 (132). Rursum dominus: St! scire vis, quid sit negotii?

opima

opima praeda mihi obiicitur. Quod non assequens servus, Quid ergo est, inquit, quod significas? Rursum dominus: Opus est me has aedes ingredi cum audacia et astutia, ut quod molior, emoliar. Servus ne sic quidem cogitationes domini cum perciperet, Quid opus est? ait. Quem cum aliquamdiu sic lusisset ac suspensum tenuisset, Scio, interponit, ut me dices, nempe periisse funditus, si pedem posuero intra hoc limen. Subiicit servus: Tanto nequior es. Eo, inquit, peior es, quod scis, quae dicta merearis, quaeque ego obiurgandi tui causa dicturus sim: et tamen in istud barathrum te coniicis. Tandem fatetur palam, quod prius non fuerat elocutus: Habeo praedam." Nunquam magis se traduxit Gronovius, quam cum haec scriberet Plautique lectoribus persuadere vellet, ista intelligenda esse in verbis St! scire vis, Opus est, Scio ut me dices. In immensam molem augeri necesse est libros de Ellipsibus, si talia subaudienda relinquantur, ad quae divinanda Oedipo sit opus coniectore. Nam quod quispiam dicat, gestu haec expressa a Menaechmo, risum is quoque debeat, significari posse arbitratus praedam tibi obiectam, atque opimam quidem, et introeundum esse in aedes meretricis cum audacia et astutia, ut opus inceptum emoliatur, denique te periisse funditus, si pedem intra limen istud posueris; quae omnia verbis paucissimis manifesto indicari possunt, gestibus aut omnino non possunt, aut tam multis variisque atque artificiosis, ut stulti sit, praesertim in re trepida, qualis haec est, prae his ambagibus spernere compendiariam verborum viam. Apage igitur ista viri optimi commenta vanissima potiusque manu scriptorum ac veterum editionum lectiones mecum excute. Et primum quidem consideranda veniunt illa St! scire vis? Eorum loco libri antiqui: sussciri, et V. C. a manu secunda: scisscitari, ab aliena vero, si Pareo fides, susurra, quae prava interpretamenta sunt obscurae codicum scripturae. Eam igitur dum mecum reputo atque in omnes partes verso, subito percussit animum, erratum hic esse simili modo, quo Capt. 773, ut secundum morem populorum Europae meridianorum, qui s et sc ante vocales e et i similiter efferunt, sci- pro si scriptum fuerit, -ri vero facili mutatione pro -li exaratum, itaque pro sussciri reponendum sit sussili vel, vetere scribendi more in verbis cum praepositione compositis, subsili, sicut excudi iussi. Id quam huic loco congruat, non difficile est intellectu. Varro apud Nonium cap. 2. n. 515:

Non subsilis ac plaudis?

Ita Messenionem subsilire ac sibi plaudere iubet adolescens, tanquam ei, qui non solum nihil perdiderit apud meretricem, sed etiam pallam ab ea iam acceperit, quam praedam certam putat. Et Messenio, non tam facile adducendus ut haec serio agi neque aliquam subesse fraudem existimet: Quid eo opus est? quid opus est, ut subsiliam gaudeamque? nam quid eo opus est? dilucide vv. edd., in his Iun.

tina, sicut non semel eo ego ergo ero eho, inter se commutata scimus. Menaechmus autem pro imperio: Opus est. Cui rursum servus stomachabundus: Scio (id quidem opus esse), ut mendices; quomodo recte edidit Camerarius, cum manu scripti praeferrent medicas, et a manu secunda me dices, vel, secundum Pareum, men dices. Cui quanto melius erat obtemperare Acidalium, quam me dices suum ambitiose nobis obtrudere, quasi simile illi Terentiano Phormione (332) Videas te atque illum, ut narras, et isti Pers. (2:2):

> Pae. Satis iam dictum habeo. So. Sed quid tu? confitere, ut te autumo?
> Pae. Fatear, si ita sim.

Haec prorsus aliena ab hoc loco; sed plane gemina sunt, quae supra leguntur, 120 sq.;

> Er. Hoc animo decet animatos esse amatores probos.
> Pe. Qui quidem ad mendicitatem properent se detrudere.

Denique Menaechmus, non Messenio, cuius personam vulgatae editiones huc immittunt: Tanto nequior, qua formula improbat amarius servi dictum, malumque omen, quod ei inest, abominatur iuvenis. Afer Adelph. 4, 1, 12:

> Quid dicam? Sy. Nilne in mentem est. Ct. Nusquam quidquam. Sy. Tanto nequior;

ad quem locum Donatus: „Sic hoc dictum est, ut e contrario dicimus Tanto melior.“ Itaque hunc locum, specie sanitatis exulceratum, partim Camerarii legentes vestigia, partim nostro Marte rem agentes, restituimus.

340. Cum scripti et editi vetusti praeferant nequiorem habeo praedam etc., illud -em in nequiorem compendium τοῦ enim ratus, reposuerim:

> Enim habeo praedam: tantum incepi operis! etc.

Enim principio sententiarum elegans est et Plauto valde usitatum. Vid. Parei lexicon h. v. Haec ratio si cui displicebit, is metri causa non elidet tantum, memor illorum, quae nos ad Amph. 341.

342. ante solem occasum. Bene sic Lambinus et Douza, quomodo infra, 917, legitur et Epid. 137, ubi vidd. interpretes. Libri inconcinne: a. solis occasum.

343 V.: — here? Me. tace inquam, versu imperfecto. Tace repetitum παθητικῶς. Vid. ad Aul. 587 Curc. 274.

346. V.: Mes. peri! Me. iamne abis? Mes. periit probe. Sed Iamne is? vel Iamne abis? eius est, qui alterum abeuntem retinere cupit, sicut hoc loco Menaechmum Messenio, cum contra ille hunc abire iusserit et remiges quantum possit in tabernam abducere. Lycus iste Poen. 547, aegre ferens, Agorastoclis advocatos hortari nolle Pseudospartiatem, ut ad se in hospitium devertatur, ubi homines abire videt: Iamne itis? inquit. Charmides Rud. 488 Sceparnioni hospitio negato se relinquenti: Iamne abis? Et ibi-

dem 1288 Daemones Labraci, abire properanti se nolente: Iam abis? Cf. Stich. 603 Pers. 50. Sic igitur etiam h. l. servus hero, quem introire non vult in ganeum, ubi a proposito eum abducere se non posse videt: Iamne, inquit, abis? Peri vulgatum et sententiae et metro refragatur, mirorque sane superstitionem editorum, talia veterum librorum auctoritate tuentium.

347. V. hiante versu: lembum: nam di- in dierectum breve est. Vidd. interpp. ad Trin. 2, 4, 56, Muret. Varr. Lectt. 19, 9, Parei lexic. Plaut. v. Dierectus. Lembulus etiam alibi legitur, cui bene opposita maior navis praedatoria.

348. V. verso nullo:

Sed ego inscitus, qui hero me postulem moderarier,

neque audiendus Lambinus, qui sic interpolat: S. e. i., qui me hero meo p. m. Mss.: S. e. i. quod rome p. m., h. e. procul dubio, ut reposui, S. e. i. qui dno (domino) me p. m. De me pronomine, quod abundare videatur, consule, sis, nos ad Amph. 356.

351. ego. Assumendum hoc versui sarciendo putavi ex Iunt. Ald.: nam vulgo abest.

353 sq. Verba Quam et dum, sub ictu posita, non eliduntur. Vid. ad Amph. 149. Hodie postrema syllaba porrecta, sicut passim.

356. Qui. H. e. Quo, Vnde, Quare. Vid. Parei lexicon h. v. Male edd. vv. Quem, vel Vt, sicut Iunt. et Ald.

357. V. numeris innumeris, nisi τὸ Concionem non elidatur, quod nolim:

Concionem, hac reque homines occupatos occupat.

V. C: hac re qui, vv. edd., in his Sarracen. Mediol., quas laudare soleo: C. habere qui h. o. o., Iunt. Ald.: C. habere, quae h. o. o. Qui pro qua: vid. ad Curc. 696.

358. rem non liquescit: vid. ad Amph. 341.

363. Si. Vid. ad Amph. 149.

364. V.:

Quoi tam credo datum voluisse, quam me video vivere.

Taubmannus: „Douza legit n o l u i s s e. Sic supra (355): n e q u e m e v o l u i t d u c e r e. Sane noluisse est et in vett. edd., sed tamen alterum propugnatur a Mss. nostris et a ratione ipsa. Parasitus quidem primo impetu suspicabatur ultro subduxisse se Menaechmum: verum ut ad sese redit et perpendit characterismum, contrarium dicit. itaque a Mss. suis heic recedere non debebat ille acerrimus eorum vindex Pareus, utique editione ultima." Sed si bene sibi voluisse Menaechmum censet parasitus, cur etiam infra 372 se exclusum queritur? cur turbare gestit 338? et quorsum convicia, quorsum denuo facta criminatio de eo, quod se sibi iuvenis subduxerit de foro 389 sqq.? Haec ἀσύστατα, neque igitur vera Taubmanni ratio, non magis quam Parei, noluisse istud veterum editionum recolentis. Forte gemi-

nata d litera, quam persimilem esse τῷ a in Mss. monui ad Cist. arg. 7, primum, ni fallor, pro deum exaratum ddeum, mox, vicinis e et t literis, datum, ut nunc legitur. Deum aptissimum, siquidem sic passim inducuntur dei, tanquam rerum humanarum arbitri et curatores. Capt. 343:

Est profecto deus, qui, quae nos gerimus, auditque et videt.

Terentius Eun. 5, 2, 36:

— — — Quid, si quispiam voluit deus?

ad quem locum vidd. intpp. Voluisse igitur deum sibi prandium dicit Peniculus, Menaechmum noluisse.

366. Absurde edd.:

Sed quid ego video Menaechmum?

h. e. Sed cur, Sed quomodo, video Menaechmum? quasi vel videre illum nolit parasitus, vel mirum sit conspici hominem ab homine. Scribendum: Sed quid ego? video M.? Vid. ad Aul. 137.

374 sq. V. inconcinne:

— — — Observabo, quid agat;
Hominem post adibo atque alloquar.

Interpolavit Camerarius: O. q. a., Hominem. post deinde adibo ego hunc atque alloquar; non male quidem, modo adstipularentur libri veteres; nam quod editiones principes idem praeferri dicit Pareus, fucum nobis facit, plane conspirantibus iis cum manu scriptis, quorum scripturam vulgatae exhibent. Confugiendum igitur ad edd. medias, inprimis Iuntinam et Aldinam, quae sic:

— — — quid agat
Hinc primum. post hunc hominem adibo atque alloquar.

Sed non placet reiectum ad finem sententiae verbum hominem, quod ad totam pertinet. Deinde dicitur quidem Hic homo is, de quo antea sermo fuerit, vel quocum colloquamur, velut Amph. 108 (quanquam ibi V. C. huc, Pal. 2 a m. 1: hoc) Capt. 725, 734 et illis locis, quae indicavi ad Cas. 592; sed longe frequentius Homo sine pronomine sic usurpatur, ut non levis suspicio commoveatur, hunc ex hinc natum esse h. l. reponendumque, sicut edidi, τῷ primum non liquescente:

Hinc primum hominem; post adibo atque adloquar,

vel hemonem, ut Asin. 274, ubi vide, quae annotamus. Acidalio quoque prae Iuntinae atque Aldinae lectione placebat haec:

— — — Observabo, quid agat,
Hinc primum: post deinde hominem ad. a. a.

Si quis tamen est, qui τὸ hunc eripi sibi nolit, ei auctor sum ut reponat, voce commodiore loco posita: Hinc primum hunc hominem, post etc.

381. Absurde libri:

Satur nunc loquitur de me et de parti méa?

nam si de se et parte sua prandii intercepta loqui scit ho-

mo alterum, quomodo tandem se exaudire posse negat, quae is secum clanculum? Apage igitur importunum istud Satur et mecum rescribito certa emendatione: Satin' nunc loquitur etc.? h. e. Nonne nunc loquitur, Non certum est loqui eum de me etc.? Vid. ad Amph. 474.

384. cŭm. Vid. ad Amph. 149.

386. Tò opust neque in Mss. neque in vett. editionibus comparet, sed in mediae aetatis, velut Iuntina, unde recte arcessitum est.

391. Flagitiŭm. Vid. ad Amph. 341.

394. V.: me absenti, sed Mss. et vett. edd.: meo absenti, quod in ordinem recepit Parei fatuitas. Haud melius edd. mediae transpositis verbis: absenti me. Recte Taubmannus illud meo absenti natum arbitratur a veteri ratione scribendi med absenti; nisi quod participia in ns, absolute posita, per e potius efferuntur, ut monet G. I. Vossius Lat. gramm. pag. 47.

395. V. tu desideratur, quod probabiliter addidisse me arbitror. Vulgatam lectionem, quae Vaticani codicis est, ita defendit Lipsius Antiqq. Lectt. 2, 13: „Funeri iusta ut fiant, heredis curatio est. Huc respiciens parasitus, cui de consumto prandio aegrius erat, quam olim Achilli de Patroclo interfecto: hem, inquit, vappa hominis, cur ausus tu sepelire hoc prandium et illi iusta facere, cum ego legitimus heres nullus adfuerim? De prandio autem sive coena ut de hereditate quapiam, siqui exempla requirit, loquitur idem Plautus Curculione Sticho et Trinummo.“ Vide de hoc genere loquendi ad Curc. 126. Ceterum etiam parasitica impudentia impudentius mihi videtur, prandii heredem, h. e. dominum, ut supra 379, se dicere eum, qui ad id non nisi alterius benevolentia fuerit admittendus. Quamobrem vel tu pronomen a me additum tuebor, vel certe legam, adiecta d litera, de qua dictum ad Amph. prol. 149:

Cur ausus facere, quoid ego aeque heres eram,

quo ducit etiam manu scriptorum lectio Camerarianorum haec: quo (Decurt. cui) ego ea quae heris eram.

399. V.:

An tibi malam rem vis pro maledictis dari
Postea? Pe. eam etc.

in quibus Postea comice quibusdam additum videtur ex abundanti. Fateor de abundanti; ceterum nescio, cur comica dicenda sit vox inutilis, nec qua ratione inductus pro praesentibus maledictis futuram aliquando rem malam minitetur quis, praesertim homo iracundus et animi perditi, qualem se supra fassus est Menaechmus 186. Accedit manu scriptorum auctoritas, non Postea, sed Post exhibentium, ut non levis suspicio iniiciatur, continue scriptum Poscecam, τοῦ c in vicinum t mutato et altero e, ut fit, omisso, primum degenerasse in Post eam, mox literis eaperperam geminatis in Postea. eam, sicut hodie legitur.

Facete autem poscere malam rem iubetur Peniculus, si eam sibi dari velit pro conviciis. Neque inficete parasitus id se facturum negat, cum iam sic data sit sibi mala res a rege suo.

410. V. inconcinne: hodie. Ita etiam Stich. 433 erratum est. Pseud. 582:

Hoc ego oppidum admoenire, ut hoc die capiatur volo.

Et sic saepius.

416. V. palla; sed V. C. palam, h. e. pallam, bene, ut quam ipse sibi induerat Menaechmus surreptus. Et similiter iuvenis;

Tun' med indutum fuisse pallam praedicas?

420. iam Vid. ad Amph. 149.

428. novom elisa u litera pronuntiandum. Vid. ad Amph. prol. 90.

431. quod quomodo pronuntiandum sit, vid. ad Amph. prol. 74.

434. V. abest An, a praecedente simili personae nota interceptum.

436. V. asperiore numero: — quod illi dedi.

437. vix explicando metro:

An. Istuc. Me. ubi illae armillae sunt, quos una dedi?

Veteres edd., in his Iuntina, hercle pro illae; sed utrumque delendum est.

448. V. invito versu: Numquid me vis? Recte pronomen induxit Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 261.

451. Soloece libri atque inconcinne:

Di me equidem omnes adiuvant, augent, amant.

Quae exempla τȣ̃ Equidem pro Quidem usurpati ex Cicerone profert Horatius Tursellinus De Particull. lat. orat., corrupta sunt ad unum omnia. Nam primis duobus locis legendum Huic quidem, Sic quidem pro Huic equidem, Sic equidem, τῷ e - haud dubie nato ex antecedente c litera; tertio vero loco, pro Planc. 12, reponendum Emissus aliquis e carcere. Et quidem emissus, ut cognostis, necessarii hominis rogatu.

453 abiciam. Ita Mss., prisce. V.: abiiciam. Male autem edd., molosso (Vt si qui) inducto pro iambo:

— - — — — — — manum;

Vt si qui sequantur etc.

458. V. interpretatione inconcinna:

Vt haec, quae bona dant dii mihi ex me sciat.

Operosius Bentleius ad Terentii Heaut. 2, 5, 104: — ex me iam sciat.

459. V. pravis numeris:

Egone hic me patiar in matrimonio,
Vbi etc.

Mss. E. hic me daciar i. m., vv. edd.: E hic mendiciar in m. Haec quam vicina sint lectioni a me positae Egone

emendicarim matrimonium, in oculos incurrit. De h perperam addi solito in scriptis monui ad Asin. 24. Gravissime autem quae mulier etiam maximas a viro acceptas iniurias mussare quam vindicare malit, ut saltem eius consuetudine uti sibi liceat, emendicare dicitur matrimonium; quam vocem usurpavit grammaticorum unus curiosissimus, Suetonius.

460. Male editores, obtruso nobis versu ἀκεφάλῳ:

— — — — — — domi est,

Atque ad amicam etc.

Vid. ad Aul. 131.

465. De Sed elidendo metri gratia vid. ad Amph. prol. 74, de pronuntiatione τȣ̈ quam ad Amph. 149.

467. eccūm. Vid. ad. Amph. 341.

471. Vid. de hoc genere metri ad Amph. 474 sqq. Notabilis autem singulus versus bacchiacus senarius, creticorum praecursor.

475. V. ex interpretatione, quam metrum respuit: — quam clientium fides q. c.

476. Clausula. Vid. ad Amph. 81.

477. paupēr. Adi, sis, nos ad Amph. prol. 38.

480. Item notatu dignus bacchiacus trim. catal., clausulae loco illatus post creticum, sicut dimeter post iambum trim. hyp. 484.

481. litum. Sic legendum per syncopen metri gratia. Vid. G. I. Vossii gramm. lat. p. 59.

482. Monitum de clausulis bacchiacorum ad Epid. 517.

485. Quippe quomodo interdum pronuntiandum videatur, dixi ad Asin. 770.

486. Frustra et invitis Mss. veteribusque edd. vulgo legitur: male quae.

487. Vid. ad Ba. 1124 Epid. 62.

489. V. versu pessumdato: ita me detinuit. Non comparebat pronomen in veteri codice.

490. proeliis δισυλλάβως legendum, sicut gratis per contractionem dicitur pro gratiis. Vid. ad Amph. prol. 74.

491. Male Gronovius Ernestiusque: dixit, nisi operarum sit vitium. Certe eiusdem, patroni, esse apparet causam dicere et conditiones ferre controversiamque ducere, quod non nisi oratione fieri potuit. Supra 485 sq.:

Iuris ubi dicitur dies, simul patronis dicitur:

Quippe qui pro illis loquantur, quae male fecerint.

492. Locutionem Aut plus aut minus illustrat Gronovius ad h. l., quocum conferendi inprimis, qui de particulis scripserunt. Nove Multo additum.

495. V.: dixeram controversiam, uti sponsio fieret. Sed primum non dicitur controversia; deinde si sponsionem fieri ipse Menaechmus cupiebat, cur aegre fert, praedem datum esse a cliente suo, quem dari consentaneum erat, ubi

res ad sponsionem devenisset? Latinitate igitur atque ipsa sententia admonentibus reposui:

Aut plus aut minus, quam opus erat, multo controversiam
Duxeram, ut ne sponsio fieret.

Duxit controversiam Menaechmus, h. e. ex longa longiorem fecit de industria, ut iudex fatigatus rem dubiam arbitraretur et reum, cui patronus Menaechmus, sine sponsione dimitteret, quo nihil melius honestiusque evenire poterat homini. Sed is imprudens ipse praedem dedit. Simillima vero duxeram et dixeram, facileque fieri potuit, ut ne particula a praecedente ut interciperetur. Prius Quid elisa vocali litera pronuntiandum. Vid. ad Amph. prol. 74.

494. Τὸ hominem non liquescit. Vid. ad Amph. 116, 541, et de singulis trochaïcis acat. ibidem ad 596.

497. Vox unquam itidem non elidenda. Vid. praeced. annot.

498. V. hiante versu: corrupi. Similiter modo: ita mi hunc hodie conrupit diem.

499. 502. Clausulae. Vid. ad Epid. 197 sq.

503 sq. Vid. de his metris ad Amph. 422.

505. V. ἀμέτρως: sit, et contra Mss.: male potius erit.

506. Sic dabo, ut Terent. Phorm. 5, 8, 58, Sic dedero, ut Poen. 1142, Sic datur, ut h. l. et 535, formulae sunt castigandi, de quibus vid. Parei lexic. Plaut. v. Sic datur.

507. Vid. ad Amph. 596.

518. Soloece libri: comesses. Reponendum vidi comessis, hoc est priscorum lingua comederis. Vid. Pareani lexici Mantissa v. Syncope.

525. V invitis libris vett.: — censeo. i, pallam refer.

528. V.:

— — — — — — — servi tibi
Résponsánt? eloquere. inpune etc.

Sed edd. vett., in his Iuntina: — tibi? Responsa, aut loquere, imp. etc., quod non spernendum mihi videbatur, sed emendatum. Vid. ad Asin. 492. Nunc vulgatam lectionem non mutaverim, sed Responsare interpreter cum Gronovio Ferociter et irreverenter respondere, quomodo Horatius Sermm. 2, 7, 85 Responsare cupidinibus similiaque alii dixerunt. Ceterum Mss. serviet, unde servae fecit Pareus; Taubmannus pro servei scriptum arbitratur, cui assentior. T litera ex sequente verbo huc traducta.

550. Certe. Sic, nihil monito lectore, Pareus, tanquam ex Mss., edidit; item Angelius et Aldus. Praestat haec lectio, seu sententiae seu metri rationem habeas, vulgatae Ceterum.

533. Bellus, similiter ac Bonus, cui cognatum est, εἰρωνικῶς dicitur, sicut item Ba. 510; neque aliter accipienda vir bellissumus, pater bellissumus, Merc. 680, 314, et

Bellula Poen. 216. Huc pertinet etiam formula contemtus Bellum hominem, quem noveris, h. e. quem operae pretium est novisse! Hanno Poen. 1190 de perfido lenone: Bellum hominem, quem noveris! Nam molestos atque odiosos nec nosse volebant neque ab iis nosci. Menaechmus Sosicles supra 210 sq.:

Seu tu Culindrus seu Coriandrus: perieris!
Ego te non novi neque novisse adeo volo.

Periplectomenes Sceledro, quocum nihil amplius negotii sibi vult esse, ut quidem prae se fert, Mil. 571: Ne me noveris.

543. Novi ego te. Formula contemnentis et irati, sicut illud Non te ego novi? Amph. 362.

545. rogā. Vid. ad Asin. 731, et de correpto hoc pronomine ad Amph. 136.

546 sq. V.:

— — — — — — — nescias.
Palla mihi est domo surrepta. Me. palla surrepta est tibi?
Mv. Me rogas? Me. pol etc.

Medium versum temere huc protractum ex sequentibus animadvertit Acidalius et recte interpunxit locum. Fons erroris similiter ac 551 terminatus versus praecedens, unde factum, ut, ad istum forte oculis aberrans librarius, huic adderet, quae post illum perscribenda erant. Vid. etiam ad 552.

548. V.: novi. Bene itidem Acidalius Divinatt. in Plaut. p. 263: ,,Lego novit, ut de muliere capiatur. Nam hanc novisse iam ait omnia se edictante, nec posse, quamvis dissimulet, celari. Novit, inquam, lego; nisi in malles uxoris personam inserere ex vetustis [velut Iunt.]:

Vt dissimulat! Vx. non potes celare; rem novi probe.
Pe. Omnia hercle ego edictavi.

Ego me, quam libros, hic sequi malo, et sentire me rectius scio, qui continuam orationem agnosco.“

552. mihi est. Ita Mss. V.: est mihi. ,,Vides,“ inquit Acidalius, ,,nunc demum effari uxorem, postquam ipse fateri nihil ultro voluit; atque id ipsi attestatur: ut mireris, quo iudicio quis idem supra [inter 546 et 547] dicentem fecerit, et quo animo tulerint hactenus alii, nec adverterint ineptissimam repetitionem.“

Ceterum vulgo legitur:

Palla est mihi domo surrepta. Me. palla surrepta est tibi?

Sed Gronovius, quem sequor, non male: ,,Acidalius: tibi [h. e. in usum tuum] surrepta est, non huic. Gruterus explicat huic, in usum huius Menaechmi [vid. ad Cas. 592], ut esset, quod daret Erotio: Nam tibi, id est in usum tuum, si surrepta esset, salva apud te esset; et Lambinum sine causa aestuare. Certe aestuat Lambinus, et tamen verissimum est, quod refert ut nescio cuius, etsi non

probet ipse, praecedenti verbo legendum: palla surrepta est mihi? Ludit enim Menaechmus repetendo uxoris verba: Palla mihi domo est surrepta. Ille quasi ignorans subiicit: palla surrepta est mihi? nam quod perdit uxor, videtur et perdere maritus. Ne dicam, ablata interrogationis nota eum dicere verum et facinus recte confiteri: ipse enim surripuerat. Ergo parasitus: viden', ut scelestus captat? verba scilicet, repetendo praecise sermonem uxoris. Huic, uxori, surrepta est, non tibi. Nam profecto tibi surrepta si esset (cum eam deferres ad scortum) et huic reddita, salva nunc foret." Sic ille, cuius rationem id maxime confirmat, quod verbis Menaechmi, ut vulgo exhibentur, Palla subrepta est tibi? nihil captionis inest, sed simpliciter is, tanquam mirabundus, quaerit, an palla subrepta sit uxori. Quorsum igitur ista Peniculi: Viden', uti scelestus captat? Recte itaque Anonymus ille apud Lambinum, itemque recte explicator Gronovius. Nam quod cuipiam in mentem veniat, vulgatam lectionem Huic subrepta est, non tibi, ita defendendam esse, ut in Huic intelligatur Erotium, in Tibi Menaechmi uxor, pallaque in usum Erotii surrepta dicatur a Menaechmo, etsi non inficetum est neque nescio, Hic et Haec saepe usurpari in vicinis, qua de re monui ad Cist. 170: tamen displicet propterea, quod vix et ne vix quidem, soloque gestu difficillimo, significare Menaechmus poterat, hoc sensu illud Tibi ab ipso dici. At manifesta et a quovis haud difficulter percipienda in hoc genere amat laetum Plauti ingenium, qualia sunt haec, quae pro sua coniectura esse perperam existimat Acidalius, Aul. 585 sq.:

St. Quid tibi subripui? Ev. Redde huc, sis. St. Quid tibi vis reddam? Ev. Rogitas?
St. Nil equidem tibi abstuli. Ev. At illud, tibi quod abstuleras, cedo.

Capt. 799:

He. Esurire mihi videre. Er. Mihi quidem esurio, non tibi.

Pseud. 935:

Iupiter te mihi servet. Si. Imo mihi.

Bene igitur se habere puto istam Anonymi correctionem.

557. quidäm. Vid. ad Amph. 116.

558. V. numero asperrimo: Quis is M. est? Vid. supra ad 500.

561. Absurde libri et versu refragante:

Quae Tu Tu usque dicat tibi? nam nos iam nos defessi sumus.

564. Τὸ sic cum gestu pronuntiatur, δεικτικῶς sive, ut cum grammaticis loquar, vultuose. Aul. 474 sq.:

Conpellem ego illum, ni metuam, ne desinat
Memorare mores mulierum: nunc sic sinam.

Terentius Heaut. 5, 1, 49 sq.:

Quid vini absumsit, „Sic hoc," dicens; „asperum,
Pater, hoc est: aliud lenius, sodes, vide."

564. Meursius Exercitatt. critt. in hanc fabulam e codice suo Ms. reponit, tanquam Plauto dignius, utendum, usurpato ἀπαρεμφάτῳ, de quo dictum ad Cas. prol. 21. Vtendum etiam, monente Taubmanno, editio vetus Parisina illa, quam saepe laudat.

569. Specta os dotatae, de quo monui ad Asin. 842.

570. V.:

Me. Ego domum? Pe. quid mihi etc.

Acidalius: „Hoc (ego domum?) per ἀποσιώπησιν explendum, Ego domum nunquam introibo? ut Lambino videtur. Mihi illa friget, et sane lubens immutata paullum ea verba annectam sequentibus parasiti:

Pe. Ehodum, quid mihi futurum est, qui tibi hanc operam dedi?

Nam post uxoris verba discedit Menaechmus, restitansque parasitus abeuntem etiam illam quasi revocat et mercedem operae poscit. Etsi forsan et quae sunt uxoris nunc verba, possunt esse parasiti, qui priora ad Menaechmum abeuntem, quasi consulens et adsuadens, id quod videntur innuere voces ut opinor; reliqua sic, ut correximus, ad uxorem nec ipsam ulterius morantem." — Sane verba Ego domum corrupta sunt; nec tamen vel Eho domum cum Grutero, vel Ehodum cum Acidalio, sed legendum est me iudice Eo domum, hisque claudenda mulieris oratio. Eo, Ego, Ergo, Eho, saepius confusa in Mss. Cf. supra 539 infra 626.

575. V. perverso numero:

Male mihi uxor sese fecisse censet etc.,

nec satis est reposuisse mi, nisi cui placeant acutae posteriores verborum uxor et sese syllabae. Passim inter se commutata se et sese.

582. V. inconcinne: quam. Vid. ad Amph. prol. 69.

590. V.:

Mihi ut tu dederis pallam, et spinther? nunquam factum reperies.

Nam ego etc.

Sed pro illo editionum reperies V. C. releceris, quod idem Decurtati lectione relegeris, h. e., interprete Taubmanno, „sedere ad rationes paginarum, ad rei examen." Cicero notissimo loco, De Nat. D. 2, 28: „Qui autem omnia, quae ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, et tanquam relegerent, sunt dicti religiosi ex relegendo, ut diligentes ex diligendo" etc. Nescio quis poeta vetus ex iambographis apud Gellium N. A. 4, 9:

Relegentem oportet esse, religiosum nefas,

h. e., ni fallor, lusu verborum minime absurdo: Decet nos ratione administrare res nostras, ita ut ex ante factis, quale id sit, quod nunc geramus, quidve futurum sit, colligimus, in quo discrimen homines inter et animalia bruta cernitur; ceterum religiosos, h. e. superstitione imbutos, esse, nihil opus. Ipsum autem illud relegeris, sive antiquo modo scribendi releceris, sententiae convenit, metro

non convenit; id quod sentiens Gruterus reposuit, adstipulante Taubmanno: relege res. Sed praeferendum duxi Relege rem, quia de una tantum re gesta sermo est. Circa extremitates verborum saepe erratum esse a librariis, monui ad Amph. prol. 87. Inprimis vero m et ſ literarum formae finalium tam similes sunt in scriptis, ut facillime misceantur. Vel legendum Relege, sis, intellecto verbo rem, cum R et S literas item saepissime confusas constet, ut monent Pareus ad Rud. 1, 4, 14, Gronovius Observatt. 1, 15, quibuscum conferas licet, quae nos cum alibi, tum ad Terentii Heaut. 459 Hec. 274.

595. V.: Quia commisi etc. Taubmannus: „Scil. pallam, de qua omnis sermo. Ita enim simpliciter cum Pistore expono." Sed hoc propemodum soloecum est, et id Plautus si voluisset, diceret potius Quoniam commisi. Rescripsi igitur Quae commisi, pallam et spinther.

596. V. nulla forma metri:

Tute ultro ad me detulisti, dedisti eam dono mihi.

Vid. ad Amph. 596.

599. V.:

Tu huc post hunc diem pedem intro non feres, ne frustra sis,

correpta posteriore syllaba verbi Frustra, quod nusquam fit apud vetustos; nam recentiores et in hoc et in contra similibusque a literam pro brevi habent. Similiter Pers. 140 ruentibus numeris succurrit Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 412 reponendo:

Nunquam hercle hodie hic prius edes, ne frustra sies.

Diem priorem literam elidit, de qua re vid. ad Amph. prol 74.

602. V. quam tu habeas f.; sed Decurtatus, probante Bentleio ad Terentii Eun. 2, 3, 93: quam habeas, τῷ quam non eliso (vid. ad Amph. 149), id quod nescio qui mirati tu pronomen inculcasse videntur versui sarciendo.

603. V. sic distinguitur: Nimis iracunde hercle, tandem heus tu etc. Dudum correxit Acidalius, probantibus Taubmanno et Pareo.

604. V. minus probo numero:

Redi. Er. Eti | amne ad | stás? eti | am audes etc.

Acidalius utroque loco: etiamne. Qui etiam tollendam putat personam Erotii, tanquam eius, quae nihil amplius nunc loquatur in scena, sed irata in aedes se proripiat, desertumque miserum Menaechmum nec verbulo dignetur. Sed hoc nimium, nec tam male latine scivisse crediderim correctores, ut ignorarent, Audere saepe significare Velle seu Dignari, quod nobis persuadere vult vir doctus. Opinor autem, id eum haud concoxisse, quod reverti diceretur iuvenis, qui adhuc in scena adstitit, cum contra meretricem is recte rogare videretur ut rediret, cum intro abiis-

set domum suam. Quae si ei causa mutandi fuit, infirma sane fuit, siquidem facile fieri potuit, ut mulier dubitaret, rediissetne amator, postquam abiisset, an ante domum suam etiam constitisset. Id quod indicare videtur duplex eius quaestio: Etiam adstas? Etiamne audes mea revorti gratia?

616. Flagitiūm. Vid. ad Amph. 341. Raro in hac formula vox eliditur.

620. V.: Rogas me? o hominis etc. Sed Mss. τὸ o non agnoscunt.

624. Minus bene libri: Omnia mala ingerebat. Fontem erroris aperuisse mihi videor in annotatis ad Aul. 256. Omnis pro Quisque tralaticium.

625 Canes. Ita veteri more scripti a manu prima. Vulgo ex interpretatione: Canis.

626. V.:

Non istaec ego flagitia possum perpeti.

Sed Mss.: Non ego ista hec f. p. p., quod primitus, opinor, fuit: Non ergo istaec etc. Certe ergo aptissimum sententiae, et confundi solere Ego, Ergo, similia, supra monui ad 339, 570.

627. viduam. Vid. ad Amph. 341.

629 Minus recte libri: Q i. a. m., tu te n. p. p. etc.

633. Intelligendum potius. Vid. Par. lexic. Mantiss. v. Ellipses.

636. Libri:

At mihi negabas dudum surripuisse te.

Sed dicendum, quid sibi Menaechmum surripuisse mulier praedicet. Adolescens statim:

Tun' tibi subreptam hanc audes dicere, quam mihi
Dedit alia mulier etc.?

Et itidem 715 sq.:

— — — — — quae me arguit
Hanc domo ab se subripuisse atque abstulisse deierat.

Sic etiam h. l. reponendum: Hanc mihi negabas etc. Facile hāc (i. e. hanc) transiit in hac, post omissa h litera in ac vel at. Vid. ad Asin. 24.

641. Istuc pro Ob istuc, ut Graeci Τȣ̃το pro Κατὰ τȣ̃το. Vid. Viger. de Idiott. graec. dict. pag. 630 ed. Herm.

644. Frustra interpolant Angelius atque Aldus:

Vt veniat huc ad me: ita rem illi esse dicito.

Neque opus rescribi secundum Camerarium, cui obtemperat Pareus: ita rem mihi esse dicito. Sed τȣ̃ ita posterior syllaba porrecta, rem autem non est elidendum. Vid. ad Amph. 475, 341.

650. tū. Vid. ad Amph. 149.

658 sī. Vid. Amph. modo laud. l.

661 sq. V. defectis numeris:

Grad. p., progredi properabo.
Sed id quam facile sit mihi, haud sum falsus.

Progrediri, sicut Cas. 693. Ionicus a minore properabo non dedecet poëtae latini versum bacchiacum. Vidd. Amph. 20 sq. 409 Capt. 863 Cas 60, ubi etiam soluta longa syllaba in duas breves, sicut bis hoc loco (mihi faci|le siet haud). Cf., quae nos ad Amph. 422.

665 ergo. Sic Mss. et edd. vv., h. e. revera. Aetas mala h. l. et Aul 4 dicitur senectus, sicut contra Aetas haud mala iuventus Rud. 250. Tergo Lipsius Antiqq. Lectt. 2, 13 Turnebus Advv. 17, 21. Ludit autem poëta verbis aetas mala et merx mala.

666. fert. Ita V. C. initio, Parco teste, quod versui aptius quam vulgatum affert.

667. V. metro nullo:

Quas si autumem omneis, nimis longus sermo sit.

Compendium iã (iam) facile interceptum fuerit. Est et Sit saepius miscentur.

668. curae. Sic V. C., quod praefero vulgato dura.

670. Soloece libri: quod filia sic Repente expetit me, ut ad sese irem.

De galliambis apud Comicum vid. supra pag 53. Etiam Rud. 108 talis reperitur inter bacchiacum et iambum.

671. V. minus bene, depravato autem metro:

Nec quid id sit, mihi certius facit,
Quid velit, quid me arcessat.

674. Cf. Asin. 842 nosque ad eum locum.

679. Inepte libri:

Nisi aut quid commissi, aut iurgii est caussa.

Non hoc dicit generatim senex, quod per se intelligitur, aliquid commissum esse, si pater arcessatur a filia nupta; sed commissum esse ab ipsa filia: id quod tota sermonis huius indoles ostendit, ut quo excusatum viros, accusatum mulieres, eat senex. Ipsa igitur sententia suppeditabat emendationem commisit. Aliquid pro quid vulgato ἀμετρῳ edd. vett. Forte quid excidisse videtur in altera Pareana.

683. Salven' advenio? salven' arcessi iubes? verba sunt advenientium. Similiter Terentius Eun. 5, 5, 8: Satine salve? ubi interpretes: „Satisne salve?] Salve, integre, recte, commode. Plautus in Trinummo (1138):

Benevolens tuus atque amicus. Le. Satine salve?

Satisne salve?] Nunc adverbium est, producta e litera. Sallustius: Inde ortus sermo, percontantibus utrimque Satin' salve? etc." Stich. 8 sq.;

Volo multo loqui de re virum tecum. Pa. Salvene,
Amabo?

692. tandĕm. Vid. ad Amph. 341. Vulgati libri pravo numero:

Sr. Ecce autem litigium, quoties édixi tandem tibi.

695. Nisi nevis. Formula, de qua breviter dixi ad Curc. 82. V. ex interpretatione: Nisi non vis.

696. nē — quō. Vid. ad Amph. 149.

698. faxo amabit. Vid. ad Amph. 833 et inprimis ad Curc. 582.

700 Inconcinue libri: Sive illic, sive alibi etc. Si pro Sive positum, sicut passim. Cf. Capt. 46 Curc. 4 Terentii Andr. 188 secundum similem Bentleii emendationem, Parei lexic. Plaut. h v.

701. Vid. ad Curc. 654.

705. V.: pallam, sed Mss. et vv. edd., in his Iuntina, pallas, quod invidiosius.

706. illinc. Mss. illim, sed V. C. a manu secunda: illinc. Vid. ad Ba. 285.

712. V.:

Quid tu tristis es? quid illam autem iratam abs te destituis?

Mss. Quid tutrixes, unde legendum Quid tu trux es? vidit Gruterus; quanquam in margine V. C., teste Pareo, ut vulgatae edd. Adscripsisse autem, tanquam his similia, nescio quis videtur verba Quid tu tristis es, e versu 685 petita, quae post in ordinem, ut fit, fuerint recepta.

714. V.: Deosque detestor. Sed Mss.: D. dedestes, unde itidem veram lectionem eruit Gruterus.

Qua de re aut quoius re rerum omnium? Garruli senes et prolixi. Cf. Terentii Eun. 289 et ibi interpres vetus.

717. Sī. Vid. ad Amph. 149. Ceterum τὸ pedem desideratur in Mss. et editionibus principibus, legitur autem in Iunt. Ald., planeque cum sententia tum versibus 819 sq. confirmatur.

722 V. minus bene: Tu negas. Depasta n literam in Tun' vox sequens.

V. quoque secundum Camerarii correctionem: Nimio haec impudenter negas, quae non modo inconcinna, sed etiam librorum veterum auctoritate destituta est. Mss.: inmo (vel immo) hec eludere negas (Decurt. negat). Vnde Pareus fecit non male: Immo haec ludicre negas; in quem absurdissime invehitur Taubmannus. Sed Imo non est huius loci, est Nimium, quod frequentat Plautus. Similiter femina 725: Ludit te hic profecto.

723. V. imperfectis numeris:

N. q. n. h. e. Se. Concede hac, filia.

Τὸ ʃiʃ a sequente simili fil- videtur esse interceptum.

724. V. soloece: Quem in locum aut ob rem obs. Vett. edd. recte: Q. i. l. a. quamobrem obs.

727 sq. V.:

Q. q. m. t. e.? unde aut quis tu homo es? quid feci ego
Tibi aut adeo isti, quae mihi molesta est quoquo modo?

Verba quid feci ego inculcata sunt a Camerario, pendere ista Tibi aut adeo isti perperam arbitrato. Haud melius

pridem rem gesserant boni viri Angelius et Aldus, item de se quid nocui ibi reponentes. Menaechmus usurpata aposiopesi pathetica: Tibi aut adeo isti . . . . intellige cerebrum excutiam! Ad quas minas, gestu expressas, senex: Quomodo? non quoquo modo, sicut vulgo legitur, quod sententiae scilicet restituendae causa sciolus aliquis perscripserit, postquam forte deleta esset nota personae senis. Raro aposiopeses in poëtis utriusque linguae dramaticis ceperunt editores. Vide nos ad Terentii Andr. 92, 437, Eun. 538, 554, 741 Adelph. 108 Hec. 708 L. Hotibii Lectt. Aristoph. pag. 80. Longus trochaïcus cum clausula item παθητικῶς adhibitus, de qua re dixi ad Amph. 596. Quomodo? et similia iratorum illustrata ad Amph 200. Τὸ mihi a versu respuitur, nisi quis iambicum usurpatum esse credat, tanquam clausulam, post trochaicum tetram. acat., quod alibi fieri non memini. Vid. ad Epid. 197 sq. et Bentleii Schediasma de Mettr. Terentt. c. 5.

729. Minus recte libri, cum pariter atque oculi virere dicantur hominis tempora et frons, quasi de re diversa: ut viridis exoritur colos etc. Meursius Exercitationum critt., quo loco hunc illustratum it, reponere suadet: ut luridis (h. e. luridus, prisce!) exoritur colos, quomodo legatur Capt. (517 sq.):

Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis?
Atra bilis agitat hominem.

Sed nihil opus. De Et et Vt particulis confusis monui ad Capt. 840.

731 Hic versus vulgo post 745 legitur et proximi ita ordinantur: Quid mihi — Ego me — Mv. Vt pandiculans — Se. Concede — Me. Evoe, Evie — Audio etc. Sed Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 265: „Ille versus," inquit Hei mihi etc. multo legitur inferius, quam ubi debet; et pignus dem quodvis, nisi post hos superiores statim fuit collocandus: Mv. Viden' — Ex temporibus — Hei mihi —. Ac fortassis amplius, qui nunc sequuntur, etiam traiiciendi, ut sit iste deinceps ordo: Mv. Vt pandiculans — Se. Concede — Me. Quid mihi — Ego me — Evoë — De posterioribus tamen his non affirmem, etsi valde sic concinna structura: sed concinna quidem, non et plane necessaria; quod de priore contendo, nec dissensurum quemquam puto diligentius examinantem." Sic ille admodum probabiliter, siquidem apparet, prius ista dici Hei mihi etc., quibus se insanum haberi a muliere et sene ait Menaechmus, quam sequentia eius dicta Quid mihi melius etc., quibus propterea, quod insanus credatur, consilium sibi capiendum significat, ut revera insanum se assimulet. Iam quod cuipiam veniat in mentem, coniungendos esse versus Hei mihi, Quid mihi et qui sequuntur in unam orationem, ideo minus verisimile videtur, quod pauxillum temporis dandum adolescenti ad capiendum consilium

lium de insania adsimulanda. Recte igitur versus Hei mihi seorsim ponitur eo loco, quo placet Acidalio, neque eo mulieris verba Viden' — vide nimis distrahuntur a sequentibus eius Vt pandiculans oscitatur, quibus descriptio insani absolvitur.

733 quam potest. Ita V. C; h. e. quam fieri potest. Vulgo errore tralatitio: potes. Vid. ad Aul. 341.

736. V.:

Evoe, Evie, Bromie, quo me in silvam venatum vocas?

quae est Lambini minime necessaria emendatio. Librorum scriptorum alter a manu prima: Eum atque heu Bromie, a secunda: Heu (vel hem) atque heu B.; alter Eubiatque heu B.; edd. vett.: Euboe (vel Euhoe) atque heu B. Exprimendam mihi ratus sum lectionem manuscripti correctioris, h. e. Decurtati Eubiatque heu Bromie, sed emendatam. Facile autem erat agnoscere in his genuinam Comici scripturam Evie atque heu B, cum latinas literas b et u, graecas β et υ, saepe inter se commutatas constet, docente id R. Bentleio Operum philol. pag. 235 edit. Lips., ut Ebie, mox gliscente depravatione Eubie, atque pro Evie atque scriptum esse, veritati sit consentaneum.

739. Inepte libri:

Post autem illic hircus alius, qui saepe aetate in sua etc.

Non semel ita peccatum: vid. ad Amph. prol. 41.

748. V loquendi forma prorsus inusitata: Pugnis me vetas in huius ore quicquam parcere? Cf. Merc. 279.

753. V. hiante versu: H. m. illanc amovi etc. Verba a me rapta a similibus syllabis, quae sequuntur.

754 V. Titanum. Sed cur Titan vocetur senex, nemo exputaverit. Sequor itaque Meursium, Exercitatt. critt. ad Menaechmos cap. 2. reponentem Tithonum, quomodo Aristophanes dixit:

'Ανδρα Τιθωνὸν σπαράττων καὶ ταράττων καὶ κυκῶν.

„Et notum," inquit, „item proverbium Τιθωνȣ γῆρας et Satira Varronis Tithonus περὶ γήρως" Cygno autem patre natum per ridiculum dicit propterea, quia cano capite erat senex, quomodo candidi sunt cygni vel cani, ut recte Lambinus monet.

Ceterum vulgo legitur: Cygno prognatum patre; sed apud Priscianum lib. 6. pag. 688 Putsch.:

Barbatum, tremulum Titanum, qui lucet Cygno patre,

et in Ms. Berchemii, cuius meminit Palmerius in Spicilegiis: B. t. T., Cygno qui cluet patre, quo ducit etiam Prisciani lectio corrupta. Praeferenda haec membranarum Plautinarum scripturae propterea quod apographa grammatici vel antiquissimis poetae anteriora fideque digniora, adstipulante praesertim uno ipsius Comici manu scripto.

755. Recte Vossius ad h. l.: „Quaedam hodie in VS solum efferuntur, quae olim terminabantur in V. Tale pro artus artu; inde artua hoc loco, a quo deartuare supra Capt. 3, 4 et 5 (562, 593)."

759. V. inconcinne: Exossabo, dein dedolabo a. v. Gronovius: „Haec," inquit, „Camerarii coniectura est. Superiores: senem Exossem, nisi dedolabo. Ambo scripti: Senem osse fini dedolabo. Vnde Pareus ossetim et Exossetim. Sed scribendum est: hunc senem Ossum fini dedolabo assulatim viscera. Sermo dignissimus Plauto et minima mutatio. Ossum fini est usque ad ossa. [Vid. ad Epid. 580 sq.] Dedolabo est decidam et amputabo securi; quemadmodum dolabra est instrumentum, quo caedimus, non quo levigamus, ut ascia. Potuissem et huic seni; sed non est necesse. Hac fabula 2, 2 [226 sq.]: Numum illum, quem mihi dudum pollicitus dare, Iubeas, si sapias, porculum afferri tibi. Dedolabo, truncabo circum hunc senem, quod ad viscera, assulatim et minutatim desecta fini ossium, ut nil nisi sceletus supersit."

763. ferocis. Ita Mss.

764. V. nolente versu, quod et alii viderunt:

Vt ego hunc proteram leonem Gaetulum, olentem edentulum.

I. Gulielmius Quaestt. in Men. cap. 3: „Nobilis est leonibus generosis Gaetulia, scio; et quis ille puer litteris tinctus, qui hoc nescit? Verum hic de effeto et decrepito leone agit, non acri et vegeto. Itaque vide, si rectius est vetulum, olentem, edentulum. Gradatio quidem erudita est; ἐπέχω tamen." Hanc viri sagacis coniecturam cum in ordinem receptam cuperet Taubmannus altera editione, tamen operae eius nescio quo casu ἄμετρον istud Getulum excuderunt. Qui recte monet, Plinium H. N. 11, 53 hoc scribere de leonis halitu: Animae leonis virus grave, ursi pestilens etc.

765. in manum est codex Meursii: vid. eius Exercc. critt. ad Men. c. 2, et de forma loquendi nos ad Amph. 545 Cas. 568.

768. V. hiulce: minare.

769. Inepte libri: qui stat. Dicendum, ubi is dicatur stare. Forte pro quihic exaratum quiic, mox quic et qui. Vid. ad Asin. 24.

771. Edd. vv.: edictum; sed recte vulgata lectio dictum defenditur a Taubmanno, ut vel iussum intelligatur Apollinis, vel dictio dei fatidici, quomodo Pacuvius dixerit:

Flexa, non falsa, autumare dictio Delphis solet,

et Attius apud Herennium lib. 2:

Aperte fatur dictio, si intelligas.

777. V. pessimis numeris:

Qui me vi cogunt, út | válidus insaniam.

Catullus 22:

Et insolenter aestues, velut minuta magno
Deprensa navis in mari vesaniente vento.

Similiter lapsi librarii infra 819.

781. Male editores, nullo facto discrimine, antecedentibus haec addunt, tanquam unius scenae ambitu comprehendenda. Lumbos sedendo, oculos exspectando sibi dolere ait senex, dum medicum manserit. Non igitur breve tempus effluxit, ex quo abiit Menaecchmus Sosicles, quo tempore durante quia vacua fuit relicta scena, hoc loco quinti actus initium faciendum est, non versu 608, sicut in vulgatis: nam ibi quidem vix egresso Menaechmo surreptitio alter Sosicles supervenit, ut non huc valeant Donati illa in argumento Andriae: ,,Est igitur attente animadvertendum, ubi et quando scena vacua sit ab omnibus personis, ut in ea chorus vel tibicen audiri possit; quod cum viderimus, ibi actum esse finitum debemus agnoscere." Hac tamen ratione inducti videntur olim scribae atque recensores, ut versu 607 actum quartum finiri sibi persuaderent.

785. Nunc. H. e. igitur. Vid ad Ba. 73.

794. Magna cum cura. Vid ad Ba. 363. Cf. 796.

795. Absurde libri: suspirabo. Non medicorum, sed aegrotorum scilicet est suspirare, h. e. anhelare; unde etiam morbus quidam suspiriosus dictus est apud Vegetium 1, 11. Ipsa igitur sententia duce reposui: Suspirabit, h. e. aegrotabit. Similiter infra:

Elleborum potabis faxod aliquos viginti dies.

Frustra in explicanda vulgata codicum lectione se torquet Lambinus, nec melius sic eam refingit Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 266:

Quin suspirabo plus sexcenties: ita
Ego illum cum cura etc.

797. hominem. Vid. ad Amph. 341. Hoc non advertentes, editores veteres ad unum omnes propinarunt nobis gerat pro agas, ut hoc modo versus scanderetur:

Atque ec|cum ipsum homi|nem. Obsér|vemús|quam rem gerat.

Quorum consensum non spernendum ait Taubmannus; nos plorare eos iubemus cum invento suo κακομετρῳ.

801. regi. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v., ibique laudatis locis adde Capt. 757, ubi parasitus Ergasilus:

Non ego nunc parasitus sum, sed regum rex regalior etc.

Vid. etiam nos ad Terentii Phorm. 304.

802. V. perversis numeris, nisi τὸ ego non elidendum putes, figura quidem prosodica non prorsus inusitata, ut demonstratum ivi ad Amph. 341:

Quem ego hominem, si quidem vivo, vita devolvam sua.

Hemonem antiqui usus est:. vid. ad Asin. 274. Quod cur spernatur, nullus video. Porro Mss.: vita evolvam, edd.

vv. interpretatae: vita solvam. Legendum: vitad evolvam. Vid. ad Amph. prol. 149. Passim similia scriptores.

803. Itidem inconcinne libri: — quae mea sit; sed recentiores bene: q. m. est. Vid. supra ad 666.

807. nae. Vid. ad Amph. 149.

810. tuo. Male edd. vv., tute, vel tu te, quod versui officere intellexit Taubmannus.

811 sq. V.:

Me. Q. t. t. s. Med. E. s.? Me. Q. s.?
Med. Non potest etc.

Sed rectissime Acidalius Divv. in Plaut. pag. 266 sq.: „Ridiculum est, medicum interrogare, an sentiat Menaechmus; et hic vero nimis respondeat molliter, si illud ab eo quaesitum. Rogat non nisi senex, et ipsum medicum, et nihil aliud, quam ecquid sentiat insanum esse, qui sic salutatum exceperit; tum medicus, se vero sentire, et tantum inquit esse morbum, ut ellebori iugere vix possit expugnari. Sic ergo restituatur:

Me. Quin tu te suspendis? Se. ecquid sentis?
Med. quidni sentiam?
Non potest etc.

Paullo post nescio, si verba senis etiam medico potius tribuenda:

Iam hercle occeptat insanire primulum.

Suadet ratio sane quaedam, et similis deinde locus

Med. Nunc homo insanire occeptat."

819. V. minus expedito metro:

Pot. al., p. percipit insania.

Vid. tamen, quae nos ad Amph. 483. Cf. supra 777.

820. V.:

Med. M. m.: e. percontabor. Se. alia occidis fabula.

Vett. edd: —— percontabor. Se. occidis: fac iam. Sed Iuntina: Mane vero etiam perconctabor alia. Se. occidis iam; bene quidem de verbo alia, medici orationi adiuncto, quo id pertinere sensit etiam Acidalius, qui sic Divv. in Plaut. p. 267: „Cum alia percontari etiam velle diceret medicus, gravatur hoc senex et, Occidis hominem, inquit, tuis fabulis, ad vulgi dictum forte simul alludens, quo medicus importune garrulus fertur alter aegroto morbus." Ceterum male idem: fabulans. Infra 971 et Most. 907:

— — — - Th. Quae haec est fabula?

h. e. qui hic est sermo? et sic passim usurpari verbum fabula, vel lexica docent.

821. unquam. Vid. ad Amph. 116, 341.

822. V.: en unquam. Vid. ad Cist. 85.

827. Possis quoque reponere quoid: vid. ad Amph. prol. 149. Male Acidalius, retento verborum ordine, qui est in vulgatis:

Perdormisco, si resolvi argentum, cuui debeo,

ut fuvit, pluvit. Satius erat rescribi: P. si resolvid a. q. d.

830. V.: Immo modestior, sed Mss. immonestor, im-

monester, h. e. I, modestior etc. Notae formulae refellentium atque despicientium I, I modo, Abi, Non tu hinc abis? Vidd. Pareus in lexico Plaut. v. I modo, nos indice Terent. v. Abi. Pistoclerus Ba. 90:

I: stultior es barbaro Poticio.

834. facered — ted —. Vid. ad Amph. prol. 149.

846. Tò I cum sequente vocali litera coalescit. Vid. ad Ba. 716.

850. ego. Mss. pronomen non agnoscunt, Pareo teste. Sed forte videtur excidisse, nisi legere placeat: iam illic f. e.

851. V. interpretatione inconcinna:

Me. A. s., a. m. nunc solus sum. p. I.

De sum intelligendo vid. ad Amph. 168.

859. V.: Hic ergo usque ad noctem. Sed edd. vv., in his Iuntina atque Aldina, H. ero u. a. d., quas merito probant Acidalius et Pareus, frustra obloquente Taubmanni invidia. Eo, ego, ergo et similia non raro confundi, supra monuimus ad 570.

860. V.:

Spectamen bono servo, id est qui rem herilem
Procurat etc.

Sed per appositionem dicta ferimus illa qui rem herilem — cogitatque, tanquam explicationem τῶν bono servo, quae minime obscura sunt, praesertim additis id est, vix et ne vix quidem ferimus, sed superflua potius recidamus. Vide, quid turbae dedit moris antiqui ignoratio! Nam quovis pignore contenderim, reliquisse Plautum, quod excudi iussi:

Spectamen bono servod est, qui rem herilem etc.

Sp. Bono servo, h. e. Sp. boni servi, per figuram Colophoniam. De d addito vid ad Amph. 149, ubi plura eiusmodi peccatorum exempla proferuntur. Ceterum his persimilia leguntur Most. 862 sqq.

862. V. inconcinne: rem heri. Vid. ad Amph. prol. 87.

863. Memorabilis clausula bacchiacorum tetrametrorum, ex eiusmodi versu catalecto constans. Ceterum adi, sis, nos ad Epid. 517.

864. Non placet hic versus bacchiacus:

Tĕrgŭm quam|gulam, cru|ra etc.

sed vide dicta ad Amph. 422.

865. Libri: quoi cor modesae situm est, quasi situs cordis ad eius vel modestiam vel immodestiam quidquam pertineret. Forte geminatis s et t literis ex modestum natum modeste situm arbitror. De hac clausula dixi ad Epid. 517.

866 sq. Récōrde | túr, quī sunt | níhilī, quid i | ís preti,
D. a. | s. h. | ígnāvis etc.

Itidem molossos iisque compares pedes metricos creticis immixtos habes Capt. 153 et aliis, quos ibi laudo, locis,

quibus similium magnam copiam addere cuivis licet has fabulas perlustranti.

868 sq. V. nulla metri forma:

Viris; verbera, compedes, molae, magna
Lassitudo, fames, frigus durum:
Haec pretia sunt ignaviae.

Bacchiacos esse hos versus facile quisque intelligat, qui ingenium his studiis habet subactum. Τὸ magna ὁ τυχὼν adscripserit, ut haberet scilicet vox lassitudo suum adiectivum, sicut frigus. Sed haec ratio non ratio, nisi etiam cetera huius loci nomina verbera, compes, molae et fames epithetis ornare est animus, quibus neglectis fortius, quia brevius, loqui placuit poëtae.

870. sq. V. legitur prorsus inconcinne:

Id ego male malum metuo; propterea bonum
Esse certum est, potius quam malum: nam magis multo
Patior facilius verba, verbera ego odi.

Quia verba Id ego —— certum est absque omni mutatione componi posse in versum asynartetum ex illis, quos in Milite reperit Reizius, intelligerem, reliqua huius orationis in eandem formam redigenda esse, praesertim sine negotio, ut res est, mihi persuadebam. Et optime quidem hi versiculi currunt, nec captum librarii interpretantis superant verba potius quam malum, quae per se facile intelliguntur. Verum tamen quia usurpato alio metro servari possunt, servanda ea puto, totamque sententiam dividendam in duos versus trochaïcos tetram. acat., quamvis numeris longe quam asynartetos illos horridioribus, ut sic reponatur:

Id ego male malum metuo: propterea bonum esse certum est potius
Quam malum: nam mage multo patior facilius verba; verbera ego odi.

De proceleusmaticis Id ego ma- et facilius vide nos ad Amph. 356. Malum posteriore versu a litera elisa pronuntiandum est, figura prosodica, quam illustravi ad Amph. prol. 74.

874. V. mire traiecto verbo sese, quod a Grutero repositum pro manu scriptorum esse:

— — — — alii sese ita ut in rem
Esse ducunt, sint etc.

Nimis manifesta in his forma iamborum tetram. catalectorum, quos non admodum difficulter restituimus.

875. V. interpretatione ἀμέτρων: ego ita ero, ut me esse oportet: metum ut mihi adhibeam etc. Posterius ut abest manu scriptis.

876. V. itidem inconcinne: sim.

879. V.:

Metuam haud multum, prope est, quando
Herus, quod strenue faciam, pretium exsolvet.

Taubmannus: „Haec lectio proxime accedit ad Mss. et edd. primas. eae namque: Mecum haud multum prope est. quando ceruso faciam. precium, exolvet. neque aliter Mss. Pall., nisi quod ii Metum aut. Pius annotat pro illa monstrosa voce alibi scriptum strenue." Sed primum ἰαλέμȣ ψυχρότερα sunt ista Metuam haud multum, pro quibus haud cunctanter dedi id, quod legis, Metuam haud malum: siquidem alios servos malo promerito metuere dicit Messenio, se vero tale quid non metuere. Deinde pro quando versus gratia rescripsi quom, haud nescius, similia verborum Quom Quando et Quoniam compendia saepius inter se commutari. Quod vero maximum, in monstro isto vocis ceruso facile deprehendi veram Comici scripturam eruſ ō (h. e. erus, vel herus, ob: vid. ad Asin. 492), et similiter ex sequente faciam erui facta m (h. e. mihi, quod tamen ab interprete appictum versus arguit); itaque probabiliter, ni fallor, non metra tantummodo persanavi misere luxata, sed etiam veram sententiam pro falsa Plauto reddidi, siquidem non de iis, quae facturi simus, sed quae fecerimus, gratiam inire sb aliis afficique praemiis solemus. Angelii et recentiorum interpolationes non morabor.

880 Clausula, de qua vid. ad Epid. 197 sq.

883. V. pessime transposito verbo scio, quod Camerarius invexit:

Neque utrum ex hoc saltu damni salvom scio eliciam foras.

Mss.: Neque utrum ex hoc saltu damni salvom uteduo am fora, in quibus Atque pro Neque scribendum vidit Gronovius, ut educam foras pro corruptis uteduo am fora Pareus, ego uirum pro utrum, quomodo nomen vir pro homo usurpari monui ad Curc. 372, sicut de i literae cum t permutatione ad Cas. 499. Alias aliorum lectiones atque emendationes enarrare longum est.

889. Quod elisa vocali pronuntiandum: vid. ad Amph. prol. 74. Cf. 892.

891. illi. Sic Mss.; vulgo: illic, quod interpretis. Vid. ad Amph. 596.

898. V.: Ecquis suppetias mihi audet afferre, neque usitata locutione et versu refragante. Sensit Acidalius Divv. p. 269.

899. malūm. Vid. ad Amph. 1. Inconcinne autem vulgatae edd.: Epidamni. Vett. edd. recte: Epidamnii, quod etiam, nihil monito lectore, Pareus excudi iussit, ut haec ipsorum manu scriptorum, quos adhibuit, lectio esse videatur.

901. Clausula. Vid. ad Epid. 197 sq.

902. V. interpretatione inconcinna: quisquis es, operam etc. A veteri codice τὸ es aberat. Vid. ad Amph. 168.

904. V. itidem ἀμέτρως: Imo et operam dabo etc., nisi quis τὸ Imo praecedenti versui apponendum esse arbitretur, sententia divulsa, quod haud placet.

914. V.:

Nimis autem bene ora commentavi atque ex mea sententia,

frustra mutato metro trochaïco in iambicum et verbo bene durius eliso. Mss non autem, sed aut. Passim Hic Nimis bene, Nimis lepide, Nimis male; raro, si unquam, Nimis autem bene etc. Copulas et coniunctiones addere est librariorum.

Frustra autem vulgatum commentari mutant, quod recte interpretatur Acidalius Divv. 269 ora verberibus conscribillare, tanquam librum commentarium literis. Bene etiam Gruterus: „Commentare est raptim et sine ordine aliquid memoriae caussa indistincte annotare. Sic et Noster Pseud. act. 1, 5 (553 sq.):

Quasi in libro cum scribuntur calamo literae,
Stilis me totum usque ulmeis conscribito.

Citat praeterea Servius 1. Aen. ex Plauto (Fragmm. incertt. 42): corpus tuum virgis inscribam. Statius Theb. XI. de equo vulnerato:

Arvaque sanguineo scribit rutilantia gyro etc.“

Quibus addit Gronovius Catulli ista (22):

Ne laneum latusculum natesque mollicellas
Inusta turpiter tibi flagella conscribillent.

Ducta haec a Graecis, quibus similiter usurpantur γράφειν et ab hoc alia verba derivata.

918. emittas. Ita V. C.; libri vulgati inconcinne: mittas.

921. Non taces? Formula mentiri visum vel inepte locutum corripientis. Cf. Merc. 473. Simile est Etiam tu taces? Trin. 981.

930. V.' sic legitur ac distinguitur:

— — — — — domum.
Me. Minime. Mes. nunc ibo etc.

Sed Acidalius Divv. in Plaut. pagg. 269 sq.: „Languide et inepte Menaechmus respondet Minime, quasi abneget palam: quod si fecisset, aliam servus orationem subtexuisset, non istam Nunc ibo in tabernam etc. Quin tu deles personam inculcatam, et coalitum id verbum dividis vicissim, continuato sermone servus ut ita narret:

— — — et quando ibis, una tecum ibo domum.
Mane me: nunc ibo in tabernam etc.

Iubet eum exspectare se, dum eat et redeat: quod mox iterat, heic me mane. Neque de hac correctione ulli dubitandum.“ Sic ille, sagaciter quidem, ut solet, ceterum bene, quod personae notam immissam delet; male, quod

nobis persuadere cupit, notissima minimeque obscura verba Mane me ita potuisse depravari. Cuius tamen emendationem in ordinem recepi ego, ut certe haberent lectores, quod intelligerent, neque inepto isto Minime offenderentur. Sed nunc manum Comici reperisse mihi videor hanc:

— — — — — — domum.
Meminens nunc ibo in tabernam: vasa et argentum tibi etc.

Meminens in tres voces perperam divisum habuere pro notis personarum (me. principio et mes. a fine) compendioque τὸ minime, quod mediis verbi literis mine simillimum est. Vel insolentius Meminens forte permutatum cum adverbio notissimo et in his fabulis saepissime usurpato. Ne dicam, fieri quoque potuisse, ut obsoletum participium sedulo mutaretur ab aliquo magistro, ne, Sarsinatis exemplo pellecti, prisce loquerentur discipuli. „Livius Erotopaegnion 4:

Meminens Varro corde volutat,“

ut scribit Priscianus lib. 11. pag. 922 Putsch. Et Sergius in Donati editione altera ibid. pag. 1833: „Invenimus in Plauto Meminens.“ Quem hunc ipsum locum in animo habuisse existimarim. Saepe autem sic de se servi in comoediis. Puer ille Mil. 1363:

— — — — memini ego officium meum.

Et identidem in his et Terentii fabulis haec et similia leguntur Memor ero, Memor es probe, Memorem mones.

933. redhibebo. Vid. ad Asin. 375.

934. Gronovius Ernestius invitis libris omnibus vetustis et versu: — exorta miris modis.

936. Hic versus vulgo post 940 inculcatur, quem ex hoc loco excidisse, sententiarum iam restituta concinnitas dubitare nos non sinit. Vulgo quoque turbato numero: dicebant, quomodo aibat positum sequente versu. Verum similiter in antecedente: negant, et mox: ait, ut de veritate huius correctionis non sit dubitandum.

937. Et iam. V. minus apte: Etiam; Acidalius: At iam.

940. V.:

Ne tum, quando sanus factus sit, a me argentum petat.

Male obtemperavi If. Casaubono, ad illud Persii Sat. 5, 88:

— — — — meus a praetore recessi

h. l. suus factus pro sanus factus reponi iubenti cum Ios. Scaligero. Suus, h. e liber et sui iuris, iam factus erat Messenio, quantum quidem ad Menaechmum surreptum attinuit, ut qui ab eo manumissus esset. Non igitur de eius libertate tanquam de re futura loqui potest adolescens, potest de hominis sanitate, ut quem ex eo, quod se herum

suum credit, insanum esse non absurde coniiciat. Legendum igitur minima vel potius nulla mutatione:

Ne tum, quando sanus factus siet, a me argentum petat.

948. V. C.: Q. e. a. t. e. vel in pugnando i.; Decurtatus: Q. e. a. t. e. vi oppugnando i.

948. Invitis omnibus libris antiquis Gronovius et Ernestius: qui te servavi.

958. Similiter Cognosco usurpatur Amph. 285.

966. te esse. Ita Mss., neque opus est rescribi esse te, sicut vulgatae praeferunt.

970. Tu salveto. Sic itidem scripti probo numero, cum vulgo pessimo legatur salveto tu.

Primum Tu sequente litera vocali non liquescit: vid. ad Amph. 149.

971. Quae haec est fabula? Vid. supra ad 820.

975. Mss. et vv. edd.: Tun' a meo (vel Tunam meo) patre etc.

977. V.:

Nam et patrem et matrem commemorant pariter, qui fuerint sibi.

Recte I. Lipsius Epistoll. Quaestt. 4, 6: „Pronunciat haec Messenio servus, et an mentiatur nescio, dicit certe mendacium. Nam quod ait patrem et matrem commemorasse eos: de patre verum; de matre fallit. Multis post versibus demum mater quaeritur et nominatur, Quod erat nomen nostrae matri? Me. Thensimarche. Antea de matre nullum verbum. Peccavit Plautus, an servus, an potius scriptor? Et vix est ut non emendandum sit Nam et patriam et patrem. Quod persuadet series rei gestae. Pater nominatus erat, me esse dico Moscho prognatum patre: patria autem, Siculus sum Syracusanus. Et quod emendationem plane firmat, repetit statim servus idem:

— Neque lacte lacti, crede mihi, usquam similius,
Quam hic tui est, tuque huius. Postea autem eandem patriam ac patrem
Memorat." —

Quod patriam matrem vocari, atque elegantissime, putant, falluntur.

984. V.: Q. h. t. e., t. huius. postea autem eandem etc. Sed Mss.: Q. h. t. e., t. huius autem postea etc., unde legendum intellexi: — tuque huius autem. Vid. ad Cas. prol. 8. Postea versum impedit, videnturque sequentis verbi literae initiales perperam geminatae.

988. V. inconcinne: Et Ego item sp. f.

999. agite. Ita Decurt. et vv. edd., in his Iuntina. Male ceteri libri: coite. Non coiisse Menaechmos duos, sed seorsim interrogatos esse a servulo, consentaneum est.

1003. V. C.: Quid tu scilicet. quippini. Natum τὸ scilicet ex nota personae Sosiclis.

1006. Pessime libri: — ad mércatúm, tum postea etc. Tum haud conspicitur in V. C. et edd. primis. Nomen Tarentum non liquescit, de qua re videndum ad Amph. 341.

1017. Non male Mss.: Menaechmo; modo reponamus Menaechmod, ne nomen elidatur. Vid. ad Amph. prol. 149.

1024. Quod. Ita V. C. a manu sequiore. Vulgo: Quid, minus quidem usitate.

1026. V. proclivi lapsu — nam lapsum esse, metrum ostendit —: miseris laboribus. Miseriis, laboribus per asyndeton, quod Hic frequentat. Vid. ad Capt. 336.

1029. quom vocat. Vid. ad Amph. 503.

1031. quia. Sic Mss. et vv. edd., quod cur spernatur prae vulgata lectione quoi, non intelligo.

1035. mihi dedit. Haec probabiliter addita a Camerario: nam in vetustis codd. desiderantur.

1037 Male vulgo: me esse credidit, omisso te. Dudum correxerat Lambinus.

ANNOTATIONES IN MERCATOREM.

ARGVMENTVM PRIVS.

V. 1. Male Camer. Lamb. Taubm.: Missus mercator ab suo etc.

5. V.:

Amat senex hanc. ad se simulans vendere etc.

Et sic quidem V. C. Camerarii, quod ille accipit per tmesin pro se adsimulans, quae est lectio alterius Ms. et editionum veterum, quomodo infra 148 legitur: Vin' tu te mi ob esse sequentem, an nevis? et Mil. 1172 ad iubeat ferri, similia Lucretii, Virgilii, aliorum, ne commemorem. Sed non placet in una eademque actione usurpatum asyndeton: quamobrem exprimendam putavimus Taubmanni emendationem ac se simulans vendere, cum praesertim verisimile esset, ac in at, mox ad, degenerasse.

7. V.:

Obduxe scortum. tum Charinum ex fuga etc.

Sed Mss. (quanquam de veteri codice non affirmat Taubmannus) et vv. edd., in his Iunt.: Obduxe (vel Obduxisse, ut V. C. et eaedem edd.) sibi scortum, quod minime contemnendum esse Pareus intellexit. Verum τῷ sibi in ordinem recepto versus non capit istud tum, quod ex praecedente syllaba ortum puto. Cessantem elisionem in scriptore sequiore minus probans, Charinon excudi iussi, quomodo passim graecas graecarum vocum terminationes retinent Latini.

ARGVMENTVM POSTERIVS.

V. 1 sqq. V.:

Mercatum a se dum filium extrudit pater.
(Vett. edd., in his Iunt.: pater,)
Is peregre unius redimit ancillam hospitis,
Amore captus.

Et in vulgatis quidem editionibus, in quibus plene distinguitur post pater, dum particula primo horum versuum

non habet, quo referatur; in aliis, velut Iuntina, ubi commate, quod vocant, eo loco interpungitur, sententia exsistit absurda, cum simul filius extraneus esse et peregre ancillam redemisse hospitis dicatur, quod fieri eodem tempore non potuit. Fraudem igitur aliquam hic subesse, sponte suspiceris, etiamsi codicum h. l. scripturas non subtilius examinaris. Quorum Decurtatus quidem et vv. edd.: a se dum, sicut vulgo legitur; sed V. C.: ad sotium, quod perperam aliqui accepere pro ad socium, cum legendum esset coniunctis vocibus adsiduum, h. e. domesticum, urbanum, otiosum. Prol. 61 sqq.:

Sese extemplo, ex ephebis postquam excesserit,
Non, ut ego, amori neque desidiae in otio
Operam dedisse — — — — . —
— — — — — — — — —
Multo opere inmundo rustico se exercitum etc.

Postquam autem ad praepositio separatim coepisset scribi et d litera, lapsu proclivi, de quo ad Aul. 17 Epid. 279, in t transiisset, vox nihili situum vel sitium sedulo mutata est in sotium seu socium, quod certe intelligendum esset. Quod reposui, assiduum facile et in altera scriptura agnoscatur, cum constet, bis exarandas literas similes semel perscribere solitos fuisse librarios, ut ex assiduum primum asidum vel a si dum, mox (sensu praesertim id suadere viso) a se dum, ortum esse, veritati sit consentaneum.

Et sic quidem primum huius argumenti versum integritati suae restitutum esse, nobis persuademus. Venimus nunc ad secundum, qui neque ipse sanus est existimandus, cum Mss. et vv. edd. non unius, quae Camerarii coniectura, sed illi praeferant milis, hac latius serpente depravatione militis. Legendum: mitis, h. e. benevolentis, qualem se praebuit Charino hospes ille Rhodius, de quo dicit prol. 97 sqq. Similiter autem Truc. 733 sim mitis pro similes legitur in Decurtato.

4. V. imperfectis numeris:

Pater advolat, visam ancillam deperit.

Pareus: P. a visamque a. d. Sed verisimilius est, ac particulam ab antecedente simili -at esse interceptam.

5 sq. V. obscure, nec salvo metro:

— — — - servos, pedisequam
Ab adolescente matri emtam ipsius.

Tò ait, quod sententiae aptissimum, habetur in Iuntina et Aldina.

13. exspes. Male Mss. et vv. edd.: expers, quod optime correxit Camerarius.

15. Inepte atque soloece libri:

Orat suo cum patre, nato ut cederet.

Non satis erat orare hominem, siquidem saepe oratus aliquid negat nobis: reponendum igitur propter sensum vidi exorat. Deinde praesens tempus non imperfectum, sed item praesens post se requirebat: unde cedat pro cederet

vulgato rescribendum esse intellexi. Tum illud suo, quod ibi, ubi in prioribus editionibus, satis frigide legitur, ad verbum nato retuli, ut gravius suus, ipsius patris, filius quam simpliciter filius dicatur Charinus. Merc. 966:

Filio suo qui innocenti fecit tantam iniuriam.

Et similiter paulo ante:

Nam abs te istac aetate haud aequom filio fuerat tuo,
Adulescenti amanti, amicam argento eripier suo.

ANNOTATIONES IN PROLOGVM.

V. 3 sq. V.:

Non ego idem facio, ut alias in comoediis
Vidi facere amatores etc.

Sed idem facio ut etc. soloecum est, dicendumque vel idem f., quod — vel item f., ut; et sic quidem aliqui, quos pressis nominibus commemorant Taubmannus et Pareus.

Alios quoque vulgatum ferri nequit. Non alii quam ipse amatores isti fuerunt, quos dicit adolescens (nam amor idem omnibus); sed alias id fieri vidit in comoediis. Vide nos ad Amph. prol 41.

6. V. inconcinne:

Quos pol ego credo humanas querimonias.

Non reponendum intellexi Q. p. e. credod h. q., ne verbi humanas prima atque ultima syllabae vitiose acuerentur; sed legendum: Q. p. ego hum. creduo querim., quomodo passim Plautus Creduam, Creduis et similia, quae vide apud Pareum in lexico Plautino.

10 V.:

Eadem latine Mercator Marci Accii.

Sub Augusti demum senescentis aetate Ovidius, Propertius, dein alii, geminum i usurparunt in genitivis nominum substantivorum in ium vel ius exeuntium, ut ab eorum vocativis diversa quoque scriptura distinguerentur: nam accentu quidem in pronuntiatione semper distincti fuerant, quem penultima habebant genitivi (Valéri), antepenultima vocativi (Váleri). Vidd. Muret. Varr. Lectr. 18, 9 Bentleius ad Terentii Andr. 2, 1, 20 (292). Quorum prior, his inductus rationibus, reponendum censet Marci Atti, nomen illud per T, non per C, literam scribendum esse docens, de quo etiam Festum v. Barbari et Casaubonum ad Athen. 6, 2 laudant interpretes. Sed istud Atti reiiciendum h. l. propterea, quod versum destituit [illegible], et acquiescendum potius manu scriptorum lectione mattici h. e. M. Attici, quo ducit etiam antiquissimarum scriptura editionum martici. Atticum se ridiculi causa vocat Plau-

tus, sicut serio appellatus est amicus Ciceronis, cum quia non sicilicissitat modo, sed etiam atticissat, ut cum ipso loquar Men. prol. 12, h. e. poëtas Atticos imitatur, sicut hac ipsa comoedia facit; cum paronomasium sectatus, quae inest nominibus Attius et Atticus, ut cum Attium se audituros crederent, Atticum inexpectato ioco audirent spectatores. Benevolentiam quoque horum captare fortasse voluit, cum sciret Attica, ut universe in literis, ita inprimis in hoc genere acceptissima.

14. eam ut sim implicitus. Ita Mss., h. e. prisco more loquendi: ut in eam sim plicatus, quomodo Virgilius Aen. 5, 279 serpentem dixit

Nexantem nodis, seque in sua membra plicantem.

V. usitatiore forma: ea ut sim implicitus.

15. Mss. et edd. primae:

Atque advortendum ut animum adest benignitas.

Optime edd. mediae, inprimis Iunt. et Ald.:

Atque ad vortendum huc animum a. b.:

nam vertere animum ad aliquid pro advertere etsi non adeo pervulgata est locutio, tamen neque per se absurda est, et plerisque similibus confirmatur; velut Livius dixit 25, 16: toto animo in impetum atque iram verso. Iam ut istud vetustissimorum codicum natum procul dubio ex uc, in quod genuinum huc facile degeneraverit. Vid. ad Asin. 492. Non igitur erat quod Camerarius reponeret numeris vix ferendis: Atque ad advortendum etc., neque Acidalio obtemperarim suadenti: Atque advortendum ad animum a. b.

16. Libri veteres: Et hoc parum esse more m. i. Pro esse non etiam cum Acidalio, sed legendum ecce, haud male coniicit Gronovius, cum c et s literas saepius inter se permutatas constet, sicut monui ad Capt. prol. 5. Sed hoc parum. Reponendum nunc arbitror:

„Etsi hoc parum, ecce, more maiorum institi: etc.

hoc, quod dicturus sum: vid. ad Curc. 401. Tò -si a sequente simili h litera interceptum. Cf. sequentem annotationem.

17. V. nullis numeris:

Prius, ac percontatus sum vos, sumsi indicium illico.

Et haec quidem Pistoris coniectura, quam sic interpretatur Taubmannus, ut dicat adolescens, „se parum ex more maiorum egisse (qui statim in prooemiis benevolentiam auditorum captarunt), cum prius indicandi amoris sui facultatem sumserit, quam percontatus sit, an liceat etc." Mss.: Per mea (Decurt.: me) perconatus sum vos sumque inde exilico (Decurt.: unde exilio; sed correctum exilico). Editio princeps: Per me percontatus sum. sumque iudex illico. Iuntina et Aldina: Per me percontatus sum, sineque indice aliquo. His propius coniectandum, quam adhuc fecerunt interpretes atque editores. Nam quis etiam Acidalium probet, vel sic legentem:

Et hoc parum etiam. more maiorum instıti,
Pergraecatus sumtuosusque fui inde illico;

vel sic, paulo quidem probabilius:

Et hoc parum etiam more amatorum instıti:
Percontatus sum vos, neque sum index illico.

Nec melius rem gessere Salmasius et Gronovius, quorum ille:

Et hoc, parum etsi morem amatorum institi,
Promere perconatus, sumque index illico;

hic:

Et hoc parum etiam (vel E. h. p. ecce) more maiorum instıti:
Per me prooemiatus sum inde ab initio.

„Non enim," inquit, „ipsam primariam personam amores suos narrantem in prima fabula inducere solent Comici, sed alium quemcunque, qui prologum faciat. Prooemiari et apud Plinium minorem est. Inde ab initio ut alibi Inde a principio Pseud. 4, 2 (972)." Cum igitur ad me res devenisset, putabam rescribendum:

Per mea contatus vos sum, quam dixi eloco,

h. e. meas res, seu de rebus meis, an narrare eas vobis liceat, vos sum percontatus (potius, prius), quam (eas) dixi illico. Non intellectam tmesin, quae inest verbis Per mea contatus, de qua monitum ad argumenti prioris vs 5, ansam praebuisse arbitrabar ad interpolandum Per mea percontatus, forte autem divulsas voces quam et dixi peperisse has es similes scripturas depravatis sumque inde exilico, sumque iudex illico Necdum poenitet coniecturae, nisi quod neque improbem reponentem:

Praevia contatus vos sum, quam dixi eloco,

ut Praevia pro adverbio sit usurpatum, sicut passim adiectiva utriusque numeri, de quibus vid. Vechner. Hellenolex. 1, 2, 9. Compendia Prae Per Pro praepositionum facillime misceri,omnes norunt, neque a -uia longe distat, quod exhibent libri, mea vel me. Horum itaque utrum verius videbitur (nam alterutrum genuinum esse confido), lector eliget. Carpit autem Hic maiores minus urbanos.

20 modo illum Ita Mss. (certe sic, nihil monens de mutata a se scriptura, Pareus edidit), quae, qui non intelligerent, τὸ qui ἀσκεδάστως pronuntiandum esse, qua de re dixi ad Amph. 149, perperam transposuere, ut nunc legitur, illum modo.

26. Ineptia extremam syllabam porrectam habet ob duas consonas, quae sequuntur. Vid. ad Amph. 108—111.

28. Mss.: P. et cup. mal.

29. residia. Vulgo desidia. Angelius, non, quem Taubmannus insimulat, Sarracenus vesidia, quomodo dicuntur vecordia, vesania. Mss. Camerarr.: residia, „quod Grutero suaviter aures titillat. Cur enim, inquit, non aeque a reses fiat residia, ut a deses fit desidia? Glossae Isidori: Subses, qui subtus sedet." Ita Taubmannus. Ple-

Plenissime autem assentior Grutero, itaque scriptorum lectionem postliminio reduxi.

32. sunt usui, haec. Mss.: sunt uidi, Decurt., qui correctior: sunt usuidi. Fortasse rectius legetur: — — nec sunt usuid, Tam amator etc. Vid. ad Amph. prol. 149.

33. Vulgo: amator profert etc.; sed Mss. et vv. edd. illi: Tam amator etc., hae: Tum amator etc. Abductum Tam a Saepe, quo pertinere visum fuerit, haud concoxerint descriptores. Sed valet Tamen: vid. ad Ba. 1135 sqq.

34. V.:

Hoc pauciloquium rursum iccirco praedico,

quod ferrem, si praecessisset versu 31 Illud (multiloquium) ideo fit etc.: nam τὸ hoc si de singulo aliquo accipiendum esset, ad proxime antecedens nomen spectaret, quod fieri non potest, cum de multum loquendo agatur eo loco: utrumque igitur, et multiloquium et pauciloquium, in isto hoc intelligendum; unde sequitur, hic eam voculam prorsus otiari; neque dubitem, quin forte oc pro ac scriptum in hoc degeneraverit. Vid. ad Asin. 24.

40. Vulgo:

Principio atque animus ephebis aetate exiit,

ridente merito Mureto animum ex ephebis exeuntem, quasi in eum cadat, quod in corpora, ut pubescat. Emendat igitur:

Principio ut ex ephebis aetate exii,

τὸ animus ex sequente versu male repetitum arbitratus cum Douza filio, quibus etiam Acidalius assentitur, neque ego refragor, nisi quod vulgatum atque retinendum puto, quod similiter ex sequentibus huc traductum videbatur optimo Valenti. Mss.: P. a. a. phebus aet. e.

41. meust. Ita Mss., non eliso graviore verbo puerili, sicut fit in vulgatis, quae: — puerili est meus.

42. Putide libri hic, siquidem hoc per se intelligitur, cum Athenas adhuc non reliquerit Charinus. Solent meretricum nominibus addi patriae, quia maximam partem peregrinae erant, quarum aliae aliis praeferebantur. Hanc cultiorem dicit atque amabiliorem adolescens, quia Atheniensem. Vid. Bentleius ad Terentii Andr. 1, 3, 16. Ibidem 5, 1, 14: Illam hinc civem esse aiunt; et sic passim.

43. Vulgo: abibat clam; sed Mss. iam abibat, in quibus latere clam vidit I. Gulielmius Quaestt. in hanc fabulam cap. 1. „Id," inquit, „magis probat lex ludicra, qua haec fabula concluditur, S i q u i s p r o h i b u e r i t, p l u s p e r d e t c l a m, q u a m s i p r a e h i b u e r i t p a l a m." Sed non transponendum abibat clam, verum temperandum ab ecthlipsi τοῦ clam, tanquam verbi μονοσυλλάβου, sub ictu positi. Vid. ad Amph. 149.

47. Vulgo pravis numeris et in thesi occultato verbo gravissimo lenonum:

Perfidiam, iniustitiám | lenonum expromere.

52. V. C.: mutuanti, Decurt.: mututanti.

58. V.:

Amoris vi diffunditari ac deteri.

Recte Gronovius: ,,Camerar. alter ac dieheret; alter [Decurt. emendatior] ac diedere. Acad. et priscae edd. ac dedere. Lege:

Amoris vi diffunditari ac didier,

id est dissipari. Vetus poëta apud Ciceronem: dide te ac disiice."

59. Hunc versum inter et sequentem Muretus Varr. Lectt. 18, 9 e veteribus, ut ait, membranis arcessitum talem inserit:

Suisque ingratiis me vitam agere perperam.

Cuius fides sit penes auctorem.

66. V. fere inconcinne, nisi quis, iis fretus, de quibus monui ad Asin. 770, τῶ posse extremam e literam elidi putet, quod nolim, cum aliud cantent Mss.:

Neque nisi quinto anno quoque posse tum visere
Vrbem etc.

Mss. igitur non posse tum, sed uno verbo positum, h. e. decretum, constitutum; quod recte placuit Grutero.

69 V.: se, inconcinne quidem; sed quis non videat, reponendo sese, ut in Iuntina atque Aldina legitur, versum facillime sanari? Non tamen id vidit elegantissimus Muretus Variarum Lectionum modo laudato loco, et ex nescio quo libro veteri reposuit numeris parum probis:

Ibi multo plurimum | se familiarium etc.

71. V. itidem inconcinne, nisi quis priorem e literam in eidem elidendam putet, quae ratio durissima:

Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.

Forte idem pro item exaratum, sicut saepius factum monui ad Cas. 83, post magis etiam, opinor, corruptum est.

76. Mss.: P. atque eam semper scis (Decurt. sempercis vel semperis) vectaundique (vel vectatum, vectatam). Inde mirificae ortae coniecturae: P. atque eapse merces vectatum undique, quae Scaligeri in ordinem recepta est, cum neque eapse locum hic inveniat, neque satis placeat vectatum pro vectasse usurpatum; P. atque ea se in Persis vectatum undique; P. atque isse merces vectatum undique. Haec longius omnia recedunt a librorum scriptura antiquissimorum; sed proxime ad eam accedit, quod ipse in medium attuli,

Parasse atque ea semper se invectatum undique.

Cum dicatur Vector pro Vehor, quidni Invector pro Invehor? nam invectatum in depravatis ductibus librorum videor mihi agnoscere. Nec tamen pugnabo, si quis potius ita reponendum putet:

Parasse atque ea semper se vectatum undique.
— — Si quid novisti rectius istis:
Candidus imperti; si non: his utere mecum.

91. Libri metro nullo:

Custos. iisce confectis navim solvimus.

Mss.: C. isset confectis etc., in quibus facile deprehendi C. his-sic conf., cum verba se si sic sed passim confundi scirem in Mss. Vid. ad Curc. 43, infra ad 710.

94. Libri vitio, ni vallor, calami: L. i. facto. Iunt. Ald.: L. i. facio, quas sequor.

105. V.: emi. Vid. ad Amph. prol. 149.

113. V. inconcinne: enicato. Mss. et vv. edd. emicat vel enicat, τα a nescio quo literulae sive apicis adhaerente, quomodo Cas. 270 aege pro age legebatur in veteri codice Camerarii. Item male Iunt. atque Ald.: Simul enicat me spiritus etc.

119. V. versu ὑπερμέτρῳ:

Quid illud est, quod ille tam expedite exquirit cursuram sibi?

Pareus praeter libros: Quid est, quod ille etc. Voculae quid et quod eliduntur figura prosodica, quam illustratum ivi ad Amph. prol. 74.

121 Quam maxume resisto, tam res in periclo vortitur. Accipiendum hoc per ellipsin pro eo quod est Quam maxume resisto, tam maxume res in periclo vortitur; quod usitatius dicitur Quam magis r., tam magis r i. p. v. Vidd. grammatici.

122. hunc cursorem. H. e. me currentem, quomodo Hic primam personam significare solet, ut monui ad Capt. 84.

126. Verbum domin' elisa o vocali pronuntiandum est, qua de re vide supra ad 119 laudatum Amphitruonis locum.

Vulgo autem: ego animi pendeo, vi aut nulla aut perexigua pronominis, quod quam saepe permutetur cum Ergo et similibus, supra monui ad 570. Ergo vel Igitur repetitioni serviunt, ut notum est: nam 120 Charinus: Cura est, negoti quid sit aut quid nuntiet.

128. Cf. Capt. 764.

132. De metro vid. ad Amph. 596. Cf. tamen sequentem annotationem.

133. V. perversis numeris:

Ac. Periimus. Ch. principium inimicis dato. Ac. at tibi sortito id obtigit.

Haec non nisi deletis verbis dato et id in formam trochaïci tetram. cat. redigantur, qualem hunc versum adhuc arbitrabar, cum tales sequi soleant eiusmodi acatalecticos. Sed nunc malim, reficto etiam versu praecedente, verbis autem immutatis, reponere:

Ch. Quae te res male agitant? Ac. Multae, here, ted atque me. i. s.
Ch. Quid est negoti? Ac. Periimus. Ch. Inimicis principium dato. i. t.
Ac. At tibi sortito id obtigit. i. d.

De iambis trimetris dimetrisque clausularum loco usurpatis dixi ad Epid. 197 sq. Pyrrhichius in caesura iambi tetra-

metri neminem male habebit, qui vel legerit monita ad Amph. 1.

135. Hic versus vulgo 124. inter et 125. inseritur, dubitante Acidalio, an non satius sit, eum inculcari post 125. „ut mentione facta lassitudinis ac balnearum subiiciatur de sudore abstergendo; quod fore commodius videatur, quam ubi se nihili tibicinem servus dixerit." Sed toto isto loco non ponendus versus propterea, quod ibi Charinus nondum convenit Acanthionem, quod fit demum versu 130. Ad sequentia igitur referri eum necesse est, neque locum ibi invenies, ubi collocetur, praeter eum, quem ei assignavi: tam ibi ceterae orationes sunt continuae et quas ne verbo quidem, nedum versu, interrumpere liceat.

148. V.: Vin' tu te mihi ob esse sequentem, an nevis? quod ferri potest, modo vox obsequentem non elidatur. Vid. ad Amph. 116, 541.

156. Quid id est igitur, q. v.? Sic Iunt. et Ald. Vulgo inconcinne: Quid est igitur, q. v.?

157. ex somno. Ita Mss. V.: e s.

159. hoc: o vae Vid. ad Asin. 288.

161. V. nullis numeris: — Tu dixti: ego taceo.

164. V. exquirere; ubi nescias, exquirere ipse velit servus, an e se exquiri a Charino.

169. V.: Tandem indignus videor. Sed Tandem in interrogationibus eiusmodi, quae vehementiorem affectum indicant, nunquam principio ponitur orationis. Obsecutus igitur sum Lipsio reponenti Tamde, h. e. Tam, ut ex Festo constat, quod quam proclive fuerit misceri cum vulgato Tandem, cuiusvis est videre.

171. armamenta. V. C.: ornamenta. V. autem sana legitur pro sarta, recte, opinor, emendante Lambino, cum nonnisi per προσωποποιίαν sana dicatur res inanima.

172. Operarum, credo, vitio Gronoviana atque Ernestina: Quid siet, te quod me etc.

173. T quidem pro monosyllabo est. Vid. ad Amph. prol. 74. Ceterum vulgo:

Ac. Tu quidem ex ore orationem mihi eripis. Ch. taceo. Ac. tace.

altero prius promittente, se taciturum, quam alter, id faciat, rogavit eum; quod absurdum est. Iunt. et Ald.: — eripis, tace. Ch. Taceo; recte inducta iuvenis persona, unde rescribendum vidi Taceas face, e TACEAS vel TACEAC in TACE. AC. forte mutatum ratus, tace vero cum face simili confusum. Face quam saepe sic usurpetur, non opus est doceri.

176. ut. Ita V. C. Vulgatum istuc uti ἄμετρον est, siquidem istuc pro istucce positum posteriorem syllabam producit.

178. Tuam non liquescit. Vid. ad Amph. 541.

180. V. inconcinne:

I hinc dier.: nugare in r. c. m.

Angelius atque Aldus pro arbitrio: Abi h. d. a me: nugare etc V. C: In hoc dier., h. e. In' hinc dier., sicut reposui Ad corrigendum metri causa nugaris non opus erat libro vetere.

182. Hunc versum, qui vulgo 178 inter et 179 legitur, huc inserendum vidit Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 323.

183. V.:

— — — — Ch. Perdidisti me, pater!
Eho tu, eho tu, quin etc.

Sed nulla vi, nulla gratia, ista Eho tu repetuntur. Nec melius vett. edd., in his Sarracenia et Mediolanensis, quas laudare soleo: Eo tu, eo tu, quin etc. Melius V. C.: Eho tu hoc cavisti etc., abstinens ab inutili verborum Eho tu iteratione, itaque ἀκέφαλον quidem versum destituens, sed eo ipso viam curationis monstrans, cum facile intelligatur, si quid a fronte excidit, simile potius quam dissimile excidisse; vix autem similius datur quidquam istis Eho tu sive Eo tu quam id, quod excudi iussi, Et tu vel metri causa Et tute, quod et sententiam multum iuvat, cum non patri solum, sed etiam servulo irasci adolescentem appareat.

187. nē. Vid ad Amph. 149.

189. Libri interpretatione inconcinna neque observato asyndeto:

Armamentis complicandis et componendis studuimus.

Vid. ad Capt. 336.

192. V.:

Nequidquam mare subterfugi saevis tempestatibus,

ubi incertum, accusativo an ablativo casu positum sit mare. Rescripsi igitur maris, mari', praesertim s litera sequente, cum mare permutatum ratus. Nec spreverim hanc lectionem Nequidquam in mare subt. etc. Mare pro Mari et Hic et alii: vid. Parei lexic. Plaut. v. Mare auferendi casu Rapta autem in praepositio a m antecedente videatur.

198. Etiam rogas? Impatientis hoc. Vid. infra 207 sqq. et de formula ad Curc 187.

V.: subigitare Vid. ad Amph. 28.

201.

— — — — Ch Edepol cor miserum meum,
Quod guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem.

Similiter Stich. 617 ex nostra emendatione: Quasi nix, tabescit dies.

202. V. hem, corrupto numero, nisi vox ἀνεκθλίπτως efferatur, qua figura non abutendum. Operosius, nec tamen restituto metro, Angelius et Aldus. P. Ac. hem nunc istuc v. d. v.; unde Acidalius: P. Ac. hem istuc nunc unum v. d. v.

203. Stultitia istaec est. Haec vulgo sub servuli persona exhibentur. Sed is si verbum istud Charini censet esse

verissimum, quomodo stultum ei videri potest? Nempe haec pugnantia, itaque probandae edd. Iunt. Ald., in quibus Charino ista adscribuntur, stultitiam censenti, quod senem revera ancillam emtam uxori suae credidisse mulierem arbitretur servus Cf. sequentia.

204. V. numero difficili:

Si illam matri meae emisse dicam etc.

Iunt Ald.: Si i. m. meae me em d. Sed haud dubie natum mea ex med, ut facillime d et a literas misceri monui ad Cist argum. 7. To -e ex sequente verbo se agglutinavit

209. Male Taubm. Gron. Ern.: ut si gesta res. Pareus tanquam ex Mss., item vv. edd., recte: ut sit gesta res.

210. imperfectis numeris:

Hoc quod te rogo responde, quaeso. Ac. quid rogas?

nec proficiunt reponentes H. q. t. r. r. m i h i q. Ac. q. r.? Excidit nomen servi, a Charino pronuntiatum, sicut saepe circa nomina hic turbatum est. Vid. ad Amph. 436.

216. Mss.: Postea aspicit te tim. etc. Sed Postea ortum, nisi fallor, ex Posteam, h. e. Postquam, quod legitur in veteribus editionibus. Vid. ad Cas. 449.

218. Putide atque ὑπερμέτρως libri:

Timidum tentabit te. Ch. quin hac ibo potius, iam censes patrem etc.

Tò Timidum ex antecedentibus petitum.

221. Similis locus est Rud. 497 sqq., unde versum

Ne dormientis quidem sinunt quiescere

retrahendum, tanquam fugitivum, censebat Acidalius. Cui non assentior, cum sententia etiam absque eo bene habeat.

229 V.:

In custodiam eam simiae concredere.

Sed Mss.: In custodiam sim. conc., omisso eam, unde legendum In custodelam sim. conc. dudum alii viderunt.

235 sqq. Non male Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 324: „Tenuis est iocus in verbo a m b a d e d e r e, quem vix quisquam hactenus attendit. — Ludit in verbo, quod dixi. Sonus in eo est vocis a m b o: cui opponit u n u m. Et ait mirari se, quomodo una capra dotem ambadederit. Hoc ita nisi accipias, nihil in iis verbis salis est; quanquam et illud simul ridicule miratur, quomodo capra unica totam dotem arrodere circumquaque potuerit. Id quod manifestius apparet; neque minus tamen occultior ille iocus ibidem captatur "

24 . Inepte libri:

Atque oppido hercle bene velle illi visus sum.

Non de eo agitur, an bene vel male voluerit simiae isti Demipho; sed visus hic sibi est in somnio illud bene velle, quod simia iussit eum, abducere ab ipsa capram.

251. luci. Vid. ad Amph. 10.

252. atque. Vid. ad Epid. 208.

254. Forte corrigere oblitus sum vitiosam codicum scripturam istud. Recte Gulielmius Quaestt. in hanc fabulam cap. 3: „Sincerius," inquit, „existimo Collibitum est illuc. Notae formulae ad forum, in theatrum, domum visere."

255. V. Escendi in lemb.; sed Decurt., emendatior ille altero libro Camerariano, et vv. edd.: Ascendi, quod aeque bonum. Verba lembum et navim non eliduntur, de qua re vid. ad Amph. 341; quod non advertentes editores, divulsis sententiis, versum alterum altero farserunt in hunc modum:

Ascendi in lembum atque ad navim advehor: atque ego
Illam conspicio etc.

Pro illam vv. edd. Illi, h. e. Illic, recte, quia de ista muliere tum nondum quidquam senex inaudiverat.

261. hŏc. Vid. ad Amph. 136.

262 sqq. Perverso ordine haec ita leguntur in vulgatis:

— — — — — — insanio.
Vnum quidem hercle iam scio, periisse me.
Vosmet videte ceterum, quanti siem.
Nunc hoc profecto sic est: haec illa est capra.
Sed simia illa atque hoedus timeo quid velint.
Sed conticescam etc.

Facile intelligitur, versum de capra Nunc hoc etc. ibi esse inculcandum, ubi de muliere dictum, quam capram istam censet silicernium. Cui versui necessario adiungendi illi Sed simia et Vnum quidem, cum, quid significent simia et hoedus, se nescire, sed unum probe scire, se periisse, dicat Demipho. Quos iam sponte sequuntur versus duo reliqui huius scenae. Ceterum quanti siem ita accipiendum, ut iudicare spectatores iubeat Demipho, an propter hunc amorem peius sit de se existimandum. Infra 314 sqq. senex perditus:

Humanum amare est, humanum autem ignoscere est.
Ne, sis, me obiurga: huc non voluntas me inpulit.
Ly. Quin non obiurgo. De. At ne deteriorem tamen
Hoc facto ducas.

270. Vid. ad Asin. 842.

279. V. nec salvis numeris et praeter morem illata o interiectione, verbis autem quid fit? quid agis? praepostero ordine perscriptis:

Salve. o quid agis? quid fit? De. quod miserrimus.

Nec melius Iunt. Ald.: S. o q. agitur? quid fit? ubi verba senis Quod miserrimus plane non habent, quo referantur. Quibus cum ad ista quid agis? respondeatur, apparet haec iuxta illa ponenda esse, secus ac vulgo fit: nam si verbis quid fit? orationem suam finiisset Lysimachus, aliud nimirum alter subiecisset. Forte autem ablata t litera ex

Salveto natem Salve o, quomodo Men. 748 reponendum vidi

Pugnis me vetastin' huius ori quidquam parcere?

cum adhuc legeretur Pugnis me vetas in huius etc. Vt illo loco i sequens, ita hoc e praecedens t literae fraudi fuit.

280. Di hoc quidem faciunt. Ita quidem libri. Sed quid hoc sibi vult, quod melius iam nunc deos facere dicit Demipho, qui se miserrimum queritur, dum adhuc nescit, an copiam amoris sui sibi facturus sit Lysimachus? Ipsa igitur sententia reponi iubet Di hoc quidem facient. Ita loquitur senex amator certa spe, alterum sibi in hac re non defuturum. Vel certe legendum faciant.

290. Senex quom extemplo est. Vid. ad Curc. 80.

301. V. pravis numeris:

Seu canum, seu istuc rutilum, sive etc.

Mss. et vv. edd., in his Sarracen. et Mediol.: Si canum, seu istuc etc. Legendum: Si canum, si istuc etc. Vid. ad Men. 700.

303. Vulgo loquendi formula parum proba:

Decide collum, si falsum est uti loquor.

Decurt. et vv. edd.: D. c., si falsum ad te loquor, unde facile erat verum exsculpere, quod posui.

307. V.:

L., auctor sum uti me amando hic eneces.

Sed abest τὸ hic Decurtato et vv. edd.

308. V.: Si unquam vidisti pictum etc. quasi ipsum Demiphonem se adspicere iubente Lysimacho, quod absurdum est. Imo spectatores hic alloquitur, id quod saepe faciunt mediis in fabulis actores, velut Aul. 667 sqq. Cas. 707 Men. 779 sq. Poen. 466. Et sic iterum Lysimachus 319: Hic homo ex amore insanit. Simili autem vitio supra 185 Perdidisti pro Perdidistis exaratum vidimus in libris.

310. Tantidem (pretii). Frustra Iunt. Ald., probantibus Acidalio et Pareo: Tantundem.

315. V.:

Ne sis me obiurga. hoc non voluntas me impulit.

Pro ad hoc, inquit Lambinus. Vellem exempla eius usus protulisset. Acidalius: „Hoc alii volunt esse huc: optime: atque ita Servius ac Priscianus Marone:

Hoc tunc ignipotens coelo descendit ab alto.

Libri tamen veteres aliter, neque male, distinguunt ne obiurga hoc: quasi sit propter hoc." Ita quidem Istuc pro Propter istuc positum observavimus Men. 641. Sed prior ratio verior videtur, quia simplicior.

317. Ah, ne di siverint! *Μὴ γένοιτο*, ut recte interpretes. Cf. infra 605. Ba. 433:

Ly. Periit sibi sodalis. Mn. Ne di sirint! Ly. Sic est, ut loquor.

318. Perdis me. H. e.: Occidis me tuis ambagibus ac nugis. Similiter Men. 820:

Me. Mane modo: etiam percontabor alia. Se. Occidis fabula.

Pseud. 933:

Occidis me, quom istuc rogitas!

Mil. 313:

Pa. Sceledre, Sceledre! Sce. Quis homo interimit? Pa. Alter est audacior?

Et sic passim.

321. Libri inconcinne:

De. Bene ambulato. Ly. Bene valeto. De. Bene sit tibi.

V. C. Bene valete.

322. Libri male modulato versu:

Quin mihi Quoque etiam | est ád | portúm | negotium.

Emendatio haec videtur eius, qui cum invenisset

Quin mihi quoque etiam ad portum est negotium,

ignorans, τὸ portum h. l. non elidi, verba transponenda esse metri causa perperam arbitraretur. Vid. ad Amph. 341.

323. Sed elisa vocali litera pronuntiandum. Vid. ad Amph. prol. 74.

324. Hoc nunc mihi viso opust. Id est: Hoc nunc videndum seu curandum est mihi. Male Scriverius: Hoc nunc mihi usu est opus. Ceterum vulgo inconcinne: — viso est opus, et mox: — praecauto est opus, utrumque lapsum animadvertente Acidalio, sed frustra, ad eiusmodi admonitiones aures obturante vulgo editorum.

328. Ita Mss., praepositione verbali ad pronomen illam referenda, sicut saepius, praesertim apud priscos; quod non capiens bonus Angelius mutavit: Ne ad illam me etc., ut nunc legitur.

329 sq. Dixi de hoc metro ad Capt. 428 sqq.

331 sqq. Vid. ad Amph. 422.

333. Ita. Vid. ad Amph. 475.

335. V. nulla forma metri:

Miser amicam mihi paravi, animi caussa, pretio;
Ratus etc.

Pareus tanquam ex Mss.: M. a. m. p. a. c.; pretio eripui; Ratus etc. quomodo etiam edd. antiquissimae, in his Sarracenia et Mediolanensis, quas inspexi; Iuntina vero atque Aldina: M. a. m. p. a. caussa, eripui pretio. Non igitur repudiandum vidi τὸ eripui, quo recepto etiam metrum apparuit illud asynartetum, de quo exposui supra pagg. 52 sq.

336. V. ex interpretatione:

Ratus clam patrem meum posse habere.

Asynartetos, quales modo dixi, sequi solent clausulae, ex versu trochaïco dimetro constantes, ut itidem monui supra pagg. 52 sq.

341. Male vulgatae edd.:

— tantus cum cura meo est error animo.
Dum servi etc.

Bene in veteribus, velut Iuntina, commate, quod vocant, distinguitur post verbum animo, siquidem haec usque ad finem versus 344 unius orationis ambitu comprehendenda sunt.

349. Vid. ad Amph. 596. Cf. 352.

350 sq. Dixi de hoc metri genere supra pagg. 52 sq. Malum a litera elisa pronuntiandum est. Vid. ad Amph. prol. 74.

357. Quid similiter efferendum, τῷ i liquescente.

360. Recte. Vidd. inttpp. ad h. l., nos ad Terentii Eun. 129, item ad Curc. 605. Cf. infra 405.

365. Magis opinor. H. e. opinor, rem ita se habere, ut dicis, quam revera animo meo aegre esse. Hoc non capiens I. Gulielmius Quaestt. in hanc fabulam cap. 3. interpungebat: nunc oculi terram mirantur tui magis. Ch. Opinor. De. Id est. ,,Scilicet,“ inquit, ,,qui diu in mari vectus erat, magis terram mirabatur, quam solitus erat.“ Sed eo nihil opus.

372. V.:

Quid illuc est, quod ille solus se in consilium sevocat?

Sed V. C.: Q. i. e. q. mea (h. e. ille a) me solus etc.; Decurtatus: Q. i. e. quod illa me solus etc.; vv. edd., in his Iunt. Ald.: Q. illud quod ille a me solus etc. Habuerim autem nunc versum hunc potius pro iambico tetrametro, ut diversus a superiore affectus senis diverso quoque metro exprimatur. Quod particula eliditur. Vid. ad Amph. prol. 74.

373. V.: I. n. v. ne illam me amare etc. laeso metro trochaico: nam hic versus male habeatur pro iambico, utpote his non pertinentibus quidquam ad proxime antecedentia, quibus secum loquentem miratur senex filium; sed hic animus ei redit, nihilque metuendum sperat, sicut antea. Quamobrem versus trochaïci rursus h. l. usurpandi sunt, si quidem sententiis congruere velimus metra.

383. Decurt. et vv. edd.: — ancillam e Rhodo.

387. V. versu impingente: Eho, an vidisti, pater?

388. V.:

Ch. Qui vero? De. quia non nostra formam habet dignam domo.

Haec si reliquit Plautus, τὸ quia posteriore syllaba longa posuit, rarissimo exemplo, ut monui ad Ba. 759 sq. Qui? igitur a sequente simili Quia interceptum existimarim.

391. Mss. Quae habeat.

396 sq. Verborum Neque et Quia vocales priores eliduntur. Vid. ad Amph. prol. 74.

404. V. pessimis numeris:

Ch. Hercle quin tu recte dicis, et tibi assen | tíor e | go.

Facinus hoc est correctorum nescientium, r literam finalem saepe valere ad producendas syllabas, sicut docui ad Amph. prol. 38, cumque igitur invenissent assentor ego, metri causa id mutandum male in animum induxerunt.

405. Recte. Vid. supra ad 360.

412. V.:

Litigare nolo ego vos, quam tuam autem accusari fidem.

In his quid sibi velit istud quam, nemo dixerit. Quod sentiens Acidalius Divinatt. in Plaut. 325, reponebat, usurpata duplici negatione pro simplici, Graecorum more:

Litigare nolo ego vos, neque tuam autem accusari fidem.

Id Pareus recepit in priorem suam Plauti editionem, neque improbant Pistoris et Taubmannus, nisi quod ille tamen putat, in sermone senis prae amore tantum non delirantis et perplexi posse vulgatum ferri. Ferrem equidem, si verbis quam tuam accusari fidem novi aliquid contineretur et a praecedentibus Litigare nolo ego vos diversi: ut senex diceret, quam filii fides accusaretur, se damnum pati malle; quomodo olim legebatur quam tuam autem accusari fidem, Multo edepol etc. Verum sic non est, sed accusaturus erat fidem Charini idem ille, quem litigaturum cum eo credebat Demipho, ut facile intelligatur, recte haec continue scribi iussisse Acidalium. Ceterum eius emendatio neque tuam autem accusari fidem durior mihi videtur, quam quae recipiatur in ordinem, perstoque potius in lectione a me inducta hac

Litigare nolo ego vos qua, tuam autem accusari fidem;

h. e. Nolo ego vos aliqua (ratione) litigare etc. Vid. inprimis Horat. Tursell. De Particc. lat. orat. v. Qua §. 4.

414 V.:

— — — — — — mavolo,
Quam opprobramentum aut flagitium muliebre efferri domo.

Sed recte suspectum τὸ efferri habuit Acidalius: nam quis, quaeso, tale quid efferri non cupiat domo sua? Quod autem quispiam haec eo valere putet, ut nolit senex spargi in vulgus malos de se suaque et suorum fide rumores ob illam feminam abalienatam, non sic latine id dici posse arbitror, nisi quis ita loqui velit, ut et contrarium suae sententiae liceat intelligi, vitio malorum scriptorum, non huius nostri. Rescripsi igitur

— — — — — — mavolo,
Quam opprobramentum aut flagitium muliebre inferri domo,

opprobramentum a venditore, si ancilla redhibenda ei fuisset; flagitium muliebre a vulgo hominum, lenocinium suspicante. Sic inferri infamia, iniuria, mors et similia dicuntur; et saepe ob similitudinem ī (h. e. in) et e praepositiones confusae in libris veteribus, praesertim scriptis.

Pistoris malebat: afferri domo, quod neque ipsum improbarim. Nostra emendatio si placeat, domo erit casus tertius, ut apud Catonem, Flaccum, alios.

416. quam. Vid. ad Amph 149.

417. Tace modo. Animum bonum habere filium iubet senex. Vid. ad Curc. 621

Male Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 325 non illam, sed olim scripsisse Plautum sibi persuadebat. Senex, cuius animus totus est in illa muliere, oblitus, neminem ex urbe adhuc eam vidisse praeter sese, illam ipsam se emere iussisse dicit senem istum fictitium; sed statim ad se rediens, verba sua correcturus addit: ad istanc faciem, ut non illam ipsam, sed similem aliquam ancillam dixisse videatur. Non igitur vituperandum istud illam, sed laudandum, tanquam id, quo optime senis exprimatur perturbatio.

419. V. inconcinne: M ad illam faciem. Mss.: M. ad istanc faciem. Vid. ad Amph. 138. Minus quoque recte libri: ad illam faciem, ita ut illa est, siquidem ad illam faciem idem τῷ ita, ut alterutrum solum ponendum sit, utrumque vero usurpare non multum distet a soloecismo.

Iunt. Ald.: — ita ut illa est, ut emerem sibi. Sed facile ut particula intelligitur. Vid. ad Amph. 142. Cf. 427.

422. Mss. frequenti confusione: ah nescis etc.

426. V. inconcinne: Hercle illunc dii etc. Cf. 419. Possis etiam: Hercule illunc etc

428 Nunquam edepol me vincet hodie! Haec vulgo sub persona Charini continuant, quae Demiphoni tribuenda esse, color eorum satis indicat: nam reverentia patris commotus adolescens, quamvis perturbatissimus etiam ipse sit, modestis tamen verbis utitur et tranquillum se facit, contra sene nec verbis nec gestibus parcente.

Commodis. H. e. iusti ponderis neque adulterinis. Vidd. interpretes.

431. Libri: advorsum. Malim nunc, graviore verbo mei sub ictu posito:

Potin' ut ne licitere advorsum mei animi sententiam?

432—437. quoi. Vid. ad Amph. 149.

439. Minus recte libri: accipit. Nondum accipiebat, sed accepturus erat mancupio puellam istam senex fictitius. Iam numeri quoque meliores: vid ad Amph. 355.

441. cŭm. Vid. item ad Amph. 149. Male vulgo:

Post autem communis | est il | lă mihi | cum alio. qui scio etc.

444. Quid id mea refert? Tò mea longa posteriore syllaba pronuntiandum in hac formula, sicut similiter in eadem tua, nostra etc. Sunt enim hi ablativi casus singularis numeri, non accusativi pluralis, ut male existimant Donatus ad Terentii Phorm. 685 et Dacerius ad Fest. v Refert. Priscianus lib. 12 pag. 950 Putsch.: „Interest et Refert genitivo

solent adiungi omnium casualium, — pro quorum genitivis ablativos ponimus possessivorum, ut Interest et Refert mea, tua, sua, nostra, vestra." Donato auscultantes Angelius atque Aldus male transposuerunt: Quid mea id referi etc.

443. Quid illic quidam, qui mandavit, quom ille nolet? Recte Pistoris: „Hoc vult: Cur nunc demum dicis, illum, cum quo tibi ancilla communis est, nolle eam vendere: cum antea dixeris, tibi mandatum ab alio ut emeres? Si ille non vult vendere, quid fiet illo, qui tibi mandavit ut emeres? Nihil agis: non constas tibi. Ita mox de mandato eum captat senex: Melius est te quae sunt mandatae res etc.

449. V. minus graviter: quem ego volo.

450. certŭm esse. Vid. ad Amph. 341. Nam transpositione haud utendum, ne leve verbum esse accentu tollatur metrico, grave certum in thesi occultetur.

451. Ch. Non placet. Acidalius Di inatt. in Plaut. pag 326: „Nescio," inquit, „si tollenda Charini persona: cui etsi minime quidem placebat, ad portum una non ire, tamen levior est ea dictio quam pro eius affectu. Senex igitur ista potius continuet: nolo, non placet. Melius est te.' Sed delicias facit vir doctissimus. Sosia, timens, ne pugni sibi edendi sint Amph. 153:

Apage! non placet, me hoc noctis esse: coenavi modo.

Euclio, cui praesagit animus, scire de thesauro suo Megadorum, ubi hic meliorem opinione rem domesticam eius esse dixit, et futurum ut dii magis magisque id sospitent augeantque, quod nunc habeat:

Illuc mihi verbum non placet Quod nunc habes.

Mil. 1319 sq., ubi commotissimus Pyrgopolinices:

— — — Capite inter se nimis nexa hice habent.
Non placet. — Labra ab labellis fer mihi, si audes! Age, malum!

Et sic saepius Non igitur mutanda horum distinctio, quae est in vulgatis.

454. Operarum vitio excusum e dico pro edico. Nam sic legendum, cum libri vulgati praeferant: dico iam tibi. Edicimus iussa; Dicimus quaevis alia. Atqui iussum hoc est senis, cui se auscultaturum promittit adolescens.

455. Minus recte interpungunt edd.:

De. Ibo ad portum, et ne hic resciscat cauto opu'st. non ipse emam etc.

468. Tuăm amicam. Vid. ad Amph. 341. Cf. supra 177.

470. Satin' ut. Vid. ad Amph. 474

473. Non taces? Vid. ad Men. 921.

476. Vulgo: Ev. unde at erit id? Sed τὸ at media sic oratione poni, in poëta epico vel lyrico ferendum, in comico non ferendum, ut cuius sermo quotidianae vitae imitetur necesse sit, si verus esse velit. Neque eo valent affectus vehementiores personarum agentium, ut totus iis

color poematis sit immutandus. Haesit hic etiam Acidalius, cui plurimum tribuo, et delet verbum erit, tanquam glossema, quod cum non habeant meliores libri, tum versus omnino iubeat aboleri. Cui respondens Taubmannus: „Meliores," inquit, „libros quos dicat, nescio. hoc scio in Pall. Mss. esse ateritis, inque edd vett. aut atteritis aut arteritis. inde formes at erit id? Alterum manavit ab Aldina [imo primitus a Iuntina, quam ignorant Gruterus et Taubmannus]; quam tamen se uitur Pareana prima." Propius sane illud lectioni depravatae librorum veterum; sed proximum, nisi fallor, id, quod excudi iussi, ab Atridis, cum verisimile sit, τὸ ab a sequente at - esse interceptum, literas vero d et t saepius confundi docuerim ad Aul. 17 Epid. 279. Quaerenti igitur Eutycho, unde aurum illud sumendum sit, quo expendatur mulier, de statu animi non nihil deiectus Charinus: Ab Atridis, inquit; et asyndeto usurpato addit: Achillem orabo, ut aurum mihi det, quo Hector expensus fuit. Haec optime secum constant, neque Atridas commemorari mirabimur, ubi Achillis fiat mentio. Versa tunc erat Ilias a Livio Andronico ac Naevio, omniumque in ore fuit Quo saepius Plautus respicit, velut item Ba. 881 sqq. Atridae autem principum Graeciae apud Homerum opulentissimi, itaque apti, si quis alius, argento repraesentando, quo his opus.

De asyndeto, quod Noster amat, vid ad Capt. 336; de correpta syllaba media nominis Achillem ad Ba 894. Quod de versu 476 sollicitus erat Acidalius, cogitabat de trochaico tetram. cat.; sed eiusmodi acatalecticum hic usurpare placuit Sarsinati, sicut passim in rebus trepidis; id quod multis exemplis demonstravi ad Amph. 596.

479. V. inconcinne: — vin' tanti illam emi? Ch. auctarium.

480. Adicito. Ita Mss. more prisco, quos sequitur Taubmannus, Gronovius Ernestiusque pro sua inconstantia non sequuntur: nam ii quidem adiicito, sicut vulgo.

481. Sed quid ais? Formula diversam a priore orationem orsuri. Sosia, interrogaturus Mercurium de isto dono, de quo adhuc tacuit, Amph. 262

Sed quid ais? quid Amphitruoni a Telebois datum hostibust?

Amphitruo, de gemino isto Sosia plura audire nolens Amph. 461: Sed quid ais? num obdormivisti dudum? Menaechmus, sermonem de uxore abrumpens, Men. 85 sqq.:

Sed quid ais? Pe. Egone? Id enim, quod tu vis, id aio atque id nego
Me. Ecquid tu de odore possis, si quid forte olfeceris,
Facere coniecturam?

Supra 444 Demipho, nescio quid novi dicturus, Quid ais? et a Charino interpellatus: Prius respondes, quam rogo;

ubi vides, verbis Quid ais? non rogasse sibi videri senem-Palaestrio Pleusidi fores pultanti: Quid tu, ais? quid pultas? etc. Sic igitur h. l. Eutychus, ubi se emturum puellam illam, Charini amasiam, promisit: Sed quid ais? inquit. Vnde erit argentum, quod des, cum poscet pater?

482. Aliquid fiet. Taubmannus: „Videtur vox desperatorum, quique insigne aliquod scelus facturi videntur potius, quam non exsequi, quod destinarant. Gruter. Passeratius ad Propertium 3. el. 12 putat habitam mali ominis eam formulam, tanquam respiciat ad eam, quae habet Si quid de me fuat. Apul. 10: aliquid de se tristius cogitare." Sic ille. Sed exspatiari mihi videntur viri docti, cum sufficiat, aliquid significare rem infinitam sive incertam, quales in angustiis et ubi promto consilio opus est, nihili solemus existimare. Curc. 318:

> Ph. Iam edes aliquid. Cv. Nolo hercle aliquid; certum quam aliquid mavolo.

Andriae 2, 1, 12 sqq.:

> Ch. Ipsum hunc orabo; huic supplicabo; amorem huic narrabo meum.
> Credo impetrabo, ut aliquot saltem nuptiis prodat dies.
> Interea fiet aliquid, spero. By. Id aliquid nihil est.

ubi Donatus: Interea fiet aliquid.] Tale est hoc, quale illud Interea aliquid accidet boni. Sed nihil illum dixisse poëta per servum ostendit, dicendo: Id aliquid nihil est." Cf. tamen infra 652.

483. Muto imperas. Similiter Terentius Heaut. 2, 4, 26:

> Tu nescis id, quod scis, Dromo, si sapies. Dro. Mutum dices.

484. Potin', ut aliud cures? Vid. de hac formula et similibus ad Cas. 496.

487. Ergo actutum face cum praeda recipias. Intelligendum te, ut docent Palmerius Spicil. pag. 82 et Scioppius Suspp. Lectt. 3, 11. Cf. Parei lexicon Plaut. h. v., locisque ibi laudatis adde Pers. 51, ubi Toxilus eodem modo: Sed recipe, quam primum potes!

488 sq. Vulgo sic interpungitur:

> Amice amico operam dedi: vicinus quod rogavit,
> Hoc emi mercimonium.

Sed recte Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 326: „Frustra abhorrent locutionem dedi operam quod rogavit, Plauto perquam familiarem. Satis unum exemplum Cas. (196):

> Quam istanc operam a med impetres, quod postulas."

Vid. etiam Aul. 724.

491. Vulgo: Quid? tibi quidem etc. ubi quorsum pertineat Quid pronomen, nemo facile dixerit. Sequor Iunt. et Ald.

497. Male vulgo edd., versu perdito: Namque edepol quidem etc. Pareus nihil monito lectore: N. e. equidem etc., ut haec manu scriptorum Palatt. lectio sit existimanda, quam et Iuntina et Aldina praeferunt.

498. De pyrrhichio in caesura versus vid. ad Amph. 1, de proceleusmatico in verbis neque puěros ibid. ad 356.

500. illi. Mss. illim, vv. edd. illuc, Iunt et Ald. ibi. Legendum illi pro illic. Illim alienum, videturque m litera orta ex sequentibus.

Per iocum in patria sua malis feminis bene esse dicit Pasicompsa, quamobrem et ipsa malitiae potius quam probitati studuerit. Similiter de suo sexu Eunomia Aul. 98, Acrotelentium Mil. 878 sqq.

Ceterum hunc versum inter et proximum vulgo inculcantur ἀπροσδιονύσως illa, quae 503 posui,

Nec mos meust, ut praedicem, quod ego omnis scire credam.

Itidem facete ibi Pasicompsa non omnes mulieres malas dicere se ait, neque morem suum esse ut dicat, quae quisque sciat. De transpositionibus versuum subinde in Plauto factis monui ad Asin. 18 sqq.

505 sq. Quid ais tu? — Sed quid ais? Vid. supra ad 481.

510. Soloece libri: — matura iam inde aetate. Lipsius antique: matura iam indu aetate. Sed τὸ in ex antecedente m litera videtur ortum, ut rescribendum sit matura iam de aetate, quomodo haec et similia dicuntur Somnus de prandio, Diem de die prospectans, De tertia vigilia, de quibus vidd. lexicographi.

511. V. inconcinne: Quoniam scis etc.; sed Sarracen. Mediol.: Cum scis etc., Iunt. Ald.: Quom scis etc., ut edidit Pareus. Saepe mixta similia particularum Quom Quando Quoniam compendia. Male quoque Douza filius: pol a docta didici, quod ne versus quidem admittit; peius Pareus editione prima: pol a muliere docta didici.

513. V.:

Ovem tibi ancillam dabo natam annos sexaginta
Peculiarem.

Ne mica quidem salis in hac lectione: nam ovem hanc dici Demiphonem, Gruterus intellexit, ut ὁ τυχών poterat intelligere, quomodo, monente Pareo in lexico Plaut. v. Ovis Aristophanes in Nubibus: λίθοι, ἀριθμὸς, πρόβατα; Propertius Elegg. 2, 13:

Et stolidum pleno vellere carpe pecus;

et hic ipse Ba. 1075 sqq.:

— — — — Ba. Quid hoc est
Negoti? nam, amabo, qui ovis has adegit?

Oves ibi meretrix vocat senes, non quo ancillaturos eos sibi speret, quod sperare stultae, imo insanae, fuisset, sed quod eos apud se probe tonsum, i. e. argento emunctum, iri sibi persuadebat mala mulier; sicut soror eius 1085 de Nico-

Nicobulo, cui bis uno die os subleverat veterator Chrysalus:

Pol hodie altera haec iam his detonsa certo est;

et Lysimachus hoc ipso loco 514 sq.:

— — — — Generis Graii est.

Eam si curabis, perbona est: tondetur nimium scite.

Eo igitur sensu ovis hic vocatur Demipho, neque vox ancillam ullo modo in eum quadrat. Atqui edd. vv. et Ms. decurtatus, qui altero correctior, non ancillam, sed eccillam δεικτικῶς, quod in absentibus usurpari, sicut eccum ellum et similia, monui secundum alios ad Amph. prol. 120. Digito monstrans Demiphonis aedes Lysimachus: Ovem, inquit, tibi eccillam dabo, natam annos sexaginta, peculiarem; quae descriptio est senis; dabo autem vel tanquam proprium, ut amasiarum nos dicere solemus et Philoxenus Bacchidibus dicit Ba. 1161:

— — — — Ducite nos, quo lubet, tanquam addictos;

vel tanquam pensum, quod peragat Pasicompsa, quomodo ibidem Bacchis 1106:

Senem illunc dedo tibi veteriorem: lepide ut lenitum reddas.

Et soror:

Meum pensum ego lepide adcurabo; quamquam odium est mortem amplexari.

517. V.:

Nunc, mulier, ne tu frustră sis, mea non es: ne arbitrere.

Sed frustra apud Hunc et veteres spondeum semper pedem efficere, observavi ad Men. 599. Vnde reponendum erat N., m., ne frustra sies, mea etc.

522. V. inconcinne:

Ecastor iam biennium est, cum mecum rem coepit.

Interpolarunt alii: — cum mecum rem ille coepit; alii ne sic quidem ἐμμέτρως: — cum mecum rem coepit habere. Edd. vv., in his Sarracenia ac Mediolanensis: — cum mecum rem coeperit, h. e. ni fallor, cum mecum rem coeperat, pro coepit, quomodo plusquamperfecta loco perfectorum usurpari monuimus ad Amph. prol. 81. Sic igitur sententia ipsa iubente rescribendum existimavi.

526. Itidem inconcinne libri:

Ego cum viro et ille cum muliere; nisi cum illo, aut ille mecum etc.

Τὸ viro i litera elisa pronuntiandum, figura prosodica, quam illustratum ivi ad Amph. prol. 74.

529. 533. quidĕm. locŭm. Vid. ad Amph. 1.

533. Prima syllaba τοῦ praehiberem non eliditur, cum praesertim sub ictu sit posita. Vid. ad Amph. 341.

535. Vulgo pravis numeris:

Empta est amica clam uxore mea et filio.

Edd. vv. τὸ mea non agnoscunt, quod ab inepto nescio quo interprete videtur inculcatum. Mss.: E. e. a. clam uxorem

et iam filio; in quibus non difficile erat id agnoscere, quod dedi:

Emta est amica clam uxorem et clam filio.

Accusativum autem utroque loco nunc usurpandum censeo, qui quam saepe cum hoc adverbio coniungatur apud priscos Latinorum scriptores, docent lexica, et de Plauto separatim Pareus in lexico Plaut. v. Clam cum accusandi casu.

537. V. ἀμέτρως:

Decurso in spatio breve quod vitae reliquum est.

V. C. relicuum est. Vid. ad Ba. 1055.

538 Voluptate τρισυλλάβως pronuntiandum. Vid. ad Amph. prol. 74.

541. Soloece libri:

Rei tuae quaerendae convenit operam dare.

Nusquam rem nostram quaerere dicimur, sed semper rem quaerere absolute. Iunt. Ald.: Rei q. tuae c. o. d.

543. V. versu nullo:

Te colloces, dum potestur: id iam lucro est etc.

nec melius ille, qui: T. c., pota, es, savies, id iam lucro est. Metrum effinxit Acidalius reponendo Te, dum potestur, colloces etc. Sed prius videndum erat de fide scripturae. V. C.: Te conloces. dum potest uersidiam (Pareus: potestuer sid iam) lucrost. Decurtatus: Te c. dum potest aue sidiam lucrost. Sarracen. et Mediol.: Te c. dum potes: si uales, id iam lucrost, Quo minus hoc ut dico etc.; quomodo etiam Iunt. et Ald. Perstandum equidem mihi intellexi in scriptura codicis decurtati: nam in ceteris nulla spes salutis; sed in illa nullo negotio reperire mihi visus sum id, quod excudi iussi:

Te conloces, dum pote, et ames, si id iam lucro est,
Quod vivis:

nam continue scriptum dumpoteetamessiid, similibus nunc inter se permutatis, nunc omissis (sicut bis eadem perscribenda semel ponere solent librarii), quam facile transire potuerit in dumpotestauesid, unusquisque, opinor, videt; sensus autem horum longe quam eorum, quae vulgo hic leguntur, personae loquenti aptior, ut quae non tam de otio cogitet, quam de reliquis sibi dieculis amori formosissimae feminae impendendis.

553. Quid ais, D.? Vid. supra ad 481. De coena coquenda prius, quam ad mulierem introeat, dicturus est Demiphoni alter senex, ut ex sequentibus intelligitur.

554. Forte comma, quod vocant, positum post censes pro signo interrogationis, quod reliquae edd. exibent neque mihi mutare fuit animus.

557. V. inconcinne:

Vt illuc introeam. Ly. itane vero, vervex, intro eas?

nec τῷ Vt praecedenti versui apponendo defungi possumus. Sed non improbarim ego rescribentem:

— — — — — — existumo, ut
Illo introeam. Ly. Itane vero, vervex? intro eas?
Similiter 560:
Nam nunc si illo introieris etc.

560. V. minus expedito versu: N. n. s. i. introieris: a. v. Possit etiam rescribi:
Nam nunc sid illo introieris: amplècti voles.
Vid. ad Amph. prol. 149.

563. Quodne ames? Vid. ad Aul. 388.

564. Taubmannus κακομέτρως:
Iam plenus ae|tatis a|nimaque foetida.
Nec melius Pareus: Iam aetatis plenus animaque f. Recte Gronovius: „Mss. Pall.: Iam aetatis plenus anima foetida. Alter: Ianutatis pl. a. f. Tertius Academiae nostrae: Iam aetatis pl. a. foetidia. Vnde satis colligas verum esse, quod legitur apud Nonium: Ieiunitatis plenus, anima foetida. Quod Gruterus probat tum ob rotunditatem numerorum, tum quod versu sequenti senectutis iterum fiat mentio. Addo aliud argumentum: nempe quod mox ait Demipho: Quid si igitur, unum factum hoc si censes, coquum Aliquem arripiamus. Nam in omnibus superioribus nullum est verbum, ex quo colligere possit Demipho, Lysimachum censere sive unum sive bonum hoc factum, ut sitarchia navigium Veneris instruatur, nisi illud unum ieiunitatis."

568. unum factum hoc si censes. Nihil muto, nec tamen interpretor cum Salmasio: si faciundum hoc censes. Sed factum accipiendum ἐμφατικῶς pro bonum factum, quomodo haec et similia dicuntur res pro res bona seu commodum, vir pro vir bonus seu fortis. Vnum ex abundanti additum, de quo vid. ad Capt. 795. Frustra coniecturis locum exercuere viri docti, quas non excutiam.

571. V. nullis numeris:
Nunc tu sapienter loquere atque amatorie:
nam -que syllaba in atque sequente vocali non liquescere, nemo mihi persuadebit, neque huc valent, quae dixi ad Amph. 341.

574. illi, Pasicompsae. Male V. C., adstipulante Pareo, illic, quod sequente versu refelli sensit Taubmannus.

580. amŏr. Vid. ad Amph. prol. 58.

581. Nĭ. Vid. ad Amph. 149.

585. V. turbatis numeris:
Sed tandem si podagrosis pedibus esset Eutychus;
nec melius, qui Sed tandém iam si p. p. e. E., vel Sed tamen tandem si p. p. e. E., quod posterius quidem aeque peccat in numeros. Manu scriptorum alter: Sed tamen demsipo dragosis; alter: Sed tamen dempsi podagrosis. In quibus non ita difficile erat agnoscere hanc Plauti manum:
Sed iamdudum, si podagrosis pedibus esset Eutychus,
Tam rediisse a portu pótuit.

Terentius Heaut. 178 sq.:

Si mihi secundae res de amore meo essent, iamdudum, scio,
Venisset.

Et sic passim. Transiit autem iam- in tam-, sicut saepe factum, pro quo postea tamen sententiae causa repositum fuerit; -dum vero pro dudum exaratum (cum librarii, more suo in similibus bis ponendis, alterum du- lucri facerent) in -dem, unde conflatum tamen dem vel tandem.

586. Libri Iam rediisse etc.; sed Tam nunc requirebatur, h. e. Tamen. Vid. ad Ba. 1135 sqq.

V. quoque: Id illi vitium etc. verbo gravissimo Id in thesi occultato.

588. V. — video? ipsus est etc. adhaerescente quidem versu, nisi legas videod. Sed frequentantur in hoc genere Is ipsus, Ea ipsa. Cist. 323 sqq.:

Me. Nempe istic est, qui Alcessimarcho filiam
Suam despondit in divitias maxumas?
La. Is ipsust.

Vid. etiam ad Men. 99 et Acidalium ad vs. sequ.

589 sq. Iterum leguntur hi versus infra act. 5 sc. 2. principio, ubi codd.:

Spem speratam quoniam obtulisti hanc mihi, grates ago;

quod fortasse potius recipiendum non eliso quoniam. Vel locus alter ex altero corrigendus, ut hinc tibi, illinc quoniam arcessatur scribaturque:

Spem speratam quoniam mi obtulisti hanc, tibi grates ago.

Et hanc quidem rationem nunc potius inierim, memor frequentissimae horum particularum confusionis, de qua monui ad Men. 879.

Ceterum Acidalius infra haec ponenda putat, ubi dixi, hic vero inducenda. „Etenim," inquit, „qui tanta convenerit hic exsultatio? Visone vix sodali rapiatur in gaudium tantum Charinus, ut re, quam ferret, neque cognita triumphet? Et quam repente deiicitur vicissim? Nec haerent his commode, quae sequuntur. Illa vero commodissime reliquis, si, quae volumus, eximantur:

Sed isne est, quem currentem video? is ipsus est. ibo obviam.

Numquid restat? etc."

Sed nihil unquam frigidius peiusque scripsit bonus Valens, a quo cum mihi dissentiendum est, a memet ipso videor dissentire. Nam sic solent perturbati, praesertim amore, quo affecto nullus vehementior: vident, quae non adsunt; audiunt non dicta; denique animo occupant, quaecunque vel metuunt vel optant. Ita h. l. Charinus conspecto Eutycho accurrente non modo nuntium, sed bonum nuntium sibi adferri laetus auguratur, et de oblata spe deae Fortunae agit gratias; mox, restante aliquantulum sodali, ut ani-

mam recipiat, subito de statu deiicitur seque periisse clamat. Quo quid fingi potest verius venustiusque? Contra initio act. 5 sc. 2 inter 830 et 831 huius editionis, quo loco mulierem iam invenit Eutychus, parum est de spe oblata dicere eum, cui in manu est ipsam puellae tantopere expetitae copiam amico facere, longeque maius quid sonat, quod ibi adolescens:

Ecquisnam deus est, qui mea nunc laetus laetitia fuat?

Hoc igitur versu scena ista incipienda est delendique versus male repetiti.

591. Inepte libri: Numquid restat? tanquam dubitante Charino, an restet necne Eutychus, de quo incertus esse non poterat, qui oculis recte uteretur. Reponendum Nam quid restat? τῷ Nam transposito, de quo vidd. Parei lexic. Plaut. Mantiss. v. Anastrophe, nos ad Capt. 731. Codd.: Nunc quid, Nunc quod.

592. V. ex interpretatione, quam versus respuit: incedit. Vid. ad Ba. 1026.

594. sūm. Vid. ad Amph. 116, 341.

599. Hunc versum inter et sequentem vulgo ista inculcantur Odiosa est oratio etc., quae versu 602 ponenda vidi, quia nihil etiam dixit Eutychus, quapropter prolixus eius sermo timendus sit Charino, quod significat dictis verbis; sed illic cum sic ordiatur ille: Primum omnium periimus, orationem multis constantem partibus expectans Charinus impatientiam suam ita prodit.

605. Ne di sirint. Vid. supra ad 317.

608. quom ad portum venio. Vid. ad Amph. 503.

611. Nec pro Non positum, sicut saepius, praesertim apud priscos. Cf. Curc. 542 Men. 715 Most. 146, 545, Parei lexic. Plaut. h. v.

V. autem difficiliore numero: dividiae, quod rarioris formae interpretamentum.

616. Flere omitte, istuc quod nunc agis? Vultuose haec, ut grammaticorum more loquar, h. e. contracto supercilio ac minaciter pronuntianda sunt; quare Eutychus, perculsus: Quid ego feci?

618. V. perversis numeris:

Ev. Di sciunt, culpam meam istanc non esse ullam. Ch. euge, papae!

Et sic quidem V. C., pa -syllaba perperam iterata; sed Decurt. eugipe, h. e. eugepae, quo recepto quomodo versum corruere dicat Taubmannus, non intelligo: nam τῷ ullam non eliso bene se is habet, malimque adeo nunc absque transpositione verborum:

Ev. Di sciunt, culpam meam istanc non esse ullam. Ch. Eugepae etc.

619. quí. Vid. ad Amph. 149.

620. Putide vulgatae atque inconcinne: — ego quod dicam, id mihi mea in manu est. Aut dicendum Quod di-

cam, id mihi in manu est, aut Quod dicam, in manu mea est; neque usquam aliter probi scriptores emendati.

Quod τὸ est ad sequentem versum traduxi metri causa, vid. ad Aul. 131.

628. V. turbata consecutione temporum: Vbi habitaret, invenires saltem, si nomen nequis. Vett. edd., in his Iuntae, nequires, usurpato singulo trochaïco tetram. acat.; qua de re vid. ad Amph. 596.

630. Tὸ Eutyche a me additum versui sarciendo. Vid. supra ad 210. Blandientis est haec compellatio, quoniam se faciem hominis exquisivisse dixit Eutychus, quam scire alter cupit.

640. V.: — Ch. Quia enim me adflictāt amor, quod ferendum nunc arbitror, τῷ adflictat accepto pro adflictavit. Vid. ad Aul. 575. Quanquam rarissime hac contractione Plautus utitur.

641. paritas. Redit vox Poen. 754. Amant frequentativa prisci.

642 sq. Sī. Vid. ad Amph. 149.

644. Forte verba hic transposita. Legendum, sicut in libris omnibus, sub ictu posito τῷ exilio: Quis modus tibi exilio tandem eveniet, qui finis fugae?

647. V.:

Si id forte ita sat animo acceptum est: id pro certo si habes.

Versum facile restituas reponendo sid habes. Vid. ad Amph. prol. 149. Sed aliud volunt libri vett., quorum Camerarii antiquissimus calamo exaratus et primae edd., in his Sarracen. Mediol.: Si id fore ita sit animo acceptum est certum id pro certo si habes; liber Meursii, quocum congruunt edd. Iunt. Ald., S. i. forte i. s. a; a. e., certum id profecto si habes; quae mihi quidem correctio videtur eius, cui certum aliquid pro certo habere insulse dictum videretur. Insulsum hoc revera; nec tamen istud profecto huc inducendum erat, sed reponendum:

Si, id fore ita, sat animo acceptum, incertum id pro certo si habes etc.

Scripserat librarius per compendium: — acceptum īcertum id etc. Hoc alius cepit pro: — acceptum ē (est) certum id, itaque exarando acceptum est certum corrupit locum. Recte incertum id esse dicit Eutychus, an amorem suum Charinus relicturus sit in urbe, si inde abeat; et si ita existimet, melius esse rus aliquo se conferre, quam in aliquam earum civitatum, quas nominavit.

656. Vid. ad Amph. 596. Inconcinne libri:

— — — — — — — illico
Ibo, orabo ut conquīsitores det mihi in vicis omnibus.

660. feci ego ingenium meum. Notabilis loquendi forma, quam recte explicat Lambinus: morem gessi ingenio meo.

667 sq. Ibidem inconcinne edd.:

— — — — — — Do. aliquid cedo,
Qui hanc vicini nostri aram augeam, Syra.

Possis etiam reponere, τῷ quid pro qui accepto, de quo vid. ad Amph. prol. 149:

— — — — — — Do. Aliquid, Syra,
Cedō, quid hanc vicini nostri aram augeam.

Et haec quidem ratio sane potior. De Cedo posteriore syllaba longa usurpato vid. ad Amph. 475.

675. Vulgo nullis numeris:

Sy. Dorippa mea, Dorippa! Do. quid clamas, obsecro?

Sic autem Decurtatus et impressi; sed V. C.: Sy. D. m. D. Do. quid volebas, obsecro? Quod minime spernendum, cum praesertim verisimile sit, clamas τῷ volebas interpretandi gratia adscriptum esse. Nam rarius id imperfectum sic usurpatur; usurpatur tamen. Asin. 373:

Sed quid venis? quid quaeritas? Me. Demaenetum volebam.

Ibidem 376.;

Me. Quom ivisset, post non rediit? Li. Non edepol. Quid volebas?

plane ut hoc loco. Et itidem ibi 433:

Sed, si domi est, Demaenetum volebam. Le. Negat esse intus.

Recepto igitur verbo volebas, videndum erat de numeris, cumque facile intellexissem, alterum Dorippa versum non capere, primam tantummodo syllabam eius posui, ut iterum heram appellatura Syra ab ipsa interpelletur et dicere iubeatur, quid se velit.

676. V.:

Nescio quae est mulier intus hic in aedibus.

Sed vett. edd., in his Sarracen. et Mediol., adverbium non agnoscunt, et mediae aetatis, velut Iuntina, alio loco inculcant, ante intus, ut incertae solent esse sedes interpretamentorum. Id igitur expungendum duxi.

677. V.:

Do. Q.? m.? Sy. M. m. Do. veron' serio?

Eleganter personas variatum iri censebat Acidalius: Do. veron'? Sy. serio. Atque id plane usum requirere in hac forma, colligo ex locis similibus. Cas. 637:

Pa. Ego? Eo, quo me ipsa misit. Sta. Veron'? Pa. Serio.

Truc. 273:

Ego non novid adulescentem vostrum. Stra. Veron'? Asta. Serio.

680. bellissumi. Vid. ad Men. 533.

681. Tò I liquescit. Vid. ad Ba. 716.

684. V.:

Parum ne est malae rei, quod amat Demipho.

Peccat haec lectio in numeros. Arbitror autem per compendium nē pro nunc perscriptum corruptionis ansam praebuisse.

685. insupēr. Vid. ad Amph. 38. Nam sic malo hunc versum dimetiri:

Ni sum | tuo | sus in | supēr | etiam | siet,

quam hoc modo:

Ni sum | tuo | sus in | super e | tiam | siet,

qui numeri longe sunt debiliores, minusque elegantes τῷ etiam in duos pedes distracto, quod uno contineri satius est. Vid. ad Amph. 355.

686. Decem eliso e priore efferendum est, qua de re vid. ad Amph. prol. 74.

688. V.:

Solet hortator remiges hortarier.

Acidalius Divinatt. in Plaut. p. 328: „Deesse," inquit, „videtur Solet olim hortator, ne claudicet versus: etsi non nescio produci interdum in t desinentia eiusmodi verba, maxime, si, ut hic, aspiratio excipiat, quae quasi sit pro consonante. Sed in hoc genere [quali autem?] vix id putem admittendum. atque olim sic solet interiici in re comparationis. Milite [prima]:

Quam solis radii esse olim, cum sudum est, solent."

Sic ille, cupide arripiente istam coniecturam bono viro Pareo. Nam rectius lectionem Iuntinae et Aldinae, quae scriptis deberi videtur, Solitust hortator etc. recepisset in ordinem; quod equidem mihi faciendum in animum induxi, etsi non oblitus eorum, quae monui ad Amph. 483.

690. ut iusseram. Vid. ad Amph. prol. 81.

694. Operarum socordia excusum commendas pro commendes, quae librorum lectio est minime improbanda.

697. Lege numeris haud paulo probioribus:

Perii hercle, rure rediit iam uxor mea.

De producto re- in rediit adi, sis, nos, ad Asin. 375.

698. V. invitis Mss. et edd.:

Vidis | se eám | credó | mulíe|rem in ae | dibus.

Τὸ eam addisse videtur numeris aliquis opitulaturus; sed male rem gessit: nam talis versus (versus autem? imo versus simia turpissima) a Plauti veterumque arte metrica abhorret. Reponendum, excluso glossemate:

Vidisse credo mulierem intus aedibus.

Intus aedibus prisce pro In aedibus. Vid. Vechner. Hellenolex. ed. Heusinger pag. 377 annot. Frustra Iunt. Ald.: V. credo mul. hanc in aedibus.

701. V.:

Do. Disperii! Ly. ego quidem hercle oppido perii miser.

Mss. non ego quidem, sed equidem, cuius illud vel interpretamentum, vel versui sarciendo arcessitum est. Passim confusa Hercle et Hercule. Cf. Pseud. 289, 500. Sic et Mehercule rescribendum vidi Pseud. 1176.

701. ŏmnes. Vid. ad. Cas. 690.

707. Sarracen. et Mediol.: Faciunt quam illi, qui non fiunt rustici. Iunt. Ald.: F. quam ii, qui n. f. r. An dederat Plautus, numero quidem meliore:

Faciunt quamde illi, qui non fiunt rustici?

Vid. ad Amph. prol. 69. Sane hoc nunc praetulerim.

708 sqq. Numquid delinquont rustici? Propter delicta aliqua servorum in urbem rediisse uxorem putat.

Vulgo autem haec neque omnino emendate et perverso ordine sic exhibentur:

Ly. Quid autem urbani deliquerunt? dic mihi.
Do. Quoia illa m. i. e.? Ly. V. e.?
Do. Vidi — — — tamen.
Cupio h. scire. sed tu me tentas sciens.
Ly. Vin' — — — mihi,
Nescio quid dicam — — — magis.

Si ita scripsit Plautus, quid voluit verbis Sed tu me tentas sciens, ubi nihil dictum a Lysimacho, quo tentare uxorem videatur? Nam quod rogat, an mulierem viderit et an scire velit, cuia sit, nihil in his captionis. Deinde irati est illud Resciscam tamen versu 713, non irati, sed potius cum bona gratia exquirentis id, quod ibi sequitur, Cupio hercle scire. Tum pro monstro est, mulierem per Herculem iurare. Omnibus his carere nobis licet incommodis, si ita reponatur, ut in hac editione factum est. Rogat Lysimachus: Si rure omnia sint salva, quid igitur urbani deliquerint. Nam se id scire cupere. Cui uxor, se tentari suspicata, an de puella rem resciverit: Sic tu me tentas sciens? Legendum enim h. l. Sic pro Sed, qualia saepe misceri monuimus supra ad 76 et ad Curc. 43. Et iam iratior illa facta sine ambagibus rem dicit: Quoia illa mulier intust? Senex vero, quid dicat, nesciens et de statu nonnihil deiectus, interrogando an eam viderit, et an roget, cuia sit, eludere veri inquisitionem tentat et instantem evitare tempestatem. Quod sentiens uxor, subiicit iratissima: Resciscam tamen, h. e. Resciscam, etiamsi tu mihi dicere nolueris, ut video te nolle. Quibus verbis magis magisque in angustias redactus senex timidus, qui non sine mercede dotatam se duxisse dudum senserat, dicat an non dicat rem, parum certus, denuo infit rogare, an dici velit uxor, cuia sit ista femina; deinde fateri rem aggressus, haeret; tum iterum narrare incipit; sed quasi torpente eius lingua tandem metus silicernii solvitur in ista, desperationis plena: Vae mihi! quid dicam, nescio. Sic igitur haec cohaerent, et personis dicta congruunt. Quibus si quid melius alii excogitarint, primus ea meis substituam; lectionem autem vulgatam plane ferendam non esse, id quidem certo scio.

718. V. pravis numeris:

Do. Scio, innoxius. Ly. audacter quamvis dicito.

Sed Lysimachum non decet tam confidentem esse, hominem pusillanimum, qui hiscere non audet uxore suscensen-

te. Dorippae sunt verba Audacter quamvis dicito, quibus virum dicere iubet, si quid dicendum habeat, et illo obmutescente acrius urgens pergit: Dic igitur. Atqui, Pareus tanquam ex Mss., non immissa Lysimachi persona: scio, innoxius: audacter quamvis dicito. Ly. dicam. Do Dic igitur. In quibus illud Dicam scioli cuiusdam videtur esse, minus recte denuo dicere virum iubere feminam existimantis, priusquam ille vel verbo responderit, velitne rem fateri, nec ne. Quod superest, Scio istud, quod sententia utcunque fert, non fert versus, ortum ex depravata scriptura Sci pro Si, de qua dixi ad Men. 338 sq.: quod cum prorsus alienum h. l. esse intelligerent, fecerunt Scio, quod accipi quidem potest, ut significavi, κατ' εἰρωνείαν, de quo usu voculae monui ad Aul. 195 (cf. etiam Intelligo infra 727); sed quanto nos concinnius:

Si innoxius's: audacter quamvis dicito.

Male autem edd. quaedam, in his Iunt. et Ald.: — audacter quid vis dicito.

720. V.:

Illa est. num etiam vis nomen dicam? Do. nihil agis.

Sed Mss.: Illa sunt etiam vis etc. Saepe est et verbi sunt compendium inter se permutata.

722. Inconcinne libri atque depravate:

Ista quidem illa est. Do. quae illa est? Ly. illa, Do. iohia,

vel I. q. i. e. Do. q. i. e.? Ly. illa. Do. io illa; unde Acidalius aeque male: I. q. i. e.? Do. quae illa est illa? illa io! Nos reponendum vidimus Io, hias? Subinde os aperiens ad loquendum nec quidquam proferens senex recte dicitur hiare.

723 sq. V.:

— — — — — — — iohia.
Ly. Iam si nihil usus esset, iam non dicerem.
Do. Non tu scis quae sit illa? etc.

Posteriorem versum priore loco legendum esse, intellexit Acidalius; ceterum male reposuit:

Non tu scis quae sit illa illa? Ly. imo etiam scio.
Do. Iam. Ly. si nihil etc.

Nam quid, quaeso, istud Iam sibi vult, Dorippae attributum, quod, quo referatur, nihil habet? Rescribendum Tam, si nihil etc. Scire quidem id se dicit Lysimachus, nec tamen absque necessitate dicturum nunc fuisse. De Tam pro Tamen veteribus usitato dictum ad Ba. 1135 sqq.

727. Libri inepte et metro nullo:

Imo sic sequestro mihi data est. Do. intellego.

Τὸ sic ortum ex sequente syllaba persimili. Intelligo ironicum. Vid. supra ad 718.

731 sq. Mss.: Coq. e. c. atque quom recogito, N. c. est, non ducti sumus. Brix. Iunt. Ald.: Coquendast coena, atqui mecum cum cogito, N. coquendast, non ei cui ducti sumus. Vulgata lectio Camerarium auctorem habet, cui

de posteriore versu etiam nunc assentior; sed priorem iam ita legendum puto, inducta voce addititia:

Coquenda cocna est; atque, quom recogito,
Nobis etc.

733. qui. Vid. ad Amph. 149.

735. onustos. Bene saburratos. Vid. ad Cist. 122.

738. Libri inconcinne:

Ly. Abi. Co. quid? abeam? Ly. ſt, abi. Co. abeamne? Ly. abi.

Legendum: St, abito. Syllaba -to a sequente nominis compendio simili co. intercepta.

740. Vulgo: .

— — — — — — — sumus.
Sed interii. Do: quid ais tu? etc.

ubi τὸ Sed prorsus alienum. Novis quaestionibus virum aggressura mulier, primo statim verbo pronunciato, interpellatur a sene, rem omnem odorante seque interiisse exclamante. Ceterum Sed elisa vocali efferendum, de quo vid. ad Amph. prol. 74.

746. V. ἀμέτρως:

Scitam hercle opinor satis concubinam hanc. Ly. non abis.

Τὸ satis petitum ex versu 743.

748. V. soloece: Imo hercle tu istuc ipsus. Recte Pareus priore editione: I. h. tu istic ipsus, de qua forma loquendi dixi ad Amph. 210. Frustra Taubmannus vulgato istuc praetendit manu scriptos et edd. vv., quibus in his rebus aut parva aut nulla est auctoritas. ,,Pareus,'' ait, ,,nobis obtrusit istic ex vett. edd., inquit. at quaenam illae?'' Quasi scilicet non plane sic legeretur in Iuntina. Sed eam quidem non nosse Taubmannum et Gruterum cum alibi, tum etiam h. l. et supra 476 observavimus. Quamobrem non erat quod de sententia sua Pareus demoveretur et posteriore editione insulsum illud istuc postliminio sibi reducendum existimaret.

749. dixeras. Vid. ad Amph. prol. 81.

750. V. interpretatione inconcinna:

Te od. a. a. a. Ly. e. istuc dixi tibi?

Intelligendum dixi, non ex antecedentibus repetendum. Similiter. Cas. 204 Quam tu mi uxorem? Most. 535 Quid tute tecum? etc.

751. Ita. Vid. ad Amph. 475.

753. Absurde libri: Non te odisse aiebat, uxorem verum suam.

757. V.:

Ni metuis tu istanc. Ly. sapio: nam mihi unica est.

Melius olim Taubmannus: Ni metuis tu istanc? pro Metuisne t. i. per anastrophen, de qua vidd. grammatici et nos ad Ba. 1135 sqq. Sed scribendum Ne metuis etc. Nunquam Ni valet illud Ne interrogativum.

Vnicam autem senex dicit dilectissimam, εἰρωνικῶς. Vidd. inttpp. ad Capt. 1, 2, 44.

761. Hesiodus Opp. et DD. v. 341:

Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.

In agro, antequam ematur, duo esse consideranda praecipue, Porcius Cato censebat, salubritatem coeli et ubertatem loci; post haec intuenda viam et aquam et vicinum. Vid. Tob. Magiri Polymnemon pag. 2287 v. Vicinus §. 1.

762. V. inconcinne:

Co. Cur hic adstamus? Ly. quin abimus? incommodi
Si quid etc.

Modo perscriptum adstamus tinniebat adhuc in auribus librarii, qui primus haec sic exaravit; itaque pro abis dedit illi simile abimus. Vide de eiusmodi vitiis ad Aul. 236. Itidem 768 senex: Quin abis?

763. Tibi pronomen eliso i priore efferendum est. Vid. ad Amph. prol. 74.

767. V. interpretatione ἀμέτρῳ:

Dari potest interea etc.

Potest, fieri potest. Vid. ad Aul. 341.

770. V. minus bene: aut mox aut cras. Non recte mox facienda crastinis opponuntur, siquidem haec ipsa quoque tam propinqua sunt, ut mox factum iri non inepte dicantur; sed recte opponuntur nox, h. e. nocte vel hac nocte, quae agitur, facienda cras gerendis. Cf. 1012. Saepius autem mixta verba Nox et Mox: cf. Asin. 573 Rud. 329.

771. Itidem perturbatis numeris atque ex interpretatione libri:

Sequimini. Ly. Fortasse te illum mirari cocum.

Fortasse cum infinitivo priscis usitatum (vid. Parei lexic. Plaut. h. v.), quod iam sequente vocali litera accentum retrahit, de quo monui ad Asin. 143.

777. V. inconcinne: simul. Vid. ad Amph. prol. 69.

780. Iusiurandum dabo, me nunquam quidquam cum illa . . . . . Intellige: consuevisse. Similiter Terentius Eun. 1, 2, 63 sq.:

Ad virginem animum adiecit. Ph. Etiamne amplius?
Th. Nil: nam quaesivi.

Ad quem locum interpres vetus: Etiamne amplius.] Mundat Terentius, ut solet, res huiusmodi per ἔλλειψιν suam.“ Raro tam verecundus Plautus, neque ita ferebat seculum illud rudius ac verius.

786. eloquar. Edicam. Rarior verbi usus.

789. Vxōr, heus etc. Vid. ad Amph. prol. 38.

790. hinc. Verbum hoc, tanquam ex Mss. petitum, iisdem literis, quibus cetera, excudi iussit Pareus; sed Taubmannus diversis, tanquam addititium. Praebent etiam Iunt. Ald.

794—806. Haec vulgo leguntur post scenas istas insititias Diva Astarte et Syra non redit, scenamque separatam constituunt, huius actus sextam atque ultimam. In quo er-

rasse descriptores non uno argumento colligas. Nam primum inepte ibi Syra, tanquam coelo delapsa, denuo infit loqui, postquam, ab Eutycho iussa, introiit herilem domum versu 818. Nisi quispiam argutetur, non statim anum intus secutam esse illum, sed paulum etiam restitisse, dum ista dixerit. At de eiusmodi rebus secum loqui est otiosorum, non negotiosorum, atque nullum servis negotium antiquius, quam iussa herorum exsequi. Ibi igitur iubenti domino minori paruit Syra; sed hic otiosa rediens a patre herae ante aedes Lysimachi consistit et Dorippae sortem miserabilem sibi visam reputans orationem istam habet. Id quod verum esse, vel ex Eutychi verbis intelligas versu 809, ubi Syram se adstare ante aedes videre dicit. Ad pronuntiandum duos istos versiculos Hera et Rus (792 sq.) non opus erat ut adstaret anus, sed inter eundum, praesertim tarde, ut solent senes, recitari poterant. Adstitit igitur Syra et aliquid locuta est, dum adstitit, cum non sit κωφὸν πρόσωπον, neque aliud quidquam reperias, quod vel dixisse nunc existimanda sit, vel aptius dixerit, quam illa Ecastor lege etc.

Hoc quomodo factum sit ut committeretur, investigare, officium meum, editoris, esse non arbitror; sed commissum esse, manifestum; neque desunt alia huiusmodi lapsuum exempla, de quibus monui ad Asin. 18 sqq.

811. To mi a fine versus desideratur in Mss. et editionibus antiquissimis, sed comparet in mediae aetatis, velut Iunt. Ald., estque versui necessarium explendo.

813. V. inconcinne:

Sua quidem salute ac familiae maxuma.

Versum reponendo familiai sarcias. Sed hoc parum. Mss. et vv. edd.: Cum quidem salute a familiae maxuma, in quibus a praepositionem alienam esse sensit Pareus et propemodum vere edidit Cum quidem salute familiae maxuma. Quid autem Taubmannus? Nempe more suo in Pareum invehitur, tanquam coniecturae istius Camerarianae contemtorem, quam nullus non doctus probusque adhuc adprobaverit; vimque maiorem ipsum, quam bonum Ioachimum, libris adhibere dicit; et ad sensum quod attineat, Camerarianam lectionem ambrosiam resipere, Pareanam nauteam. Versum etiam turpiter claudicare ait apud Pareum, quasi scilicet firmioribus pedibus incedat istud Camerarii commentum, quod ipsi tantopere placuit. Sed missum faciamus hominem ex ira atque invidia tantum non insanientem.

Angelius et Aldus, de metro solliciti, suo Marte rem gesserunt, interpolando: Cum quidem salute a familia omni maxuma; quod ne latinum quidem est.

Cum salute dictum ut alia plurima, de quibus breviter exposui ad Ba. 363. Quem usum praepositionis miratus, ut videtur, Camerarius lectionem sibi mutandam perperam arbitratus est.

814. bellissumus. Vid. ad Men. 533.

818. Quae hunc versum inter et 819 leguntur, literis pressioribus hic excusa, ea non comparent in Mss. et editionibus primis, sed sine discrimine, tanquam germana Plauti, exhibentur in Iuntina et Aldina. De quibus Taubmannus: ,,Abiecit haec Camerarius, ut spuria. Meursius quidem adolescens ista Plauto vendicabat publice [in Exercitationibus criticis]: privatis tamen ad me litteris postea professus est, se malle deinceps cum Scaligero et iis sentire, qui ea Plautinis minime agnoscant.“

Horum sententiae etiam ipse subscribo, neque haec digna puto, quae subtilius examinentur. Coniecissem in privatum locum, nisi carere hanc editionem quoquam noluissem, quod vel Plautinum nomen mentiretur; cum praesertim scirem esse, qui haec et similia sibi eripi nefas existimaturi essent, proptereaque opus hoc nostrum, tanquam mutilatum et malae fidei, spreturi.

819. superŭm. Vid. ad Amph. 341.

823. V. inconcinne: familiae. Saepe in eiusmodi verborum genitivo singularis numeri in ai terminato librarii offenderunt, quod non semper notavi.

827. Nam. Vid. ad Amph. 149.

830. Vulgo hunc versum inter et sequentem ista inculcantur, quae supra 589 sq. ponenda existimavi. De quibus vide, sis, ad eum locum. Ceterum (id quod sero animadverti) Acidalius quoque alterum istorum versum ex altero ita suppleri posse arbitrabatur:

Spem speratam quom obtulisti hanc mihi, tibi grates ago.

832. Domĭ. Vid. ad Amph. 341. Vulgo autem:

Domi erat, quod quaeritabam. ibi sex sodales repperi.

Sed τὸ ibi exulat a Mss. et edd. vv., additum quippe, nescio qua de causa, a Camerario, nimis libero harum rerum. Frustra Acidalius Divinatt. in Plaut. pagg. 330 sq.: ,,Facile,“ inquit, ,,suppleam a me: Domi erat, quod foris quaeritabam. Nec abnegabis id germanum, qui Plauti perpetuum morem in particulis iis sic iungendis nosti.“ Quod commentum utraque Plauti editione sua ostentat credulus Pareus.

833. Civitatem elisa u litera pronuntiandum. Vid. ad Amph. prol. 90.

834. Decem efferendum ut D'cem, qua de re adi, sis, nos ibidem ad 74.

844. Ego abest Sarracen. Mediol. Iunt. Ald.

847. V. sic distinguitur:

— — — — — — — mare;

Nec calor, nec frigus metuo, neque etc.

Taubmannus: ,,Notabam,“ inquit, ,,Calor hic positum neutro genere pro calus, ut ador et adus, decor et decus. nec dubitabam quin ad hanc faciem corrigendus apud Nonium locus in Calor. inepte enim ibidem legitur

calorem, cum adducat exempla, quae utrumque recipiant genus. Sed et Iunius Philargyrus ad lib. 2. Georg. Virg. v. 349 ita citat hunc versum:

Neque frigus neque calor metuo, neque ventum neque grandinem.

Calor, inquit, pro calorem: aliter hypermetrus versus erit. Gruterus haec; neque alia fuit in sententia Iosephus Scaliger, ut prodidit Rutgersius lib. 5 Var. Lect. cap. 17, qui tamen et Nonium et Philargyrum arguit oscitantiae, tanquam distinguendum potius sit Neque calor, nec frigus, etc. ut calor applicetur illi obsistet versus praecedentis. quod item monuit Iosias Mercerus; sed tamen acquiescit distinctioni alteri ob legem septenariorum et consensum librorum Mss." Sic ille, cuius sententiam etsi non plane improbo, graviores tamen quam Nonii et Philargyrii auctoritates expecto, interimque locum ita distinxi, ut placuit Rutgersio. Vv. edd., in his Iunt.: calorem, quod inconcinnum.

849. Vett. edd., in his Sarracen. et Mediol., conquiescam, non male propter agnominationem, sed numero duriore, ut cui sustentando necesse sit contrahi verbum conquiescam in τρισυλλαβον, litera i elisa, ut interdum quidem fieri monuimus ad Amph. prol. 74.

Ceterum vulgo: neque interdius, versu impingente. V. C.: neque uis, Decurt. neque duis; vv. edd. neque diu, quod recipiendum duxi, dum constaret de fide verbi dius pro diu, quomodo Interdius dicitur pro Interdiu: nam dius quidem in depravata codicum scriptura agnoscere mihi videor. Concedere recte explicatur a Taubmanno quiescendi causa aut consistendi in locum quempiam secedere, ad quam faciem legatur Rud. (936):

Paulisper remitte restim, dum concedo et consulo.

851. Malim: aures. Amph. 69: Vox mi ad auris advolavit.

852. tutetis. Frustra in hac voce offenderunt, quae prisco illi aevo usitata fuit. Vidd. grammatici, inprimis Priscianus pag. 799 Putsch., nos ad Amph. 82.

853. Hiulce libri: —— valete. Ev. illico etc. Verbum Heus, quod peraptum huic loco, cum eus forte scriptum esset, a sequente nota personae eu. videtur interceptum. Dixi de h litera, perperam nunc addi nunc omitti solita in libris veteribus, ad Asin. 24, 492.

855. tecum. Vid. ad Amph. 116, 341.

865. V.: R. t. a. t. C., huc. non etc. Sed huc ab interprete additum videtur, quod item omissum in altera Pareana. Vett. edd.: Respice (vel Respice huc) ad dextram. Cf. sequentem annotationem.

866 sq. V.:

Nubis ater imberque instat, aspice nunc ad sinistram
*Coelum ut est splendore plenum, ex advorso vides.

Sed V. C.: adspiciat (vel adspiciae) non ad sinistram atque detis Celum etc. Decurtatus: aspice non at sinistera atque ut detis Coelum etc. Vett. edd.: aspice nunc ad sinistram (huc inculcant Angelius atque Aldus) atque vides Colelum etc. In his facile erat deprehendere manum Plauti: adspicias nunc ad sinistram atque videbis etc. Ceterum libri nihil iuvant; sed ipsa sententia altero loco non advorso, sed avorso reponi iubet, siquidem non ibidem splendore plenum esse potest coelum, unde nubes et imber instant, sicut modo dictum. Recepta autem manu scriptorum lectione Atque videbis, sponte corruebat vulgatum vides posteriore loco, quod, ex antecedentibus petitum, ipse quoque versus repudiat, cumque iam metrum restitutum viderem trochaïcum tetram. acatalecticum, si vox plenum non elideretur, malui tamen, ab initio positis verbis gravioribus ex avorso, reponere:

Atque videbis, ex avorso coelum ut est splendore plenum,

quomodo ante legitur, similiter praepositis verbis ex advorso: Non ex advorso vides, Nimbus ut ater imberque instat. Nimbus enim ibi rescribendum existimavi potius quam atra pro ater, quod nonnullis arrisit, cum longe verisimilius sit, compendio scriptum nimbus (nībus vel nībis, ut i et u literae misceri solent) in nubis degenerasse, quam atra in ater mutatum esse, si nubis invenissent scribae. Itidem autem concinnitatis causa dedi Nimbus ut ater, ut coniunctionem ab sequente simili at- raptam arbitratus, sicut statim habes: — ex avorso coelum ut est splendore plenum.

Ceterum vel Eutychus ad sinistram stare atque ire Charino cogitandus, vel ibi sitae aedes Lysimachi, quas iam habitat mulier amata. Quo referenda verba Adspicias ad sinistram. His oppositionem anquirentes, quam Plautus noluit, male edidere Respice ad dextram versu 865. Ecce autem Acidalium, ista quoque inducentem! Qui sic Divinatt. in Plaut. pag. 331: „Inculcatum primo est posterius hoc ex adverso vides: deinde et illud aspice nunc ad sinistram. Alterum repetierunt, quia necessarium visum est in utraque parte, cum nihil pugnet contra rationem magis. Alterum fecerunt illi, qui antea legissent Respice ad dextram, quod est in antiquioribus libris. Quid autem dextrum aut sinistrum hic faciat, ego hercle non video. Sed neque de terra convenit admodum: quando erat ipse sane adhuc in terra. [Quasi novum esset, mare ac tempestates indicare pericula sive infortunia μεταφορικῶς, quo nihil frequentius apud scriptores. Cf. vel Parei lexicon Plaut. vv. Mare et Tempestas.] Latet alia vox in utravis istarum: quam quis ingenii acie se pervidere speret, ac in reliquis genuinam item assequi scripturam? Totum nos tamen in duos versus coëgimus, non Plautinos ipsos, sed e Plautinis nostros, ut resectis alienis istis sententia tantum nuda compareret:

Reci-

Recipe te retro Charine huc: non ex adverso vides?
Nubis atra imberque instat. coelum hic plenum splendoris est.
CH. Religionem etc.“

Sic ille, cui satis responsum a me arbitror in superioribus. Nihil autem magis iudicium acuit et firmat, quam si perpendas atque expendas virorum talium, qualis fuit Acidalius, diversas a vulgatis in hoc genere opiniones.

871. Inconcinne libri: Quid ibi facere vis? Vel legendum Quid ibi facere? excluso vis, tanquam glossemate, et infinitivo accepto pro gerundio, sicut interdum fieri notum est. Et hoc quidem praetulerim propterea, quod cum modo non Quo nunc is? sed Quo nunc ibas? rogarit Eutychus, consecutio temporum vel volebas, vel ibas sibi postularit h. l.

872. V.:

Ne p.: rest. i. e. t. in gaudia, antequam is. CH. eo. Haec Camerarii coniectura, quam ingeniosam vocare Taubmanno placet, mihi fatuam et minime necessariam; fatuam propterea, quia in gaudio restituto illi omnino de eundo amplius non erit cogitandum; non autem necessariam, quia non tam depravata hic codicum scriptura, ut non iis auscultare quam nova invehere praestiterit. Id quod vel Pareus assecutus est, nec nisi interpunctione peccavit, dum excudi iubet:

Ne p.; restituam iam ego te in gaudia antiqua; ut sis
Maxume, quod vis etc.

Nam scribendum erat continue: restituam iam ego te, in gaudia antiqua ut sies, τῷ restituam accepto tanquam absolute dicto, istis vero in gaudia antiqua ut sies tanquam similibus In mentem esse, In lustra iacere, de quibus dixi ad Amph. 545 Cas. 566. Hae autem librorum scripturae Camerarianorum: — ingaudiantque ut sis Maxume —; in gaudi antique ut sis Max.; nam edd. vv.: in gaudium utique ut sis Max.

874. V. perverso metro:.

Sta illico, amicus advenio multum benevolens. CH. quid est?

V. C.: Studio amicus —; Decurt.: Sta illico studio amicus etc., qui etiam verba Quid est? non magis habet quam edd. vv., in his princeps, item Iunt. et Ald. Vtrumque et Sta illico et Studio, h. e. Studeo, servandum censui, sed hoc illi praeponendum, ut primum, audire iussus a sodale, quod gaudeat, se id studere respondeat Charinus, deinde Eutychus, nihilominus properare illum videns, inferat ista Sta illico etc. Versui autem sarciendo addidi amico, paronomasia neque illepida, ut opinor, neque ab usu Huius et scriptorum utriusque linguae aliena. Supra 488:

Amice amico operam dedi, vicinus quod rogavit.

Mil. 655 sq.:

At quidem, illuc aetatis qui sit, non invenies alterum
Lepidiorem ad omnes res, nec, qui amicus amico sit magis.

875. Tuām. Vid. ad Amph. 341. To ubi hic et 879 posteriorem syllabam producit; de quo dixi ad Aul. 152.

Decurtatus: Tun' autem obsecro? unde coniicias legendum esse: — scio ego. Ch. Tun' autem, obsecro? Eleganter Autem sic usurpari, monui ad Cas. prol. 8.

876. salvam. Cf. 875.

877. V. inconcinne: Quid si animus fluctuat? Mss.: Q. s. antimus fluctuat? in quibus agnovi per compendium scripta autēāīſ, h. e. autem animuſ.

878. Gravior sententia diverso a priore metro effertur, sicut interdum fieri docuimus ad Epid. 197 sq. Hoc non advertens Acidalius, cum Iuntinam atque Aldinam (nam hi, quos dicit, libri veteres) praeferre videret Ego istum in transquieto tuto sistam, ne time: versum trochaïcum tetram. catal. restituens, reposuit

Ego istum in tranquillo et quieto et tuto sistam, ne time.

Sane similiter etiam Mss., alter: in tranquietu o sist., alter: in tranquieto tuto; sed hoc nihil aliud quam vulgatum. Cf. sequ. annot.

879. Itidem graviter grave hoc responsum iambo senario effertur. Vid. praecedentia, et de pronuntiatione particulae ubi ad 875. Cf. infra 915.

881. V. versu ὑπερμέτρῳ, vel potius nullo:

Ev. Non longe hinc abest a nobis. Ch. Quin ergo commonstras, si tu vides?

V. C. — nobis. ch. cum ergo commonstrasset, ut vides: h. e., opinor, n. ch. c. e. commonstra si vides: nam si, sed sive set, sic et similia subinde misceri in libris veteribus, supra monui ad 711 et ad Curc. 43, ut autem istud ortum mihi videtur ex sequente syllaba, male geminata. Iam optio dabatur, utrum delendum esset, illud a nobis, quod et sensum iuvat, siquidem eo τὸ hinc declaratur, quod etiam de urbe, imo terra accipi poterat, et dimidium versum optime absolvit; an istud ergo, quod sponte intelligitur nec captum superat librarii interpretantis. Quam rem an recte diiudicaverim necne, arbitrium sit penes lectorem.

883. Forte omissa nota metri: nam hic versus est iambicus tetrameter; id quod ostendit verbum istuc, cuius syllaba posterior, utpote contracta (nam istuc dicitur pro istucce), nequit corripi. Nec reponendum istud, siquidem metro vehementiore vehementior affectus Charini rectius exprimitur. Sed sequente versu denuo incipiunt trochaici.

885. V. nullis numeris:

Qui illam habet: neque est quoi magis me velle melius aequom siet.

Natum τὸ est, compendio scribi solitum (ē), ex -c litera perperam iterata. Melius pro Bene: vid. ad Aul. 288.

886 Hunc versum inter et sequentem vulgo inseritur 909. Sed bene Acidalius Divinatt in Plaut. pag. 532:

„Ch. Non curo istuc. illam etc.
Sano hoc non in mentem etc.

Versu priore scribendum forte istunc. Alter alienus hoc loco mihi videtur, nec plane scio, quid eo faciam. Nam quid est quod dicere se prius oblitum dicit? An hoc de amica reperta? non potest. Nunc enim ipse repererat illam primum et hunc convenerat. Quomodo igitur aut oblivisci dudum potuerit, aut narrandi, si meminisset, habuerit occasionem? Sed aliud quid fuisse oportet. Si aliud omnino: nihil id profecto ad hunc locum. De amica enim sola agitur et satagitur. Quodsi delendus hinc, in hac quidem comoedia locum illi vix alium dispicio. Sed an plane delendus, alii dispiciunto. Sed et hoc deinde vidento, an non dari commodiusculus eidem locus possit tamen hac ipsa scena, ut illuc referatur (908 inter et 910):

Ev. Mane parumper atque hoc audi. Ch. cape sis, puer, hoc pallium.
Ev. Sane hoc non in mentem venit dudum uti tibi dicerem:
Mater irata est patri vehementer.

Distulit diu caussam Eutychus profiteri, cur adeo recte ad amicam statim sodalem non introduceret: nunc quia videt tandem, ut retineatur fugitivus, celari non posse, simulat hactenus in mentem sibi non venisse ut dudum diceret, quod dicturus plane de industria non erat, verecundia praepeditus in parentes, quorum iras ac dissensum super ista ipsa amica prodere erubescat."

888. Libri pulcre. Vid. ad Amph. prol. 149. Frustra alii: pulcreque. Arbitro pro vulgato arbitror Mss. Vid. ad Amph. 82.

889. V. et inepte et inconcinne: Sed quid ego istuc credam? tanquam credere id nolit Charinus. Recte Iunt. Ald.: Sed qui ego etc., nisi quod pronomen ego delendum vidi metri gratia, cum praesertim illorum meminissem, quae monita ad Asin. 843.

890. V. itidem ἀμέτρως: — vos? Ev. inique rogas. To enim raptum ab utrimque vicinis (eu. et in —); quod initio sententiarum frequentare Plautum, docet Parei lexicon. Acidalio placebat: — vos? quis? vel: vos? Ev. quis? etc. Ceterum vid. ad 899.

891. V.: Quid tua refert, quicum istac venerit? etc. Sed V. C. Quid amare refert —; Decurt. Quid ima refert etc.; unde legendum intellexi Quid amorem (tuum) refert etc. Operarum autem oscitantia exaratum istaec pro istac, etsi istud placuit Acidalio. Malim nunc Dum istic siet cum Acidalio et Pareo.

895. Libri inutili atque inconcinna repetitione:

Sed quin ornatum hunc reiicio? heus aliquis heus
actutum foras etc.

Sequor Iunt. Ald., etiam Acidalio probatas.

896. V.: E. i. pallium mihi huc ferte; sed Mss.: E. i. p. m. hac Decurt. haec vel, secundum Pareum, hec) ferte, recte E. i. p. m. ecferte reponente Scioppio Suspp. Lectt 2, 21. „Sic enim," inquit, „scribsisse veteres pro efferte. omnium librorum veterum consensus testatur." De h addito vid. ad Asin. 24. Saepissime sic erratum.

897. Inepte et adulterato metro codices:

Ch. Optume adveniens puere, cape chlamydem atque
haec. istinc sta illico.

Nihil praeter chlamydem dedisse Charinum, indicio est versus 907, ubi se chlamydem denuo sumsurum ait. Verba haec istinc nata mihi videntur ex depravata scriptura histinc pro istinc. Vid. annot. praeced.

899. Hic versus vulgo inter 890 et 891 legitur, nec sententia admodum illorum conveniente et ibi expuncto eo reliquis multo melius cohaerentibus, ut recte observat Acidalius Divv. pag. 332 sq., nec tamen recte versum inserere mihi videtur post 923, praesertim, Charini persona non immissa, sic mutatum: Vera dixi. nihil Charine etc.; cum appareat referenda verba nil te quidquam pudet ad hic sequentia Non mihi credis? ut impudens dicatur Charinus propterea, quod non credat amico tam spectato. Quibus commotus perditus adolescens: Omnia, inquit, equidem credo, quae dicis mihi.

906. stultior. Vid. ad Aul. 288.

909. Vid. supra ad 886. Dicerem probabiliter additum a Camerario. Minus bene Angelius et Aldus: — dudum, ut urbem obambulo.

911. V.: advexerit in aedis, quod ferri fortasse potest, si producatur syllaba postrema verbi advexerit. Vid. ad Amph. 483 Sed similiter Hic Mil. 534 intus domum. Cf. Vechneri Hellenolex. 1, 2, 54 et Parei lexic. Plaut. v. Intus pro Intro.

915. Iambus senarius. Vid. supra ad 878, et de proceleusmatico Mane mane ad Amph. 356.

917. V. turbato metro:

Ev. Non sino. Ch. ego me moror. tu, puere, abi
hinc intro ocius.

918. Itidem inconcinne editores: Iam in currum escendi etc. Vid. ad Ba. 897.

919. conicitis. Ita Mss. prisce. Vulgo: coniicitis.

928. V.: — habeat, si ibi audiverit, quod correctoris esse puto, versum in numeros restituentis: nam Mss.: habeat, si ibi inde audiverit, ubi verbum ibi primum interpretandi causa τὸ inde adscriptum post in ipsa poëtae verba videtur irrepsisse. Recte Gruterus: indaudiverit; sed simul delendum erat interpretamentum.

931. V.: — amica sese inaudisse autumat. Mss.: am. se

inaud. aut. Nullius ponderis h. l. est pronomen, multo maioris verbum inaudisse, quamobrem hoc sub ictu ponendum erat et rescribendum metri gratia inaudivisse.

955. Camerarius pro arbitrio numerisque pravis:

Vt valuisti? quid, parentes mei valent? coena dabitur.

Mss.: V. v.? q. parentis metuat mater dati, in quibus agnoscere mihi videbar id, quod excudi iussi, — parentes? mecūad matrē cedito, h. e. p.? mecum ad matrem cedito. Ad matrem, quia primum omnium exorare eam vult, ne patri amplius suscenseat, ut ex versu 940 sq. intelligitur. Quod pro invitatione ad coenam accipit Charinus.

957. Eloquere, an tu somnias? Hoc proximum censeo manu scriptorum lectioni Eloqueni somnias. Vett. edd.: io quae insomnia; vulgo inconcinne: eho, quae tu somn.

940. Tē eii interceptum a vicinis ē (est) et i (rata). Metrum maxime requirit.

943. Quae hunc versum inter et proximum leguntur, absunt a scriptis et olim editis De his idem valet, quod de supra positis post 818.

944. quidquam. Vid. ad Amph. 116, 341.

945. V. inconcinne:

Ly. Edepol nunquam; cavi ne quid facerem. vix vivus sum miser.

V. C. — facere multum miser; Decurtatus: facerem vix vivum ser, h. e.: f vix vivus miser. De sum intelligendo vid. ad Amph. 168. Taubmannus coniiciebat: vix vivo miser.; sed nostra lectio gustum habet antiquitatis.

947. ego. Vid. ad Amph. 341.

949. sibi priorem i literam elidit, qua de re monui ad Amph. prol. 74.

952. Cette pro Cedite κατὰ συγκοπὴν dixisse Plautum atque Ennium, Nonius auctor est. Cf. Huius fragm. incert. 52.

953. tibĭ. Vid. ad 947.

957. Soloece atque inepte vulgo:

Suapte culpam genere capiunt genus; ingenium improbant.

Mss. teste Pareo: ingenio, quod reponendum etiam vidit ille. Ceterum commenta virorum doctorum de hoc loco enarrare longum est. Acquievimus nos Gronovii coniecturae, quae omnium maxime probabilis. „Accipio," inquit, „partem a Salmasio, partem a Lipsio: Suopte culpam generi capiunt, genus ingenio improbant. nam et generis et ingenii mentionem tam posteriore quam priore versu facere debuit."

958. Inconcinne libri: eo illud verum est magis, et inepte Eutycho haec tribuuntur, cum his demtis oratio Lysimachi sit arena sine calce, quod ille ait.

959. V. claudicante versu posteriore:

Nam te istac — — — — — —

Ad. am. a. e. a. eripere suo.

Legi etiam possit: Nam te istac —— emtam eripere argento suo. Et haec verior haud dubie ratio, quia facilior.

964. V. semel tantum Perge legitur, item hiante versu.

967. V. affecto versu: in exilium. Vel legendum hercule, vel indu; sed hoc praetuli antiquitatis causa. Vid. ad Ba. 897 et de forma Hercule supra ad 701.

Rĕduxi. Vid. ad Asin. 375.

968. 970. Etiam loquere? Vid. ad Curc. 187.

971. V: aetate iis; sed V. C. aetate diis, „quod est," inquit Pareus, „aetated iis." Recte quidem. Vid. ad Amph. prol. 149. Decurtatus: aetate his.

976. V.:

De. Iam obsecro vobis hercle habete cum porcis, cum fiscina.

Sed porcos h. l. dici πορκούς, h. e. nassas, quas latine ita dixerit Noster, ut credam, non adducit me Salmasius. Recte de sportis idem cogitavit, sicut etiam Acidalius. „Porcis," inquit Salmasius, „scriptum est pro portis, ut C et T in libris veteribus saepe permutantur invicem. Portis autem pro sportis, ut casteria apud eundem Plautum (Asin. 499) pro schasteria. Proverbium est Habete hoc vobis cum sportis, cum fiscina. Sportae et fiscinae ex vimine texebantur, et continendis obsoniis et variis rebus serviebant. Nam a sporta sportula dicta ὑποκοριστικῶς. Fiscisnae etiam tunc parabantur ex vimine ad ficus et alia huiusmodi continenda. Habeatis, inquit, rem ipsam cum iis vasis, quibus continetur." —

Similiter itaque hoc dictum atque illa Rem auferre vel Aliquem abducere cum ornamentis omnibus, cum pulvisculo, cum ramento, cum intestinis omnibus, de quibus vid. Pareani lexici Mantissa in Proverbiis.

977. Minus recte sic distinguitur in libris:

Ev. Redde filio: sibi habeat. De. iam ut volt, per me sibi habeat licet.

Nesciebat enim, id velle filium, Demipho; sciebant Lysimachus atque Eutychus: ergo alterius horum rectius existimantur esse verba Vt volt; quomodo mox item de Charino senex sanior: Supplici sibi sumat, quod volt, ipse ob hanc iniuriam. Sibi posterius adscribendum ineptus aliquis putavit, quia Eutychus modo dixit: sibi habeat. Quod eo loco metrum respuit.

978. Soloece libri: non est copiae. Tῷ a saepe literulae quid sive apicis adhaerere in libris veteribus, supra monui ad 113.

979. Itidem soloece edd.: quid volt. Subinde confunduntur verborum Quid Quod et similium compendia.

982. Facerem pro fecissem. Vid. ad Aul. 696.

984. V. putida interpretatione:

Hunc senem para me clientem: memorem etc.

Aut dicendum Me para clientem, aut Hunc senem para clientem: nam utrumque horum idem valet. Vid. ad Capt. 84.

985. V.:

Ora ut ignoscat delictis tuis atque adolescentiae.

Sed Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 536: „Ipsumne," inquit, „Demiphonem Lysimachus orare iubet? At quem? filium suumne an ipsius? Equidem non aderat Charinus, qui orandus esset: et oratorem vero sibi parat ille Eutychum, non ipsum orat. Nam quid hic oretur? Ignoscere Charini erat, in quem deliquerat pater. Non convenit igitur ista lectio, quam in sensum aptissimum refingo levissima mutatione. Huius emendo pro tuis. Inequitat aequali suo Lysimachus, et filium orat, orare atque intercedere apud filium illius pro illo velit. Ora Charinum, mi Eutyche, inquit, ut huius boni senis adolescentiae, delictisque per eam, ignoscat: salsissime rem indignam perstringens, cum quo modo quibus delictis quam veniam filii rogare solent a patribus, eodem iisdem eandem patri a filio nunc rogari cupit."

Sic ille, clarissima quidem, ut solet, in luce ponens rem, de qua agitur, sed minus recte corrigens huius, cum eius potiùs reponendum sit, utpote vulgato tuis longe similius, quomodo e et t literas passim misceri monitum ad Cas. 319: nam reliquam quidem partem voculae legas ius an uis, non nisi ipsa sententia edoctus scias, cum i litera absque apice, qui hodie usitatus, perscribi soleat in libris paulo vetustioribus. Deinde, quod maioris momenti est, Decurtati lectionem deliciis vulgatae praeferendam duxi tum propterea, quod facile fieri potuit, ut infrequentiori verbo substitueretur frequentius; tum quia illud hoc etiam amarius: nam delinquere cadit in senes, siquidem in homines omnes; sed amores ac deliciae res sunt a senili aetate abhorrentes. Superbe autem in se invehi queritur in proximis amator senex.

986. V.:

Pergin' tu autem, eia superbe, invehere? etc.

Sed V. C.: P. t. autem huc superbe etc., Decurtatus: P. t. autem hia superbe etc. Nunquam Eia vel Heia media ponitur oratione, sed prima semper. Nec difficile erat agnoscere in veteris codicis lectione id, quod dedi; de quo vid. ad Capt. 84.

988. Satis inepte libri: —— iam. Ly. nihil. Consuetudine etc. Τῷ Nihil absolute non negatur, sed semper ad aliquid praegressum id refertur apud probos scriptores. Nisi vel Nisid transiit in Nihil: vid. ad Amph. prol. 149. Nam hoc sequentibus applicatum per interrogationem, ut reponatur Nihil (pro non vel nonne) consuetudine animus rursus te huc inducet? tanquam dubitante sene, an sic futurum sit, lenius est, quam quod conveniat Lysimachi personae, rixis atque minis uxoris suae irritati et Demiphoni infensissimi. Neque tam miti orationi congruunt, quae hic respondet: Obsecro, satis iam ut habeatis! quin loris caedite etiam, si lubet.

991. Scilicet dotata uxor Demiphonis. Vid. ad Asin. 842.

992. V.:

Nihil opust resciscat. Ev. quid istuc? non resciscet, ne time.

Sed Quid istuc? formula mirantis est, cui hic locus nullus. Et fac miratum esse Eutychum, uxori suae celatam rem cupere Demiphonem, idque nolle: quomodo tamen statim promittit, sic fore, temereque modo ait, modo negat? Haec pugnantia Neque rescribendum Quid istic? quod aegre tandem concedentis est, velut Rud. 1331 leno tandem eo redactus, ut talentum dare velit, si vidulus sibi reddatur:

— — — — Quid istic? necessum est video:
Dabitur talentum;

et Lesbonicus, acrius instanti Philtoni cedens Trin. 540:

Quid istic? quanto ita vis: di bene vortant! spondeo.

Hic autem nihil eiusmodi, sed uno verbo se uxorem id resciscere nolle significavit Demipho. Ergo legendum Qui istuc? h. e. Cur istuc? et tribuendum hoc Lysimacho, alteri seni paulo inhumanius inequitanti, et tam facilem ei veniam dari ab uxore tantum non vetanti. Qua duriore responsione perculso Demiphone et pessima iam sibi praesagiente, Eutychus placabilior, ut adolescentem decet, praesertim erga senem: Non resciscet; ne time.

993. Decurt.: non utibile si hic etc.; edd. vv. non utibile'st hic. Fortasse legendum n. utibilist pro utibilis est.

996. tuos. Ita V. C. prisce. V.: tuus.

1001. V. imperfectis numeris:

Ly. Vide. Ev. me vide. Ly. satis habeo. at (Mss. et vv. edd. id) quaeso hercle etiam vide.

Similia similibus etiam hoc loco offecere.

1004 sq. Male libri: leges et: quas leges teneant, cum de una tantum lege hic agatur. Recte I. Gulielmius Quaestt. in hanc fabulam cap. 4: „Vulgarius mihi videtur leges tenere, et vix dignum Plauto. Paulula certe mutatione politissimam loquendi formam restituas, qua se lege teneant, contentique sint. Sic Lucilius:

His te versibus interea contentu' teneto.

[Et ita passim legibus, foederibus, pace, teneri dicimur. Asin. 574 sqq.:

— — — — — — — nunc enim interdius negotiosus est (videlicet Solonem),
Leges ut conscribat, quibus se populus teneat — gerrae.]

Neque est quod quem moveat numeri mutatio, quam inferius iterum persequitur, Haec adeo ut ex hacce nocte lex primum teneat senes.“ Mss quoque, certe Decurtatus: quas e lege ten. Ceterum verbum lex utroque

loco singulari numero poni, concinnitas sententiarum, imo ipsa ratio, plane postulabat. Mutatum numerum cum ferendum arbitraretur Gulielmius, sibi non constabat.

1005. 1007. quī — Cŭm. Vid. ad Amph. 149. V. autem minus recte: Cum eo nos hic lege agemus.

1009. V. difficiliore numero: Neu quisquam etc.

1010. V. itidem impedito metro: Quin amet et scortum ducat. Tò -et in amet male geminatum arbitror, quin autem alterum, in quis mutatum ad sequentem versum aberrasse. Vid. tamen ad Amph. 483.

1011. V. ὑπερμέτρως:

Si quis prohibuerit, plus perdet clam, quam si praehibuerit palam.

Tò quis abest Iunt. Ald. Mss. et vv. edd.: — perdet clam si pr. pal, omisso quam, quod, sententiae necessarium, a praecedenti clam, praesertim cuam vel cam scriptum, qua de re vid. ad Cas. 449, facile raptum fuerit.

1012. V. parum venusto numero:

Haec a | déo ut ex | hacce | nocte p. l. t. s.

Mss. et vv. edd.: H. a. u. ex hac nocte etc.

ANNOTATIONES IN MILITEM.

ARGVMENTVM PRIVS.

V. 6. V.: donatur illic captus militi. Illic interpretantur Ephesi, et recte; sed quis hic miles? an idem, qui mulierem avexit? an alius? Verbo indicatum hoc oportuit, ne rem maximi momenti vel intelligere vel non intelligere, lectorum arbitrio relinqueretur; quomodo in altero argumento est

Et illi eidem militi dono datust.

Ita et h. l. reponendum: donatur illi captus militi. Ephesi rem gestam esse, per se constat, cum illuc mulierem secum avexerit homo, neque inde rursum abiisse dictus sit. Adhaesit c litera ex sequente verbo.

7. V. minus bene: ut veniret. Quanquam sic et antea: Vt nuntiaret domino factum, navigat.

11 sq. Male Edd.:

— — — — geminam fingit: mulieris
Sororem ait esse.

Sed quam, quaeso, geminam? Recte Pylades et Angelius: gem. fing. mul. Sororem adesse. Mil. 237 sqq.:

Nunc sic rationem incipissam, sic instituam astutiam,
Vt Philocomasio hanc sororem geminam germanam alteram
Dicam Athenis advenisse.

Et ibid. 255 sqq.:

— — — — — — — mulierem
Iube cito domum transire atque haec ei monstra, praecipe,
Vt teneat consilia nostra, quemadmodum exorsi sumus,
De gemina sorore.

Et sic passim in hac fabula, ut mirer os Taubmanni, haec scribentis: „Sororem ait esse.] Ita Gruterus e Mss. Et τὸ ait in omnibus etiam meis est: quod primus Pylades, ut ipse fatetur, in adesse impudenter mutavit.“ Ain' vero? impudenter? Imo felicissima haec omnium hominis coniecturarum; sed tu impudens, qui impudentiae arguas non tam Pyladem, quam ipsam rationem. Nam quod ait,

non ad, fuisse ais in manu scriptis, nihil ad rem, cum subinde mixtas constet d et t literas, sicut monuimus ad Aul. 17 Epid. 279.

ARGVMENTVM POSTERIVS.

V. 3. captus ipsust. Ita Iunt. et Ald. Mss. et vv. edd. ipsus captust, vel ipsus captus, hiante versu, nisi reponatur peregred, quod nolim in scriptore veteri quidem, sed sequioris tamen aevi, qualis est, qui harum fabularum argumenta edidit. Vulgo debilioribus numeris:

Legato peregre, captust ipsus in mari.

Vid. ad Amph. 355, et de d ephelcystico, si id cuipiam placeat, ad Amph. prol. 149 Capt. argum. 1.

5. V. versu imperfecto:

Suum arcessit herum Athenis et forat etc.

Hoc alii aliter interpolarunt, Angelius et eius asseclae: S. a. h. A. atque inde adforat etc.; Scioppius Suspp. Lectt. 5, 7, (tanquam ex Mss. Camerar., quos praeferre ait S. a. h. A. atque et forat, de quo tacent Pareus et Taubmannus): S. a. h. A. atqüe ecforat, τῷ atque δισυλλάβως pronuntiato, sicut saepe quis efferri putat apud Comicos; quod cras fortasse credam, non hodie; etc. Equidem verbum Servus a fronte excidisse arbitror, cuius verbi compendium, quo prior eius syllaba litera ſ cum virgula mediae adiecta exprimitur, τῷ suum ita simile est, ut ab eo sequente interceptum esse facile in animum inducamus.

6. Libri:

Geminis communem clam parietem in aedibus.

Sed recte Scioppius modo laudato loco: „Praepositionem in inducendam puto. nam sine dubio vel a sciolo, qui versum ruere putabat, si m non elideretur in dictione parietem, adsuta est, vel ex litera m praecedentis verbi finali repetita. Quis enim Latine unquam dixit Paries communis in duabus aedibus? Mirum profecto, nemini cuiquam hac de re in mentem venisse.“ Sane τὸ parietem non elidi puto sequente vocali litera, more priscorum, quos horum argumentorum scriptor etiam alibi videtur esse imitatus. Vid. ad Capt. argum. 1. Edd. vv.: G. c. suam p. in aed., G. c. pariet. suum aed. etc.

7. Frustra Acidalius: Liceret ut qui c. a. Quod libri vett.: Liceret, vid. ad Aul. 236. Notanda autem phrasis Licere ut quiret: nam horum alterutro defungi scriptor poterat. V. C. a manu 2.: Liceret ut coire conv. am. An primitus scriptum fuit: Liceret qua re conv. am.? nam c et q literas confundi monuimus ad Amph. 510 Cas. 449, ut autem ex praecedente -et ortum fuerit, de quo vid. ad Capt. 840.

8 V. nullis numeris:

Obhaerentes custos hos vidit de tegulis.

Obhaerentis (nam sic Mss.) exaratum pro Obhaerens, sicut verberantes pro verberans Truc. 755 et compedes pro compes Men. 868. Obhaerens pro Adhaerens antiquo usu Ob praepositionis, de quo vid. ad Capt. 533, quomodo Teucris addita Iuno dicitur apud Maronem. Videt quoque pro vidit numerorum gratia rescripsi, quomodo statim de eodem habes luditur. Male interpretati quidam:

Osculantis custos hos vidit de tegulis.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 4. V. pravis numeris:

Oculo|rum prae|stringát a|ciem in a|cie ho|stibus.

Mss. et vv. edd.: Praest. ocul. ac. etc., non liquescente verbo aciem. Vid. ad Amph. 541. Ceterum praestinguat, quod placuit Lambino, aliis non displicuit, usque adeo dubitabimus latine dici, donec id plurium spectatae fidei seu scriptorum seu librorum auctoritatibus fuerit confirmatum.

8. V. inepte atque inconcinne:

Quae misera gestit et fratrem facere ex hostibus.

Et istud quidem et ab -it antecedente originem ducere, quis non videat, cum sententiam et versum pariter devenustet? Sed vox fratrem non ita facile loco suo moveri posse videatur, cum et libri vetustissimi eam praeferant, et pro ea propugnent Camerarius, Gruterus, Taubmannus aliique his auscultantes. Sed Muretus Varr. Lectt 5, 9 farctum legendum censuit, ubi vulgo [in edd. Iunt. Ald] legatur fractum, h. e. farcimen, ut isitium aut eius generis aliquid: „ut," inquit, „quoniam tales cibi e carnibus minutissime dissectis confici solent, dicatur machaera gestire hostes ita minutatim concidere, ut ex iis farcimen fieri possit." Hoc Catone contenti sumus, cum praesertim etiam Lambino et Bosio et Casaubono similiter fartum in mentem venisse videamus, qui ad hanc faciem dixisse monent Aristophanem (Equ. 372 Brunck.): περικόμματ᾽ ἐκ σοῦ σκευάσω. Misere pro misera reponendum vidit Douza Centurionat. pag. 330.

„Proprie forma est ex Homero ducta Il. Δ, 125 sq.:

[— — — — — — — ἆλτο δ᾽ οἰστὸς
Ὀξυβελής, καθ᾽ ὅμιλον ἐπιπτέσθαι μενεαίνων],

Λ 573 sq.:

[Πολλὰ δὲ (δοῦρα) καὶ μεσσηγὺ, πάρος χρόα λευκὸν ἐπαυρεῖν,
Ἐν γαίῃ ἵσταντο, λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι.]

Cf. locum illustrem Ciceronis pro Ligar. c. 3, ubi vid. Abram." Br., qui et comparat πελανον αιματηρὸν Rhes. 430.

11. V.:

Tum bellatorem. Mars haud ausit dicere,
Neque etc.

Sed particulae Tum locus hic non est, ut quae nihil novi illatum indicet, sed fere idem sonet istis virum fortem in antecedente versu. Et libri quidem variant sed nulli rei: nam codd. Mss. Schobing. et Meurs., item edd. Iunt. et Ald.: Cum quo bellator Mars etc; vv. edd., in his Sarracen. et Mediol., quas versavi: Tum bellator Mars etc. Legendum

Tam bellatorem Mars se haud ausit dicere:

tam bellatorem, quomodo Cicero Epist. 9, 2: Qui est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? et ipse Plautus Pers. 530: Nunquam ego te tam esse matulam credidi. Vicina autem Tam et Tum, ut facillime confundi possint, sicut alibi Nam et Num, Quam et Quum et similia. Cf. nos ad 18 et 23 sq. Τὸ se quomodo interciderit, nemo est quin videat.

13: Quemne etc. H. e. Illene ut mecum se comparare ausit, quem ego servavi etc.? Vid. ad Aul. 388.

Gurgustidoniis ridicule, ut Marathoniis, a gurgustiis, ut iam alii observavere.

14. Bombomachides, ὁ οἱονεὶ τῷ βόμβῳ μόνῳ μαχόμενος. — Cluninstaridysarchides, ὁ κακῶς ἀρχόμενος, ὡς πιωκιο (clunium instar). Scatent eiusmodi iocis Aristophanes et Comici veteres. Vid. ad Epid. 340. Librarii suo more mirati haec corruperunt.

15. „Sic Sext. Pompeius Neptuni filius haberi voluit. Vid. Gell. 15, 21." Br.

16. cum armis. Vid. ad Ba. 363.

18. V.: panniculam. Mss. et edd. veterrimae: peniculom, peniculum; Iunt. Ald.: penniculum. Recte Salmasius: „Quasi ventus folia aut peniculum tectorium lectio quidem est antiquorum codicum, sed vereor ut vera sit. Non enim facile ventus difflare potest huiusmodi peniculum quo tectoria inducuntur, sive ex setis porcinis compactus sit, sive ex pilis caudae equinae. Quare omnino accedo sententiae virorum doctorum, quibus legendum videtur paniculam tectoriam. In tectoriis admiscebatur lanugo arundinum, ut etiam hodieque fit, ex lana decerpta pannis pectine. Vulgo enim tectoria farciunt huiusmodi tomentis ex vestibus derasis. Hinc et tomenta vocabantur, quia et culcitae iis implebantur. Vnde apud Martialem:

Vellera Lingonicis accipe rasa sagis.

At olim paniculis arundinum ad hoc utebantur, quas tectoriis miscebant." Gronovius: „Turnebi [Adverss. 2, 28] es paniculum tectoriam; sed aliter ille interpretabatur. Intelligebat enim lanosam comam arundinum, qua

integi villaticae aedes solent, cuius meminit Plinius 16, 36 etc.

,,Panus, ut ex Festo docuit Ios. Scaliger in Coniectt. ad Varron. de L. L. p. 45, proprie est πολύπη, glomus. Panicula deminutiva vox est, dicta de coma corylorum, arundinum et similium rerum. Vid. Gesner. Chrestom. Plin. 37, 13. Graecis est πάππος. Vid. Hesych. h. v., Nicand. Alexiph. 128., Iacobs. Animadvv. ad Theocrit. Bionis editioni praefixis pag. 15.“ Br.

20. tu quae nunquam feceris. Aversus haec homo. Vid. ad Ba. 468.

22. Pessimo operarum vitio excusum gloriam pro gloriarum; quod nescio quo pacto, dum exempla corrigo, me fugit.

,,Sic flare inanes glorias dixit Gell. 1, 2.“ Br.

23 sq. V. nec numeris salvis et sententia subobscura:

Me sibi habeto, et ego me mancupio dabo
Epityro, ut apud illum esuriem insane bene.

Mss.: —— dabo, Nisi unum Epityr (Epytir, Epytyr) aut apud illa ēsturiensa ne bene (Decurt.: aput illa esturiens a me bene). Edd. vv., in his Sarracen. Mediol. Iunt. Ald.: si unum epityrum edam apud illum esuriens insane; quomodo fere etiam editio princeps et Varro de L. L. lib. 6, qui sic: —— dabo, si unum epityrum edam apud illum esuriens insane bene. Hunc sequendum sibi putavit in editione altera Taubmannus, probatque etiam Acidalius. Alii, miscelliones, fecerunt:

— — — — — — — dabo,
Ni unum epityrum edam apud illum, esuriens insane bene;

vel melioribus numeris:

Ni unum epityrum apud illum esuriens insane edam;

eques autem Christophorus Pflugius, adstipulante in editione posteriore bono viro Pareo:

— — — — — — — dabo
Vno epityro, ut apud illum esuriem insane bene.
(h. e. esuriam, sicut prisci dicem, faciem, pro dicam, faciam.)

Quid? Vt uno epityro se vendat homo sanus, quamvis gulosus, ut esse solent parasiti? Adeone rarum atque delicatum id fuit cibi genus, ut eius participes fieri quam liberi esse mallent? Minime. Cato de R. R. cap. 119 (120): ,,Epityrum album, nigrum, variumque sic facito. Ex oleis albis, nigris, variisque nuculeos eiicito. Sic condito. Concidito ipsas; addito oleum, acetum, coriandrum, cuminum, feniculum, rutam, mentam; in orculam condito; oleum supra siet. Ita utitor.“ Et similiter Columella 12, 49. 9.: ,,Est et illud conditurae genus, quod in civitatibus Graecis plerumque usurpatur, idque vocant epityrum etc.“ Ad quem locum plura Clariss. Schneiderus, quorum summa haec: certum videri, epityrum fieri ex olivis confractis,

nucleo exemto. Neque id voluit Pflugius, carum illud fuisse cibi genus. Sed audiamus ipsum nostrum emendatorem. ,,Quasi dicas: Mancupio me illi dabo vel epityro, ut apud illum non lautis, quos tamen parasiti unice affectant, epulis accipiar, sed strenue esuriam." Sic ille, ut se mancipio daturum dicat Artotrogus ei, qui gloriosiorem sibi hominem demonstraverit, uno epityro, et ea conditione, ut apud illum probe esuriat. Sane haec summa poena parasitorum; verum id si voluisset Plautus, copulam certe addidisset: — Vno epityro, et ut apud illum esuriam insane bene. Nam ut nunc verba se habent ex ista emendatione, videtur homo esuriturus ob acceptum epityrum; quod absurdum est. Copulam vero illam versus respuit, neque igitur magis quam vulgata lectio, quae ex eadem parte claudicat, admittenda equitis coniectura. Quam improbans, credo, etiam Gronovius, neque alios valde probans, cum Scioppius tentasset epityrum estur esuriens, ab eo accepto verbo estur, ipse emendandi periculum fecit. ,,Nam," inquit, ,,si quid video, scripsit Plautus, quia versus sunt senarii:

Me sibi habeto: et ego me mancupio dabo, sed u-
No epityro, ut apud illum estur insane bene.

Ego me mancupio dabo, sed uno epityro, ut apud illum estur insane bene. Si quis, inquit, monstrare possit vaniorem hominem, me sibi habeat, et ego me mancipabo, qualis sum; non tamen sine mercede, quanquam ea non magna, nempe unius epityri, modo tam laute beneque parati, ut apud ipsum regem meum estur." Hac emendatione melior nulla ex omnibus, quae adhuc innotuere de hoc loco, ut cuius emendationis neque inepta sit sententia, et facetia se aliqua commendet, sicut iocis abundare solent eius farinae homines apud poëtas. Nec tamen vel hac via nobis grassari licet, nisi quis facile ferat sed illud, a Gronovio additum, cuius in libris vestigium nullum, probetque iambum senarium, verbo finitum, cuius syllaba extrema ad sequentem versum pertineat, sicut τῦ uno hoc loco; quali licentia non nisi summa necessitate adducti rarissime utuntur. Cum igitur ad me devenisse rem viderem (nam Acidalius quoque hic sibi non constat, cui placet Divinatt. in Plaut. pagg. 274 sq., secundum Varronem:

Si unum epityrum edam apud illum esuriens insane bene;

ut verba sic ordinentur Insane bene (est vel erit), si esuriens unum epityrum apud illum edam, quomodo dicatur ἐλλειπτικῶς Bene, si hoc vel illud; hoc autem velle parasitum, in ista servitute bene ac nimis bene futurum sibi, si esuriens vel epityrum unum edat; quod commentum nive frigidius, de numeris ut taceamus), haec igi-

tur cum ita se haberent, verbaque Sarsinatis in omnes partes versare etiam ipse coepissem, si quis inde sensus aptior elici posset, primum statim vidi, τὸ nisi non ea potestate accipiendum esse h. l., qua conditionem indicat, siquidem de ea iam dictum in praecedentibus, id quod sensit etiam Acidalius; sed voculam sonare Sed, sicut passim, et aliquid his verbis dici diversi a superioribus iisque quodammodo oppositi. Quod quale esset, me non latuit, ipsa illa, quae antecedunt, considerantem; quibus cum vituperari militem intelligerem, haec ad eius laudem qualemcunque pertinere, non poteram non mihi persuadere. Itaque manu scriptorum lectione aut primitus -um fuisse ratus, ut a et u literas confundi monui supra ad 11, m vero illud in esuriem ex sequente in- ortum esse in animum inducens, deleto verbo edam, quod interpretandi causa adscriptum τῷ esuriem, locum sanare mihi visus sum reponendo:

— — — — — — — — nisi
Vnum, epityrum, apud illum esurio insane bene.

Periurus igitur miles et vanissimus: sed — unum, h e. unum genus cibi, epityrus, apud illum comeditur valde bene. Hac sententia si quis aptiorem huic loco ac personae loquenti, faciliusque ex librorum scripturis eruendam, repererit, non quidem ei mancipio me dabo; sed

— — — — erit mihi magnus Apollo.

Nam mutationes istae literarum, a me factae, levissimae sunt et fere nullae; esurire autem pro edere etiam alii, velut Plinius dixit H. N. 11, 54: Esuriendi semper inexplebilis cupiditas. Quae verbi significatio quia rarior, non inepte aliquis id sibi declarandum adscripto edam arbitratus est, quod deinde invita Minerva in ordinem, ut fit, receptum viros doctissimos pessime vexavit, sed deinceps, spero, nullas amplius turbas dabit, redire a me iussum, unde malum huc pedem intulit.

„Epityrus est conditura olivae, quam docet Columella 12, 49, 9. Nomen invenit, quod ad caseum comedi soleret. Hesychius ἐπίτυρα explicat ἐκπιέσματα, h. e. fraces et magmata olivarum. Hoc inprimis huc quadrat. Vid. omnino Schneider ad Colum. p. 654 sq. Varro de L. L. laudat h. l. et observat: epityrum esse vocabulum cibi, quo frequentius Sicilia, quam Italia utitur. Hinc iam apparet, Siculum Comicum h. l. expressisse Plautum nostrum." Br.

Colligas hoc etiam ex mentione Aetnae infra facta versu 1051. Ceterum Siculos quoque caseos in pretio fuisse, docet Bentleius Opuscc. philoll. ed. Lips. p. 415. Quibus quia libenter vescebantur illi insulani, etiam epityrorum, ad caseum comedi solitorum, magnam ibi quotannis copiam paratam esse consentaneum est.

26. praefregisti. Ita vv. edd., et Mss.: praefigisti, quod eodem recidit. Vulgo: perfregisti; sed illud aeque bonum.

28. Male libris me addicens edidi, sicut vulgo legunt, At indiligenter hic eram. Interpretatur bonus vir Lambinus:

nus: Ἀλλ' ἐνταῦθα ἐξεδιέξγυν. Sed prius videndum erat de soloecismo. Nego adverbia qualitatis praeter haec Bene et Male componi cum verbis neutris, quale est Esse; sed activa adsciscunt semper. Non igitur Indiligenter eram, sed Indiligens eram dicendum fuit Plauto, si latine loqui vellet. Quid ergo faciendum? Nempe hic quoque, sicut aliis multis in locis, quos indicavi ad Asin. 24, h litera perperam verbis addita fucum fecit librariis, ut forte scriptum hiceram pro iceram divellendo verbum, ut fieret hic eram, magis etiam depravarent et balbutire facerent eum, cuius sermone Musas locuturas fuisse dicebat Varro, si latine loqui vellent. Rescribendum haud cunctanter:

At indiligenter iceram.

Perfunctorie ferierat elephantum miles, et tamen femur ei praefregerat. Quid fecisset, si connisus esset? Haec manus Plauti, haec sententia.

30. elephanti. Ita Priscianus, quo loco libri 6. hunc laudat, item Mediol. Iunt. Ald. etc.; Sarracen. elephantis; Mss. elephante, et in V. C. correctum elephanti. Vulgo: elephanto.

Tramitteres quoque malui, priscorum more, quam transmitteres, quod est in libris; quomodo dicuntur Trado, Traduco, Tradux, Traluceo, Travio, Travorsus. Vidd. Pontederae de veteri scribendi ratione epistolae duae apud Schneiderum editionis Scriptorum de R. R. vol. 1.

Qui refingit Tramitteras pro Tramiseras, risum debet eruditis, cum non videt, imperfectum subiunctivi modi positum esse pro eiusdem plusquamperfecto, sicut passim fieri monuimus ad Aul. 696.

31. Male libri: Ne hercle. Nae hercle saepius hic noster; Vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

32. Frustra codd.: Mihi te enarrare. V. C.: narro. Non semel autem Plautus usurpavit Narrare; raro, si unquam, Enarrare. Et praestat Narrare vel propterea, ne te pronomen elidatur, quod fere cum emphasi hic pronunciatur ab Artotrogo supparasitante. Videtur autem se agglutinasse e litera ex sequente verbo.

34. Peraudienda. Verbum inauditum, sed fictum ἀναλογικῶς. At vero Taubmannus: „Mss.,“ inquit, „sec. peraurienda, et videtur Grutero ita scribendum, uti consonent dentes dentiant. Atque ita hoc etiam ex iis fuerit, quae D. Heinsius ad Flacum disputat: nempe multa esse in Plauto, quae extra scenam non eant.“ Haec etsi non improbo, durius tamen ficta est vox peraurire pro eo quod est Auribus penitus percipere, malimque sane:

— — — — — — — — auribus

Perhaurienda sunt, ne dentes dentiant.

Haurire aliquid auribus passim dicitur: quidni Perhaurire, qua voce usi Apuleius, veterum et inprimis Plauti imitator, Severus, alii? Et simile quiddam τῷ auribus hoc quoque verbum sonat, ut absque nimia licentia etiam hoc modo servetur παξονομασία. Contrario autem vitio ac quod

supra tetigi ad 28 Peraurienda exaratum pro Perhaurienda librarios fefellit, ut mutandum censerent sibi minus intellectum. Vid. ad Asin. 492.

38. Vis rogare? Milites sacramento, ut recte interpretes. Cf. 62 sqq. Laudat in hanc rem Clariss. Böttigerus Caesar. De B. G. 6, 1, Liv. 32, 26.

Idem vir doctissimus ad h. l.: „Rogari," inquit, „etiam dicuntur, quae populo proponuntur, quod fiebat interrogando, An velit, iubeat etc., et sic intelligebat Pius. Hinc tabellis legem probantium inscriptum erat V. R. i. e. Vti rogas. Vid. Sigon. ad Liv. 6, 38."

41. inconcinne:

Curamque adhibere, ut praevolet mihi quo tu velis.

Et quid sibi vult istud Praevolet, quod neque Acidalius concoquens reponebat

C. a., ut praevelim, quod tu velis,

quod in priorem suam editionem recepit Pareus, fastidiente quidem Taubmanno, sed nihil in medium afferente melius. Sane sic nemo adhibuit verbum Praevolare, neque id omnino locum hic habet, ubi parasitus se facile augurari ac praevidere omnia dicit, quae miles velit. Ridicula autem voce id significasse hominem, facile credet, qui eiusmodi comoediarum personas noverit; qualis vox non est ea, quae Acidalio placuit, neque Praevelim, verbum novum quidem, sed facillime intelligendum, quomodo factum sit ut ita corrumperetur, quisquam dicat. Reposuimus igitur Praedolat a Praedolēre, quod usurpatum pro Praedolēre, h. e. Praeolere, h litera hiatus vitandi causa interposita, de qua lege, sis, quae nos ad Aul. prol. 149. Praeolere sibi dicit Artotrogus, quicquid miles velit, quomodo Subolere saepius et Hic et Afer. Praeuolat autem, non Praeuolet, V. C. et Decurt. a manu altera, vicinum id quidem a me inductae lectioni, ut cuivis apparere puto; quod itidem non capientes scribae mutavere. — Verba τὰ λοιπὰ quo tu uelis orta ex quot velis, d litera in t versa, sicut saepe factum esse monui ad Aul. 17 Epid 279, τῷ u vero vel forte geminato, vel de industria addito, postquam scribi coepisset quo et translata esset t litera ad verbum sequens.

42. Sic interpungito:

Syr. Ecquid meministi . . . . Art. Memini. Centum etc.

Quaesiturus miles, an aliquid, de quo ipse dicturus est, meminerit Artotrogus, interpellatur ab homine ridicule adulante, cui iam praeolet, ut dixit, quod ille velit, praedicare pugnas suas mirabiles.

43. Sycolatronidae. Cf. supra 13 sq., nosque ad eum locum. Ficuum fures quosdam ex horto fugaverat Pyrgopolinices. Hinc alter finxit populum.

46. „Vid. Casaub. ad Theophrast. περὶ ἀλαζ. seu cap. 23 pag. 223." Br.

50. edes. Ita Putschius et Colvius. Mss. et vv. edd. edis, aedis, aedeis. Quod edis pro edes accipiebat Gruterus, fugit eum ratio.

51. semper te. Sic Mss. Vulgo pravis numeris:

Commu | nica | bo te | sempér | mensa | mea.

52. Tò i in Quid elidendum metri gratia. Vid. ad Amph. prol. 74.

ubī. Vid. ad Aul. 152.

53. foret — occideres. Pro fuisset — occidisses. Vid. supra ad 30. Mss.: occideris, sicut e et i literae confundi solent. Frustra Meursius atque Douza: occideras pro occidisses.

54. V. pessimis numeris:

At peditatus reliquiae erant, si viverent.

Quid? si viverent? Ergo occiderat eos miles. At in prioribus non occidisse, sed occisurus fuisse, eos dicitur, nisi machaera hebes facta esset. Haec pugnantia; cumque in antecedente versu nihil varient libri, hic vero varient, quaerendum de hoc versu. Et Mss. quidem: At peditas telu quia (vel teluquia) erant etc.; sed olim cusi: At pedites (tibi hic inculcant Sarracen. Iunt. Ald.) reliquia erant etc. Neutros sprevi, sed ex impressis arcessivi peditis, quod in pedites facile agnoscas, cuiusque interpretamentum est vulgatum istud peditatus; τὸ teluquia vero scriptorum, literas d et t, item c et qu, mixtas arbitratus, sicut fieri monui supra ad 41 Amph. 510 Cas. 449, accepi pro delicia. Quod superest, -vi syllabam a sequente simili interceptam esse mihi persuasi; itaque lectionem haud paulo meliorem vulgata efformavi hanc:

At peditis delicia erant: sivi viverent.

Deliciam, h. e. partem praestantissimam, peditis seu peditatus fuisse ait miles quingentos istos Cappadoces, quos, commiseratus tam bellos homines, vivere siverit, cum in manu sua fuerit, si acutam machaeram sibi afferri iussisset, omnes uno ictu interficere.

Attribuuntur autem vulgo haec Artotrogo.

56. vivere. Vid. ad Men. 119.

58. V. numeris innumeris:

Amant te omnes mulieres, neque hercle iniuria etc.

Abest hercle manu scriptis et editionibus vett.

59. Itidem inconcinne libri et soloece:

Qui sis tam pulcher, ut vel illae, quae h. p. etc.

Nunquam sic usurpatur Vt vel, sed alterutrum semper horum separatim, ut facile intelligas, rariorem hac potestate Vel particulam tritiore Vt declaratam esse, et hanc, initio adscriptam ad marginem, post, ut fit, in ordinem ipsum irrepsisse. Eliditur autem e litera in Vel, qua de re vid. ad Amph. prol. 74. Contra τὸ quae, sub ictu positum, non liquescit. Vid. ad Amph. 149.

61. Putide edd. vulgatae:

Rogitabant: hiccine Achilles est, inquit, tibi?

Nec melius Philargyrius et Servius, quos laudat Rutgersius Varr. Lectt. 5, 17: R. h. A. e., inquit mihi, quod etiam Acidalio in mentem venit; melius ipse Rutgersius l. l.: inqui mihi; modo de usu huius formae constaret, sed Inque, Inquito passim scriptores, nusquam Inqui; quanquam haud nescio mixtas verborum coniugationes apud veteres, qua de re monitum ad Aul. 108—11. Rescripsi igitur

Rogitabant: Hiccine Achilles, inquito, est tibi,

τὸ tibi familiariter additum arbitratus Graecorum more atque imitantium Latinorum, de quo vid. Vechneri Hellenolex. 1, 2, 6. Primum has ambas simul rogasse fingit Artotrogus, dein alteram solam exclamasse: Ergo mecastor pulcer est etc.

62. Libri interpretatione inconcinna:

Imo eius frater, inquam. innuit illarum altera;

unde parum feliciter fecerunt: —— annuit illarum altera, annuit illa tum altera, infit illarum altera. Glossema est illarum, quo expuncto comparet versus. Non autem liquescit inquam, quod in finita oratione facilius etiam fertur, quam alibi, tacente ibi aliquantulum, qui locutus, priusquam aliam ordiatur. Vid. ad Amph. 341.

63 sq. V.:

Ergo mecastor pulcher est, inquit, mihi
Et liberalis visus. caesaries quam decet!

quorum versuum alter ne sanis quidem pedibus incedit. Atque Mss.: Et lib. uida et caesaries q. d.; edd. vett., in his Iunt. Ald., recte:

Et liberalis. uide caesaries quam decet,

quod etiam coniectura nonnulli assecuti sunt.

65. V.: Nae illae sunt fortunatae, quae cum isto cubant, frequentius illatis vocibus τῷ ae terminatis. Vid. ad Amph. 158.

66. Vulgo: Quae me ambae obsecraverint. Sed recte Scioppius Suspp. Lectt. 5, 7: Quaene ambae etc. „quasi dicat," inquit, „de illisne quaeris, quae ambae me rogarunt etc." Vid. de hac forma loquendi ad Aul. 383.

67. pompam. „Respicit ad solennes traductiones, quales erant Romae Circenses. Vidd. Spanhem. ad Callim. h. in Cer. 4 p. 743, inttpp. ad Virgil. Georgg. 3, 23." Br.

illa. Sic a manu secunda V. C., a prima, sicut Decurtatus, illam; vett. edd. fere: illac, quod idem τῷ illa, ut recte observant viri docti. Vid. inprimis Scioppius Suspp. Lectt. 4, 7.

68. pulcrŭm. Vid. ad Amph. 341.

69. ambiunt elisa i litera pronuntiandum. Vid. ad Amph. prol. 74.

74. „Latrones sunt abactores praedae, a λάζομαι, i. e. ληΐζομαι. ληΐ praeda Vid. Valcken. ad Lennep. Etym. p. 473. Cf. et Douzae Centurionat. 4, 4 etc." Br.

ibus. Vid. ad Capt. 477. V. C.: Latronibus, Decurt.: Latronis bus, Iunt. Brix. Ald.: Latronibus ego denum. etc.

79. „Vid. Eichstaedt de dram. Graec. satyr. pag. 120. Similiter Aristophanes Equit. Vesp. Av.“ Br.

„Comitas Plauto et profusio, proluvium. Sic comem dixit prodigum Trin. 2, 1, 24, ubi vid. Taubm. Cf. et Douzae Praecidd. ad Tibull. cap. 17.“ Id.

Recte autem I. Gulielmius Quaestt. in hanc fabulam cap. 1: „Oeconomiam,“ inquit, „Plauti accuratiorem multi desiderarunt. et est sane in hac re negligentior saepe, quam leges comicae postulabant; quas unice et admirabili artificio observat Terentius, hanc partem nostro hoc longe praestantior. Vel illud mea sententia non leve peccatum, quod Milite Palaestrionem commemorantem facit, quo pacto et Sceledrus ludificandus sit, et Acroteleutium geminae sororis suae mentitura personam, quorum neutrum tum quidem fore scire poterat: qui neque visam mulierem apud senem Periplectomenem cognoverat, neque ut isti malo remedium faceret, cogitarat. Itaque ridicule e duabus scenis continuis prior narrat gerundae rei eum modum, quem posterior multo conatu investigat. Sed huius generis multa in Plauto.“

80. Men. prol. 16:

Tantum ad narrandum nostra adest benignitas.

81. exsurgat foras. Rarior loquendi forma. Cf. infra 347.

87. Mire Corn. Fronto De Differentiis vocabulorum pag. 2195 Putsch.: „Glorium et Gloriosum et Gloriatorem. Glorius unius est gloriae. Gloriator non habet causam gloriandi, sed tamen gloriatur. Gloriosus pluribus de causis esse cogitur.“

88. inde miles. V. C.: idem m. Decurtatus τὸ idem non agnoscit, aut neque edd. quaedam vett., in his Iunt. Ald. Malebat Camerarius: ibidem miles etc. Alii, in hic Lamb., fecerunt inde est mil.; alii, velut Douza, indidem est mil. etc. Acidalius Divinatt. in Plaut. pagg. 276 sq.: „Palaestrio,“ inquit, „cum ita narrat:

Hoc oppidum Ephesust: inde est miles meus herus:

multi varie locutum eum volunt; quidam inde, ut hic excusum, alii indidem, alii ibidem, vulgus librorum idem. Veteres cdd. nihil habent horum, sed ita scribunt omisso quocunque verbo:

Hoc oppidum Ephesus est: miles meus est herus.

Omnium fortassis hae rectissime. namque et versus est ita plenus, et sane ad sensum quid addi referat aliud, ego non video. Quin ineptam censuerim additionem qualemcunque. Cum enim Ephesi res tota fingatur agi, quorsum dicatur ibidem miles esse, quem ibi quidem necesse est fuisse? aut quid ad rem pertinet, Ephesium eum esse, ut inde vel indidem scribatur, quorum hoc versus etiam difficilius admittit? Nugae sunt: quae si non sunt, aliud latere quid putem in vulgato idem. Forsan in diem fuit: ut in

istum diem oppidum istud Ephesus fore dicatur per iocum, qualis in prologis alibi saepe. Vt Menaechm.:

Haec urbs Epidamnus est, dum haec agitur fabula.
Quando alia agetur, aliud fiet oppidum.

Et Truculento:

Athenae istae sunto, ita ut hoc est proscenium,
Tantisper, dum transigimus hanc comoediam.

Sed nec hoc probo: lubentissimeque veteres, quas dixi, editiones sequar." Vides, fluctuare viri doctissimi sententiam, qui tamen, in quo reprehendendae essent lectiones tunc vulgatae, probe perspexit. Nam quod codicis veteris lectionem idem servari iubet Scioppius Suspp. Lectt. 4, 7, ut quasi intento digito demonstret herum suum Palaestrio: hoc si volebat Plautus, non idem dicendum erat, sed ille, vel iste. Nec melius ceterae istae lectiones defenduntur a suis auctoribus. Quid igitur? Nempe rescribendum arbitror cum Lambino inde, sed verbum est, quod idem addidit, delendum, cum τὸ inde pertineat ad mulieres versu 91, neque miles dicatur Ephesius, sed omnes inde, h. e. Epheso, mulieres se amare fingatur credere miles gloriosus; quomodo infra 701 itidem de eodem servus:

Itaque omnis se ultro sectari in Epheso memorat mulieres;

et hoc ipso loco (versu 93 sq.):

Itaque hic meretrices, labiis dum ductant eum,
Maiorem partem videas valgis saviis.

Synchysin non advertentes, quam Hunc frequentare monui ad Amph. 378, iam olim reposuerunt idem, nisi compendium ide (h. e. inde) pro ide acceperint, et eo pertinere in literam verbi sequentis initialem falso existimarint, qualibus descriptorum vitiis scatent libri veterum scriptorum.

92. V.: I. deridiculust q. i. o. Iunt. Ald.: I. est derisui, q. i. o. Acid. Divv. in Pl. pag. 277.: „Ex veteribus editionibus colligo non sincerum plane deridiculus: et quia derisui habent, esse glossam credo istam alterius aequivalentis vocis deridiculo: quae Plautina prorsus etc."

94. „Valgum, explicante Nonio 1, 98, est proprie intortum. Savium h. l. est os." Br. Cf. inttpp.

Ceterum recte Acidalius Divinatt. in Plaut. l. l. „Non hoc ait Plautus, valgis saviis militem a meretricibus assiduo rideri, sed inde adeo, quod assiduo labiis eum ductent, valga suavia ipsis esse. Dum perpetuo, quaqua incedit miles, per deridiculum fastidientes meretrices oris eum non lasciva, sed contemnifica obtortione insectantur, obtorta sibi ipsis ora fecerunt, ut maxima earum pars ex sannarum illa frequentatione videatur iam valgis suaviis, seu labia prave distorta gerat."

96. Corrupte Decurtatus: I. v. v. s., q. at huc convenirit.

101. Cf. Cist. 192, nosque ad eum locum.

Interibi ut hic miles forte Athenas advenit.

Istic reponendum vidi, quomodo infra 128 legitur:

Neque peius quemquam odisse, quam istunc militem.

Tò Athenas autem ad sequentem versum referendum erat. Ceterum Iuntina et Ald.: Interim iuit hic miles etc. unde non levis suspicio commovetur, legendum esse potius Interibid istic forte m. a. Certe non sic coniungere eiusmodi narrationes solet Noster, sed asyndeto in illis uti, more quotidianae vitae, nec sine gratia. Acidalio quoque placuit, τῷ ut excluso, Interibi hic miles f. A. a.

105. V. debilibus atque invenustis numeris:

Insinuat sese ad illam amicam heri mei,

peiusque etiam Taubmannus: mei heri, nisi operarum hic sit lapsus. Vox mei exsulabat a Mss., Pareo teste, quae addita metro sarciendo, postquam Athenas ad antecedentem versum male esset translatum.

112. Conpegit. Ita vett. edd., in his Iunt. Ald., quod recte probat Pistoris, utpote aptum „et ad vim, quam miles adhibuit, significandam, et ad navis angustias atque molestias, quomodo dicatur Compingere in carcerem." Mss. contigit seu contegit, quod male pro abscondit accipi posse sibi persuadet Scioppius Suspp Lectt. 5, 21.

115 V. hic versus antecedenti praeponitur, corrigente Acidalio Divinatt. in Plaut. pag. 278.

117. V.:

Vbi sumus provecti in altum, id quod volunt,
Capiunt etc

nec variant scripti, nisi quod V. C.: — altum, fit quod volunt, Decurt.: — altum, sit q. v. Sed vett. edd., in his princeps: — altum, sicut volunt; bene, modo reponatur metri gratia voluerunt, penultima huius verbi syllaba correpta. Recte Pareus in lexico Plaut. v. Vt volo: „Elegans," inquit, „formula: u t v o l u p e e s t, seu e x a n i m i s e n t e n t i a." Olympio Cas. 1 sq.:

Non mihi licere meam me rem solum, u t v o l o,
Loqui atque cogitare sine ted arbitro?

Et saepius eo sensu usurpantur Vt volui, Vt voluimus. Merc. 92 sq.:

Rhodum venimus, ubi quas mercis vexeram,
Omnis, u t v o l u i, vendidi ex sententia.

Pseud. 675 sq.:

Iam instituta, ornata, cuncta in ordinem animo, u t v o l u e r a m,
Certa, deformata habebam.

Et ibidem 1265:

Postquam opus meum, u t v o l u i, omne perpetravi, hostibus fugatis etc.

Trin. 793:

Nam pol placido te et clementi meo usque modo, ut volui, usus in alto.

Amph. 80:

Denique, ut voluimus, nostra superat manus.

Most. 714:

Nos profecto probe, ut voluimus, viximus

Ita etiam h. l. praedones, ut voluerunt, h. e. ex animi sui sententia, nemine quippe prohibente, dicuntur navem cepisse illam, qua vectus erat Palaestrio. Quam loci sententiam aptissimam perspexit Gruterus; alii, minus assecuti, ad inanes coniecturas delapsi sunt, scribentes id quod di volunt, ilico advolant, atque advolant, quibus omnibus abstinendum probandaque editionum veterum lectio, a me emendata, quam excudi iussi.

120. Ille. Vid. ad Asin. 770. Mss. et vv. edd.: Ille me cepit, dat etc., unde peius etiam legendum coniiciebat Taubmannus: Ille me cepit: datat etc. Scriptum Illecuime pro Illequime, sicut c et q misceri monui ad Cas. 449, u et i literas a sequente simili m interceptis, degeneraverit in Illecme, Illicme, Ille me, ut nunc legitur: Nam pronomen relativum abesse nequit.

131. V. pravis numeris:

Dedi mercátorí, qui ad illum deferat.

Vett. edd., in his Sarracen. Mediol.: Dedi merc. cuidam, q. a. i. d.; mediae aetatis, velut Iunt. et Ald.: Dedi merc. quoidam qui etc. Reponendum vidi: Do mercatori quoidam, qui ad eum, d.: nam τῷ Dedi neque corripi potest vocalis litera posterior, neque elidi prior.

136. Frustra vulgatae, invitis veteribus, velut Sarracen. Mediol.:

Nam et venit, et is in proximo hic devortitur.

143. V. versu imperfecto:

Qua commeatus esset huic mulieri.

Mss. et vv. edd.: Q. c. e. hic huc m., ex quo recte Taubm. fecit: Q. c. e. hinc huc m. Iunt. et Ald.: Q. c. clam. esset hic huic mul.

150. V.:

Et mox, ne erretis, haec duarum hodie vicem etc.

Bene Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 279: „Bis repeti quidem duarum, et iungi cum vicem simul et imaginem, durum est; neque sententia valde bona. Plautum scripsisse credo in vicem, id est per vices: nam vicibus, nunc hic, nunc illic, ferebat imaginem duarum." Tὸ -e praecedens fraudi fuerit praepositioni: vide nos ad Merc. 414.

153. V.:

Ita sublinitum est os custodi mulieris,

mire illato tempore praeterito in re futura; quod sensit etiam Acidalius. V. C.: I. sublinitust os c. m.: Decurtatus: I. sublitores cust. m.; vv. edd. meae: I. sublinitur o. c. m., quod probabat optimus Valens, vel sublinibitur. Sed hoc

minus concinnum, et utrique praestat, quod reposui, simillimum id quidem τῷ sublinitur, sublinetur.

154. De foribus extrorsum aperiri solitis in Graecia vid. Mureti Varr. Lectt. 1, 17. „Cf. Fischer. ad Anacr. 2, Moeris et Thomas Mag. v. Κόπτει κἀν Ͽύραν. Apud Romanos secus fuisse, e Plutarcho patet Poplicola pag. 107 E.“ Br.

156. „Cogitandum est, tecta veterum fuisse plana, ut in iis deambulari posset, tegulis tamen, nisi horti aut viridaria in iis instituerentur, tecta. Vid. Casauboni Animadvv. ad Athen. 4, 2 pag. 275 sq.“ Id.

158. Mss.: Mihi quidem iam arbitri et vicini sciunt, m. q. f. d.“ Quod si amplectemur,“ inquit Scioppius Suspp. Lectt. 5, 21, τὸ Mihi erit parelcon, sicut Ciceron. in Pisonem: Is mihi etiam gloriabatur, se omnes magistratus sine repulsa adsecutum. Et alibi saspissime. Terentius Phorm. (5, 8, 21): Qui mihi, ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes. Ad quae verba Donatus: Eleganter insertum mihi, ut in Heaut.: Is mihi, ubi adbibit plus paulo, sua quae narrat facinora.“ Sed recte Taubmannus arbitri et orta censebat ex arbitrei, sicut saepe haec nominum terminatio corrupta sit in libris veteribus. Sciunt pro sunt simili vitio scriptum, ac de quo egi ad Capt. 773. Vid. etiam ad Men. 338 sq. Pessime autem Iunt. etc.: M. q. i. arbitri visunt meae q. f. d.

159. impluvium. „Cavaedium, locus subdivalis in mediis aedibus. Vid. Ernest. Clav. Cicer. h. v. Adde D. Heins. ad Sil. Ital. 15, 18. Ibi propria sedes penatium. Vid. Sueton. Aug. 92 et ibi Ernest.“ Br.

160. Quemque. Bentleius ad Terentii Eun. 5, 8, 54: quemquem; sed passim poëta noster Quisque adhibet pro Quisquis seu Quicunque, neque sic is solus, qui error est Horatii Tursellini v. Quisque, verum etiam alii probi scriptores. Vidd. lexica, inprimis Parei Plautinum v. Quisque pro Quicunque.

164. Edd. vett., in his Sarracen. et Mediol.: A. a. ut nec legi etc.

166. Minus bene Angelius, Aldus, Pareus: E. u. P., hunc deturbatote in viam.

167. Mss. prisce: seimia.

164. fecerint. Vel hoc, vel reponendum: factitent. V. inconcinne faciant. Taubmannus: „Vt ne legi fraudem faciam talariae.] Ita scribendum cum edd. primis; neque id tantum, sed adhuc repetendum faciam, am, versus caussa. Mss. faciant, quod introduxit quidem Camerarius, sed sic trochaïcus ruit, neque sententia est tam vivida: decetque potius herum ferre legem, quam servos etc.“ Dii boni, serione haec vir doctus, an per iocum, sicut iocari solebat ille? Credo equidem, Plautum, si a mortuis excitatus adsit, suaviter risurum multas multorum de se coniecturas, seque de talibus ineptiis ne per somnium quidem cogitasse unquam, ingenue professurum.

Ceterum similiter peccatum infra 214.

167. V. itidem κακεργως: Ita hic senex. Tò hic non comparet in Iunt. Ald. etc.

169 V.:

Aggrediar hominem. estne advorsum? est quasi collaturus pedem.

Sed primum ista collaturus pedem a Lambino sunt addita ad versum sarciendum. Deinde inepte quaerat Palaestrio, ad advorsum sit sive eat senex (nam Grutero et Salmasio placet: eitne, h. e. itne, advorsum?), de quo dubitare non est recte oculis utentis. Et nē, i. e. Et nunc, in Estne perperam mutatum puto et reponendum continue: et nunc advorsum me est quasi, cum praesertim edd. Iunt. atque Ald. exhibeant: A. h. e. advorsum mihi? est quasi. Et accipiendum pro Et quidem: vid. ad Cas. 700. Tò est non magis mutarim hoc loco, quam es Epid. 11, qui sic habet:

Di inmortales te infelicent, ut tu es gradibus grandibus;

neque omnino male dicitur Esse adversum aliquem vel aliquid. Palaestrio, senem aggressurus, ipsum sponte se quasi adire videt. Hic sensus loci.

De iambo senario trochaïcis immixto vid. ad Epid. 197 sq.

170. foret. Ita Lambinus. Vulgo fuerit, quod non modo inconcinnum, sed etiam soloecum, nisi mavelim pro mavellem reponatur in sequentibus. Haud raro u pro o perperam scriptum in libris. Cf. Capt. 561 et infra 186.

173. vostrum. Hoc versus expetit, quod legitur in Iunt. et Ald. Mss. vostrarum; vulgo vostrorum.

175. Vulgo et inconcinne et κακοφώνως:

Osculanteis. Pa. quis homo vidit? Pe. tuus conservos est. Pa. quis is homo est.

Utrumque est non conspicitur in veteribus editionibus. Mss.: — conservos est. Pa. quis is erit homost. Sarrac. et Mediol.: — cons. est. Pa. quis is erit homo. Legendum, non eliso qui μονοσυλλάβῳ, qua de re vid. ad Amph. 149, et excluso verbo homo, tanquam glossemate:

Osculantis. Pa. Quis homo vidit? Pe. Tuos conservos. Pa. Qui is erit?

De futuro loco praesentis illato monitum ad Cas. 250. Nec spreverim legentem, usurpato trochaïco tetram. acat., quem singulum passim adhiberi in rebus trepidis docui ad Amph. 596:

Osculantis. Pa. Quis homo vidit? Pe. Tuos conservos. Pa. Qui is erit homo?

Certe τῷ erit adscriptum esse est interpretandi causa, verisimile est, non contra; neque homo posterius speciem habet glossematis, cum per se intelligatur in pronomine: sed priscorum est addere verbum homo ex abundanti, velut hoc ipso loco dicitur Quis homo, et alibi Homo adule-

scens, Homo amans, Homo amicus, Homo nemo, Homo nequam, Homo servulus, Quisque homo. Vidd. Parei lexic. Plaut. v. Quisque homo, et eius lexici Mantissa v. Pleonasmi.

177 sq. V.:

Me periisse. Pe. ubi abiit, conclamo: heus, quid agis tu, inquam, in tegulis?
Ille mihi abiens ita respondit, se sectari simiam.

Verba in tegulis male inculcata, metri gratia, ut videtur, ab Angelio et Aldo, quibus deletis facile fuit versus in suos numeros restituere. Tò ita posteriorem syllabam producit h. l., sicut saepe: vid. ad Amph. 475. Ceterum male Mss.: ecquid agis tu? quae formula est tardum ad aliquid faciendum incitantis. Quod perperam recepit in ordinem Pareus.

181. Annotandum Sis imperativo praepositum, quem sequi volet.

183. Non male conferunt Aul. 20.

184 sq. V. nullis numeris:

— — — — — Pa. volo. hoc dicito,
Paret artem et disciplinam: obtineat colorem. Pe. et quemadmodum?

Mss.: — — hic (in quo huic latere sensit Gruterus; sed versus poscebat huiic, de quo vid. ad Amph. 123) dicito, Parumque artem etc.; vett. edd., in his Sarracen. et Mediol.: — — hoc dic Parumque artem etc. Parumque a Sarraceno explicatur Parumper, quod in ordinem accivit Angelius. Pius monet, alibi pro eo verbo legi Paretque; cuius rei fides sit penes auctorem. Hinc tamen ortum nobis istud Paret in vulgatis. Equidem subtilius examinandam mihi putavi manu scriptorum lectionem, cumque in ea non difficulter Vtrumque invenire mihi visus essem, quod saepius sic usurpatur, velut legitur Cist. 148:

Vtrumque haec, et multiloqua et multibiba, est anus:

ita rescribendum mihi censui et vocem antecedenti versui addendam, ut itidem effingeretur trochaïcus tetram. acat., quem singulum in turbis locum habere supra monui ad 175. Deinde copulam desiderari intelligens post obtineat, et illud, quod nulli rei legitur ante quemadmodum, a legitima sua sede aberrasse ratus sum, cum praesertim continue legi scirem in vett. editionibus: obtineat, colorem, et quemadmodum, itaque reponendo obtineat et colorem etc. etiam hunc versiculum sanavi. Vnum autem intelligit artem et disciplinam, quae ad animum pertinent, alterum colorem, quae ad corpus.

186. Decurtatus a manu prima, ut Taubmanno visum est, — — vidit, verbis vincat, ne se viderit; quod facile tuearis. Ceteri fere libri, tam scripti, quam impressi, non verbis, sed vel vero sive hero, ut V. C., vel utrum, ut edd. vett., quod quidem itidem vero fuisse arbitror, o litera in u mutata, qua de re vid. supra ad 170, τῷ m autem

orta ex simili ui, quod sequitur. Male vero interpungitur: Vt eum, qui hic se vidit, vero vincat, ne se viderit. Vero vincere Sceledrum, ne se vidisset, non poterat Philocomasium, quae revera ab eo visa erat; sed vero illam vidit servus. Ergo sic distinguendum: V. e., qui hic se vidit vero, vincat etc.

187. centiens. Ita Mss., prisce ut quotiens, totiens. Vulgo: quoties.

188. malitiam. Nonius: „Malitiam veteres, ut dolum, meliam ponendam duxerunt, quasi sit et aliqua bona.“ Amph. 112 sq.:

> Itaque me malum esse oportet, callidum, astutum, admodum,
> Atque hunc telo suo sibi, malitia, foribus pellere.

Epid. 534:

> Astu hanc congrediar. PHIL. Muliebris mi adhibenda est nunc malitia.

Et sic passim.

„Malitia, Cicerone explicante de N. D. 3, 30, est versuta et fallax nocendi ratio. Hinc saepe valet apud ipsum callidam seu subdolam iuris interpretationem, calumniam. Vid. Officc. 3, 17. extr. Seneca et sequius aevum in vitiositate usurparunt, quod nolebat Cicero Tuscull. Quaestt. 4, 15.“ Br.

190. Mss. et vv. edd.: arguet.

191. Domi aliquid habere et similia quam saepe apud Hunc et alios legantur μεταφορικῶς, vid. apud Pareum in lexico Plaut. v. Domi habere et paroemiographos. Cf. sequentia.

192. Domi dolos, domi delenifica facta. Τὸ domi utroque loco μονοσυλλάβως pronuntiandum elisa o litera. Vid. ad Amph prol. 74.

194. moles maleficas. H. e. machinas, quomodo infra dicit 266:

> Si invenio, qui vidit, ad eum vineas pluteosque agam.

Mss.: molis (moles) malificos, vel milificos; vett. edd. molis mellifica etc. Vulgo: mores maleficos.

201. Vulgo: abstitit. Sed recte Acidalius Divinatt. in P. pag. 279: „Correctio,“ inquit, „facilis astitit [ut Iunt. Ald.] vel adstitit, quam libri quoque suggerunt vetustiores. Non a sene Palaestrio, sed ab hoc ille absistebat, qui priore versu se dicit abscessurum. Et status servi designatur, ut infra [213] per idem verbum: Euge, euge, euscheme hercle astitit.“

„Cogitans. Varro de L. L. 5, 6: „„Cogitare a cogendo dictum: mens plura in unum cogit, unde colligere possit.““ Huc pertinet sententia P. Syri:

> Vnus dies poenam adfert, multi cogitant.“ Br.

Similiter etiam Phaedrus fabb. 3. prol. 38 sq. ex nostra emendatione:

Ego illius pro semita feci viam
Et plura cogitavi, quae reliquerat.

203. V.: Ecce autem avortit etc., quod ferri potest, si versum habeas pro iambico tetram; quanquam ceteri h. l. omnes trochaïci, neque admodum placet in eadem sententia mutatum metrum, cum praesertim infra 209 inventa particula autem male huc relata esse videatur.

Ceterum, quod vulgo legitur: — avortit, nisus laeva, in femine habet laevam manum, tam putidae est ταυτολογίας, ut mirer, tale quid diu ferre potuisse viros doctos. Legendum, sicut edidi, — avortit visus (h. e. oculos, ut passim), laevo in femine habet laevam manum etc. Gestus autem computantis imitatur Palaestrio, non revera aliquid computat, quod facere videtur seni.

205. V. imperfectis numeris pravaque distinctione:

Dexterum ita vehementer, quod tactu aegre suppetit.

Τὸ tactu, h. e. tactui, a Lipsio est; Mss. acta, Vatican. ictu; edd. vetustiores facta, seriores facto. Recte Acidalius Divv. in Plaut. pag. 279: „Dexterum ita vehementer, quod tactu aegre suppetit. Non potest ferri lectio haec, quae magni tamen viri correctio. Verba sensusque absurda. Verissimum, quod Lambinus excudit, non quia Lambinus probet, sed quia veteres idem excusi: ita, vehementer quod facto opus est, aegre suppetit. Ita namque distinctione iuvabis, ut ordo sit verborum manifestior, et ex illo sensus. Femur, inquit, ferit, per iram fortassis aut paene desperationem: adeo aegre suppetit, quod vehementer est facto opus. Atque ita demum versus integer est, qui brevior alias uno pede."

207 sq. nutat. H. e. abnutat, id quod postmodum intellexit Gruterus, cum ante de adnutu cogitans tentasset Nunc placet, quod reperit Suspicc. 4, 4. Recte itidem Acidalius l. l. pag. 280: „Nondum repererat, quod placeret. Cur enim deinceps tantopere laboret etiam in quaerendo? Quin ipsa adeo nutatio capitis indicat displicere; nec conquievit ante, quam senex acclamat Habet, opinor. Repererat aliquid iam tum, sed necdum probabat. Itaque amplius de eo deliberat: quo nomine subiicitur:

Quidquid est, incoctum non expromet: bene coctum dabit.

Sic enim illo versu lego, non expromit; et distinguo cum illo, quem in altero non sequor. Quidquid id consilii est, inquit, bene percoquet, ut maturum det, non crudum. Qua metaphora libenter utitur Plautus aliique cum eo in re consiliorum. Noster Persa (52):

Vsque ero domi, dum excoxero lenoni malum.

Porcius Latro Declamatione in Catilinam: Consilia nefaria facinoris in amplissimi civis M. Leccae domo decoquebantur. Saepe Sidonius Apollinaris, ut

lib. 1. Epistt. 11: Cumque de capessendo diademate coniuratio Marcelliana coqueretur, nobilium iuventuti signiferum sese in factione praebuerat."

Sunt autem Nutare et Nutus verba media vel potius generalia, quibus et adnui et abnui significatur. Merc. 599:

Contemplent, conspiciant omnes, nutent, nictent, sibilent.

Contra Men. 519 sq.:

— — — — — Nutat, ne loquar.

ME. Non hercle ego quidem usquam quidquam nuto neque nicto tibi.

211. poëtae barbaro. Naevio. Quod barbarum eum vocat, vid. ad Curc. 148.

A. Gellius Noctt. Att. 3, 3: „De Naevio quoque accepimus, fabulas eum in carcere duas scripsisse, Hariolum et Leontem, quum ob assiduam maledicentiam et probra in principes civitatis de Graecorum poëtarum more dicta in vincula Romae a triumviris coniectus esset; unde post a tribunis plebei exemtus est, quum in iis, quas supra dixi, fabulis delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante laeserat, diluisset." An ille autem solitus fuerit, quod quidam volunt, manum mento suffulcire in commentando, ipsi viderint. Mihi columnatum os Naevio tribuere per ridiculum videtur senex propterea, quod eo statu sedere hominem in carcere, curis confectum et de recuperanda sollicitum libertate, fuit consentaneum.

Ceterum vulgo hiante versu: inaudivi. Passim, metri inprimis gratia, reponendum Indaudire pro Inaudire. Most. 526:

Metuo, ne de hac re quidpiam indaudiverit.

Vide nos ad Capt. prol. 30.

213. Frustra libri: — et dulice et comoedice.

214. Iidem inconcinne: perficit. Mss. primitus: perfecit. Sed legendum cum Angelio et Aldo: perfecerit. Cf. 164. Petit quoque, non petiit, sicut vulgo, eaedem edd. et Mss. Non petiit consilium servus, sed etiam petit, siquidem nondum habet.

215. Age, si quid agis. Formula hortantis et ad agendum incitantis. Vid. Parei lexicon Plaut. h. v.

216 sq. V.:

Nisi quidem hic agitari mavis varius virgis. vigila:
Tibi ego dico. au! feriatus ne sis. hem te alloquor, Palaestrio, etc.

in quibus non modo nulla forma numeri apparet, sed glossema quoque turbat, ex margine, ut fit, receptum. Nam glossatoris esse verbum virgis, ipsa versuum horum prioris ratio metrica ostendit: siquidem exemto virgis et additis ex posteriore verbis Tibi ego dico habes trochaïcum tetram. acat., quales quam saepe singuli reperiantur, monui ad Amph. 596; quae autem inde remanent, τῷ te in ted mu-

tato, eiusmodi catalecticum efficiunt, post acatalecticum rite usurpatum. Ceterum Poenulo quidem legitur prol. 25 sq.:

Domum abeunt, vitent ancipiti infortunio:
Ne et hic v a r i e n t u r v i r g i s et l o r i s d o m i.

Sed ibi quidem discriminis causa mentio virgarum erat necessario facienda. Contra, ubi talia non opponuntur, ambiguitatis causa verba haec et similia varius, varie, variari seorsim Ille usurpare solet per ridiculum; velut dixit Epid. 15 sq.:

Ep. Quid ais? perpetuon' valuisti? Th. Varie. Ep. Qui varie valent,
Caprigenum hominum non placet mihi neque pantherinum genus.

Quod τὸ varius abest editionibus quibusdam veteribus, non placet, cum id speciem interpretamenti non habeat, sed τὸ virgis habeat.

Ceterum pro au feriatus ne sis libri anheriatus nescis (de hoc vid. ad Men. 538 sq.), anheriatus uestis, an heritatus ne sis; Iuntina vero atque Aldina prope verum: feriatus ne sis, nisi quod au reponendum vidit I. Lipsius Antiqq. Lect. 1, 11. Reliquas virorum doctorum de hoc loco coniecturas, cum a scriptura codicum antiquorum longius recedant multoque difficiliores sint explicatu, operae non est enumerare:

Ne ex longo longiorem faciamus librum.

Heus, non hem, altero horum versuum Mss. Pall. et vv. edd., quod temere mutarunt Gronovius Ernestiusque.

218. lucet hoc. Vid. ad Amph. 387.

221. V.:

Antevenito aliqua aliquos, aut tu circumduce exercitum.

Quid? aliquos? num incertum, qui anteveniendi sint Palaestrioni? Minime, neque ergo hic locus isti verbo. Atque Mss. quidem et vulgus editionum: Anteveni, vel Antevenito, aliqua etc.; Iunt. Ald.: Anteveni aliqua, aliquos mitte, circ. ex. Sed Sarracen. Mediol. et Taubmanni omnes edd. vett.: Antemoenia, unde Putschius faciebat Antemoeni aliqua nos, quomodo prisci: moerus, moenia, amoenus. Bene quidem de reposito Antemoeni, ceterum iusto audacius. Cum igitur in Sarracenia et Mediolanensi a me inspectis reperissem Antemoenia aliqua aliquos, ante te circumducere exercitum, in isto ante visus mihi sum agnoscere autē (autem), quod sententiae longe melius convenit quam vulgatum aut, siquidem non aut antemoeniendum, h. e. praemuniendum, aut circumducendus exercitus, sed utrumque faciendum est, ut fieri solet in bello, cuius verba ad rem praesentem accommodat senex lepidus; quomodo item indistincte in sequentibus iubet servum obsidere hostes, suis praesidio esse, intercludere inimicis commea-

tum, sibi viam eius munire. Deinde pro depravato aliquos non aliquod (h. e. aliquo) rescribendum existimavi, quia item dubium non est, quo circumducendus sit ille exercitus, sed iterum inferendum vidi aliqua, h. e. aliqua via. Tum ex manu scriptis petitum tu τῷ autem praeponens, versum pariter ac sententiam, ni fallor, restitui.

222. V.: Curre in obsidium perduelleis, quomodo nemo unquam locutus est. Camerarius igitur: Coge in obs. perd., quod plerisque placuit. Sed Mss.|: Cor in obsidium, in quibus latere mihi videtur Cura obsid. p. Certe u et o literas non semel permutatas supra observavimus ad 170, et A H N quam item vicinae sint in libris vett., sciunt, qui eos versarunt. Obsidium autem perduelles dictum pro Obsidium perduellium, ut recte inttpp.

223. Inconcinne vulgatae: Intercludito. Sequor Iunt. Ald.

225. rem. Vid. ad Amph: 149.

227. V. minus bona agnominatione: infecta. Vid. ad. Amph. 28.

228. V.: Magnam illic, homo, rem incipissis. Sed semper qui amicos compellant: Mi homo, Mea mulier; nunquam seorsim: Homo, Mulier. Pers. 612: Cur ego id mirer, mi homo? Cist. 448: Mi homod et mea mulier, vos saluto. Contra Trin. 875 Charmides sycophantae, quem impostorem credit: Vide, homo, ut hominem noveris.

229. Verbum recipere et correptum hoc, de quo vid. ad Amph. 156, coniungenda sunt in proceleusmaticum, si metrum salvum velis. Dictum de hoc pede, in versibus iambicis et trochaïcis aeque usitato, ad Amph. 356.

231 sq. V. pravis numeris:

Ad me. Pe. et ego impetraturum dico id quod petis.
Pa. at te Iuppiter etc.

Mss.: et egom impetrare vel impetrarem dic. etc.; vett. edd.: et ego imperatorem dico me ad id, quod petis. Inde Pareus: et ego impetrare me dico id, q. p. Sed eiusdem est petere et impetrare: nam quam rem ne expetiveris quidem, eam te impetrare, non est consentaneum; nisi quis lusus istos Fortunae praetendat, quibus hic nullum negotium. Trochaïci longi, praesertim singuli, vix ullo in loco recte perscripti in libris veteribus.

232. V. inconcinne: at imperti etc. Mss.: aut inparte mici pare me quod comm., in quibus ista pare me mihi videntur male repetita.

236. V. hiante versu: sapientiae. Mss.: sapientiam equam lapis. Saepe haec genitivi sing. primae declinationis terminatio fraudi fuit librariis, de qua vid. ad Epid. 497, 623. V. quoque, itidem inconcinne: egomet istuc scio. Vel legendum: ego istuc scio, vel: egomet scio; et hoc quidem nunc malim propterea, quia τὸ istuc adscribere interpretandi causa cuiusvis erat, τὸ egomet non item.

237. V. minus concinna sententia:

Nunc sic rationem incipissam, hanc instituam astutiam.

Verbum hanc vel anc (vid. ad Asin. 492) natum mihi videtur ex antecedente -am, alterum vero sic a simili in-, quod sequitur, ablatum.

239. cŭm. Vid. ad Amph. 149.

240. lacte. Priscian. lib. 7. pag. 756 Putsch.: „Hoc lacte dicebant antiqui.“ Testantur hoc etiam Charisius, Nonius, Valerius Probus, alii. Cf. Men. 983.

244. V.: Eum arguam vidisse etc. Sed indicandum, utram amatorem amplexatam fuisse dicturus sit dolosus servus. Atqui vv. edd.: Eam arguam vid. etc., τῷ Eam ita eliso, ut prorsus non exaudiatur. Legendum: Arguam hanc vidisse etc., quomodo supra habes 238: Vt Philocomasio hanc sororem geminam germanam alteram Dicam Athenis advenisse etc.

245. Libri inconcinne: Imo ut optume.

250. conligi. Codd. vett.: conlici (vel conici), concili, concini. „Sed Gruterus (Taubmannum audis) retinet colligi, docetque alias lectiones natas a scriptura veteri conlici etc.“

251. domi elisa o litera legendum. Vid. ad Amph. prol. 74.

252. „Operae non est. Sic Livius quoque, v. c. 4, 8 extr. Cf. Casaub. ad Pers. 6, 9.“ Br.

255 sq. V.:

Placet, ut dicis. Pa. intro abi ergo, et si isti est mulier, eam iube
Cito domum transire, atque haec ei monstra: praecipe etc.

Iustum numerum pedum habet prior horum versuum, posterior non habet, ut de fraude non sit dubitandum. Quam sentiens pridem Angelius, pro arbitrio rescripsit praemonstra, et sic trochaïcum quidem effinxit, quali hic opus est, sed debilem et ab usu abhorrentem Plauti, cui fere hae et similes voculae ei, eum, eas pro monosyllabis. Nec melior Taubmanni ratio, verbum monstra iterantis. Codices parum iuvant, e quibus edidit Pareus:

Pe. Placet, ut dicis. Pa. intro abi ergo: et si isti'st mulier, iube etc.

omisso eam, quod cum in scriptis repertum esse ait Taubmannus, de secundis eorum manibus illum loqui arbitror, quas perscribere oblitus fuerit Pareus, ceterum harum rerum curiosissimus indagator. Membranae igitur, nisi fallor, a manu prima: mulier, sed id mulierē initio fuisse puto, h. e. mulierem, et τὸ -ē a sequente simili i litera interceptum. Quo reposito, cum verbum iube ad alterum versum pertinere liquide appareat, hic quidem ipse a fine bene habet, sed est ἀκέφαλος, ut cui, si uti pro ut reponatur, ad minimum una desit syllaba. Quam requirenti mihi nihil verisimilius visum est, quam librarios, cum inve-

nissent per. (Periplectomenes.) perplacet, uti dicis etc., bis exarandam per syllabam more suo semel posuisse itaque versum truncasse, quem iam ope nostra sanitatem recuperasse spero. Perplacere etiam alibi poëta. De forma Isti pro Istic vid. ad Cas. 430.

Iubĕ. Vid. ad Asin. 731, et de asyndeto verborum monstra praecipe ad Capt. 336.

258. Vox tibi quomodo pronuntianda sit, vid. ad Amph. prol. 74.

259. V.: —— Pe. abeo. Pa. et quidem ego ibo domum. Sed vv. edd., in his Iunt. Ald.: Pe. abeo equidem igitur. Pa. Ego ibo d. Mss. quoque ecquidem, non et quidem, Pareo teste. Sed Equidem, cum non opponatur abiturus senex alicui non abituro, hic non habet locum, habet quidem, quod eleganter usurpatur in extremis sententiis. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

260. V. secundum Lambinum:

Atque hominem investigando sumam operam, hinc dissimulavero.

Mss. et olim cusi: At quem hominem investigando (V. C. ex correctione, ut tradit Taubmannus, vestigando sumo), vel investigandos, operam hanc, vel huic, dissimulando. Aliorum vel lectiones vel emendationes enarrare longum est. E quibus cum placuisset Acidalio:

At quam hominem investigando sumam operam, hanc dissimulavero,

hanc pro hinc reponenti nimis libenter auscultavimus: siquidem retinendum hinc, i. e. ex hac parte, apud militem: nam apud Periplectomenem nihil opus erat dissimulatione. Praeterea legendum metri gratia hemonem, de qua forma dixi ad Asin. 274. Denique non spernendum illud sumo, h. e. sumam, veteris codicis Camerariani, etiamsi a sequiore manu sit adscriptum, de quo tamen altum silentium apud Pareum; nisi, mutata librorum omnium lectione dissimulando, rescribere malis cum Taubmanno in annotatione ad h. l.: Atque in homine investigando operam hanc dissimulavero. Sed sane tanto melior nostra lectio, quanto scriptorum propior. Pronuntiandum autem τὸ sumam ἀνεκθλίπτως, quam figuram prosodicam illustratum ivi ad Amph. 341.

262. V. soloece et depravato numero:

Nam ille non potuit, quin sermoni suo aliquem familiarem etc.

Mss. familiarum, edd. vett., in his Iunt. Ald., familiarium, recte, modo deleas inutile interpretamentum suo. Participare alicui rei non dicitur, sed Part. alicuius rei vel aliqua re. Reponendum igitur vidimus sermone.

265. V.:

Novi morem ego: et tacere nostrorum solus scio.

Haec Camerarii coniectura. Mss.: N. m. e. et tacere nequeo solus scio; primitus cusi: N. m. e. et tacere solus scio. Ineptissimum vocare τὸ nequeo placet Taubmanno,

mihi aptissimum, modo quae addatur, a praecedente -queo interceptum. Morem servorum garrulorum depicturus Palaestrio, quasi ipsos loqui facit, quae vel palam dicere soleant, vel certe apud se cogitent, cum iis convenienter agant. Cf. 283.

267. res. Ita Mss. Vulgo: res est. Acidalius: rest per contractionem; sed non opus.

270. fores μονοσυλλάβως pronuntiandum. Vid. ad Amph. prol. 74. Cf. 328.

271. V. nihili numeris:

Nam illic est Phil. custos meus cons., atque it f.

Melius aliquanto Acidalius: N. i. P. c. m. c., qui it f.

274. Hiulce libri:

Philocomasium herilem amicam sibi alium quaerere.

Tentabat Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 281 sibi virum alium, vel amicam amicum sibi alium quaerere, sibi malum quaerere, amicam clam (quod in ultima syllaba τῦ amicam delitescere videatur) sibi alium quaerere, qua coniectura acquievit, ad alium subintelligi facile aliquid posse ratus, quod exprimi non adeo sit necesse. Huius vestigio insistens Bentleius ad Terentii Phorm. 3, 3, 11 reponendum censuit P. h. a. sibi malam rem quaerere, locutione Nostro satis familiari: vid. Cas. 152 Poen. 1172 Cist. 141. Probo sententiam, verba a codicibus abhorrentia non probo. Legendum: P. h. a. sibi alienum quaerere. Supra 242 sq. in eadem re:

Vt, si illanc concriminatus siet advorsum militem
Meus conservos, eam vidisse cum alieno oscularier etc.

et itidem 264:

Hic in proxumo osculantem cum alieno adulescendulo.

et similiter infra 338, 567, 590. Vicina vero alienum et alium, ut inter se permutari proclive sit.

275. loqui. Mss. loquentem, nisi quod V. C. initio loquere. Τὸ osculantem tinniisse adhuc videtur in auribus librarii, qui primus ita scripsit.

279. cruciatumque. Ita Mss. et vett. edd.; sed V. C. a manu altera: cruciatum, quod arripuerunt tanquam dictum ut saepius recurrens illud maxima mala crux, de quo vid. Parei lexic. Plaut. Simile hoc sane illi, nec tamen minus recte copulam poëta adhibuit, quam libris refragantibus deleri nefas.

insaliamus. Sic quoque codd. Vid. ad Amph. 28. Vulgo ex interpretatione: insiliamus.

280. Inconcinne atque inepte libri: — desulturam nihil hic moror. Ortum hic ex -hil, quod antecedit.

282. Vulgo minus recte: Tute scis solite tibi. Dixi de hoc loco ad similem, qui est Amph. 131.

285. homō. Vid. ad Amph. 475.

287. in proxumum. H. e., interprete Scioppio Suspp.

Lectt. pag. 193, in aedes vicinas sive proximas. Cf. inttpp. ad h. l. et Parei lexic. Plaut. v. Proximum.

288. Vulgo: Atque ego illa aspicio etc. Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 281: „Non," inquit, „damno illa, malo tamen illi: quod est Plauto illic, ut inferius hac scena isti pro istic:

Pa. Nempe tu isti ais esse herilem concubinam?

Nam ita scribendum ibi quoque, cum vulgo alterum usitatius scribatur. Corrupta saepissime illa, quae versuum ratio plerumque nec raro libri vett. produnt." Vid. nos infra ad 337, et de formis adverbiorum Illi atque Isti ad Amph. 596 et Cas. 430.

296. V. corruptis numeris: —— dupliciter? Pa. Id dicam tibi.

298. V. inconcinne: tu ei. Pronomen tu sequente vocali litera non liquescit. Vid. ad Amph. 341. Acidalius l. l.: —— additus, eo perieris, quod responderet praecedentibus hoc perieris. Sed facilior nostra ratio. Eii passim Noster: vid Parei lex. Plaut. h. v.

301. V. numeris pessumdatis: —— Pa. Eho, an non domi est?

303. V.: Certum est facere id; sed edd. vett.: C. est facere, unde colligas reponendum esse C. est facered, id quod sero animadverti. Vid. ad Amph. prol. 149.

304. iunix. „Respicitur ad fabulam de Argo et Ione. Puellae passim iuvencae, equae (cf. Fischer. ad Anacreont. 11 vel 21), δαμάλεις (hinc Damalis apud Horatium) πόρτιες, ut πόρτις apud Lycophronem Helena. Vidd. Scriver. ad Ovidii Heroid. 5, 117 Aelian. V. H. 3, 62." Br.

308. Dŭm. Vid. ad Amph. 149.

310. V.:

Credo hercle has sustollat aedes totas, atque hinc in crucem.

Sed „quid est," inquit Acidalius Divv. pagg. 282 sq., „quod aedes in crucem sublatum iri dicuntur? aut tolli qua ratione possunt? Labitur eo vir doctus (Gruterus Suspicc 2, 3), ut ad morem priscum trahat, quo in magnis sceleribus damnati non ipsi tantum supplicio plecterentur, sed aedes eorum quoque diruerentur. Id quid huc faciat, ego non video; nec ipse fidit sibi, cum tandem e Truculento similem, ut videri vult, atque est sane, quanquam non ex illius sententia, locum affert, ubi de aedibus, tanquam de homine Plautus etiam loquatur scen. Date soleas (597 sq.):

Quantillo mihi opere nunc persuaderi potest,
Vt ego his suffringam talos totis aedibus?

Loquitur ille vero, sed non tanquam de uno homine, nec quasi quae de homine alioqui proprie, μεταφορικῶς ibi de aedibus dicantur. Quin aedes et hic et illic pro ipsis su-

muntur hominibus, sed pluribus, nec alio modo, nisi quo domum vulgo familiam appellamus. Ideo totae aedes utrobique ut totam familiam intelligamus. Atque in Milite familiares omnes dici, testes sunt loci ibidem plures, qui cruciatum domui toti minitantur, velut 181—183, 278 sq. Alia sunt etiam loca: sed cui rei cumulemus? Certum satis, familiae toti militis crucem hanc imminere: quod cum sit certum, quid dubitationis relinquitur, aedes ibi totas ita prorsus interpretandas? Nec aliter est Truculenti loco, ubi familiae meretriciae miles talos suffringere minatur ita, quomodo Periplectomenes senex fieri iubet hac fabula 156 sq. militis hominibus. Atque illa talorum elisio crebra in Plauto alibi, ut appareat inter supplicia servilia sic talifragium ut crurifragium fuisse. — Ceterum atque pro statim accipere, quod quibusdam placet, non opus est, si hunc ex hinc legatur. Per hunc, scil. hominem, se designet, ut reliquos familiares per has totas aedes. Sed aiet alius contra, nec hac mutatione opus esse; quod non negabo patiarque facile sententiam aliorum ista parte praevalere, dum nostra praevaleat altera potiore.“

Sic ille. Reposui autem hunc cum ipso et Des. Heraldo propterea quod satius est, τὸ sustollat referre ad verba in crucem, quomodo alibi Tollere in crucem dicitur, quam seorsim illud in eandem sententiam interpretari, quod nescio an alibi fiat, et illa atque hinc in crucem similiter accipere ἐλλειπτικῶς, cum praestet haec omnia unius orationis ambitu comprehendi.

Quod dicta haec accipiebat Douza Centurionat. pag. 339 tanquam ista Poen. 280 sq.:

— — — — — — — inpunissume
Tibi quidem hercle vendere hasce aedis licet:

vide, sis, nos ad eum locum.

311. V. inconcinne: mussitabo. Vel legendum verbis transpositis: Quidquid hercle est, mussitabo etc. quod iam ideo praetulerim, quod sic et Quidquid et mussitabo, gravius utrumque verbum, arsi gaudebit, ut decet, si ullo modo fieri possit.

313. V.:

Pa. Scel., Scel. Sce. quis homo interminat? Pa. est
te alter audacior?

Mss. non interminat, sed interemat; neque τὸ te illi agnoscunt, quo carent etiam edd. vett. Verbum interminat exponunt minaci voce me inclamat; sed longius repetita haec explicatio; id quod sensit etiam Scioppius Suspp. Lectt. 4, 7. Legendum procul dubio: quis homo interimit? h. e. quis me occidit? quis obtundit? Vid. ad Merc. 318. Passim mixtae e et i, i et a, literae in codicibus.

319. eccam. Vid. ad Amph. prol. 120. Cf. 323, 330.

322. V. versu pessumdato: Vae verbero etc. Mss. Veherbero, sicut h perperam addi solere monui ad Asin. 24. Edd. vett. interiectionem non exhibent.

323. V. nullis numeris: nam illam quidem eccam domi. Mss. n. i. q. illa domi.

328. Vid. nos supra ad 270.

332. deterrebit. Huc ducere mihi videtur scriptorum lectio depravata haec, deterrenti. Editi vett.: deterreat.

337. Acidalio supra ad 288 placet isti metri gratia; sed id quidem etiam absque eo sartum tectum videtur, si probabilia sunt, quae disputavi ad Asin. 770.

339. V. metro corrupto:

Pa. Scin' tu nullum commeatum hinc esse a nobis? Sce. scio.

Mss.: — hinc esset a nobis, quod pro essed a n. accipiebat Gruterus; sed rectius, ni fallor, nos. Hinc, e militis domo, sicut 329 et saepius.

344. V. satis inepte: Pa. Pedes ego iam illam etc. Recte Acidalius Divv. in Plaut. pag. 283: „Non apte cum Lambino pedes accipietur pedibus iter faciens, non alis sublatus. nam quid hoc ioci intempestivi? Pede aut pedibus scribendum puto, ut iocetur in loquendi modo, quo alias capite vel ore sistere dixit, velut infra 841 Curc. 285 Capt. 725." Similiter autem legitur 626:

Clare oculis video, sum pernix manibus, sum pedes mobilis,

ubi V. C. pedibus, quod nihil aliud est quam insolentius ita usurpati numeri singularis interpretamentum: nam ibi quoque legendum, ut hic, pede, τὸ pedes ne versu quidem admittente.

347. Decurt.: foras, ut foras rogare pro foris eodem modo dicatur, quo in mentem esse, in lustra iacere et similia, de quibus egi ad Amph. 545. Cas. 568. Cf. supra 81.

348. hĭc. Vid. ad Amph. 136.

351. V. hiante versu:

Neque cuiquam, quam illi, in nostra melius famulo familia.

Facile ē (est) a simili ī (in) fuerit depastum. Vel legendum quamde, de quo dixi ad Amph. prol. 69.

352. Putide libri: Sed ego hoc, quod ago, id me agere oporter. Sarracen. Mediol.: S. e. h. q. a., at m. a. o. Iuntina: Sed quid ego ago? Quod me ag. op.

355. V.: Cedo vel doctas, docebo. Sed V. C.: C. v. doce me docebo; Decurt.: C. v. dice me docebo, in quibus latere credidi: Cedo vel doctū (doctum) edocebo; quod et sententiae et versui aptissimum. Erasmus Adagg. 1, 2, 12: „Identidem," inquit, „in Plautinis ac Terentianis comoediis occurrit Memorem mones et Doctum doces. Idem pollet Graecanicum illud Λαλεῖς πρὸς ἔχοντα τὴν ἐπιστήμην, id est Loqueris ei, qui ipse rem calleat, et Εἰδότι λέγεις, i. e. Scienti narras etc."

356. mihi solae. Infra 1006: Cedo te mihi solae solum; et Terentius Eun. 5, 6, 3: Mihi solae ridiculo fuit, ad

quem locum Donatus: „Soli regulariter dicitur; solae non recte, sed antique, ut alibi Hoc ipsa in itinere alterae dum narrat, forte audivi (Heaut. 2, 3, 30)." Priscianus lib. 6 primo: „Sciendum," inquit, „quod, quoties superiora masculina (unus, ullus, nullus, solus, totus, alius, uter, alter) in i desinunt in genitivo et in o dativo (hoc enim quoque rarior habet usus et vetustior), necessario feminina supradictos in ae diphthongum terminant casus. Itaque non solum una unius uni, sed etiam huius et huic unae, et similiter ullae, nullae, solae, totae, aliae, alterae, in usu antiquiore invenimus. Cicero pro M. Tullio: Hoc iudicium sic expectatur, ut non unae rei statui, sed omnibus constitui putetur. Idem ad Herennium: Non res totae rei necesse est similis sit. Terentius in Heaut.: Haec ipsae in itinere alterae etc. Idem Eunucho: Mihi solae etc. Caecilius: Nullae nationi tot, tantas, tam continuas victorias, tam brevi spatio datas arbitror, quam vobis."

359. Vulgo, frustra asperato versu: Credo ego istoc etc. Vid. ad Asin. 843.

360. Quamnam. Vid. ad Amph. 341.

361. Vulgo minus concinne: quis illaec est etc. Qui pro Quae usurpatum, sicut Asin. 485, si retinenda ibi vulgata lectio. Vel legendum metri gratia:

Pa. Respicedum ad laevam! mulier haec quis est? Sce. Proh di inmortales etc.

sicut statim Sceledrus: Heri concubina est haec quidem. Nam elisio vocalis in quis, etsi non praeter analogiam fieret, ut videre licet ad Amph. prol. 74, durior tamen est, quam quae ferri posse videatur.

362. Heri liquescente e litera pronuntiandum. Vid. ad Amph. prol. l. l.; et de proceleusmatico Mihi quoque ad Amph. 356.

368. 370. quidĕm. — quod viderĭm. Vid. ad Amph. 1.

370. Vulgo: Ego stulta et mora multum; sed Decurtatus et Ms. Meursii veteresque edd.: E. st. moror multum. Moror pro mora etiam V. C. Vid. ad Cas. 489.

371. fabulem. Similiter Hic infra 442 secundum codicem Meurs. Iunt. Ald.:

Ph. Imo ecastor stulta multum, quae vobiscum fabulem;

item Afranius apud Nonium 4 n. 1. Vide, quae nos ad Amph. 82.

376. Vulgo: Me vidente, quod ferrem, si Palaestrio inde a versu 272 constitisset cum altero servo in scena, itaque, aliorsum spectante Sceledro, exire domo mulierem vidisset. Verum ita se res non habet; sed recitato versu 344 intus ivit Palaestrio illam arcessitum et mox cum ea redit, ut ineptum sit hominem dicere, se vidente eam exisse, quae non modo ipso vidente, sed iubente et comitan-

te, exiit. Reponendum igitur censui: Me videto, quod est confidenter affirmantis. Merc. 1000 sq.:

Certon' scis, non suscensere mihi tuam matrem?
Ev. Scio.
Ly. Vide. Ev. Me vide! etc.

Trin. 774:

Nihil est, de signo quod vereare. Me vide.

Cf. Terentii Andr. 322 Phorm. 673, ubi vetus interpres, si tamen eius haec sunt omnia: „Me vide.] Vtrum laetus sum? an: me specta fidei datorem? ut dici solet Me habe, Me respice." Et altero loco: „Me vide.] Quia quasi in iure promittit et interponit suam fidem; quod nos dicimus Me habes." Vbi addendum vidi quasi, ne proprie haec dicta acciperentur, quae sunt de iure ad res alias translata. Sic igitur h. l. Palaestrio: Me vide! h. e. fidem meam interpono, rem ita esse, ut Philocomasium domo exierit. Et Sceledrus ridicule, quasi oculis, non mente, alter se spectari iussisset: Video, quod verbum quo referant, non habent isti, qui vulgatae lectioni Me vidente patrocinantur, siquidem aeque absurdum sit, vel dicere Sceledrum: Video, te videre, illam domo exire (quod si vidit, ipse quoque eam exire viderit necesse est); vel: Video, eam inde exire; quod eum non vidisse, tota haec oratio hominis ostendit.

377. Nisi. Ita Mss. et vv. edd. H. e. Sed. Vid. ad Epid. 716. Vulgo ex coniectura Gruteri minime necessaria: Nimis mirum est etc. Cf. infra 417.

379. fenestra legendum ut f'nestra. Vid. ad Amph. prol. 74. Vel reponendum festra, de quo dixi ad Cas. 44.

380. Vulgo inconcinne:

Pa. Pergin', sceleste, intendere atque hanc arguere? etc.

Seorsim dictum interpretabantur verbum intendere, qui sic reponerent, quomodo Donatus ad Terentii Eun 3, 3, 19: Proprie Intendere est crimen in adversarium iacere. Sed h. l. valet vehementer studere, estque coniungendum cum arguere exclusa copula malae notae, quam neque habent Mss. et olim editi, sed: — intendere et arguere etc., quod ortum puto ex intenderet arguere. ad quam faciem non raro addita reperitur t litera, ubi non opus ea: velut Curc. 297 legitur Recte hic monstrat si imperare possit pro eo, quod locus postulat, Recte hic monstrat se imperare posse, etc.

381. Minus recte vulgo: eveniat. Sequor vett. edd.

384. suo. Mss.: meo, quod ineptum defensorem reperit Pareum. Certe nimis intempestive sic iocata sit mulier, neque huc valent, quae dicta de similibus Ba. 468.

390. quasi nunc est. H. e., interprete Scioppio Suspp. Lectt. pag. 194, sicut nunc res se habet.

393. Immisso interpretamento libri inconcinne:

Satin' (peius etiam Iunt. Ald.: Satin' ut) eadem in vigilantes expetunt, quae in somnis visa memoras?

Τὸ in recte additum a Scioppio.

394. Vulgo itidem inconcinne: Heus hercle praesentia omnia! abi intro etc.

„Comprecare. Vidd. Douzae Centurionat. pagg. 344 sqq. Casaub. et Schwarz. ad Theophrast. 16, 2, Broukhus. ad Tibull. 3, 4, 9. Cf. Amph. 2, 2, 107 sqq." Br.

395. Narrandum ego istuc militi censebo. Futurum pro praesenti. Vid. Cas. 230.

397. gesserĭm. Vid. Amph. 1.

„dorsus prurit. Cf. Poen. 5, 5, 36." Br.

398. V.:

Pa. Scin' te periisse? Sc. nunc quidem domi certo: certa res est etc.

Τὸ est recte inculcatum ab Acidalio; sed lepidius quoque mihi videtur, verba nunc quidem est domi certo tribui Palaestrioni, ut is nunc quidem certo intus esse Philocomasium affirmet, quia domo militis ad se exiisse illam Sceledrus dubitavit. Quod vere me coniectasse indicio sunt huius verba, quae sequuntur:

— — — — — — Certa res est,
Nunc nostrum observare ostium, ubiubi est.

Si exploratum id homo habet mulierem nunc intus esse, locus non est τοῖς ubiubi est, quae sunt incerti et his miris, quae oculis suis vidit, perculsi, qualem hunc servum fingit Comicus.

ostiŭm. Vid. Amph. 1.

401. V. perversis numeris:

Atque ut tu suspicatus es eam vidisse te osculantem?

Τὸ te abest editionibus vett.

402—404. V. itidem aut pravis aut nullis numeris:

Sc. Me eam non vidisse arbitraris? Pa. nae tu hercle, opinor, (obsecro,
Resipisce) si ad herum haec res pervenerit, peristi pulchre.
Sc. Nunc demum experior, prius ob oculos caliginem obstitisse.

Primum delenda intelleximus ista, quae interpretis se produnt manifesto nec metro congruunt, Me eam vidisse. Quo nomine culpandum etiam tu istud ante hercle. Deinde, cum intueremur manu scriptorum h. l. lectionem Ne tu hercle opinor obsecro Resipiscis (respicis si) ad erum haec res prius ob oculos creverit (pervenit) pervis (peruis, peribis) pulcre: statim vidimus, verba ob oculos a medio horum versuum ad tertium nescio quo casu esse translata, quibus suo loco positis, ante pulcre, utriusque versus metrum constitit, τῷ Resipisce ad primum pertinente, ut qui, exemto glossemate, quod dixi, talem vocem desideret, ut legitimis suis pedibus incedat.

407. V.:

Nae tu edepol stultitia tua nos paene perdidisti.

Sed Mss. et vv. edd.: perdidit; hac: Nae te edepol etc. Inde collegi reponendum esse: N. te edepol st. t. n. p. perdidisse. Τȣ perdidisse glossema perdidit. Edepol infinitivo eleganter iungi, sicut Fortasse, Scilicet aliasque huiusmodi particulas, discas licet ex Parei lexico Plaut. v. Edepol.

409. Τὸ fores o literam elidit. Vid. Amph. prol. 74.

410. lautas. Mss. latas, sed V. C. a manu prima: lata, unde Gruterus fecit lauta, quod vulgatas edd. obsidet. Vel laetas, ab effectu, reponendum censuit Douza Centurionat. pag 350, vel potius lautas, ut lustratio intelligatur seu purificatio, rem divinam rite antecedens. Quem sequor.

„Παρατραγῳδεῖ nonnihil Plautus, sicut et Trin. 4, 1." Br.

414. V.:

Sc. Palaestrio, o Palaestrio. Pa. o Sceledre, Sceledre, quid vis?

Verum non O est inclamantium, sed Eho, quod saepe cum similibus permutari monui ad Men. 570, 859.

417. V. inconcinne:

Sed facinus mirum est, quomodo haec hinc nunc potuerit transire.

Angelius et Aldus omisere nunc, quomodo supra legitur 377: Nisi mirum est facinus, quomodo haec hinc potuerit transire. Sed locorum nos recordati horum et similium 145, 329, reponere maluimus S. f. m. e., q. hinc huc p. t., cum praesertim H et N. literas saepe mixtas sciremus, qua de re dictum ad Capt. 812.

418. V.: An dubium tibi est etc.; sed V. C.: An dub. id est etc. Vtrumque et id et tibi recipiendum duxi: nam utrique pronomini sua vis et gratia.

419. Τὸ quid elisa vocali litera pronuntiandum. Vid. ad Amph. prol. 74.

421. Mss.: Imo edepol nunc tute tecum, quod ferri nequit, nisi cui, freto istis, quae nos ad Amph. 82, Petronianum loquo arcessere placeat, quod nolim.

423. vages. Ita Mss. et vv. edd. V. C. initio vagas.

424. Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 287 de hoc versu: „Quis mendosum affirmarit? Verisimile valde tamen est, homo qui sim scripsisse Plautum, ideo, quia sic rogaverat Philocomasium quis tu homo es?"

428. V. hiante versu, nisi quis acui iubeat τȣ metuis syllabam mediam, quod fieri non potest:

Pa. Quid metuis? Sc. Enim ne nosmet p. u.

Apposite comparant Amph. 299 sqq.

429. Minus recte libri: Perscrutari hic volo etc. Nihil intererat, ibi an quovis alio loco eum id perscrutari; sed hoc perscrutandum erat, quod dicturus est, ipsine militis essent, an alieni. Vid. Curc. 401.

perscrutari. Mss.: persectari. Sequimur nos edd. vett.

430. Soloece libri: — ne dum quispiam etc. Facillime cl cum d, et a cum u litera, permutatur. Cf. supra 11.

432. Vulgo imperfecto numero: Tibi dico, heus etc.

433. „intemperiae. Furiae, angores animi, insaniae. Cato de R. R. 141: Martem precatur, uti calamitates intemperiasque prohibessit.“ Br.

435. Vulgo: Iniuria est. Iniuria es Douza reposuit, quo loco Centurionatus Plaut. hunc expendit, memor, frequentare Hunc adiectivum Iniurius. Cf. Aul. 650 Curc. 65 etc.

437. V. secundum Camerarium:

At istuc non decet, et meo adeo hero facis iniuriam.

Similiter etiam vett. edd., nisi quod τὸ adeo non agnoscunt. Sed Mss.: Adice testu non dicat ei et meo aero (ero) non facis iniuriam. Vide, an feliciter coniectarim. Adige, accusa apud militem. Testo, testor: vid. lexica. Literas c et g, o et u, saepe confusas, monui ad Curc. 682 et supra ad 170. Item miscentur Non, Num, Nunc. Cetera, quae, partim alios secutus, hic mutavi, leviora sunt et lectorum iudicio permittenda.

438. Quaë. Vid. ad Amph. 149.

440. To quid metri causa pronuntiandum, ut supra 419.

441. Vulgo inconcinne: inaudivi. Vid. supra ad 211 Capt. prol. 30.

442. fabuler. Vid. supra ad 371.

444. Vulgo, refragante metro: Res est, non mitto. Ph. at mihi iam cr. m., m. t.

449. V.: Ph. Ostium hoc mihi domicilium est, quae qualis est lectio, talis et interpretatio Taubmanni, qui: „Ita,“ inquit, „edimus. quanquam enim Mss. (certe V. C.: nam Decurt. ostium, Pareo teste; sed vid. Asin. 492) et edd. hostium legunt: tamen tralatitio scribendi more ostium est. Ait igitur δεικτικῶς, ibi hospitium suum esse, ubi illud ostium.“ At, o bone, in ostio non habitatur, neque nisi figurate tale domicilium dicitur pro nullo, velut ille dicit Trin. 388 sqq.:

Pol, opino, adfinis noster aedis vendidit.
Pater quom peregre veniet: in porta est locus,
Nisi forte in ventrem filio conrepserit.

Recte igitur I. Lipsius Antiqq. Lectt. 1, 11: „Libri vett. hostium hoc mihi. Littera inserta egregie emendari puto hosticum hoc, id est peregrinum. Nam hostis antiquitus, qui nunc peregrinus. Callida igitur illa mulier, cum servus eam vi conaretur domum abstrahere, dissimulans se eam esse: „„Mi homo, inquit, vide ne erres. Equidem hic non habito; sed hoc Periplectomeni hospitio tantum utor ut peregrina. Athenis est vera domus.““ Res clara ex fabulae argumento.“

450. Vulgo omnino male:

Domicilium est, Athenis domus ac herus. ego istam domum etc.

Bene Pistoris: „Quid?" inquit, „herus? an ergo servam se ferebat? Minime, et scen. sequ. senex eam profitetur ingenuam et liberam." Tentat igitur vir doctus atque heus, ego ist d.; monetque, crebram hanc in rixis et obiurgationibus esse formulam. Sed praestat examinare librorum veterum vel manu exaratorum vel cusorum scripturam, qui unanime, certe antiquiores: Dom. est, Athenis domus est ac herus. In his facile agnovi, quod excudi iussi, immissa Sceledri persona: Domicilium est, Athenis domus. Sce. Et hic herus. Facete mulierem, domum suam Athenis praedicantem, ita interpellat servus, ut herum ei oggerat, militem, qui ibi habitet in proximo, non Athenis. Hanc lectionem quam degenerare in vulgatam proclive fuerit, non Lyncei est videre, siquidem voculae et atque est saepissime miscentur, neque omissum h mirabitur, qui legerit, quae nos ad Asin. 492, ne a pro i scriptum commemorem, quod item frequens esse vitium descriptorum, supra monui ad 313.

453 sq. V. omisero, — omittis, minus quidem ex usu Nostri et priscorum. Vid. Parei lexic. Plaut. vv. Amittere et Omittere, Taubm. ad Capt. 2, 2, 82 (262). Calpurnius ad Terentii Heaut. 3, 1, 71: „Amittas pro Dimittas dixit. Nam quod nos dicimus Dimittere, antiqui etiam dicebant Amittĕre, ut Virg. (Aen. 2, 148):

> Quisquis es, amissos hinc iam obliviscere Graios.

Sallustius (fragmento): Pactione amissa, publico consilio." Rarior eo significatu vox passim vel forte mutata est, vel de industria obliterata.

istuc. V. istoc. Vid. Aul. 589.

455. V.: Ecce omitto, sed Iunt. Ald.: Ecce mitto, cui convenit, quod respondet mulier: At ego abeo missa.

Vulgo quoque: Muliebri fecisti fide, quae lectio ferri potest, si versum sic dimetiare:

> Sc. Ecce | mitto. Ph. At e | go abeo | missa. Sc. Mu- | liebri | feci | sti fi | de.

Verum cum hoc modo secunda syllaba τȣ̃ Muliebri acuenda sit contra consuetudinem istius seculi, de qua dictum ad Amph. 203, malui transpositis verbis inferre trochaïcum tetram. acat., quem in turbis locum habere monui ad 596.

458. machaeram intus. Ὑφέν. Vidd. inttpp. ad h. l. et Parei lexic. Plaut. v. Intus.

465. Vulgo hiante et minus expedito versu:

> Faciunt. ut utrobique orationem docte edidit!

Acidalio placebat: F. utrobique or. docte ut edidit. Vt nos excudi iussimus, vox orationem non liquescit. Vid. Amph. 341.

469 Domi pronuntiandum ut D'mi. Vid. Amph. prol. 74.

471. Vulgo minus recte ut de sententia, sic de metro:

Sce. Quid iam? Pa. quia hanc attingere ausus mulierem hic in proximo.

Bene hinc e proximo rescripsit Acidalius: „nam," inquit, „non id dicere vult, se in publico alicubi mulierem attigisse, quam attigerat in eo ipso, quo nunc uterque adstabant, loco; sed e vicini proximi aedibus aliquam sic tractasse." Tὸ Quia ferri potest: vid. Amph. modo l. l.

472. Magis her | clé metu | o etc. Vid. Asin. 159, Cist. 69.

474. Operarum oscitantia excusum dicit pro dicis, vulgata librorum lectione. Non ineptum illud, ut Philocomasium intelligatur, quae revera id dixit; sed dicis aeque bonum, itaque non mutandum.

478 Vulgo versu μειούρῳ:

Atque apud hunc vicinum. tuae mihi turbae non placent.

Ivo, h e. Ibo (vid. Men. 736), a sequente simili vi raptum arbitror. Certe tale quid etiam sententiae necessarium.

479. V. minus concinne: Herus si veniet, si me quaerit etc. Sequor Iunt. Ald.

480 sq. V nullis numeris nec satis probo sermone:

Satin' abiit ille, neque herile negotium
Plus curat, quam si non servitute serviat.

Non magis dicitur servire servitute, quam vivere vita; sed servitutem servire et vitam vivere, sicut pugnam pugnare, gaudium gaudere, furorem furere, aliaque κατ' ἰδιοπάθειαν dicta, quae recenset Vechnerus Hellenolex. 1, 2, 22, ubi Suidas: Ἀττικὸν σχῆμά ἐστι, τὸν εἰπόντα τὸ πρᾶγμα ἐπαγαγεῖν τὸ ἀπὸ τοῦ πράγματος ὄνομα, ὡς τὸ ὕβριν ὑβρίζειν, λῆρον ληρεῖν, μανίαν μαίνεσθαι, φυγὴν φεύγειν, δουλείαν δουλεύειν, χαρὰν χαίρειν. Qui reponunt quasi pro quam si, priorem horum versuum sanant, alterum incuratum deserunt. Glossatoris est τὸ ille. Iam herile, verbum grave, sub ictu positum.

482. Casca scriptura libri: C. q. illa haec nostra etc.

483. V.: Nam ego et cubantem eam modo obfendi domi. Inepte Taubmannus: „Et cubantem. Recte: ut statum indicet, in quo eam offenderit." Accepisse homo videtur τὸ Et pro Et quidem; sed hoc si voluisset Plautus, latine scripsisset: Nam ego eam modo domi offendi, et cubantem. Nec melius Decurtatus et vett. aliquot edd., in his Iunt.: excubantem, quod, Pareo probatum, a sententia abhorret loci. Scriptum per compendium Egōet (Egomet) facile degeneravit in Ego et. Vid. ad Merc. 279. Graviter servus Egomet, Ego ipse. Cf. infra 562 sq.

485. hice. Libri hisce, quod propugnat inprimis Meursius Exercitatt. critt. pag. 157, tanquam archaïsmum. Sed vid. Bentleius ad Terent. Eun. 2, 2, 38. Similis hic mihi videtur lapsus atque iste, de quo dixi ad Men. 338 sq, ut ob parem pronunciationem verba haec fuerint confusa.

494. Non inepte V. C.: ludificavisti; nec tamen male ponderosa vox Meam totam primam versus regionem explet.

499. — vobis, verbero? Vid. ad Curc. 630. Cf. infra 592.

501. virgeum. Vulgo: virgarum; sed recte Bentleius ad Terentii Adelph. 4, 2, 52, ubi vulgo legitur:

Carpam, et cyathos sorbillans paulatim hunc producam diem,

„Id," inquit, „sedulo cavetur, ne verbum ex tribus longis factum, ut sorbillans, duplicem accentum habeat: auribus enim id ingratum, quas rogo consulas, dum hunc Plauti senarium legis Mil. 2, 6, 22.:

Nisi mihi supplicium vírgarúm de te datur.

Ecquid sentiunt scabri et absoni? Sed poëtae ipsi noli vitio vertere: sic enim ipse dederat: Nisi mihi supp. virgeum d. t. d., ut mox ibi v. 31:

Nisi mihi supplicium stimuleum de te datur.

Vides iam, quantum intersit, non grammatici, sed poëtae, sorbillans hic legeris, an sorbilans."

504. Similiter supra Palaestrio 285:

Edepol, Sceledre, homo sectatus nihili nequam bestiam.

506. Perversa oratione libri: Amplexum. Si hominem amicam suam amplexum dicere voluisset Plautus, scribendum fuisset: Amplexus amicam quom osculabatur suam. Sed mulierem illum amplexam dicit, quod ad rem ipsam non multum refert, ad sermonem plurimum. Contrario modo erratum infra 532.

510. Absurde libri atque inconcinne:

Nisi tibi supplicium stimuleum datur.

Sic autem V. C.; sed Decurtatus: dedatur, sicut etiam Sarracen. Mediol. (nam Iunt. et Ald. deditur), unde fecerunt de te datur, recte; nisi simul mihi pro tibi reponendum erat; id quod vidit Bentleius l. l. supra ad 501.

514 sqq. Corrupte legitur:

Vtrumne postulare prius tecum aequom siet,
An me expurgare hic tibi videatur aequius;
Nisi istaec non est haec, neque ista sit mihi;
Sicut etc.

Versus An et Nisi ita ordinant Lipsius Antiqq. Lectt. 5, 5 et Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 289. Mss. et vett. edd. hunc illi anteponunt, recte adstipulante G. Hermanno De Mett. pag. 156. Parvi momenti est, quod Mss. non An me exp., sed Mea vel Me exp. Versu autem tertio paulo melius Iunt. et Ald.: — neque istaec est mihi; ubi militis pro mihi sententiae causa reponendum vidi, sicut infra 574 me pro miles habetur in veteribus editionibus; et primo eaedem plane recte Vtrum me, nisi quod transponendum erat pronomen metri gratia. Primum servus dubitat, an

non sibi prius, h. e. potius, increpandus sit senex obiurgator; sed statim recogitans, se ipsum domi modo reperisse Philocomasium, incipit se expurgare; quanquam subinde ad priorem relabens opinionem suam, vero se vidisse meretricem heri apud vicinum. Huic sententiae, quam loci esse manifesto apparet, verba nullo negotio accommodavi.

532. V.: Complexam. Vid. supra ad 506. Complexum mavult etiam Acidalius Divv. in Plaut. pag. 290.

536 intus domum. Vid. ad Merc. 698.

549. Vulgo: — potest Aqua etc.; sed Mss. potis. De vocula est ad sequentem versiculum relata metri gratia cf. Aul. 131. Quae ratio si cui displicebit, is per me reponet: — potest Aqua aquai sumi etc.

554 sq. V. soloece:

Ratusne me istic hominem esse omnium minimi pretii,
Si ego me sciente paterer etc.:

nam si haec reliquisset Plautus, in Ratusne intelligendum esset Es, siquidem huius verbi non nisi praesens indicativi et infinitivus subaudiri solent; at hoc neque ad sententiam quadrat, quae requirit subiunctivum, neque sequenti paterer conveniens est. Sensus igitur causa reponendum vidi esses, metri delendum hominem, nisi cui legere placeat, durissimis quidem numeris et τῷ isti posito pro istic, de quo vid. supra 288:

Ratusne isti | hominem es | ses me o | mnium | minumi | preti etc.

Istic vel Isti, hac in re, ut passim.

561. V.: Sce. Egone? si post etc. Sed illud Egone prorsus non habet, ex quo pendeat. Aptum est Ego nunc, id est Ego igitur. Vid. Ba. 73 et de confusis nē (nunc) et ne particulis Asin. 647 Aul. 16.

570. Vulgo, profligato versu:

Ita facere certum. Sed satine oratus abis?

Mss. et vv. edd: abit sive abiit. Frustra Acidalius Divv. in Plaut. pag. 290: — satin' oratu's? Pe. satis. vel: — satin' oratu's? Pe. abi.

571. Ne me noveris. Vid. Men. 533. His verbis dictis introit in domum suam Periplectomenes, sed mox redit.

577. „Notum Socratis apophthegma de matrimonio apud Stobaeum." Br.

579. haec. Ita V. C.; vulgo ex interpretatione: hae. Vid. Amph. 138.

580. V.:

Nam iam nunc satis et plus nimio merui mali.

Et ita quidem Iunt. et Ald.; nam antiquiores edd., quas versavi, τὸ Nam haud agnoscunt. Sed Mss.: Nam tunc satis populo impio merui mali. Absurde Taubmannus: „Mirum est, non etiam heic monere Pareum, sic locum corrigendum ex Mss. suis, ubi pingitur: n a m t u n c s a t i s p o p u l o i m p i o m e r u i m a l i. imo adhuc magis mirum, passum esse in textum irrepere adscititium istud minime

corroboratum munitumque venerandae Antiquitatis consensu: contra dictum sacramentum." Quem quanto melius erat ipsum emendando Comico manum admovere, quam sugillare alterum errantem, cum praesertim minime difficile esset loco facere medicinam! Legendum pipulo, ceterum sequendum editiones primas. Aul. 396 sq.:

— — — — — te iam, nisi si reddi
Mihi vasa iubeas, pipulo differam hic ante aedis,

quo loco itidem Mss. fere: populo.

584. V.:

— — — — — — — suem,
Cum manducatur, ne id, quod vidit, viderit!

Sensu non haerentia sequentibus ista Cum (vel Quom) manducatur suspicionem fraudis commovent, quam augent manu scriptorum lectiones hae Quod inadimatur (nam sic initio V. C.), Quod ei adimatur, Quod inadimitatur. Non male Scioppius Suspp. Lectt. 5, 5 reponebat: Cum inducatur. „Rationem," inquit, „cur eum minus quam suem sapere putet, reddit hanc, quod se induci et persuaderi sibi patiatur fungus ille, ut ne viderit, quod vidit. In verbo Cum litera *m* non eliditur, velut Amphitr. (342) Cum Alcumena uxore usuraria etc." Fatue bonus vir Taubmannus, aegre ferens, Pareum, dum ex parte sequitur Scioppium, plus sapuisse quam se ipsum, quaerit, quid syllabae, quid characteres (ut cum eo loquar) codicum manu exaratorum simile habeant tali emendationi? Quasi non facillime fieri potuisset, ut ex verbis continue scriptis Quominducatur, τῷ m perperam geminato per vitium frequens in codicibus, existeret Quomminducatur, vel Quom manducatur, quod praeferunt editiones! Equidem tamen, cum edd. aliquot veteres, in his Iunt. Ald. et quas laudat Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 291, verba ne id, quod vidit, viderit per interrogationem efferre viderem, malui: Quine inducatur, ne id, quod vidit, viderit? de qua loquendi forma dictum ad Aul. 388. Durissima Acidalii ratio, verba ne id quod viderit et quae mox leguntur Vsque adhuc actum est probe, invicem transponentis, ut vel rescribatur:

Cum manducatur. usque adhuc actum est probe.
Nam illius oculi atque aures atque opinio
Transfugere ad nos, ne id, quod vidit, viderit;

vel non divulsis illis usque adhuc actum est probe: Nimium festivam mulier operam praebuit, in hanc quidem modum:

Cum manducatur. usque adhuc actum est probe:
Nimium festivam mulier operam praebuit.
Nam illius etc.

Passim apud Hunc transpositi versus integri, nusquam dimidii, quod sciam.

591. Ne, dum absum, illis sortito fuam. H. e. ne me ipsum sortiantur, tanquam provinciam, quas sortiri solebant,

bant senatores. Sortitus secunda declinatione priscis in usu fuit, sicut senatus, victus, ornatus, quaestus, alia, de quibus vid. Priscian. pagg. 711 sq. Putsch. Inde ablativus, pro adverbio usurpari solitus, remansit, at hoc loco dativus positus est pro accusativo cum praepositione, quam figuram illustravi Epid. 580 sq. Men. 709. Frustra turbarunt viri docti: nam etsi rarius sic loquuntur μεταφορικῶς, similiter tamen Vendere seu Venalem habere aliquem dicitur pro Decipere vel Fraudi esse. Supra 577 sq. Sceledrus: Vna hic et Palaestrio Me habent venalem. Ba. 770 sqq.:

> Chr. O stulte, stulte, nescis nunc venire te;
> Atque in eo ipso adstas lapide, ut praeco praedicat.
> Ni. Responde, quis me vendit.

Et ita saepius.

592. vos —, Pleusides: Cf. 499.

595. V.;

> — — — — — — — loco,
> Vnde inimicus ne quis nostris spolia capiat consiliis,
> Vnde inimicus ne quis nostra spolia capiat auribus.

Ad versuum horum alterutrum fraudis damnandum, non Acidalio opus erat iudice. Nec tamen ille definiit Divinatt. in Plaut. pagg. 292, uter tollendus sit; sed suo ipsius indicio, tanquam sorex, se prodit prior, ἀμέτρῳ isto consiliis deturpatus, quod contrahi in consilis duriusculum mihi videtur, etsi non nesciam eiusmodi aliqua exempla contractionum, de quibus disserui Amph. prol 74. Ridicule dictum spolia capiat auribus, ubi manibus expectes. Spolia capere consiliis et vix dicitur latine, et petitum, credo, a nescio quo homine illepido ex sequentibus, in quibus verba consultum et consilium ad taedium usque repetuntur. Quod verbum, consiliis, τῷ auribus adscribere cuiusvis erat, non contra. Priorem igitur versum reponendum, altero deleto, censui, sed emendatum, ut legeretur nostras pro nostra: nam nostra spolia capi non dicuntur, sed bene dicitur aliquis nostras, h. e. familiaris, captare sermones nostros, quod metuisse Palaestrionem, praesertim a Sceledro, ipsum fabulae argumentum docet. Cf. infra 978.

596—599. Haec vulgo ita et hoc ordine exhibentur:

> Nam bene consultum inconsultum est, si inimicis sit usui:
> Neque potest quin, si id inimicis usui est, obsit mihi.
> Nam bonum consilium surripitur saepissume,
> Si minus cum cura aut cate locus loquendi lectus est.
> Quippe etc.

Tertio horum versuum edd. vett.: Nam bene consultum surripitur saepissime, quod probat Scioppius Suspp. Lectt. 2, 15. Sed eo recepto, ut sane recipiendum est, sanatur locus, non persanatur, quod fit tum demum, si scriptorum

illud consilium postliminio reduxeris. Dicitur autem Consulere consilium κατ᾽ ἰδιοπάθειαν, de qua supra monui ad 480 sq. Versu Si minus Mss. non: cate locus, sed: catalogos vel catalogo, sicut edd. vett., in quo latere vidit Salmasius κατὰ λόγον, quomodo apud Artemidorum legitur ὀρθῶς τε καὶ κατὰ λόγον, h. e. recte atque ordine. Solet Hic Latinis immiscere Graeca, ut passim videas. Ceterum in digerendo toto hoc loco mentem Acidalii expressimus, quem vide Divinatt. Plaut. pag. 292, ubi recte non nisi hac ratione sensum omnem in aperto esse dicit, quem qui verum aut antea viderit, aut nunc non videat, utrumque se nescire quo sit ipse sensu. De passim traiectis apud Hunc versiculis monui ad Asin. 18 sqq. Malim autem nunc versu 599: N. p. q. sid inimicis etc. Sid, h. e. si, de quo vid. Amph. prol. 149 Editionibus vett. abest id pronomen, unde adscriptum ab aliquo interprete suspiceris.

602. Hiulce codd.: A. e, q. i. vol. facere, faciunt tibi. Tu pronomen post facere inculcabat l. l. Acidalius; nos sub ictu posuimus vocem gravem, lepidiore quoque παρονομασίᾳ.

605. „Plateam puram dixit Horatius Ep. 2, 2, 71." Br.

607. „in bonis. Sic Mss. At Acidalios in bonos. Frustra. Vide ad Senecae Nat. Quaest. lib. 4." Gronovius.

608. quod elisa vocali litera pronuntiandum. Vid. Amph. prol. 74. Hoc non advertens Acidalius transponebat: — quod meditati intus sumus.

609. Vulgo versu a fine truncato:

Si gerimus rem. Pe. Magis ad rem esse non potest utibile.

Acidalius, in consilium adhibitis editionibus vett.:

Si gerimus rem. Pe. imo magis adeo ad rem esse utibile non potest.

Sed hoc est interpolare, non emendare. Legendum utibilius, praeterea nihil novandum. Vtibile repositum ab eo, qui non caperet per pleonasmum, Plauto satis usitatum, dicta magis utibilius pro utibilius vel magis utibile. Vidd. Parei lexic. Plaut. Mantiss. v. Pleonasmi Plautt. et Vechneri Hellenolex. 1, 2, 6.

610. Vulgo numero perverso et ὑπερμέτρῳ:

Pa. Imo quid tibi Pleusides? Pl. quodne vobis placeat, displiceat mihi?

Nec melius Acidalius, excluso Imo, verbo minime suspecto:

Pa. Quid tibi, Pleusides? etc.

Nomen hoc delendum, sensit Taubmannus. Vid. Amph. 436.

611. V. inficete:

Quis homo sit magis meus, quam tu es? Pe. loquere lepide et commode.

Meus si verum esset, familiarem sive amicum significaret. Verum non de familiaritate vel amicitia hic agitur, sed de

prudentia Palaestrionis et Periplectomenis, quam tantam esse ait iuvenis, ut, quod illis placeat, sibi non possit displicere. Rescripsi igitur facillima mutatione: Quis homo sit magis mens, quomodo Lucretius dixit 4, 1155:

Parvola pumilio, Χαρίτων ἴα, tota merum sal.

Longe hoc fortius, quam si sana mente praeditum dixisset senem. Substantivum pro adiectivo alteri substantivo non raro iungi, docet Vechner. Hellenolex. 1, 2, 8. Cf. infra 627.

Ceterum V. C. a manu 1.: Q. h. s. magis m̄s. quamvis loqui etc.; a 2.: Q. h. s. magis me usquam loqui etc. Decurtatus: Q. h. s. magis meus quam us loqu. etc. Minime inelegans illud Quamvis reddendum putavi Comico, de quo vid. Parei lexic. Plaut. v. Quamvis pro Quamtumvis. Acidalius hic quoque immodicus, dum reponit, immissa persona Periplectomenis, tanquam de commode loquendo laudantis Pleusidem:

Pe. Quis homo scit magis usquam, quam tu, commode et lepide loqui?

612 sq. V.: At hoc me facinus miserum macerat, ubi nescias, se ipse an facinus miserum dicat Pleusides. Misere pro Valde frequentatur Plauto et eius seculi scriptoribus. Cui verbo m adhaesit ex sequenti, ut fieret miserem, mox miserum. — Cor corpusque. Cf. 776.

615. Ea te expetere videtur dictum pro Ea ex te petere, quomodo E pro A praepositione usurpari solet; nisi potius legendum sit secundum veterem codicem Camerarianum, in quo perscriptum erat Aetate expetere: A te expetere etc., vel, adhibito d illo finali, de quo exposui Amph. prol. 149:

Ead expetere: ex opibus summis etc.

Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 295, secundum mediae aetatis quasdam edd., in his Iunt. et Ald.:

Eaque ex|petere | te ex opi|bus sum|mis mei ho|noris | gratia.

617. Mihique — atque — pro et mihi — et — Vid. scriptores de particulis lat. orat. v. Que.

621. ēs. Vid. Amph. 863.

622. V.: H. a. e. me mei amoris gratia; sed Mss. absque τῷ mei.

624. Male libri:

Tam capularis, tamne tibi diu videor vita vivere.

De locutione vitam vivere dictum supra ad 480 sq.

626. Inconcinne legitur:

Clare oculis video, pernix sum manibus, sum pedes mobilis.

V. C.: C. o. v. p. s. m., pedibus mob., quod correctionem sapit. Pede versui congruit. Vid. supra 344.

627. V. difficiliore numero:

Si albus capillus hic videtur, neutiquam ingenio est senex:

nam τὸ neutiquam, vel potius ne utiquam, ut scribitur in multis libris, velut tribus codicibus Terentii, quos versavi, Berolinensibus, anapaestum efficere, non amphimacrum, secundum Bentleium ad Hecyr. 68 ipsi monuimus Andr. 302. Mss. et vett. edd.: — neutiquam ibi ingenio senex; unde Scioppius Suspp. Lectt. p. 244: — neut. ab ingenio est senex; „quae phrasis," inquit, „meo quidem animo, ita Plautum decet, ut fere cum quovis, recte me hic correxisse, quingenario sacramento contendere ausim. Sic Truc. (789): Sive adeo caret temeto, tamen ab ingenio est improbus." Verum cum edd. primae exhibeant: — neut. ubi ingenium senis, reponendum esse vidi: — neut. ibi ingenium est senex, h. e. senile, de quo vid. supra ad 611 laudatum Vechneri locum. Nam istud senis ab eo videtur suffectum, qui τὸ senex pro adiectivo usurpatum non caperet.

630. V.:

Nam benignitas quidem huius oppido ut adolescentuli est.

Sed a manu scriptis τὸ ut exulat, estque haud dubie a sciolo inculcatum, cui non recte adolescentulus dici videbatur senex. Verum similiter infra 657 Periplectomenes de se ipse:

Tute me ut fateare faciam esse adulescentem moribus.

633. V.:

Vt apud te exemplum experiundi habeas, ne petas foris.

Sed Mss. — habeas: ne eas f., h. neg. is f.; edd. vett.: — habeas, neges f., h. non eges f. Viciniora haec omnia lectioni a me positae, quam vulgatae; neque illa hac deterior.

634. V.:

Nam qui ipse haud amavit, aegre amantis ingenium inspicit.

Sed haud additum a Camerario. V. C.: nam ipsi qui (vel quod, vel quid secundum Pareum) ipse amavit; Decurtatus: nam qui ipse am., quomodo etiam edd. vett. Agnovit Gruterus in lectione veteris codicis id, quod dedimus, Nam nisi qui ipse amavit etc.

635. V. nullis numeris:

Sed ego amoris aliquantulum habeo humorisque meo etiam in corpore.

Aliquantū syllaba extrema perperam geminata transiit in aliquantulum. Τὸ meo interpreti debetur.

636. Voluptariis eliso o vocali pronuntiandum. Vid. Amph. prol. 74.

637. commodus. „Εὐάρμοστος. Terent. Hec. 3, 2, 10." Br.

639. Apud efferendum μονοσυλλάβως. Vid. ad 636 laud. loc. Amphitruonis.

642. sputator. „Tales Graeci vocabant σιαλοχοῦς. Vid. Casaub. ad Theoph. c. 19 p. 201." Br.

muccidus. „Sicci homines in laude erant non solum apud Persas (vid. Cyripaed. 1, 2), sed etiam apud Graecos (apud quos homines κορυζῶντες [muccidi] vocabantur insulsi et fatui. Vid. Hemsterhus. ad Luciani dialogg. selectt. p. 24—30) et Latinos. Sic summa in corpore siccitas laudatur in sene Cic. in Cat. c. 10 et siccum os in puella Catull. 40, 3. Cf. Iuvenal. 4, 147." Br. Ipse noster infra 780:

Pe. Lautam vis, an, quae sit nondum lauta? Pa. Siccam, succidam etc.

643. Inepte libri:

Post Ephesi sum natus, non in Apulis, non sum in Vmbria,

in quibus τὸ Post quo pertineat, nemo dixerit, cum neque praepositio adsciscat genitivum, neque locum hic habeat adverbium temporis, ubi non de serie aliqua factorum agitur, sed ea describuntur, quorum non aliud nunc adsit, aliud absit, sed quae simul sint, indoles et mores senis Periplectomenis. Rescripsi igitur Post Ephesum sum natus: post Ephesum, h. e. in aliquo pago post eam urbem, rure in praedio patris eius et maiorum. Porro Mss.: — non enim in Apulis, non sum in imula; et Philargyrius ad Virgilii Georgg. 2, 134 sq.: „Sic," inquit, „Plautus in Milite glorioso: Tum in Apulis non sum natus, non sum animata." Ex quibus illud enim minime repudiandum censui. Ceterum istorum altera ex alteris corrigentes recte viderunt reponendum: — non sum Animulae, vel: n. s. Animula, h. e. non sum natus Animulae, vel non sum ab Animula, sive Animulas; nisi quod alterum sum, quod sententiam impedit, delendum erat. Festus: „Animula, urbs parvarum opum in Apulia."

644. V. versu perverso et μειούρῳ:

O lepidum senicem, si quas memorat, virtutes habet.

Illud senicem a Lipsio inductum est Antiqq. Lectt. 1, 19, cum antea legeretur semisenem. Quod manuscriptos attinet, V. C. habebat semine, Decurtatus senis semine, et apud Lipsium Roverianus semiseum, Vaticanorum autem alter semiscem, alter semisenem, sicut edd. vett. Iam si quaeris, cur hoc mutaverit vir eruditissimus, sic ille l. l.: „Ego paratus sum pignus in omnes fortunas meas dare Plautum scripsisse O lepidem senicem. Senicem pro Senem, ἀρχαϊκῶς. Ita enim inflexisse antiquos, Priscianus (lib. 6 pag. 724 Putsch.) diserte tradit, prolato eiusdem Plauti exemplo (Clitellariae fragm. 22): Datores bellissimi negotioli senicis soletis esse. Nec dissimile est apud Nonium Senica pro femina sene etc." Sed quid hoc argumenti, quia sic alibi locutus est Plautus, ideo et hoc loco eadem eum declinatione usum? In versu illo Clitellariae vox senicis et sententiae convenit et metro; in hoc senicem sententiae quidem aptum est, sed in metrum peccat, cui ad amussim congruit vulgatum semise-

nem. At, inquies fortasse, hoc alibi non legitur. Fateor; sed leguntur similia Semibarbarus, Semicaper, Semicirculus, Semideus, Semihora, Semiiugerum, Semilater, Semilibra, Semiorbis, Semipes, Semivir. Quidni vocem fingere licuerit Plauto ἀναλογικῶς? Recte Pleusides non senem vocat Periplectomenem, sed semisenem, ut qui corpore quidem sit senex, verum animo adolescens, ut ipse de se dicit infra 637. Ἅπαξ igitur hoc λεγόμενον, ut videtur, lexicis reddendum.

645. equidem. Soloece libri: quidem. Vid. Men. 451.

647. Abest hic versus Plauti manu scriptis et editionibus vett., sed laudatur a Servio pag. 220 et Festo in Vesperna, videturque sane huc pertinere.

,,Vid. Horat. Od. 1, 18, 5. Varro v. Atacina apud Fulgentium:

Legicrepae tundunt, latrant fora, classica turbant.“ Br.

653. valent. Mss. vacet, vicet; edd. vett. mire: iugiter.

654. ,, aurichalco. Hoc in magno pretio habebatur. Vidd. Aristotelis Mirabill. 62 p. 133 et Beckmanni Historia inventionum.“ Br.

656. ŏmnes. Vid. Cas. 690.

660. Gronovius et Ernestius refragantibus libris omnibus antiquis et versu pessumdato: Opus leni.

672. Male vulgatae edd.:

Deum virtute, ut transeuntem hospitio accipiam, apud me comitas.

Hospitio glossam ἄμετρον esse τοῦ accipere, dudum est cum monuit Tuubm. Sed deum virtute sive ope res externas, inprimis divitias, esse nobis dicimus, non animum, cuius est comitas. Et de animo senis in superioribus egerunt illi et sategerunt. Iam vero, postquam significavit Pleusides vereri se ne nimio sumtui sit hospiti suo benevolentissimo, consentaneum est, hunc de re sua dicere, quam tantam esse ait, ut transeuntes, h. e. peregrinantes, qualis erat Pleusides, facile accipere apud se possit. Reponendum igitur: —— apud me copia est. Similiter in eadem causa mox senex:

Nam mihi deum virtute, dicam, propter divitias datas
Licuit uxorem dotatam genere summo ducere.

Virtute, h e. auxilio, ut verbum exponit Nonius. Cf. Viger. de Idiotismm. gr. ling. 3, 5, 3. Ceterum Mss. depravate: D. v. ut tasenunde hospitio etc. Iunt. Ald.: Dein Deum virtute eundem hospitio accipere a. m. e. c. An reliquerat Plautus: Deum virt. adeuntem hospitio accipere a. m. e. c.

674. V. versu ὑπερμέτρῳ:

Liberae sunt aedes: liber sum autem ego: me uti volo libere.

De sunt inducto vid. supra 554 sq. Amph. 168.

675. datas. Ita edd. vett., quod exquisitius quam vulgatum meas. Interpretis hoc existimandum.

678. Vulgo et peiore numero et inepte:

Pl. Cur non vis? nam procreare liberos lepidum est onus.

Nevis nevult et similia usitata priscis et numeris saepe convenientiora quam vulgatae formae, sicut hoc loco; id quod etiam alii animadverterunt. Deinde quod ad verbum onus attinet, recte Toupius Emendatt. in Suidam v. Φυταλίζει, ubi hunc locum tangit: „De lepido isto onere, in quo re vera nullus inest lepor, frustra disputat doctissimus Gronovius. Rescribendum omnino:

— Procreare liberos lepidum est opus.

i. e. Procreandis liberis operam dare lepidum est. Quomodo locutus est Cicero de Offic. I, 35: Liberis dare operam re honestum est, nomine obscoenum. Ovid. Amor III, 14:

Indue cum tunicis metuentem crimina vultum,
Et pudor obscoenum diffiteatur opus.

Hinc non ineleganter Lactantius Divin. Institut. I, 8: Quid autem est tam remotum a Deo, quam id opus, quod ipse ad propagandam sobolem mortalibus tribuit?"

Gronovius inter alia prorsus aliena laudat Euripidea illa Hercul. fur. 637: Ἁ νεοτας μοι φίλον αχθος, τὸ δὲ γῆρας αἰεὶ βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων ἐπὶ κρατὶ κεῖται etc. Sed ne dicam, aliud licere tragico poëtae in cantico, aliud comico in dialogo, per iocum ibi senes ἄχθος vocare videntur iuventutem propterea, quod senectuti opponitur, quae revera onus est. Nam Truculenti quidem 435 itidem legendum opus pro onus, sicut aliis pridem visum. Causa corruptionis est p et n minutis literis scriptorum vicinitas in libris. Non semel autem τὸ opus sic usurpat Noster, ut Graeci suum ἔργον vel χρῆμα. Most. 369 sq.:

— — — — — Miserum est opus,
Igitur demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet.

Et sic saepius.

679. Vulgo versu imperfecto:

Hercle vero liberum esse, id multo est lepidius.

Τὸ me interceptum puto a verbis utrinque proximis. Aliis placuit: Hercle vero, verum liberum esse, i. m. e. l.; Taubmanno: — lepidiust opus.

680. Vulgo Tute homo etc.; sed vett. edd.: Tu homo etc. Videtur Tute repositum ab iis, qui τὸ Tu elidendum esse perperam arbitrarentur. Vid. Amph. 149.

681 sq. Absurde libri atque inconcinne:

Nam bona uxor, si ea deducta est usquam gentium,
Vbi eam possim invenire? etc.

Non de deductis, verum de deducendis, agitur uxoribus. Legendum igitur, assumto quidem ex Iunt. et Ald.: si ea quidem deductu est, h. e. si deducenda est, si alicunde de-

duci potest. Altero versu vett. edd.: V. ea possit inveniri? quod vulgato non deterius.

685. Itidem inconcinne legitur: — unde tibi pallium.

686 sq. suscitet, Dicat. Vid. Capt. 336.

687. Ms. Meurs. et vett. edd. ex interpretatione: D. m. v., quae (τὸ quae abest editionibus primis) Cal. mittam, Martiae cum venerint, vel cum Mart. ven.

688 Numero duriore libri: Da qui farciat, da qui condiat. Dedi farcit, condit, eodem sensu. Vidd. Men. 14 G. I. Voss. gramm. lat. pag. 99 Mss. corrupte: faciat.

690. clementer. H. e. bene, sine invidia, ut recte inttpp. Potest, fieri potest. Vid. Aul. 341.

696. V.:

Me uxore prohibent, mihi quae huius sim. s. s.

Sed τὸ mihi primis abest editionibus et videtur ab interprete adscriptum.

697. Vulgo corruptis numeris:

Pa. Dii tibi p. s. h.: nam si istam semel am.

698. rursum. Ita Decurt., quod lectius vulgato rursus. Verba facile te in proceleusmaticum efficiunt, usurpatum pro trochaeo, sicut saepe. Vid. Amph. 356. Eundem διϲυλλάβως pronuntiandum.

702. Ἀμέτρως et omnino male libri:

Eos pro liberis habeo, quin mihi m. m.

710. Hiulce legitur: donis. ego haec m. m. Mss. ego et m m., unde recte Acidalius Divv. in Pl. p. 293: egomet m. m. Vid. Merc. 279.

711. Vulgo versu nihili:

Bona mea inhiant: certatim dona mittunt et munera.

Mss. certatim nutriunt (nutricant) et munera (munerant), unde reponendum viderunt: cert. nutricant et munerant. Sed hoc parum. In isto dona cusorum latet, nisi fallor, dum, quo recepto et leviter refictis verbis, quae proprie dicuntur, optima existit lectio illa, quam posui.

712. Vulgo itidem ἀμέτρως: —— ad te et tua tu multum vides.

714 sq. V.:

P., s. h., s. cep. mis. liberis.

Censerem emori: cecidissetne ebrius etc.

in quibus τὸ ebrius non habet quo referatur; neque admodum placet illud liberis, quod ex liberis vel ob liberos interpretantur. In eandem hanc sententiam usitatius rescripsi: in liberis censerem emori: cecidissetne etc. Τὸ In a praecedente m interceptum. Cf. similia apud Afrum Ad. 10 sqq.

716. Vulgo hunc versum inter et sequentem duo leguntur illi, quos ex Scytha Liturgo laudat Festus v. Valgos. Eos cum recte hinc exemisset Taubmannus, male immiserunt denuo Gronovius Ernestiusque.

717. Diu quomodo pronuntiandum sit, vid. Amph. prol. 74.

721. Mss. et vett. edd.: statuit. Vid. Merc. 279.

726. V. hiante versu: S. h. p., homines e. m. m. m.

730 sq. Putide vulgatae: —— Nunc iam istis rebus desisti decet: Nunc volo obsonare.

733. „Nil me poenitet. Cf. Cic. ad Attic. 12, 28: Non poenitet me, quantum iam profecerim. Terent. Heaut. 20." Br.

734. tām. Vid. Amph. 149.

736. dies elisa i litera pronuntiandum. Vid. Amph. prol. 74. Ceterum vulgo: V. u. d. d. cont. immorabitur. Sed Mss. et edd. principes: V. u. d. d. c. ite asto dorum illas, unde recte Pareus secundum Sarracenum: —— cont. isterasti domum illius, nisi quod prave acuti verbi iterasti et numerorum causa transponendum vidi: cont. iter. illius dom., vel illius iter. dom. Quod libri vett. ite asto pro iterasti, omissa litera media, cf. Merc. 279.

738. Libri vitio frequenti: Servientes servitute. Cf. Mil. 480 sq.

743. „Mihi quidvis sat est. Proverbium. Vid. Taubm. ad h. l. Cf. Horat. Epist. 1, 2, 46." Br.

744. „Veterem atque antiquam. Vid. Taubm. ad Most. 2, 2, 45. Sic Graeci ἀρχαῖον, Κρόνιον, Ὠγύγιον, pro inepto et vetustate exoleto. Vidd. Bos. Observv. critt. c. 5 p. 20 Spanhem. ad Aristoph. Plut. 323 Diodor. Sic. 1, 86 et ibi Wesseling. p. 96, 87." Br.

747. V. versu imperfecto:

Quid opus fuit hoc sumtu tanto nostra gratia?

Iunt. Ald. Q. tibi o. f. etc.

748. nām. Vid. Amph. 149.

Vulgo autem post hunc versum inculcantur 754 sq., quos facile intelligas ibi ponendos esse, ubi de comesa coena dicitur, totumque sermonem de proletariis istis concludit senex.

755 sq. Fortasse legendum sapis et descripsti per syncopen, quia non aversus, sed ad Periplectomenem conversus, dicere haec videtur Palaestrio. Ceterum 755 vulgo huic uni tribuitur, Pleuside parum decore obticente, ubi laudandus est amicus.

758. Hiulce libri:

Igitur id, quod agitur, hic primum praevorti decet.

Vett. edd. hoc pro hic. Iunt. Ald.: I. i. q. ag. nunc hic, p. p. d. Sed isto nunc non egemus. Quanquam ipse audacius quam verius rescripsi: I. i. q. a. eii hic p. p. d. Legendum proxime Mss.: I. i. q. a. huiic p. p. d. Vid. Amph. 128. Pareus altera ed.: — agitur nunc huic p. p. d.

760. nām. Vid. Amph. 149.

762. Vulgo: Huic amanti ac Philocomasio hanc efficiamus copiam. Sed vett. edd.: H. a. ad Philocomasium; Pareus, tanquam ex ipsis Mss.: H. a. ab Philocomasio hanc eff. copiam; bene, si quid sentio, h. e. copiam Philocomasii, quomodo haec et similia dicantur Fulgor ab auro pro

auri, Credo te esse ab illo pro eius, de quibus vid. Parei lexic. Plaut. v. A et Ab iuncta auferendi casui etc. Nam de copia soli Pleusidi facienda sermonem esse, indicant sequentia, ut Hinc eam abducat habeatque. Si utriusque diceretur, tale quiddam haud dubie intulisset Plautus: ut hinc tuto proficisci eis liceat.

763. Satis inepte libri: Vt hic eam abducat abeatque: nam si abducit, abiturum quoque hominem, per se liquet. Habere inter verba amatoria, quod optime huc facit Vid. Parei lexic. Plaut. v. Habere et Ducere. Deinde magis congruum loco hinc, ex militis domo, quam hic, quod per se intelligitur saepiusque inculcatur. Cf. infra 927.

766. Vtere, accipe. Vid. Capt. 336.

767. V. inconcinne: Perpurgatis. Turbasse etiam hoc loco videtur nota personae Pl. Cf. 255.

769. Minus bene libri: C. e. i. idem.

770. formae. Ita Gronovius. Vulgo minus eleganter: formam.

771. ŏmnis, Vid. Cas. 690.

in Epheso, prisce. Vidd. grammatici.

772. Vulgo cupiunt. Sed coniectare poterat, id ita esse, certo scire non poterat, senex lepidus. Ergo reponendum: cupiant, modo potentiali, de quo monitum Aul. 42. Ceterum cf. Ba. 468.

774. potis. Ita Mss., hoc est: potis est. Vid. Aul. 541. Vulgo minus ex usu: potes.

776. cor corpusque. Cf. 613.

778. quaĕ. Vid. Amph. 149.

779. cor non potest, quod nulla habet. Cf. Cist. 67 sq.

780. siccam. Vid. supra 642.

784. V. hiante versu:

Vtique eam huc ornatam adducas matronarum modo.

Sed Mss., quos sequitur Pareus: Itaque eam etc. In matronarum modum versus gratia reponendum cum Acidalio eiusque libris, quem vide, sis, Divinatt. in Plaut. pag. 295. Itaque, h. e. Et ita, ut iam dicturus est.

775. „Quae capillo promisso et demisso incederent, erant meretrices. Sic explicatur ἃ κατεχεύατο χαίταν Callim. h. in Cer. 5. Vidd. Heinsii Aristarch. p. 920, Lips. excurs. 1. ad Tacit. lib. 3. Vittae ac stolae ornamentum virginum ingenuarum et matronarum. Vid. Broukhus. ad Tibull. 1, 7, 73. Ovidius R. A. 386:

Nil mihi cum vitta: Thais in arte mea est." Br.

786. Verba Erro, quam insistas viam Pleusidi tribuuntur, cum haud dubie his servo respondeat senex Periplectomenes.

787. V.:

Pa. At scietis. sed ecqua ancilla est illi? Pe. est primaria.

Vnus dubitavit, quid moliretur Palaestrio; uni igitur hic respondetur: quamobrem legendum scies, non scietis. Porro

Mss.: Est primicata, quod recte explicarunt Est prime cata, quomodo auctore Charisio pag. 188 Putsch. Naevius scripsit ἐν Ἀκοντιζομένῳ:

Acontizomenos fabula est prime proba.

Priscianus pag. 603 Putsch.: „In superlativo (Prior) servavit productionem accepta mus, primus: ex quo aliud adverbium nascitur, primo vel prime, unde Terentius in Andria compositum dixit: Apprime in vita esse utile."

790. Immisso glossemate vulgo legitur ὑπερμέτρως:

Quasique hunc anulum faveae suae ancillae dederit: ea porro mihi.

Libri vett. non faveae suae, sed famose, famese, famae suae, famescae, famesae; unde illud eruit I. Scaliger ad Tibull. 4, 7. Glossae, ipso monente: „Favea, παιδίσκη. Faveus, παῖς." Iuvenalis 6, 354: — et faveam, cui det mandata, puellam; ubi vulgo flavam legitur. Fortasse Plautus dederat: faveae sae, quod propius etiam codicum scripturis. Vid. Capt. 732.

791. Audio. Vid. Curc. 605.

792 sq. V.:

Ne me surdum verbera. Pa. tu si audis, ego recte meis

Dabo: a tua etc.

Vett. edd., velut Mediol., quam inspexi: Nae me etc. Eaedem verberat, et Mss. verberavit, prope quidem verum: nam legendum, si quid video, verberabit, quomodo b et v literas inter se permutari monuimus Men. 736. Verberare non male Lambinus interpretatur Eadem saepius iterando obtundere. Sed lusum verborum minime inficetum simul captasse mihi videtur Comicus, ut verba in Verberando intelligantur et verbis multis se tanquam surdum redditurus esse dicatur servus, quomodo oppugnare pro pugnis caedere Cas. 296 et similia passim usurpavit. Id quod sensit etiam Schellerus in lexico latino-germanico v. Verberare, et apposite laudat illa Trucul. 93: Me his haec quidem verbis verberat. Nec dissimiliter Cicero Or. 3, 21: Orator istos verberabit. Loquacior bonus vir Palaestrio, more istius nationis. Quem hoc nomine non semel reprehendit senex, velut supra 772 sqq. infra 904. Pleusidi autem haec submissa voce Periplectomenes; servo solo Audio respondet; unde is: Tute si audis etc. Nam sic itidem legendum metri causa, cui Tu vulgatum non satisfacit. Porro reponendum recta pro recte. Frigide hanc rem recte se narraturum militi dicat servus, apte: recta, h. e. statim vel sine ambagibus, quomodo Terentius Heaut. 4, 3, 28: Imo ut recta via rem narret ordine omnem. Sed meis non mutandum in militi, ut Angelio placuit et Aldo. I. Gulielmius Quaestt. in Mil. cap. 2 extremo: „Glossema," inquit, „olet militi, neque patitur versus. In veteribus editionibus: ego recte meis dabo. verissime. et

solent ad eum modum comici numeros commutare. Sticho (71): Novi ego nostros: exorabilis est. Nostros ait, cum de solo patre loquatur, ut hic meis, cum de uno milite " Dabo, dicam, sicut passim. Ba. 331 sq.:

Nunc ibo; herili filio hanc fabricam dabo
Super auro etc.

797. V.: L. d. a. hancce rem, quam ego. Sed Mss. et vv. edd.: hanc rem. De forma Quamde vide Amph. prol. 69.

798. Vulgo: Ergo accurato et properato opus est. Sed Mss.: E. accuras et properas opust. Vett. edd.: E. accura et propera, omissis verbis opus est.

His auditis introire ad se cogitandus senex.

802. Absurde libri atque inconcinne:

Pl. Meminero. sed quid meminisse id refert? ego te tamen.
Pa. Ego enim etc.

Legendum vidi: sed quid meminisse id referat, ego ted amem . . . : h. e.: ego ted amem ut mihi dicas. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Amare pro amanter orare. Interpellat iuvenem impatiens servus.

804. Recte Gronovius: „Sententiam comprehenderunt: Hic, Periplectomenes, nondum absolvit partes suas, sed etiamnum agit, quod ipsi mandatum est de invenienda muliere; id si expedierit, tunc tuae erunt partes, nempe ut abducas Philocomasium. Addunt etiam recte, ex media histrionum disciplina atque adeo ex re praesenti sumtam similitudinem. Sed errant, quum eam sententiam quaerendam putant emendatione, veluti: Et nunc etiam hic agit, vel: tace, ut nunc etiam hic agat. Satis ea colligitur ex integra veteri scriptura, modo distinguas: Ut nunc, etiam hic agit, et τὸ ut nunc accipias pro eo quod dicere solent ut nunc est. Caelius ad Ciceronem: cum L. Domitio, ut nunc est, mihi inimicissimo homine. Cicero ad Att. 7, 4: Sed ut nunc est, a. d. III. Nonas iam ad urbem cogito." De omisso Est vid. Amph. 168 Men. 554 sq.

805. V.: — igitur. Pa. et praecepta etc. Gulielmius Quaestt. in hanc fabulam cap. 2 extremo praecipit ut legatur: Ei, praecepta etc., sicut saepissime ei cum et fuerit confusum. Sed maluimus: i. et pr. etc., τὸ i ab e sequente interceptum rati. Illud I quomodo pronuntiandum sit hoc loco, vid. Ba. 716.

808. V. inconcinne: manipulares. Vid. Amph. prol. 74.

810. voco. Ita Decurtatus; V. C.: voca, quod eodem redit. Vulgo: vocat.

813. V.:

Sed quia consimile est, quod stertás, quasi sorbeas.

Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 296: „Versus," inquit, „non sincerus. Suspendit lectorem, quasi alius sit expe-

ctandus, sententiam absoluturus. At Plautus ita scripsit, quod est plenius:

Nisi quia consimile est, quom stertas, quasi sorbeas.

Sic solet usurpari Nisi, cui glossema supposuerunt Sed etc." Sic ille, bene de quom pro quod reposito; male de inducto Nisi pro Sed, quae idem saepe valent Graecorum more. Vidd Vechneri Hellenolex. 2, 3, nos ad Terentii Phorm. 438, Hec. 224.

816. V.:

— — — — — — — — clanculum.
Demisit (vel Dimisit) nardini amphoram cellarius.

Et haec Lucrioni tribuuntur omnia. Mss.: Dormis ita arcliminam phoram, Domisit amar dimi nam amphoram, vel secundum Pareum: Domi sitam ardiminamphoram. His nihil propius, quam id, quod posui: Pa. Dormit? Lu. Ita: nardini amphoram, cellarius. Ipse cellarius est Sceledrus, qui facete dicitur vini nardini amphoram non bibisse, sed dormire, quoniam iam eo res devenit, ut crapulam edormiat Alias aliorum de hoc loco coniecturas enarrare longum est.

822. V. inconcinne: nam ille me vetuit d. V. C.: nam ille metuit d.

824. Male libri: Neque ille hic calidum etc. Vid. supra ad 482.

calidŭm. Vid. Amph. 341.

834. V. secundum Palmerium Spicil. fol. 92:

Si falsa dixis cocio, excruciabere.

Sed cocioni hic nullum negotium. Atqui Mss.: S. f. d. votio (vel notio) excruc Hoc fuit, nisi multum fallor: Nae otio excruciabere: otio per ridiculum, id est diu, a mane ad vesperum. Phaedrus Fabb. 1, 25, 6: Lambe otio. Noster Capt. 653:

Diu ego hunc cruciabo; non uno absolvam die.

836. eiciar. Ita vett. edd., prisce. Mss.: eicia. Vulgo: eiiciar.

837. V.:

Vt tibi qui promat, alium suppromum pares.

Mss.: V. tibi si promptis al. s. p. Edd. primae: V. tibi promseris, a. s. p.; mediae aetatis: Vt tibi qui promseris, a. s. p

838 V.: — age loquere a. m.; sed Mss,: age te loqu a. m., unde Pareus non male legendum coniiciebat: age. eloquere etc.

839 V. inconcinne:

Nunquam edepol vidi promere. verum hoc erat.

Neque unquam dicitur Hoc erat pro Hoc sic erat, vel Hoc hac erat. Eorum alterutrum cum requiri a sententia intelligerem, vicinius elegi codicum scripturae.

841. V.:

Hui! illecebrose! capite sistebas cadum?

Sed V. C.: Hic illecebro capite sistebat cadi; Decurtatus: Hic illi: celebro capite etc.; edd. vett.: Hic illi aelebro vel aelebri cap. sistebat cadi; Iunt. Ald.: Hic illi Sceledro capite sistebas cadum. Recte reposuerunt illecebra, quomodo, monente Gronovio, Truc. 160 legitur:

Mala es atque eadem, quae soles, inlecebra.

Ceterum neque Hic neque Hui dedisse videtur Plautus, sed Ain'? quod quam simile sit τῷ Hic, sciunt, qui circa membranas assidui. Aptissime autem sic percellit puerum Palaestrio, et frequenter hac formula utuntur comici poëtae. Vidd. Pareus in lexico Plaut. vv. Ain'? Ain' tu? Ain' tandem? Ain' vero? nos ad Terentii Eun. 54. Deinde cum libri veteres exhibeant cadi, non de nihilo esse puto veteris codicis lectionem sistebat, sed ex ea faciendum sistebant, ad quam faciem 847 uterque Mss.: cassabat (casabāt), ubi legendum casabant viderunt omnes. Intransitive autem dici solent illa Capite sistere, Ore sistere. Capt. 725:

Nam qui obstiterit, ore sistet.

Curc. 285 (Nec sit tam opulentus quisquam etc.):

Quin cadat, quin capite sistat in via de semita.

Cf. Parei lexic. Pl. v. Sistere pedes. Et recte capite sistere dicuntur cadi eversi sive inclinati.

842 sq. Hic merus iocus. Non potuisse dicit cados capite sistere, quia tam valde casaverint ob loci lubricitatem. Non eam ob causam isti casaverant, sed servis bibentibus vacui facti deciderant. Ceterum vulgo legitur:

Lv. Non hercle tam istoc valide casabant cadi.
Sed ín cella ést (Mss. erit, vett. edd. erat) paulúm nimis loculi lubrici,
Ibi erat etc.

in quibus τὸ istoc quomodo accipere possimus, quod quibusdam placet, δεικτικῶς, tanquam gestu ostendente puero, se cados haud magno admodum negotio loco movisse aut vertisse, non intelligo: nam istoc vel istuc ita nunquam dicitur, quod sciam. Neque rescripserim istac, quia additum tam valide, siquidem haec ταυτολεξία est dicendumque aut: Istac (ratione, h. e. sic) casabant cadi, aut Tam valide casabant cadi. Istic convenit, h. e. in cella vinaria. Quod itidem in vulgatis est, Sed in cella est p. n. l. lubrici, Ibi etc. propterea non ferendum, quia fieri non potuit, ut aqualis illa loco lubrico statueretur; sed ridicule puer casasse dicit cados, sicubi paulo lubricior locus fuerit in cella: unde reponendum vidi Si pro Sed, quas particulas confundi monitum Curc. 43, et, partim secundum libros veteres, corrigendum: erant paulo nimis loculi lubrici.

844. Inepti libri:

Ibi erat bilibris aqualis hic propter cados.

Legendum δεικτικῶς I. e. b. a. sic p. c.; sic, tam prope, quod gestu significat.

845. Vulgo numeris perversis:

Ea saepe decies complebatur die.

De die pro Die passim usurpatur. Glossema vicit. Male Camerarius: — completur plena die.

846 sq. V. absque distinctione personarum:

— — — — — — — — die.

Eam plenam atque inanem fieri maxumam
Vidi. bacchabatur hama, casabant cadi.

Cur maxumam vocet aqualem illam puer, quam modo bilibrem dixit? Legendum: Maxume, et verba Eam pl. a. in f. tribuenda Palaestrioni, qui miratur, plenum urceum ebibisse servos. Porro edd. vett.: Vbi bacchabatur auia, c. c. Auia etiam Mss., unde reponendum aula viderunt alii. Sed recipiendum quoque editionum illud Vbi pro Vidi, quod ne metro quidem congruit, non magis quam hama vulgatarum. Item ridicule bacchatam aulam dicit Lucrio, cum ipse servi bacchati essent, h. e. inebriati, quo facto cadi vacuati deciderunt, ut supra dictum. Mss. cassabat. Vid. ad 841.

848. V. pravis numeris:

Pa. Abi abi intro iam, vos in cellá vinaria etc.

De forma Indu monitum Ba. 897.

853. dixeritis. Vid. Cist. 8 sqq.

854. ib. Vid. Amph. 149.

860. Non male quidam: Foras abl. Vulgo autem: — dum ab se huc (hoc male abest manu scriptis) trans. Sed recte Acidalius Divv. in P. pag. 297: Illud ab se mutari in capse debet. Debet, inquam, cum in antiquis [Iunt. Ald. etc.] ita sit liquido perscriptum."

865. Vulgo, non admodum venustis numeris: — tibique mea Milphidippa. Sequor scriptos.

869. Camerarius nimis confidenter:

Ac. Stultitia atque insipientia insulsa atque maxuma haec sit etc.

V. C.: Stultitiaque insipientiam falsa hesit; Decurtatus: St stultitiaque (vel stultitiaque) insapientiam falsta hesit. Edd. principes: Stultitia atque insipientia sit; Iunt. Ald.: Stultitia magna atque insipientia, non fallacia haec sit, quae lectio unde gentium deprompta sit, nescio, neque illa opus, sed recipiendum falsa ex veteri codice et falsitas, quod in falsta facile agnoscas, ex Decurtato, et vero addendum qua sententiae qua metri causa, quam voculam praecedens simile -ec interceperit.

873 sqq. V.:

— — — est, quin ego me frustro,
Postquam adbibere aures meae tuam moram orationis.
Tibi dixi, miles etc.

Melius locum interpunxere Gulielmius Verisimm. 3, 11 et Acidalius Divinatt. in Plaut. pag. 297 sq., ceterum male ille: — quin ego ultro, Postquam adb. a. m. tuae oram orationis etc. quia quodvis initium prisci dixerunt oram, auctore Festo, cum de tota Periplectomenis oratione, non

de initio tantum huius, dicat mulier; neque felicius hic: — quin egomet ultro, Postquam adbibere aures meae tuae merum orationis, Tibi etc. Rescribendum procul dubio:

— — — — Quid? egone frustra,
Postquam adbibere aures meae tuam moeram orationis,
Tibi dixi, miles quemadmodum potis esset deasciari?

Ipsam ipsi rem totam dixissê, itaque non monendam se esse, ait mulier, qua sententia nullam aptiorem loco facile invenias. Graecum vocabulum moeram, quod et vulgo lexica praeferunt, non mirabitur, qui norit Plautum. Cleaereta Asin. 496 sqq.:

Ergon' pars orationis de die dabitur mihi
Vna, aut et meam loquendi partem et tuam trado tibi,
Ad loquendum atque ad tacendum ut tu habeas portisculum?

876 sq. Libri:

— — — — — ego multos saepe vidi
Regionem fugere consilii prius, quam repertam habere.

Quod minus intelligens Acidalius, praeeunte Palmerio, reponendum censebat:

Regionem fugere consilii, prius quam compertam habuere,

vel haberent cum Lambino. „Sed," inquit Divv. in Pl. p. 293, „non in eo tantum momenti: maximum in sententia eruta: multos aberrare saepe a consilii regione, quam compertissimam habuerint ante." Neutra mutatione opus, sed accipiendum prius pro potius, ut multi dicantur potius errare, quam ratione uti, quo nihil verius et personis aptius. De verbo Habere participiis iuncto vid. Parei lexic. Plaut. v. habere.

879. Inepte atque inconcinne libri: Ea sibi immortalis etc., nec probanda Lambini emendatio Eius illi immort. Istud Ea fuerit Ei, glossema id quidem τȣ̃ sibi.

881. Vulgo ex interpretatione, ut opinor: — extemplo uti fiant etc. Vett. edd.: extemplo ut f.

882. V.:

Pe. Ergo istuc metuo, quo venit vobis faciendum utrumque.

Recte Acidalius Divv. in Plaut. pag. 298: — quod venit etc. „Dixerat," inquit, „Acroteleutium: male memoriter agere mulieres; bene obliviose. Tum igitur, inquit senex, id ipsum in vobis metuo, quibus utrumque est agendum, male et bene simul. Etenim dum militi male facietis, mihi facietis bene: quando quod illi obest, idem mihi prodest." Venit pro Est, sicut saepius. Vid. Parei lexic. Plaut.

Pessima vero operarum oscitantia excusum utrimque pro utrumque.

884. Vulgo

884. Vulgo minus usitate: quid bonum. Mss.: quod bonum.

885. Ridicule mulier meretricem nullam esse seu videri malam dicit, ubi peiora conveniant, i. e. congregentur sive adsint: nam tunc quasi videri bonas, quippe a peioribus malitia superatas. Tangit autem senem et servum, versutia sibi etiam superiores.

ubī. Vid. Aul. 152.

886. Vulgo, frustra asperato versu: — Cesso ego illis obviam ire. Vid. Asin. 843.

887. Vulgo:

Venire salvom gaudeo, lepido hercle ornatu incedit.

Mss. et vett. edd.: — lepide hercle ornatus (vel l. orn. h.) incedis, unde rescribendum vidi: lepide hercle ornatus cedis, quomodo passim Cedere pro Incedere usurpari monitum Ba. 1026. Incedis praetulit etiam Acidalius Divv. in Plaut. p. 299.

889. Noster esto. Formula laudantis, de qua vidd. Taubm. ad h. l. et Parei lexic. Plaut.

895. Absurde libri:

At tua praecepta: de meo nihil his novum apposivi.

„Subintelligendum," inquit Taubmannus, „sunt. Ita autem Mss. et omnes editi. [Fallitur: nam V. C.: nihil his posui, absque novum; Iunt. Ald.: nihil his novum ipse apposui, unde Acidalius tentabat: Ad tua praecepta de meo nihil ipse novum apposivi.] Ranutius quidem Gerus At pro Ad scriptum putabat. sed quid illo his faciemus?" Quid, quaeris? Accipiemus pro dativo, qui dicitur commodi. His, Acroteleutio ac Milphidippae.

895. Quomodo Nempe pronuntiandum sit, vid. Asin. 770.

898. Vulgo: Fiet; sed Mss. recte: Fiat. Vid. Asin. 805.

900. Vulgo pravis numeris: — tuam áncillám geratur. Vid. supra ad 501. V. C.: — ancillam eieceratur, in quibus id agnoscere mihi visus sum, quod dedi, anc. ei geratur.

902. ancillulă. Vid. Amph. 1.

903. V. versu μειούρῳ:

Quem ego militi darem tuis verbis. Ac. Vera dicis.

V. C. Qua rem ego mil. etc., unde probabiliter, ni fallor, feci: Quem rursum ego militi etc., compendium τοῦ rursum librarios fefellisse ratus: nam τὸ ego excusum volui, quod me invito omissum. Iunt. Ald.: Nunc vera dicis. Acidalius vel hoc admittendum censebat, vel reponendum: Cuncta vera d. Verum id hariolari est, non emendare.

904. Quid eliso i pronuntiandum. Vid. Amph. prol. 74.

908. V.:

Nunc haec carina satis probe fundata etc.

Sed Mss.: N. h. c. s. pro fundata etc., quod initio fuisse puto N. h. c. s. *pre* (h. e. pro re) fundata etc. Male edd. mediae, velut Iunt. Ald.: N. h. c. satis et fundata est bene et st.

909. V.:

Assunt fabri architectique a me, a te haud imperiti. Sed V, C.: adsunt muliebria architectique a te amant inperiti; et Decurtatus fere ut Pareus edidit: ads. fabri archit. a te, a me, haut inp.

910. opus. Ita Mss. Vulgo: opust. Vid. Amph. 168.

912. Nempe. Vid. Asin 770.

914. Vulgo minus probo numero, siquidem in eiusmodi iambicis non amatur caesuram praegressus anapaestus, sicut monui Amph. 889:

Moechum unguentatum. Pa. num ille etiam te novit? Ac. nunquam vidit.

V, C.: num illa eam novit; Decurt.: n. illa et aenam; Sarracen. Mediol., quas adhibui: n. ille etiam novit, in quibus omnibus facile erat reperire id, quod excudi iussi: num ille te nam novit? Num ille te nam n. pro Numnam ille t. n.? quomodo Hic alibi: Quid dare illi nam vis? Quid nėgoti est nam? Quid tu malum nam etc. Num obsecro nam etc.? Vid. Parei lexic. Plaut. in Mantiss. v. Tmesis, nos Ba. 518.

915. sum. Ità edd. vett., Graecorum more, de quo vid. Amph. 235, 851. Vulgo ex interpretatione: sim.

916. V.: Eo potuerit lepidius pol fieri, minus recto accentu verbi potuerit. Vid. Amph. 203. Mss.: Eo potiuerim lepid. etc. Vett. edd.: Eo poterit verum lep. fieri, τῷ pol excluso.

917. ceterā; Vid. Amph. 1.

Vulgo autem: ni lepide ludificata. Sed Pareus, tanquam ex Mss: ni ludificata lepide, quomodo etiam vv. edd., et ita haec laudat Gronovius ad 929.

918. inpingitote. V. inconcinne: imponito, nisi reponas imponitod; sed pluralem inferre praestat, quia duo, senex et servulus, dolum hunc procuderunt. Cf. 923.

919. Alia cura. Vid. Cas. 496.

922. datūm. Cf. 917. Vulgo inconcinne: A tua uxore mihi datum esse, eamque i. d.

923. mittitote. Ita legendum, quia, cum agatur de mittenda ancilla, et dominae eius Acroteleutii et senis expetenda est venia. Hinc neque hic neque illa seorsim pro se: Faciam, sed Periplectomenes pro ambobus: Faciémus. Vulgo: mittito tu, et Sarracen. Mediol.: mittito.

925. adciebo. Ita Ms. decurtatus et vett. edd. Vulgo minus concinne: accibo.

926. Soloece edd. vulgares: At egone hoc si efficiam plane etc. V. C. ego ne hoc, quod initio fuit procul dubio: ego nē (nunc) hoc. Decurtatus similiter: gerat. ego nec hoc. Vett. edd. vel: at egone hoc eff. pl., vel: ut ego hoc nunc eff. pl.

929 sq. Vulgo: Ac. Datne ab se mulier operam? Pa. Lepidissume et comissume. „Eapse," inquit Acidalius, „corrigendum pro ab se, quod saepe et alii et nos inter-

polatum sic in hac etiam comoedia ostendimus. Inepta vero etiam senis ista: Lepidus sum et comis sum (quomodo edidit Camerarius secundum veterem suum librum, qui: Lepidi sum et commissum). nec aptiora Palmerius fecit Lepida est et comis est. Lambino enim suum (imo potius Angelii et Aldi) Lepidae sunt et comes sunt condonemus: qua de lectione dicendum alias, quod ipse de Camerariana (nihil esse tam ἀπροσδιόνυσον). Emendabis aptissime Lepidissimam et comissimam: operam scilicet, de qua quaesitum erat ab Acroteleutio, an ullam Philocomasium ipsa daret. Haec scripturae compendio peccant solum Lepidissam et comissam. Talia autem epitheta operae quis addi nescit? Vbique in Plauto lepida, festiva, benigna, amicabilis, adiutabilis. Et hic verum, operam a Philocomasio talem dari, qualem senex praedicat a nostra correctione."

Vrbane mulier, de munere sibi mittendo interrogata, sermonem hunc abrumpit et de Philocomasio infit quaerere, an ipsa det operam. Hoc non assecutus Acidalius Divv. in Pl. pag. 301.

933—935. Hi versus vulgo hoc ordine leguntur: Abeamus — Ne quid — Vt accurate. Sed recte I. Gulielmius Quaestt. in hanc fabulam cap. 3 transpositos eos sibi videri monet, ut multis aliis huius poëtae locis acciderit, et ultimum perultimo praeponendum. ,,Solet," inquit, ,,in comoediis scenas saepe claudere Tu morare, Num moror? hic quidem ita apte, ut neminem nisi ineptum aut malivolum mihi non assensurum arbitrer."

941. Libri horridiore numero: Conditio nova et lucul etc. Vitatur anapaestus dactylum sequens in iambicis trochaïcisque, ut monitum Asin. 649.

944. V. inconcinne: Circumspicito dum, ne etc. Mire Mss. secundum Pareum: circ. cunneq. Angelius τὸ hic omisit.

949. Synchysis. Vid. Amph. 378.

951. V. corruptis numeris:

Vah, egone ut ad te ab libertina esse auderem internuncius etc.

Seorsim poni solent interiectiones apud poëtas utriusque linguae dramaticos. Cf. infra 1030, Amph. 537 Pseud. 1292. Ad quam faciem I hac ἀμέτρως inculcatur Pseud. 1328 inter et 1329.

952. Vulgo: respondere; sed Decurtatus, codicum Camerarianorum correctior, et vv. edd.: responsaret, h. e. responsare (vid. supra 380), cuius illud haud dubie interpretamentum.

953. Vulgo: Nupta ea est, an vidua? Sed V. C.: Nuptan' st uidua; Decurt.: Nuptan istan uida; vett. edd. Nupta ista, an uidua?

957. Periplectomeni. Vid. Ba. 894.

958. V. inepte et pravo numero: — atque ab illo inci-

pit abire. Et sic quidem V. C.; sed Decurt.: ab illo occipit ab., litera o in occipit ex praecedente verbo, nisi fallor, traducta; edd. vett.: ab illo coepit ab. Non nolebat Acidalius Divv. in Plaut. pag. 303: ab illo hinc cupit ab. Grutero placebat imbibit, cupit, coepit, sicut vett. edd. Horum verisimillimum id, quod dedi.

959. ut tui copiam. Mss.: ut eam cupiam, ut eam capiam.

961. V.: Quae cupit! Tentabat Acidalius l. l.: Quaene cupit? de qua forma loquendi vid. Aul. 383. Sed non deterius Quin cupit, quod pro certo affirmantis est, quia dubitare videtur miles, an a muliere ametur.

962. sicut. H. e. quandoquidem. Cf. Epid. 263 Pers. 137.

964. huius. Hoc velle videntur Mss., qui: aeuius, siquidem simillimae H et A literae in codicibus.

969 sq. Vulgo qua nimiis qua mancis numeris:

Iube sibi (vett. edd.: sis) aurum atque ornamenta, quae illi instruxisti (Mss. instruxit) mulieri,
(Vid. ad Amph. 203.)

Dono habere, auferreque (Mss. et vett. edd.: auferret, auferre) abs te quo lubeat sibi.

Tò sibi desideratur in manu scriptis, habetur autem in editionibus mediis, velut Iunt. Ald. Vide, an probabiliter haec restituerim. Acidalius, priore horum versuum immutato, tentabat altero:

Dono habere sibi, auferre abs te, abire quo lubeat sibi.

Taubm. et Par. priore: instruxti. De asyndeto vid. Capt. 336, de d addito in auferre Amph. prol. 149.

973. V.: Py. Venus me amat. Pa. st, tace etc. Mss.: V. m. amat. Pa. ast tace. Edd. vett.: Pa. at tace. Ortum videtur istud at vel ast ex vicinis utrinque literis.

fores μονοσυλλάβως efferendum. Vid. Amph. prol. 74.

975 sq. huc. Vulgo minus recte hic. Similiter infra 1079: Iube maturate illam exire huc. Et sic passim.

Ceterum vulgo: H. c. ill. est, quae etc. Sed V. C. τὸ est non agnoscit.

978. aucupium auribus. Cf. supra 595.

979. — ubi sunt ludi faciendi mihi? Bene Camerarius: ludi faciendi pro vulgata tum librorum lectione ludificandi. Nec male Acidalius Divv. in Plaut. pag. 305: „Interrogatio detrahenda et multa fugienda magis aliorum (velut Angelii et Aldi) lectio Iamne, quem vel ipsa carminis mensura damnat. Ancillula cum prodiisset, vidit statim adesse, quos volebat: nec igitur quaerit sibi circum, sed paratum ait esse, ut ludos subito committat. Quod dicendi genus etiam in Corniculariae fragmento nostri (5) invenimus:

Quid cessamus ludos facere? circus noster ecce adest."

980. Adsimulabo. Ita rescripsi lingua ipsa admonente: nam vulgo Dissimulabo legitur, quod si verum esset, post se hoc vel quiddam simile requireret, me hos videre et scire, hic eos esse. Omissa forte litera initiali, id quod saepe fieri meminimus, exaratum dsimulabo cito transiisse videtur in dissimulabo istud vulgatarum.

982. V. ὑπερμέτρως, quod male negat Taubm.:

Num quis nam hic prope adest, qui rem alienam potius curet quam suam?

V. C.: N. q. n. h. properat est qui rem etc. Acidalio placebat: N. q. n. h. p. a. qui aliena p. c. q. sua?

983. Qui de vesperi vivat suo. Recte Gronovius: „Duae," inquit, „sunt explicationes, Durantii (Varr. Lectt. 1, 5), qui intelligit grassatores nocturnos, et Lambini, qui sua quadra viventes, quibus domi victus est, nec opes alienas expectant: quales plerumque sunt curiosi de rebus alienis, cum ventri non metuant, si sua in re sunt omissiores. Peiorem adoptarunt: nam verior haud dubie posterior. Sic Rudente act. 1. scen. 2. si tu de illarum coenaturus vesperi es. Huc facit in Truc. act. 1. scen. 2. Nimis otiosum arbitror hominem esse te. Di. Quianam arbitrare? As. Quia tuo vestimento et cibo alienis rebus curas. Hieronymus ad Eustochium: Inter hos saepe sunt iurgia, qui suo viventes cibo, non patiuntur, se alicui esse subiectos."

985. Inepte libri nec salvo numero:

Domo si ibit, ac dum huc transibit, quae etc.

Decurt.: Domus ibit ac etc., in quibus reperi Domo si bitat, quod sententiae aptissimum, neque asyndeto est quod offendamur, de quo vid. Capt. 336. Acidalius Divv. in Plaut. pag. 304: Domina si domo huc transibit, quae etc. Sed hoc sane nimium.

992. Corrige σφάλμα typographicum Priusque pro Priusne, quod omnes adhuc libri exhibent neque ego mutatum volui. Oculis compositoris ad sequentem vocem forte aberrantibus, quae literis qu incipit, factum videtur, ut -que pro -ne nobis obtruderet. Ceterum vulgo legitur:

Pa. Priusne, quam illam oculis? Py. tuis video id, quod credo tibi.

Sed Decurtatus: — video ut quod c. t. Iunt. Ald.: — oculis vides? Py. video i. q. c. t. Inde nostram lectionem concinnavimus.

993. Libri: Cum haec locuta etc.; verum sensus ipse loci postulat ut reponatur Tum haec locuta vel locutu cum Acidalio l. l. ad 985. Duo sunt, quibus permotum se dicit miles, ut ignotam illam mulierem amet, sermo de illa servi, cui credat, tum item verba, quae de eadem fecerit ancilla amabilis, Milphidippa. De Autem in media sententia posito vid. Cas. prol. 8.

995. Inde ab hoc versu constare scenam asynartetis illis, ex trochaeo dim. acat. et iambo dim. cat. compositis,

primus vidit vir elegantissimus Volgangus Reizius, ut auctor est G. Hermannus in libro De Metris Graecorum et Romanorum pag. 391. Vid. nos supra pagg. 52 sq.

997 Male G. Hermannus l. l.: Foras sum etc. Foras pronuntiandum ut f'ras, elisa o litera, sicut passim liquescere vocales breves monui Amph. prol. 74. Secutus ille videtur esse Taubmannum, verbi posteriorem syllabam corripi interdum arbitratum ad Aul. 4, 4, 1, quem retudi ad Terentii Hec 465.

Vulgo autem: F. s. e., c. mihi pot. eveniat. Duplici accentu vocis éveniát offensus, reposui evenat, de quo vid. Aul. 109.

998. Vulgo duriore numero: Erit, et tibi etc. Asyndeton usurpatum παθητικῶς, de quo videbis, si tanti est, Capt. 536.

1000. Inconcinne libri et subabsurde:

Socium tuorum consiliorum et participem consiliarium:

nam τῦ consiliarium duas postremas syllabas in unam contrahi, quod quibusdam placet, durissimum est. Vox sociennus, sicut fere omnibus in locis Huius, ubi nunc legitur, ita hic quoque interpretamento cessit. Τῷ sociennum adscripsisse aliquem explicatorem puto: consiliorum, dein consiliorum de industria mutatum extremo versu.

1001. Absurde vulgo: Pa. Imo etiamsi non celas: nam se id non celare dixit Milphidippa. Vett. edd.: I. etiam, sed non caelas. Legendum: I. e. sic non celas, sic, cum celas, usurpato oxymoro. Passim confusa Sed, Si, Sic. Vid. ad Curc. 43 Merc. 711.

1002 Infidos celas; ego sum tibi fide firma. Non ad id, quod ancilla rogavit, proprie respondet Palaestrio, sed tamen infert aliquid conveniens, cum infidos eam res suas celare, h. e. celare solere, eam dicit, se vero ipsi esse fide firma. Ita fieri solet, ubi quod rogati sumus, per se liquet, nec tamen sine responso alterum dimittere volumus, quod inurbanum.

1004. Verba Pol et quidem liquescentibus o et i vocalibus pronuntianda, ut metrum constet. Vid. Amph. prol. 74.

1005. Ἀμέτρως libri: — fecisti modo mihi ex proclivo palam rem. Mss.: — ex proclivi patrem; vett. edd. ex p. parem. Bene Gulielmius Quaestt. in Mil. cap. 3: „Cum litterarum similitudinem considero, non poenitet coniecisse me ex proclivi planam rem, aut, quod malim, ex proclivi planum. Proclivum: inclinatum, ut fiat, nondum tamen certum: planum: exploratum, manifestum. Et ita haec sibi etiam Asinaria (639) Plautus iocans opponit: Nam istuc proclive est, quod iubes, me plane collocare etc." Cf. Rud. 1032. Probabat hanc emendationem etiam Reizius, teste G. Hermanno l. l. ad 996.

1006. Liquescit τῦ Sed vocalis. Vid. Amph. l. l. ad 1004.

Vel adest, vel non. Facetia servilis.

Solae pro Soli. Vid. supra 356.

1007. V. scabro numero: Brevin' an etc. Breve ἀντὶ τοῦ Brevi dictum, ut Maronis cognomine terra, Nasonis specie coeleste et similia poëtarum. Vid. G. I. Vossii gramm. lat. pag. 46.

1008. Inconcinne libri: — cum hac forma et factis sic frustra? Omisit τὸ sic etiam G. Hermannus.

1009. Vulgo inepte atque imperfectis numeris:

Pa. Patere atque asta. tibi ego hanc do operam. Py. properando excrucior.

Non eo, quod properat Palaestrio, sed quod morari videtur, excruciatur miles. Bene itaque P. Colvius: properadum: excrucior. Sed praeterea metri causa addendum vidi Propere, quod raptum a simili sequente verbo.

1010. V.:

Pedetentim. tu haec scis tractari ita solere hasce huiusmodi merces.

Τὸ ita versum impedit, quod additum videtur, ex quo male interpunctum erat post Pedetentim, abestque veteribus edd., in his Iunt. et Ald.

1011. V. inconcinne:

Py. Age, age, ut tibi maxume concinnum est. Pa. nullum est hoc stolidius saxum.

G. Hermannus l. supra l. delet tibi. Sed cum Iunt et Ald. praeferant, quod correctionem non sapit: A. a. ut tibi max. concinnius, τὸ concinnius arbitror glossema a Plauto scripti magis concinnum, quod reposui. Vid. Aul. 288.

1012. V.:

— — — — Mil. quo pacto hoc dudum accepi,
Istuc fero ad te consilium. —

Sed V. C.: quo pacto hoccilium accepi Velis (a m. 2. Vtelis; ut dis secundum Pareum) ut fero ad te c. Decurt.: quo p. hoccilium apeli. Vaeliste fero ad te cons. Monstrosa haec omnia videbantur Taubmanno, nisi quod aperi latere in isto apeli Decurtati non male sibi persuadebat. Sed non difficilius erat in praecedente verbo reperire hocc Ilium, de quo vid. Amph. 138, vel hoc Ilium. Res Ilii non semel in usum suum Hunc convertere, monui Merc. 476. Aperit (nam sic legendum) positum pro Aperitur, quomodo locus armis aperiri dicitur, de qua forma loquendi vidd. Gellius 18, 12 Priscian. p. 799 Putsch. Taubm. supra ad 2, 6, 100 (579) Pareus in lexici Plaut. Mantissa, ubi agit de verbis activis, passive usurpatis. Oppidum dici solere μεταφορικῶς, docui Epid. 330. Iam reliqua codicum h. l. scriptura difficilior quidem erat explicatu, nec tamen vel audacius vel minus probabiliter coniectasse me spero legendum esse Velim te ferre ad me consilium, siquidem et antiquis haec literarum ductibus vicina, et ea, quae vi sententiae vel invitis libris reponenda sint, cum vulgata ista ne intelligi quidem satis possint.

1015. rēm. Vid. Amph. 149. Tò omnem etsi per versum elidi licet, malim tamen non liquescere vocem gravissimam figura illustrata Amph. 541; quam rationem si mecum ineas, tibi pronuntiandum μονοσυλλάβως, sicut interdum fieri monitum ibid. ad prol. 74.

1016. Frigide vulgatae atque inconcinne:

Pa. Tu cetera cura et contempla et de m. v. v.

Non bene componatur generale verbum, quale est curare, cum specialibus contemplandi et venandi de dictis servuli; sed curam si commendare voluisset Plautus, haud dubie vel dixisset; ceterum cum cura et contempla et d. m. v. v., vel: ceterum cura ut contemples etc. Longe autem rectius, postquam seorsim deliberavit cum ancilla, iam coram ipso milite videre iubet eam, quid res ferat, et vel ipsius aucupari verba, si ingenium et memoria defuerint. Similia vero corā (coram) et cura, ut facillime permutari possint, quomodo etiam Ba. 370 coram acre pro vulgatis cor acre rescribendum vidimus.

1017. V. immisso interpretamento, perditis autem numeris:

Aliquam mihi partem hodie operae des denique. iam tandem ades illico.

Pa. Assum etc.

1020. tis. Priscianus 13 primo pag. 955 Putsch.: „Sunt," inquit, „in pronominibus modi declinationum quatuor. Primus, qui in tribus primitivorum personis cernitur per obliquos casus. nam nominativus primae personae dissonus est a genitivo; tertia vero deficit, ut ego mei vel mis: tu tui vel tis: sui, quod debuit secundum analogiam esse sui vel sis: quod dubitationis causa, ne verbum esse putetur, recusaverunt proferre. Nam ad Graecorum imitationem his quoque utimur duplicibus genitivus pronominum. Apud illos enim ἐμοῦ et ἐμοῦς Dorice, σοῦ et σοῦς, οὗ et οὗς dici solet. In ς autem desinens genitivus solet apud nos in is finiri, ut Δημοσθένους Demosthenis, Ἑρμογένους Hermogenis. In ου vero in i, Πριάμου Priami, Κύρου Cyri. Sic ergo ἐμοῦ σοῦ οὗ, mei tui sui, ἐμοῦς σοῦς οὗς, mis tis sis. Sed propter supradictam causam tacitus est tertiae huiusmodi genitivus. Ennius in II.: Ingens cura (leg. metri causa: Cura ingens) mis cum concordibus aequiparare etc."

1021. face te fastidi plenum. H. e. finge t. f. p. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Facere pro Simulare. Cf. 1031.

1023. voco. Praesens pro futuro. Vid. Ba. 859.

1025. Iunt. Ald.: M. cogn. commem. dii dent quaecuncunque optes; quaecunque etiam Decurtatus (nam V. C.: D. t. dent ut optes): unde G. Hermannus faciebat l. l. ad 995:

Pr. Meum cognomen quis memoravit? Mil. Di tibi dent quaecunque optes.

Sed ferri potest lectio vulgata.

1027. Minus bene libri: M. a. item ist. cup. Vid. Cas. 83.

1028. V. inconcinne: Quibus non est cop. Sensit G. Hermannus.

habes. Ita Mss: et vv. edd. Vulgo: habeas, quae mutatio videtur scioli immemoris eorum, quae nos Amph. 149.

1030. V.:

Ecquis dignior fuit homo qui esset? Pa. non etc.

Sed V. C.: Heuis dign, fuit quam homo etc., Decurt. et vett. edd.: Heus dign. f. quisquam, homo etc. Vnde G. Hermannus recte:

Dignior fuit quisquam, homo qui esset? etc.

Sed τὸ Heus non erat omittendum, sed seorsim ponendum sicut Vah illud supra 951, ubi vide quae annotamus.

1032 infert. Ita reponendum sensit Acidalius, quem item sequitur G. Hermannus. Quod ille tentabat Divinatt. in P. pag. 305: Vide ignavom, ut sese infert, nimis curiosus fuit in alieno.

1033. Inconcinne libri tu pro tute et: ab illac q. d. Male autem Iunt. Ald.: — quam dudum tibi; peius etiam Reizius l. l. ad 995: — quam dudum dixi. Non absolvit orationem suam Palaestrio, sed interpellatur a milite fastidioso et impatiente.

1034. V. inepte, cum non de pluribus agatur: Quanam ab illarum? nam ita etc. V. C. Quam ab ill., Decurt. Qua ab ill.; edd. vett. Qua ab illa. Vel legendum, ut excudi iussi, vel, quod nunc malim: Qua ab illa nam per tmesin, de qua vid. supra 914 Ba. 518. Vicina illa nam et illarum. Hoc si probaveris, τὸ Qua non elides, figura illustrata ad Amph. 149.

1036. V. inconcinne atque invitis libris:

Nam hunc anulum ab tui cupiente huc detuli huic, qui porro.

„Scilicet tibi traderet," inquit Taubmannus. At ego non sic abuti scio Nostrum aposiopesibus. Mss.: cupientis huc, id est haud dubie: cupiente istuc vel istac, in domum militis. Dein quidquid est librorum veterum: — detuli huic porro, unde intellexi, τὸ porro ad sequentem militis orationem pertinere, itidem impatientius quaerentis, quid sibi porro velit mulier.

1037. V. minus bene: Q. n. tibi vis, mulier? memora. Vid. Amph. 235, 851.

1039. contractare. Ita Mss. Vid. Amph. 28. V. ex interterpretatione: contrectare.

1040. V. inconcinnis et sententia et metro:

Age, Achilles, fiat quod te oro. serva illam pulchram pulchre.

Mss. non pulchre, sed pulcere, cui verbo e finale ex proximo vides adhaesisse. Confirmant suspicionem Iunt. et

Ald., quae dilucide: pulchram pulcher. Tò illam glossema est. Sic supra 1024 Milphidippa: Pulcer, salve.

1042. ex-te. Ἀμεῖξως codd.: ex tete.

1043. V. item nullis numeris:

Py. Heu hercle odiosas res! quoties hoc tibi etc.

Forte repetita syllaba prior τῦ Hercle istud Heu nobis, ni fallor, peperit.

1046. Simili vitio vulgatae:

Non hic suo seminio quamquam porculam impertiturus est.

Mss.: proculem, quod habeo pro porculen., literis am a sequente im- simili interceptis: nam recte I. Gulielmius Quaestt. in Mil. cap 3: „Editiones," inquit, „antiquissimae quamquam porculenam. et malum illis librorum corruptoribus, qui mutarunt. Porculena porcula est eadem forma, qua sociennus, dubiennm, alienum fecerunt."

1047. Philippum eliso i priori efferendum est. Vid. Amph. prol. 74. Cf. 1050.

1048. neminc pronuntiandum ut nem'ne. Vid. Amph. modo l. l. Minus recte autem libri: vile est, id quod animadvertit Acidalius Divv. in P. pag. 305.

·1049. Inconcinne editum: avaritia. Reizius l. l. ad 995 faciebat: sat. est mihi divit.

1050. Philippei: Ph'lippei. Vid. supra ad 1047.

1051. Vulgo corruptis numeris:

Tum árgenti (vid. supra 501) montes non massas habet. Aetna mons non aeque altus.

Verbum mons ab interprete inculcatum iam alii senserunt.

1052. V. haud melius: Heu ecastor hominem periurum. Ortum Heu ecastor ex Hecastor. Vid. Asin. 24 Ecastor speciem glossematis non habet, ut nonnullis visum est, habet hominem, quod delevi.

1056. omnía. Vid. Asin. 159.

1057. V.: Quod quae te volt etc.; sed V. C. secundum Pareum: Quum quae vult. Editio princeps: Quae te vult eadem t. v. Quom congruit sequentibus Quomque oratricem haud sprevisti etc.

1058. V. interpretantes: Q. me orat.

sistique exorari ista. Ita Mss., nisi quod ixste pro ista. V. inconcinne: sivisti exorare ex te.

1059. V. male: Neq. hercle quidem risu me admoderarier. Parum est reponi metri causa admoderari. V. C.: risum ac moderarier; Decurt. et vett. edd.: risu meo mod., recte, iudice etiam G. Hermanno, h. e. risui m. mod. Vulgatum me admod. ortum fortasse ex antiqua scriptura meod mod., de qua vid. Amph. prol. 149.

1063. Pessime G. Hermannus l. l. ad 995: Mérĭ bell., tanquam i in hoc verbo corripiendum esset. Vid Amph. prol. 74. Ceterum minus ex usu veteri vulgatae: praegnantes.

1067. hĭc. Vid. Amph. 136. Cf. 1069. Verba filii et diu quomodo pronuntianda sint, vid. Amph. modo l. l.

1068. Postriduo u litera extrita efferendum. Vid. Amph. prol. 90.

1071. Inconcinne libri: abis.

1073. V. interpretatione ἀμείτρω: Ita me mea forma soll. hab. Hoc cuiusvis est videre. Sed quin abis quoque illud vulgatarum mutandum erat in quin abi tum metri causa, cui hoc congruit, alterum refragatur, tum quia uno tenore haec dicuntur et sequentia Atque adeo etc., in quibus imperativus dicito quadrat optime ad abi, a nobis repositum, a vulgata vero lectione abis abhorret.

1076. Vulgo invitis libris vett.: Hic cum mea hera est. Tò cum non liquescit, non magis quam vox sermonem. Vid. Amph. 149, 341.

1077 sq. Minus recte libri et posteriore versu etiam inconcinno:

— — iam ex sermone hoc gubernabunt doctius porro
Rem. Mi. me morare. Pa. abeo; neque te moror, neque te tango, neque te. taceo.

Caudam trahens istud Rem non potest non commovere suspicionem, quam firmant edd. primae, quae: — porro remorare. Pa. abeo etc., mediae aetatis, quae: porro remorare me. Mi. abeo etc., et ipsi Mss., in quibus continue legebatur: Rememorare. Pa. abeo etc. Reponendum igitur vidi: Remorare, et abeo illud non Palaestrioni tribuendum, qui manet in scena cum milite, sed Milphidippae, quae abit, secundum Iunt. et Ald. Porro vett. edd. remoror, quod convenit mulieris verbo Remorare, et Mss. remoro, de qua forma vid. Amph. 82; pro tango autem V. C. tago, quod prisca moneta percussum sciunt omnes Ceterum aposiopesi ad iocum composita, qualibus abundat etiam Aristophanes, servus: neque te . . . . h. e. neque te osculor vel attrecto; id quod non verius negat pessimus homo, quam supra 823 sq. Lucrio, heminas octo se expromsisse in urceum, et Sceledrum calidum in prandium exbibisse. Cf. L. Hotibii Lectiones Aristoph. pag. 80.

1081. Legitur pravo numero:
D. c. nam nulló pacto potest
Prius haec in aedes etc.

1082. Vulgo frequenti permutatione: amiserim. Vid. supra 453.

1092. Ecquid fortis visa est? Dum haec dicit miles, gestu lasciviore significat, cupere se etiam cum sorore illa fictitia rem habere, si sit pulchra. Hinc Palaestrio: Omnia vis obtinere. Similis locus mox 1097 sqq.

„Fortis et Pulcher antiquis idem. Notissimus versus Virgilii Aen. 7, 656:

— — — — Satus Hercule pulcro
Pulcer Aventinus.

Vid. Iul. Caes. Scaliger De Causis L. L. 1, 22." Br.

Cf. 1097 Bacch. 181 Pers. 834. Terentius Andr. 415 sq.:

— — — — cavit, ne unquam infamiae
Ea res sibi esset, ut virum fortem decet;

ad quem locum nos: „Virum fortem. honestum, καλ..άγαθὸν, quomodo et comis usurpatur antiquioribus. Plautus, quos pulchros vult describere, fortes vocat Bacch. 2, 2, 38 Mil. 4, 3, 13, 18: nam quaevis facile virtutes attribuuntur illis, quibus a specie commendatio est."

1097. Abi. Aliud est hoc Abi quam illud Asin. 680, ubi vide quae annotamus. Hoc refellentis est, cui formulae cognata, sed fortiora, Abi abi, Abi vel i modo, Abi vel Abin' dierectus, Abi ab oculis, de quibus adeundus Pareus in lexico Plaut. Cf. Terentii Eun. 743 Phorm. 332, 504, 955

1098. Taubmannus: „Ad equas fuisti] Ita omnes edd. manuscriptique. Douza tamen opinabatur scribi posse fuisses. idque in textum recepit Pareus." Nescio, quid eiusmodi annotationes sibi velint. Certe sunt omnino ἄκριτοι, nisi forte Douzae emendationem eo refellere sibi visus fuerit Taubmannus, quod aliud praeferant antiqui libri. Sed ea ratio non ratio, neque omnino dubitandum, quin vel verum Douza viderit, vel dogma de metempsychosi placuerit Sarsinati nostro, servoque nescio quo pacto, innotuerit, revera Pyrgopolinicem fuisse olim admissarium; quod absurdum est. Sicut autem saepius scis, scit pro sis sit, et similia olim scripserunt, de quibus dixi Capt. 773 Men. 338 sq.: ita h. l. exaratum fuisset scitus pro fuisses sc. cito degenerasse credibile est in fuiste vel fuisti scitus. Simillime Cas. 657:

Ol. Edepol nae tu, si equos esses, esses indomabilis.

1103. Inconcinne libri:

Quin potius, quom tute ades, tuam rem tute agas.

Correxit Scioppius Suspp. Lectt. 1, 7. Ipse quoque V. C.: Qui potius. „Hortatur eum," inquit Scioppius, „ut ipse concubinam expellat, ne posthac forsan diceret, se inscio et invito acta, quae servi cum ea transegissent." Merc. 457 sq.:

Ev. Visne eam ad portum . . . . Cha. Qui potius,
quam voles? Ev. atque eximam
Mulierem pretio? Cha. Qui potius, quam auro
expendas?

1106. ni. Vid. Amph. 149.

1109. Verbum modo pro monosyllabo est. Vid. Amph. prol. 74.

1110. voluntate. Vid. Amph. modo l. l. Minus recte libri: foris.

1123. Vulgo κακοφώνως, invito quidem veteri codice: Aurum ornamentaque, quae etc. Asyndeton admittere fere noluerunt librarii. Vid. Capt. 336.

1116 Prorsus inconcinne libri:

Pa. Numquid videtur demutare, atque uti ego
Dixi etc.

Mss.: N. v. d. aut utique D.; vett. edd.: N. v. d. atque utique D.

1120. Satin' ut. Vid. Amph. 474.

1122. V. corrupto numero: video hinc. Tò e desideratur in Mss. Vett. edd.: de prox.

1123 Simul pro monosyllabo. Vid. supra ad 1109.

1124. Neminem δισυλλάβως efferendum. Vid. Amph. l. l. supra ad 1109.

1126. V. ἀμέτρως: qui enim. Correxit Douza Centurion. pag. 363. Sic passim Plautus. Vid. Parei lexic. Pl. v. Quia enim.

1132. Vulgo: Eu, probe. Sed Eu cum adverbio coniungi non solet, Heu solet. Perperam vero addita videtur H litera, sicut subinde fieri monuimus Asin. 24. Poen. 962: Mil. Heu hercle mortalem catum! Rud. 327: Heu edepol specie lepida mulierem! etc.

1134. Soloece libri: O. d. dono, se ut abeat. Tò a interceptum a praecedente litera dudum alii observarunt.

1135. autem. Vid. Cas. prol. 8.

1136. apud monosyllabum. Vid. Amph. pr. 74.

1139. V.: Miles, nihil hinc ferri poterit etc. Sed Mss.: Mil. has nihil ferre potuit –; edd. vv. Mil., nihil hanc ferre poterit etc.; unde conieci similiter hic erratum esse ac Merc. 896. Cf. infra 1299, 1323.

1140. V. inconcinne:

Opus est dolis. Pl. domi esse ad rem video silvae satis.

Vett. edd. — ad eam rem, quomodo etiam, nihil admonito lectore, Pareus edidit.

domi. Vid. supra 191 sqq.

1142. Vulgo soloece: Quot apud nos fallaciarum est excisum! Quod pro Quot vett. edd. et Pareus, nihil monens in annotatis, ut haec manuscriptorum quoque lectio sit existimanda. Dein ἀντὶ τῶν fall. est excisum V. C. fall. sexitum, Decurt. fall. sextumst, Iunt. Ald. Par. ineptissime: fall. septimust vel septimum'st; nec melius, qui: fall. est exercitus, vel fall. exercitust, vel fall. est: esse exercitum certe scio, ut allegoria sit a re militari, qua Noster gaudeat; quae coniectura ipso metro arguitur falsa. Nihil propius manu scriptorum lectionibus, quam id, quod dedi, Quod a. n. f. se excitant! Se excitant, h. e. aedificantur, tanquam aedes vel navis, quia de silva dixit Pleusides. Cf. supra 1125 sq. 905 sqq. *) In eo quoque errant vulgo editores, quod verba Certo scio eidem tribuunt, cuius sunt praecedentia et sequentia. Qui enim exclamavit: Quod apud nos fallaciarum se excitant! frigide, si quis mihi sensus est, subiiciat Certo scio, h. e. Certo scio, multas apud

---

*) Nam audacius videatur reponere Quod apud nos fallaciarum est exitum! pro exiit, quomodo fere legitur Amph. 63:

Postquam utrimque exitum est maxuma copia etc.

nos fallacias se excitare, de quo persuasum eum esse ipsa illa exclamatione pathetica longe fortius significavit. Nec melius cum sequentibus haec coniungas, quod vulgo faciunt: siquidem certo scientis non est dicere, sibi aliquid videri, in quo incerti inest significatio. Satis igitur apparere puto, seorsim ponenda esse verba Certo scio et Pleusidi tribuenda, qui similiter modo: Domi esse ad eam rem video silvai satis etc. Terentius Andr. 3, 2, 22 sq.:

— — — — Da. Quasi tu dicas, factum id consilio meo.

Si. Certe enim scio.

Et sic passim.

1144. operam. Vid. Amph. 341.

1145. Lepide facitis. Gratiam agentis hoc videtur esse, sicut simile Bene facis, de quo vid. Capt. 776. Cf. Truc. 626.

1146. Male libri:

Impetrabis, imperator, quod ego potero, quod voles.

Reponendum: quoad ego potero. Asin. 277:

Iubeo te salvere voce summa, quoad vires valent.

Men. 677:

Verum est modus tamen, quoad pati uxorem oportet.

Cicero Phil. 3, 11: Tam diu proficere velle debebis, quoad te, quantum proficias, non poenitebit.

1148. Inconcinne libri: Pa. et scin' tu quemadmodum? Inconcinne quoque, qui reposuerunt: at sc. qu.? Pronomen abest editionibus vett. Rescribendum: Scin', quemadmodum? ut passim legitur Scin', quomodo? Aul. 259:

An. Credo imo equidem, credo. Stro. At scin' etiam, quomodo?

Cf. Amph. 506 nos ad Cas. 374.

1151. V. proculcato versu:

Abierim, cupiens istius summe nuptiarum. Pa. ordine is:

Nisi etc.

Mss. et vett. edd.: — istius omne (vel omen) ordinis nupt., ubi τὸ nuptiarum nescio quo casu transpositum intellexere, sed verbum omne perperam ab illo abstraxere, cum Plautus haud dubie reliquisset Omne ordine, h. e. Omne ordine dicis, ellipsi non inusitata, de qua monitum Merc. 750. Nam similiter passim Comici. Noster Capt. 307:

Patri meo ordine omnem rem illuc perferat.

Pers. 91: Vt ordine omnem rem tenet! Terentius Eun. 5, 4, 48: — tu isti narra omne ordine, ut factum siet. Vidd. Parei lex. Plaut. v. Ordine, indices Terentt. v. Ordo.

1154. Item inconcinne codd.: introire. Vid. Amph. prol. 149.

1158. Absurde legitur.: Formam amoenitatis illius, quod frustra defendere student viri docti. Sequor Pistorem. Melius videtur, quod item libri exhibent: faciem, pulcritudinem Collaudato. Sed videtur tantum: nam si formam ho-

minis laudaverit mulier, si faciem, quid superest, quamobrem pulcher dicatur ille? Quippe his duobus cernitur humana species: forma et facie seu vultu. Terentius Andriae 91 sqq.:

— — — — Forte unam adspicio adolescentulam
Forma . . . . So. Bona fortasse. Si. Et vultu, Sosia,
Adeo modesto, adeo venusto, ut nil supra.

Ad quem locum recte vetus interpres: „Forma immobilis est et naturalis; vultus movetur et fingitur." Cicero de Officc. 3, 2, 14: „Accedit eodem testis locuples, Posidonius, qui etiam scribit in quadam epistola, P. Rutilium Rufum dicere solere, qui Panaetium audierat, ut nemo pictor esset inventus, qui Coae Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolveret (oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat), sic ea, quae Panaetius praetermisisset, propter eorum, quae perfecisset, praestantiam neminem esse persecutum." Reponendum igitur vidi facie, h. e. faciei, pulcritudinem, ut et propter formae amoenitatem et oris venustatem laudari iubeatur miles, quibus descriptio pulchritudinis absolvitur.

1161. Vulgo: Nunc tibi vicissim quae imperabo, τῷ quae usurpato, ut vix usquam alibi. Maluimus igitur vicissimque, h. e. vicissim quoque. Vid. ad Asin. 191. Lucilius apud Nonium v. Caries pag. 21 edit. Mercer.:

Ne auriculam obsidat caries, ne vermiculi que.

1162. Inconcinne libri: tu.

1166. V. versu pessumdato:

Id connexum in humero laevo, expapillato brachio.

Mss.: Id erit connex. in h. l. exfafillato b.; edd. vett.: Idem et conn. i. h. l expapillato b. Meursius quo loco Exercitationum critt. de hoc agit, legendum censet exfipulato pro exfibulato. Sabinos enim Fipula pro Fibula, Alpum pro Album et similia dixisse. Effifulato quoque pro eodem ferri posse ἀρχαϊκῶς: nam veteribus placuisse etiam fifula et fifulare, sifilare pro sibilare etc. Probabiliter haec disputata, nec modo verbum Exfibulare Prudentius adhibuit Psychom. 633, sed etiam, me iudice, Festus v. Effafilatum, siquidem is locus sic emendandus est: „Exfibulatum (vulgo Effafilatum) est exertum, quod scilicet omnes exerto brachio sunt exfibulati (vulgo exfilati), i. e. extra vestimentum fibula contentum (vulgo filo contextum)." Ecfibulato igitur reponendum censui pro insulso isto atque ἀμέτρῳ expapillato, in quo declarando ne ipsi quidem sibi satisfaciunt interpretes. Pro Id vero, quod minus congruum, secundum edd. vett. rescripsi Item, ut item ferrugineum pallium induere iubeatur Pleusides, ut causiam ferrugineam.

1171. Vulgo soloece atque inconcinne: Vt, si itura iam est Athenas. Τὸ iam abest libris vett. Passim confusa sit et est.

1172. Vulgo continue adiubeat; sed legendum A. ad iubeat ferri pro adferri iubeat per tmesin, de qua vid. supra 914 Ba. 518. Male mutaverunt: Atque ut iubeat.

1175. Inconcinne libri: Vt eat, ut properet.

1178. Vulgo itidem inconcinne: protinus.

1185. Vulgo confusis verborum temporibus: Quod volui, ut volo, impetravi. Similiter mox: Verum postremo impetravi, ut volui. Cf. 1206 et supra 117.

1189. V.: — volui, donavique ei. Sed Mss.: vol. donaui de re, in quo agnoscere mihi visus sum donavid ei. Vid. Amph. prol. 149. Firmatur suspicio veterum editionum lectione donavi ei.

1192 sq. V. inconcinne posset et sequente versu Impetrari — ne te abd. Correxit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 308.

1194. Tamen - etsi. Cf. Cas. 770.

1196. V. minus concinne: formae.

1197. V. soloece: super hanc vicinam. Sequor edd. vett.

1201 sqq. V. inconcinne:

Mil. Hera, eccum praesto Militem. Ac. ubi est? Mil. ad laevam videto,
Aspicito limis oculis, ne ille nos se videre sentiat.
Ac. Video. edepol nunc nos tempus est malas peiores fieri.

Haec Acidalii correctio, cum ante legeretur: Ac. ubi est? Mi. ad laevam. Ac. Video; et postremo versu: Ac. Video. Mil. Edepol etc. ,,Prior," inquit vir doctus Divv. in Pl. pag. 309, ,,ancilla militem videt, nec hera statim, sed tertio versu, post illius astutam cautionem. Tum ipsa ad dolos se illamque incitat; illa autem, incipe saltem, inquit: nam tuum est ordiri. Orditur ergo clara voce; quam ut imitetur et ancilla, monet. Initium autem callide sumunt ab admiratione, quod magnificus homo miles ab ancillula se passus sit conveniri." Sic ille, quem probo de distinctione personarum versu tertio; sed quod mutat ἔμμετρον illud Video Acroteleutii primo, et ἄμετρον fert secundum, non probo nec probare ullo modo possum. Cum autem animadvertissem, hunc quidem versum voce videre exemta, τῷ se in sese mutato, et ad finem translato nos, bene procedere, non dubitavi quin ineunda esset haec ratio et istud Video vulgatarum versu ultimo pro corrupto habendum, cum initio fuisset videre, et praecedentem sententiam conclusisset. Τὸ est versu tertio delevi metri causa.

1205 sq. V.:

— — — — — Mi. cum ipso pol sum secuta
Placide ipsa, dum libitum est mihi, otiose, ut volui.

Recte habet prior horum versuum. Sed quid faciemus altero ὑπερμέτρῳ? Num Angelium audientes et Aldum, quos probat Gruterus, delebimus verba ut volui, quae tam sunt usus Plautini, quam quae maxime? Non hoc committendum, sed delendum interpretis istud sum, quod quam bene absit,

absit, vid. Amph. 168, et τὸ ipsa ei sufficiendum, concinniore etiam sententia.

1208. V.: Ac. O fort. mul.! Py. Vt etc. Sed Sarrac. et Mediol., quas consului: O fort. mul. est. Hoc est pro nota silentii accepi, quae mire apta loco et non semel sic est corrupta. Vulgo quoque: dignus es. Acidalio l. l. ad 1201 sqq. placet dignu's, mihi dignus. Vid. Amph. modo l. l.

1213 sq. gratiăm. copiă. Vid. Amph. 1.

1218. quod extrita vocali litera pronuntiandum. Vid. Amph. prol. 74.

1221. bonŭm. Vid. ad 1213 sq.

1224. ducerĕd. Vid. ibidem et Amph. prol. 149.

1227. Minus ἐμμέτρως libri: adibon'?

1229. Prorsus inconcinne legitur: — desideret, expectet. Saepe mixta verba Expetere vel Expetessere et Expectare. Vid. Cist. 13 Curc. 142. Cf. infra 1243.

1230. V. omnino male:

Summovere istam vis gloriam quam habes? cave etc. Nam quis, quaeso, unquam dixit Summovere gloriam? Neque sic libri vett.; sed V. C Summopere istam etc., Decurtatus autem et olim cusi Si non perdere istam etc.: bene, nisi quod ne pro non et antiquitatis et inprimis metri causa reponendum vidi.

quăm. Vid. Amph. 149.

1232. V. inconcinne: — tam misere ut am. V. C. tam vivere ut amaret; Decurt.: tam muuete ut amaret; vett. edd.: t. miniae te amarent, tam nimie ut amarentur.

1233. V.: Eo intro. abi tu: illum evocato for., m. M. Acidalius Divv. in Pl. pag 310: „Rei," inquit, „aptius sit E h o, intro abi tu. Nec enim ipsa it, sed ire ancillam iubet. qua recusante, eundum sibi ait esse: nam non posse longius durare." Eho, Eo et similia quam saepe inter se permutentur, monui supra 414 Men. 570, 859. Plautinius quid etiam sonat abidum, de quo vid. Aul 285. Tandem Decurt. et vv. edd. evocatum, merito probante Scioppio Suspp. Lectt. 4, 15. V. C.: abi tu illuc evocatus.

1240. V.: — Pa. Qui scis? Ac. scio edepol, scio. Nam etc. in quo ne mica quidem salis. Decurtatus: Pa. Q. s.? Ac. scio edepol facio, „quod," inquit Taubm., „auctore Grutero in f a c i l mutari possit." Facul voluisse Gruterum puto; verum ad metrum hoc non quadrat, sed facile. Scio facile, ut Nosse facile Epid. 494 et similia non rara. Iunt. Ald.: scio edepol, olfacio, recte improbante Scioppio l. l.

1241. Idem iocus Amph. 165 sq. Ceterum vulgo siet, invitis manu scriptis et versu.

1245. Inconcinne libri:

— — — — Ac. quia astare
Nequeo, ita animus etc.

Decurt. et vett. edd.: stare.

1246. V. minus eleganter: meos.

1250. V.: Nescio tun' ex me hoc aud. Sed Mss. et vv. edd.: N. tume ex hoc aud., h. e. N. tun' me ex h. a., sicut As. 741 legitur quo ex pro ex quo κατ' ἀναστροφήν.

1254. Ἀμέτρως libri:

Induxi animum ne oderim, item ut alias: quando hoc orasti.

Τὸ hoc abest veteribus edd. V. C.: quando honerasti. Hoc vel horasti ortus voculae inconcinnae. Vid. Asin. 24 et de h addito in Induxi Amph. prol. 149.

oderim. Vid. Amph. 1.

1257. Male secundum Acidalium Divv. in Pl. pag. 310 sqq. haec ita digeruntur in vulgatis:

Py. Levand. m. m. video. Mil. viden' ut tremit atque ex-
Timuit, postquam te aspexit. Py. viro quoque armati idem istuc faciunt.

Facile intelligitur, forte bis perscriptum video peperisse nobis istud viden', quo deleto et fugitivis syllabis -timuit retractis consistit versiculi prioris metrum. Quod posteriore scripsi ted pro te (nam illud versui conveniens), et item pro idem, quae saepe mixta, nemini, spero, displicebit. De virique autem reposito pro viri quoque vid. supra 1161.

Ceterum Iunt. et Ald. versibus pessime varis:

Dum te obtuetur, linguam oculi praeciderunt. Py. levandum morbum
Mulieri video. Mi. viden ut tremit, atque extimuit, postquam te aspexit?
Py. Viri quoque armati idem istuc faciunt, iube domum ire.
Mi. Nae tu mirere melius mulierem etc.

Haec cum invenisset I. Gulielmius Quaestt. in hanc fabulam cap. 4, reponendum esse sibi persuasit:

— — — — — viri quoque armati idem isthuc faciant.
Ne tu mirere mulierem. Mil. iube domum ire, melius est.

„Digero tantum," inquit, „verba, quae aberraverant. Scita ancilla Milphidippa, ut scenam adiuvaret, Viden', inquit, ut hera mea tuo adspectu obstupuit et contremuit! quae res amoris magnitudinem ostendit ita, ut nulla aeque alia. Hic miles, undecunque captans suas laudes, Idem viri, ait, armati in acie faciunt, ne tu mirere mulierem. quasi vero eadem res tandem sit. Ancillula, ut quam primum technae conficerentur, Quaeso, inquit, iube eam domum ire. id melius erit. Ita distinguenda haec, etiam probat militis responsum Quid me vult facere? nam si illa domum iret, quid se futurum esset animi pendebat, qui non minus cupiebat, quam illae malae merces se cupere simulabant. Eam dubitationem belle tollit ancillula. Vult, ait,

ad sed eas etc." Sic ille; sed recte Acidalius l. l.: ,,Miror," inquit, ,,qua ingenii perspicacitate fuit, non vidisse, irreptitias hic illas tres voculas (iube domum ire), quae paulo quidem post suo loco iterum leguntur:

Mil. Quia aedes dotales huius sunt. Py. itane?
Mil. ita pol. Py. iube domum ire.

Hinc quocunque modo repetitas et illic perperam collocatas audacter affirmo. Quod qui difficilius credet, ille vero similia multa in Plauto loca nescit, ubi prorsus idem contigit, ad quae non amplius stupemus. Sic scilicet aevi superioris descriptores grassatos in auctore nostro scimus, ut tam incredibile nihil obiici nobis possit, quin ab eorum temeritate partim, partim negligentia provenire potuisse credamus adeoque miremur, id, quantillum est, quod sanum habemus, ita sanum ad nos pervenisse."

Haec duumvirorum ingeniosissorum sub uno adspectu posui, ut intelligeretur, aliud hunc velle, aliud illum, nec dicendum fuisse Taubmanno, qui solum Acidalium sequitur, haec misere affecta sanasse Gulielmium, Acidalium vero persanasse, ut quidem sanari aut persanari sine ope meliorum et veterum codicum potuerint.

1259. plus. Sic bene Acidalius l. l. in annot. praeced. Mss.: amplius, edd.: melius, quorum neutrum vel sententiae vel metro satis conveniens.

1260. Ad sed eas. Ita V. C. Vid. Amph. prol. 149. Decurt. et antiquae edd.: Ad se ut eas.

vivere. Vid. Amph. 1.

1261. Vulgo numeris difficilibus et ex interpretatione, ut opinor: Egon' ad illam eam, quae nupta sit?

1263. Quia extrita i pronuntiandum atque elidendum. Vid. Amph. prol. 74. Inconcinne autem libri: Q. a. d. huius sunt.

1264. Vulgo:

Iam ego illic ero. Mil. vide ne sis in exspectatióne.

Decurt.: I. e. illi ero. Vid. Amph. 596. Porro Mss., teste Pareo, exspectationi; quamquam id negat Taubmannus, quocum hac ex parte consentiens Scioppius Suspp. Lectt. 3, 15: ,,Alter," inquit, ,,Mss. habebat sis in spectatione, alter sis exspectatione. Probo Rittershusii lectionem: ne sis exspectationi, sicut alibi Quaestioni alicui esse, id est Domo abesse, ut alibi te quaerere oporteat, si qui te conventum cupiat etc." Vid. nos ad Cist. 316, quem locum Scioppius quoque laudat, sicut et Capt. 184. Expectationi esse h. l. dicitur eodem modo, quo alibi haec et similia Esse curae, laudi, noxae, fraudi, de quibus vid. G. I. Vossii Syntax. lat. pag. 43. Depravatum vero mihi videbatur istud in veteris codicis Camerar., pro eoque reponendum illi, tum ex libro emendatiore arcessendum exspectationi (nam hoc haud dubio voluit eius scriptor), itaque manu scriptorum altero ex altero suppleto restituenda poëtae lectio.

1268. V.: Videlicet arcessit hanc hic. Sed Mss.: V. arc. hac itam hic; vett. edd.: V. arc. accitam hic. Perperam exaratum hamicam pro amicam turbasse puto. Vid. Asin. 24. — Videlicēt. Vid. Amph. 1.

1271. V. hiante versu:

Me amoris causa hoc ornatu incedere.

Non probo eos, qui istoc pro hoc metri gratia rescribunt, probo Angelium atque Aldum, rescribentes M. a. causa cum hoc orn. in., quae lectio spectatissimo digna codice Ms. et ea, quae facillime potuerit depravari: nam vel cā (quo compendio scribi solet causa in codd.) simile cū (h. e. cum) depastum esse, verisimile est; vel insolenter usurpata cum praepositio ex industria fuerit omissa. Vid. Ba. 363.

1284. sī. Vid. Amph. 149.

1287. V. inconcinne:

Aurum, ornamenta, vestem, pretiosum omne ut ferat.

Tentat Acidalius Divv. in Pl. pag. 313: — pretiosam omnem herae: herae, quia miles donaverit mulieri Palaestrionem supra 1190. Sed verba ut ferat haud dubie huc traducta ex sequentibus, sicut ista Iube domum ire 1259 in Iunt. et Ald., et emendandum metri causa: omnia, quod feci.

1294. Libri, exstincto ioco, qui inest τοῖς a mare (nam ad aures haec accidunt ut amare, quam ambiguitatem captasse Comicum monet Muretus Varr. Lectt. 5, 17):

Nam. si abstinuissem amare, tanquam hoc uterer.

Ita si recitasset actor, posita ma syllaba in amare eo loco, ubi porrectam versus postulat, de mare, quod verbum eam syllabam brevem habet, cogitare non poterant auditores; poterant, si ibi posita esset, ubi nihil intererat, longa an brevis inferretur in latino versu. Rescripsimus igitur: Nam si a mare abstin. etc.; mare pro mari, sicut passim. Vid. vel Parei lexic. Plaut. h. v.

1298 sq. Inconcinne libri: Py. audistin', Palaestrio? et iubes sequente versu.

1299. V. itidem inconcinne: quae isti dedi. Cf. 1323.

1300. Prius salve non liquescit. Vid. Amph. 541.

1304. Vulgo absurde nec salvo metro:

Ph. Ibo, quanquam invita facio omnia: pietas sic cohibet. Pl. sapis.

Manu scriptorum alter: facio omī pietas scio. Pl. chan sapis; alter: facio omī pietas sit cochant sapis. Istud omnia, quod in Angelii officina ortum videtur, deleverunt quidam, ego emendandum censui pariter atque id, quod sequitur in libro correctiore, sit cochant, in quibus reperire mihi visus sum Impietas scit. haha. nc̄ (h. e. nunc) sapis; vel: — haha. ne (h. e. nae) sapis; sed bene etiam τὸ nunc habet, ut nunc tandem sapere dicatur Philocomasium, cum se ituram dicit, quae diutius intus remorata erat, ut ex

versibus 1277 sqq. intelligitur. Ridicule autem mulier, ad amatorem suum conversa, Impietatem pro teste invocat, tanquam deam, quae huic negotio praesideat; quomodo mox de se ipsa: scio ego, ecquid doleat mihi.

1305. hodie pro nunc. Vid. Amph. 270.

1308. Hiulce libri: — propterea animo etc. Ab praepositionem forte excidisse puto. Cist. 59:

> Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab aegritudine.

Truc. 788 sq.:

> — — — — qui inprobus, si aquam subbibit,
> Sive adeo scatet temeto: tamen ab ingenio inprobust.

Et sic passim.

1309. Nimiŭm. Vid. ad 1300.

1310. Inepti libri: — Pa. habe bonum animum: scio ego, et quid doleat mihi. Nam nihil etc. Nam quis, quaeso, sic alterum solabitur, ut dicat: Habe bonum animum: scio, quid et mihi hoc doleat? siquidem quod ipsi dolet, etiam illi aegre esse, neque igitur bonum animum eum habere, consentaneum est. Deinde pro ecquid forte exaratum puto et quid, casca scriptura, de qua monui ad Terentii Hec. 141: nam quod hanc probant Parei in lexicis Plaut. et Lucret., fugit eos ratio. Postremo tota haec ῥῆσις Scio ego, ecquid doleat mihi Philocomasio tribuenda, his verbis servuli solatium recusanti. Cf. 1328.

1312. V. versu μειούρῳ:

> Forma huius, mores, virtus, animum attinuere hic tuum.

Ms. Meurs. Iunt. Ald. attinerent, unde reponendum vidi attinuerunt et τὸ hic inter verba Forma et huius inculcandum metro sarciendo.

1313. lacrumo. Ita Mss., vel potius corrupte: lacrumum. Edd. antiquissimae fleo, quod maluerunt, etsi versui minus aptum. Iunt. Ald.: lacrumor, quod numerorum causa praefert Acidalius Divv. in Pl. pag. 314.

1315. Verba oculi et mi non eliduntur. Vid. Amph. 341.

1317. Ἀμέτρως libri: — intro atque afferte aquam. Ceterum vett. edd.: efferte a., Mss.: introm (V. C. intrem) atque certo a.

1318. V. versu imperfecto:

> Pa. Nihil aquam moror. Py. cur? Pa. malo, ne interveneris.

Lambinus: malo merum. ne int. etc., quod etiam in codice Basilicano invenisse fertur Palmerius, et probarunt Douzae, Acidalius, Taubmannus, alii. Neque ego melius quidquam habui, cum hanc comoediam typis mandarem, et commendatur profecto illud merum lepore vere Plautino atque Comico. Nunc vero, cum cogito, incertam esse fidem istius codicis Basilicani, nec nisi coniectura in hanc emendationem incidisse Lambinum, parum autem verisimile vi-

deri, vocem, qualis est merum, cuius et ductus a vicinarum abhorreant, et significatio minime sit vel obscura vel inepta, aut forte omissam esse aut de industria obliteratam, alias medicinas circumspiciendas esse intelligo. Quarum duae prae ceteris placent, ut vel mulsum, minus quippe dissimile praecedenti verbo malo, reponatur pro merum, vel, quod malim, versus sic legatur:

Pa. Nihil aquam moror. Py. Cur? Pa. Malo. Py.
„Malo?" Pr. Ne interveneris etc.

Palaestrio, confidens, ut callidi solent esse apud stultos, nec melius fortasse quidquam inveniens in tanta turba, quod respondeat, ubi rogavit miles, cur aquam efferri nolit, neque indicari potest coram stipite isto vera causa, metus, ne aperiatur Pleusidis et Philocomasii amor mutuus: satis habet respondere Malo, h. e. Malo, non afferri aquam. Quad tanquam pro imperio dictum miratus in servo Pyrgopolinices tanquam per irrisionem repetit, ut fieri solere monuimus Cas 589, quocum loco cf. ibid. 592. Iamque vultu pristini heri sui perterritus ille, leniter atque obnoxie: Ne interveneris, quaeso, dum resipiscit. Sed nondum remissa ira miles pergit: Capita inter se nimis nexa hice habent; verbaque ad rem confert, ut statim videbimus.

1320. V. prorsus inconcinne:

Non placet: labra labellis ferruminant. Pl. acre malum:
Tentabam etc.

Istud ferruminant Palmerio placuit Spicileg. fol. 70 sq., cum in editione Iuntina (quae est veterrima ista scilicet, de qua Taubmannus) invenisset: labra labellis ferruminavit acre malum. Huic emendationi acquieverunt, cum potius manu scriptorum lectiones examinandae essent. Eorum V. C.: labram ab lavellis fer ad macellum; alter correctior: labram ab lavellis fer in aut ace malum; in quibus olim reperi, quod dedi: labra ab labellis fer m̄ (h. e. mihi), si audes! Age malum. Sed nunc malim fere nulla mutatione: labra ab labellis fer mihi autem! age, malum! τῷ autem non eliso, quod locum habere in extremis sententiis monui Cas. prol. 8; vel potius, repetito age, ut supra 1011, Andr. 2, 1, 10 Ad. 5, 4, 25 et passim, quod facile omissum fuerit: l. a. l. f. mihi, aut — Age, age, malum! aut, aposiopesi ad rem spectante, pro eo quod est malum dabo vel quiddam simile. Ovidius Metamm. 10, 50 sqq.:

Hanc simul et legem Rhodopeïus accipit heros,
Ne flectat retro sua lumina, donec Avernas
Exierit valles, aut irrita dona futura.

1322. ambo. Hoc exquisitius vulgato ambos. Mss.: amo.

1325 ecferte. Ita legendum prisce, secundum V. C., qui haec ferte, de quo vid. Asin. 24. Vulgo efferte, Ernestius autem pro arbitrio: afferte.

1324. V. hiante versu:

Pa. Etiam nunc saluto te, Familiaris, prius-quam eo.

Scilicet Lar, inquiunt; sed quis hoc intellexisset, cum praesertim addat Palaestrio de conservis? Verbum lar a sequente syllaba simili interceptum. Aul. prol. 2:

Ego Lar sum familiaris ex hac familia.

Merc. 823 sq.:

Di penates meum parentum, familiai Lar pater,
Vobis mando etc.

Rud. 1106:

— adorna, ut rem divinam faciam, quom intro advenero,
Laribus familiaribus etc.

1326. tamen. Vid. Amph. 386.

1327. Vulgo numeris pessumdatis: Pa. eheu! nequeo etc. Vid. Capt. 928.

1328. Scio ego, quid doleat mihi. Cf. supra 1310.

1329. Quae res? Mirantis hoc, non suscensentis, ut Asin. 458 et locis similibus.

1330. sūm. Vid. Amph. 149.

1331. Clausula, de qua vid. supra 52 sq.

1333. Metuoque — nimis. Haec clara voce pronuntiat servulus, ut par amantium exaudiat caveatque. Audit interim etiam miles et quaerit, quid id sit quod timeat Palaestrio ne palam fiat. Cui sic respondet servus vafer, ut ipsum verbum palam repetat, quo verisimilius videatur, nihil aliud eum ante voluisse, sed tum quoque de verendis hominum rumoribus ac maledicentia locutum esse.

1335. Vulgo: non illorum dedi; Parvi ego illos facio. Sed qui tandem sunt illi, quos dicit miles? Legendum: aliorum — alios. Haec quam facile et misceri possint et revera misceantur in libris antiquis, sciunt, qui circa eos assidui.

1337. Vale etc. Vid. Cas. 104.

1338. cūm. Vid. 1330. V. autem: — pauca etiam loquar; sed Mss.: pauca eloqui, omisso etiam; vett. edd.: eloquar.

1339: Habuisti ambiguum. Dici videri vult Palaestrio, alios servos sibi fideliores credidisse militem; sed revera alios fideliores isti fuisse dicit; sicut res erat. Cf. infra 1359.

1341. Soloece libri: Et si ita sententia esset.

1342. Tò quam non liquescit; nec spreverim Quamde, de quo vid. Amph. prol. 69 Inconcinne autem libri: habe. Mss. habeo. Vid Merc. 279.

1343. Hei mihi. Mss. haeum.; edd. ah vel ah ah m. Vulgo quoque: Cum venit mihi in mentem; sed abest pronomen vett. editionibus.

1345. Amisi ŏmnem (vid. Cas. 690) lubidinem. Inest his iocus, sed non is nequam, quem a se solo animadver-

sum gloriatur Meursius Exercitationum critt. quo loco haec exponit. Simili ambiguitate ac qua alios servos semper fideliores habuisse militem supra dixit 1339, hic se frugi iam esse non posse ait, eiusque omnem libidinem amisisse, h. e. malum se esse velle, ut revera est in Pyrgopolinicem. Nequitiae, quam captat Meursius, cuius explicationes fere omnes sunt longius repetitae, nec vola nec vestigium.

1349. V. ἀμέτρως: fuerim. Viderunt alii.

1351. Scio pro monosyllabo. Vid. Amph. prol. 74.

1352. Subabsurde libri: Scies: imo hodie etc. nam qui id se iam scire dixit, quid est, quod eum id cogniturum in posterum praedicet Palaestrio? Pugnantia haec sentiens, ut videtur, Acidalius Divv. in Plaut. pag. 515 partim secundum Douzam fil. tentabat, sed parum feliciter:

> Scis imo hodie: verum factis faxo post disces (aut etiam: dices) magis.

Prope verum Salmasius: Scis? imo hodie verum factis faxo post dices magis; nisi non opus rescribi factis pro factum, cum hoc velit servus, militem post magis etiam quam ante id verum factum hodie praedicaturum esse.

1353. Cave pro monosyllabo. Vid. ad 1351.

1361. Τὸ amisi non elidendum metri gratia. Vid. Amph. 341.

1361. Inepte libri: A. a. meos. et sensi, hinc s. f. f. Mss. Camerarr.: sensit. Ms Meurs. et edd. Iunt. Ald.: A. a. meos. quis exit hinc etc. Acidalius, secundum alios, qui rescripserunt A. a. m. Etiam sensi etc., tentabat: A. a. m. Et (vel Sed) iam sensi etc. Aptius vero sensim sonitum, h. e. sonitum lenem, facere dicuntur fores Periplectomenis, ut fiere solet in amoribus visendis. Cf. Curc. 20 sq. 94. Usus est hoc verbo Plautus Cas. 661.

1365. V.: — operae non parco meae. Sed neque operae metro convenit, nec parco praecedenti investigabo, id quod iam alii animadverterunt.

1380. Elegans illud eum, quod vulgo abest, praebent Iunt. Ald.

1385. Vulgo versu imperfecto: — dicis. iam in hominem involo? Sed Mss. et edd. vett., imo etiam Taubmanni et Gronovii: iamne i. h. i.? Fuit hoc procul dubio Iam nē (nunc) in h. i.?

1387. alienam. Vid. ad 1361.

1390. Vulgo perverso numero: Oratus sum ad te venire huc. Et ita quidem V. C.; sed Decurt.: O. s. amuttire huc, quod primitus fuisse videtur: O. s. advenire huc. Gruterus ex eo faciebat: O. s. ad te a muliere.

1392. V.:

> Pe. Vbi lubet: distendite hominem divorsum et dispennite.

Mss.: V. l. dispendite h. d. et dispendite (Dec. distendite); edd. vett.: V. l. dispennite h. d. et distendite. Minime male Meursius Exercitatt. critt. pag. 167: V. l. dispennite

h. d. et distennite, manifesta παρηχήσει. Neque aliter Nonium haec laudare monet. Dici autem proprie dispennere aves, cum expandant pennas. Simplex Tennere veteribus esse verbum aucupale, quo usus Terentius Phorm. 2, 2, 17.

1394. Viduam. Vid. ad 1361. Factus pro facte. Vidd. Pareus lex. Plaut. v. ἀντίπτωσις et grammatici.

1395. quaë. Vid. Amph. 149.

1396. V.:

Iura, te nociturum esse homini nunc hac de re nemini.

Sed Mss.: I. te non nociturum esse hominem de hac re neminem (V. C. nemini), negatione geminata, de qua vid. Asin. 819 Epid. 650. Et similiter edd. vett., item excluso nunc, unde hoc deleto, cum praesertim sententiae parum convenire intelligerem, reposui non nocitum iturum, quod quam facile degenerare potuerit in nociturum, cuiusvis est videre.

1397 sq. tu et salvom non liquescunt. Vid. ad 1361. Inconcinne autem et minus recte legitur S. t. salv. mittimus.

1399. V.: I. p. Dianam et M. Dionam quibusdam placuit non male. Sed Mss.: I. peridum et M., I. peridam et M., in quibus invenire mihi visus sum I. per idalien et M. Huius vel istius Dionam glossema, quod praeferunt Iunt. et Ald., Venerem.

1403. postibi. Ita Mss. teste Pareo, quae vox Plautina merito plerisque placuit. Vulgo post tibi.

1409. V.: V. e., antequam amittis. Sed Mss. et vv. edd. animam pro antequam, et V. C.: mittis. Im (quod h. l. non eliditur metri gratia) pro Eum veteribus in usu. Cf. Poen. 156 et lexica. Festus: „Calim antiqui dicebant pro clam, ut nis pro nobis, sam pro suam, im pro eum.“

1410. V. inconcinne: Gratiam.

1415. V. simili vitio: ille. Iam alii correxerunt.

1420. Iure factum iudico. Absurdissime haec et sequentia usque ad finem fabulae Pyrgopolinici tribuuntur, cum in eius vituperium ea dici appareat praeter verbum Plaudite, postquam ipse intro abiit, a Sceledro, tantisper etiam in scena adstante.

ANNOTATIONES IN MOSTELLARIAM.

ARGVMENTVM.

V. 4. ait videri. „Ita Camer. ed.: nam antiquiores dicit sentiri. Mss. dicit sileri, sed primus ab interpolatore, qui erasit duas priores literas. videtur tamen prius fuisse dicit feieri pro fieri." Taubm. Haud mala haec coniectura, et sic legitur Most. 492:

Quae hic monstra fiunt, anno vix possum eloqui,

quae verisimile est expressisse scriptorem acrostichidis. Vid. Amph. 262. Quia tamen de ista manu exaratorum lectione altum est silentium apud Pareum, qui negligere talia non solet, et hic ipse quoque (at quantus alias Camerarii obtrectator!) excudi iussit ait videri, rem tanquam incertam in medio relinquere malui quam mutare.

5. pridem. Soloece codd.: primum. Pridem, ex 7 mensibus, ut dicitur Most. 458. Ceterum vox non liquescit; id quod non advertens Pareus, fecit pravo numero: E. i. p. em. esse. int.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 5. V.:

Exi, inquam, nidor e culina. quid lates?

Nidorem Taubm. accipit pro eo, qui multum in culinis versetur, aut huiusmodi obsoniorum scitamentis praecipue delectetur. Sed nemo sic locutus est, neque sic legitur nisi in V. C. a correctione et in edd. mediae aetatis, velut Iunt. et Ald. Antiquissimae (praeter Sarracen., quae nidore culinam) sicut etiam Ms. decurt. et V. C. a manu prima: E. i. nidore cupinam, unde probabilius videor exsculpsisse: E. i. nidorē excipis. nam etc. Excipis, furaris.

6. V.: Q. t. m. h. a. a. clamitatio est, quae correctio est Acidalii Divv. in Most. cap. 1., cum ante legeretur Q. t. m. h. a. a. clamatio est. Sane sic Mss. et vett. editi, quorum scriptura clamatiosi vel clamas io si nihil aliud

est quam clamatio depravatum. Sed quanto facilius erat reponere metri gratia Q. t. m. h. a. a. est clamatio?

10. V.: Quia tu vis. Gr. patiar. etc. Mss. et vett. edd. Quin vivis vel vivus. Verum est Quia vivis. Cas. 115: Vxor me excruciat, quia vivit.

16. Vid. Ba. 468.

19. V. inconcinne: Nunc dum tibi lubet etc. Vett. quaedam edd., in his Sarracen. et Mediol., quas inspexi, τὸ Nunc non habent. Sed satius est induci pronomen.

58. V. nihili numeris:

Diique omnes perdant, obolüisti allium.

Obolivi dictum ut Habivi et similia, quae vide, sis, in Parei lex. Plaut. Τὸ ita raptum a verbis utrinque proximis.

40. Male vulgo: Gr. quid tu vis fieri? Mss. èt vett. edd. pro lege versus: quid vis fieri?

42. Itidem inconcinne legitur: Si tu oles etc. superiŏr. Vid. Amph. prol. 38.

43. vivere. Ita Iunt. Ald. Vulgo minus recte: vivis.

44. Verbum tibi pro monosyllabo est. Vid. Amph. prol. 74. Cf. 54, 67.

45. Vulgo: Sine me alliato fungi fortunas meas, quod quomodo dictum sit, ut alibi suo cibo sua munire moenia, id quod Taubmanno placet, non intelligo. Sane aut dicendum Sine me alliato fungi, aut Sine alliato fungi fortunas meas, quae elegans descriptio pauperis personae et procul dubio Plauti manus. Τὸ me ortum ex praegressa syllaba.

52. V. inconcinne: cārnuficum. Tentarunt carnificinum. Sed Ms. Meurs. es edd. Iunt. Ald.: carnificium. Recte Scioppius Suspp. Lectt. 5, 9: „Dixerit," inquit, „Plautus carnificium pro carnificum, ut Sallustius hominium pro hominum, alii meretricium, civitatium, iudicium; quorum similia pluria conlegit Brissonius libro Parerg. singulari et decus nostrum Bongarsius ad Iustinum.

53. Quae hunc versum inter et sequentem leguntur inconcinna Stimulis, si huc reveniat (quamprimum inculcant Angelius et Aldus secundum 74) senex, ea dubium non est quin a glossatore sint profecta; quae propterea uncinis inclusi.

54. tibi. Vid. supra ad 44.

59. V. ex interpretatione nec salvo numero: D. a. si non estis.

60. Quomodo. V. C. Quoniam, non male; sed ferri etiam potest Quomodo elisa media vocali, qua de re vid. Amph. prol. 74.

67. tibi. Vid. ad. 44.

70. Vulgo nullis numeris:

Venire quod molestum est, quam id quod cup. p.

Parum iuvant Mss. et olim cusi, qui: V. q. moleste quam illud quod c. p. An reliquit Plautus:

Venire, quod molestet, quam id, quod captitas?

71 sq. V.:

> Tr. Molestus ne sis: nunc iam i rus, teque amove.
> Ne tu erres, hercle praeterhac mihi non facies moram.

Horum versuum posterior septenarius est, id quod neminem animadvertisse miror. Ταυτολόγα ista iam i rus petita ex 8 vel 63, quibus deletis facile erat reliqua concinnare.

77. V. minus concinne: mensium. Vid. lexica et Priscian. lib. 7. pag. 771 Putsch.

80. V.: V. corr. hic ad. o. Τὸ hic abest manu scriptis. Vox corruptum non eliditur: vid. Amph. 541.

81. Similiter Terentius Ad. 13: Vah, quemquamne hominem in animum instituere etc., ubi non erat quod obtemperarem Faërno et Bentleio, animo, quamvis ex libris, reponentes, utpote quod glossam sapiat.

institivi. Sic vir clariss. V. Reizius apud G. Hermannum De Mettr. pag. 200. V. inconcinne: institui.

83. diu μονοσυλλάβως efferendum. Vid. supra ad 60.

84. Clausula, sicut 90, 120. Vid. de clausulis bacchiacorum Epid. 517.

90. Male G. Hermannus l. l. ad 81:

> At ego iam illud faciam esse ita ut vos credatur,

ut bacchiacus tetrameter effingeretur. Non mutanda quaevis rariora. Ceterum nonnulla in hac scena recte digessit idem vir doctissimus.

94. V. minus bene: — audictis mea, haud a. d. Delevit glossema G. Hermannus.

96. V.: S. g. v. v. esse hanc rem mecum. Sed in Mss. teste Pareo, τὸ hanc non legebatur. Volo posteriorem syllabam producit. Vid. Amph. 136.

98. Vulgo ex interpretatione: Factae probe, examussim. G. Hermanno placebat: F. probe ad amussim.

100. V.: — simile, suo usque sumptu. Sed Mss.: — s. suo is suo sumptu.

101. Inconcinne legitur indiligensque. Dudum est cum copulam omiserunt Angelius et Aldus.

104 sq. Vide de hoc genere versuum supra pag. 53.

Confragit. Ita reposui pro vulgato confringit, quod versum asperat. Sic tago pro tango dicitur et fragescere pro frangi apud Nonium.

108. Edd. vett. metri, ut opinor, gratia: putrefacitque. Vid. Amph. 85, 483.

109. Vid. ad 104 sq.

110. Vid. Amph. 422. Vulgo autem pessumdato versu: A. h. fabri est culpa; sed non habetur τὸ est in edd. vett.

111. Prorsus inconcinne libri: Moram hanc ind. Iam alii emendarunt. V. C. initio: hunc.

112. Vid. ad 104. Sarracenus et Pius, versus haud dubie

sarciendi causa, quem trochaïcum perperam existimarint: Vsquedum mantant etc.

113. Vid. supra pagg. 52 sq.

120. Clausula. Vid. ad 84.

121. Vid. ad 110.

128. Haec vulgo post verba cognatum suum versu 126 inculcatur, cum appareat uno tenore ista dici atque haec, quibus in universum disputata de aedium et hominum similitudine concluduntur. Male quoque libri affirmate Eatenus abeunt a fabris, ubi contrarium vult Philolaches. Interrogatio haec est, quam passim nullo signo nisi vocis agnosci notum est, velut Amph. 609 habes: Salvom signum est? non Salvomne, signum est? vel quiddam simile.

129. Inconcinnum est nam vulgatarum. De metro vid. ad 104.

131. Posteaquam tertiam syllabam producit, sicut ultimas passim Postea, Postidea, Postilla. Vid. Poen. 19, quanquam ibi legendum puto postera, Cist. 509 Stich. 509, 729, G. I. Vossii lat. prosod. litt. A.

134. V. inconcinne: imbremque. Frequentare Hunc asyndetum, monui Capt. 336. Itidem suum quam primum post suo inculcarunt Angelius et Aldus. Cf. 53.

60. Ineptissime libri et nullis numeris:

Deturbavit, texit detexitque a me illico.

Laterem lavat Sarracenus, dum fingit D. retexit detexitque etc. Scripserat librarius texit pro detexit, et quoniam id genus hominum nihil delet, non induxit verbum suppositicium, sed genuinum deinceps addere satis habuit.

137. Vid. ad 104.

140. Itidem ἀμέτρως libri: decusque. Vid. ad 134.

141. Soloece legitur: in usu.

142. Tò humide vocalem mediam elidit. Vid. Amph. prol. 74.

145. sūm. Vid. Amph. 341.

148. Perperam interpungunt: — armis, equo. victitabam volupe. Faceto oxymoro ipsis illis, quae dixit a voluptate abhorrentia, disco, hastis, pila, cursu, armis, equo, quae descriptio est exercitiorum gymnasticorum, voluptarie, ut cum Apuleio loquar, se vixisse, hasque suas voluptates fuisse ait. Cf. Mil. 1001. Hoc non assecutus Acidalius, accepta vulgari interpunctione, faciebat: victitabam haud volupe. „Minime," inquit, „delicatum se in victu fuisse ait, qui quidem parsimonia et duritia fuerit aliis exemplo et disciplinae. Scio Lambini interpretationem: vixisse duriter, et tamen ita iucunde. Sed interpretatio est Lambini, qui prorsus hic Lambinus." Recte haec disputata, nec tamen cuiquam haud istud temere inculcatum placuerit.

Si qui sunt, qui varietatem metrorum in tanto affectu, quantus h. l. est Philolachis, mirentur negentque ferendam esse, eos considerare iubeo, quae nos ad Curc. 96 sq. Terentii Eun. 571.

152. frigidā. Vid. Amph. 1. Cf. 155, 157, 164, 188, 190, 218, 250.

159. usquam. Vulgo: unquam. Correxit Acidalius. Divv. in Pl. pag. 226.

obtegere. Sic Iunt. Ald. Vulgo: obtigere. Vid. Amph. 28.

160. haec. Ita Mss. et vv. edd., imo etiam recentiores, in his Taubmanni et Parei. Inconcinne sequiores: hae. Vid. Epid. 207.

162. Malim: Volo me placere etc.: nam Philolachi vult placere, tanquam suo ocello, suo patrono. Vid. Amph. 556. Iunt. Ald. Par.: Volo placere etc. omisso meo, id quod auget suspicionem corruptelae.

163. Libri sensu contrario ac quo hic opus est: Quin tu te exornas etc. h. e. Cur non te exornas? cum ab ornando absterreat eam Scapha.

tute. Sic Mss. et edd. vett. H. e. tu ipse, tua sponte absque ornatu. Hoc quis primus mutaverit et vulgatum tota intulerit, nescimus.

164. Vulgo numeris pessimis:

Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum.

Vid. ad Amph. 67.

mulieris. Vid. ad 152.

169. V. corrupto versu:

E. h. o. v. t., S., d. ego profecto hodie aliqui.

Abest τὸ profecto veteribus edd. — Hoc die. Vid. Men. 410.

170. V. inconcinne: gratis. Vid. Parei lex. Plaut. v. Gratiis pro Gratis.

171. quidem pro monosyllabo. Vid. Amph. prol. 74.

172. Item inconcinne legitur vituperari.

177. Soloece codd.: amarem.

178. V.: Quid? istaec me; id cur etc. quae vix intelligas. Bene editio princeps Iunt. Ald.: Quid ita haec me? H. e. Quid (agit) istud verbum Ita haec me (amet)? quid eo fiet? cur id omisisti? Quomodo dicitur Quid tu? quid ille? etc. Vid. Aul. 137. Cf. infra 354.

180. V. numeris horridioribus et sententia minus concinna:

Sca. Equidem pol miror tam catam, tam doctam te et bene eductam.

Vett. edd., in his Iunt. Ald.: — tam doctam te et bene doctam. Inde collegi, priore loco ponendum esse eductam, posteriore doctam. Deinde frigent illa tam doctam te et bene eductam illata post verbum catam, quod fortius quid sonat, quippe fructum doctrinae atque educationis, sapientiam. Nec placent 4 verba continua in am terminata. Rescripsi igitur: tam cate te eductam etc. Cate eductam, ut bene doctam. Men. 321:

Num istaec mulier illinc venit, quae te novit tam cate?

Cf. Poen. 3 et lexicographos.

181. Insulse libri Non stultam etc. nam quomodo stulta sit, si cate educta, si bene docta? Passim confusa Nunc et Non monui ad Asin. 84.

182. exspectes. Bene hoc verbum asserit Gronovius, laudatis similibus Amph. 493 Mil. 1229 Terentii Eun. 149 et istis Rutilii Lupi ex Lysia: „Fer fortiter demum laborem: iam brevi domum venies exspectatus: excipiet te defatigatum diligens atque amans mulier.“

192 sq. Perverse distinguitur: — ut vera haec credas, Mea dicta ex factis nosce: rem vides, quae sim etc. Vide et metro convenientius quam vides, et respondet praegresso nosce. Quod quidem iam aliis in mentem venit.

194. Libri soloece atque inconcinne:

Nihilo ego, quam nunc tu, amata sum atque uni modo gessi morem.

Τὸ modo irrepsit ex interpretatione. Verbo Nihili se contemnit Scapha, quam fortunarum suarum poenitet.

196. credo. Sic Mss. et vett. edd. Vulgo: crede. Taubm. satis inepte: „Crede. Ita Grut. crede, maxime ad decorum. Mss. tamen credo.“

197. stimulatrici. Vid. 213.

199. V. hiante versu:

Solam ille me soli sibi suo liberavit.

Iunt. Ald.: S. i. m. s. s. suo quom lib.

204. Libri interpretatione ἀμέτρῳ: — ille, te nisi am. ultro.

207. Inconcinne legitur:

Illa hanc corrumpit mulierem malesuada vitilena.

Mss. malesuadam, in quo latere credidi malesuada nē (nunc). Iunt. Ald.: malesuada uolgi lena.

211. senecta extrito e priore efferendum. Vid. Amph. prol. 74.

213. Simulatricem secundum Gifanium Meursius Exercitatt. critt. pag. 138 reponi iubet hoc versu, et supra 197 simulatrici, quia simulatrices appellatae fuerint sagae et veneficae, quod verbum in convitiis; quomodo Statius:

Colchis et Aeaeo simulatrix litore Circe.

Sed recte nihil mutandum censet Gruterus, cum antecedente versu legatur veneficae.

216. Vulgo minus bene: Dii me fac. Vid. Ba. 593. Scripsi autem nisi ob istam orationem etc., sicut sequitur et nisi Scapham enicasso. Mss. et vett. edd. ni utroque loco, quod cum posteriore metrum non admittat, facile intelligitur, priorem ex hoc potius quam hunc ex illo esse corrigendum: nam utroque idem vercum poscit sententiae concinnitas.

218. forē. Vid. ad 152.

220. Capiundos crines. Mil. 784 sq.:

—— eam huc ornatam adducas in matronarum modum:

Capite comto; crinis vittasque habeat etc.

ubi verbo habeat intelligitur, comam supposititiam dici, quam adhibere solitas et raro propriis capillis visas fuisse Romae matronas, docet Otto Sperlingius in Dissertat. ad nummum Furiae Sabinae Tranquillinae, Amstel. 1688.

229. Inconcinne legitur et invitis vett. edd.: diesque. Τὸ dies monosyllabum. Vid Amph. prol. 74.

230. parsimoniam. Vid. supra 152.

231. Vulgo loquendi formula parum usitata neque venustis numeris, de quibus consulas licet nos ad Amph. 889:

Phi. In te hercle certum est principium, ut sim parcus, experiri.

232. Vulgo inconcinne:

Nam neque edes quicquam neque bibes apud me hisce diebus.

Reponi posset versus sarciendi causa med, nisi alio vergerent libri vett.: nam V. C. pro hisce diebus: isdec d., Decurtatus et edd. antiquissimae: iisdem d. Emendandum: his decem diebus. Decem pro multis. Ba. 93 sq.:

Ly. Etiam me advorsus exordire argutias,
Quoi, si decem habeas linguas, mutum esse addecet?

Merc. 339: — animi decem in pectore incerti certant. Et sic saepius. Elidenda autem prior e litera in decem, nisi τὸ apud habere malis pro monosyllabo. Vid supra ad 229.

235. Recte coniungenda vivo et argento monet Taubmannus. Vivum argentum plene dicitur h. l., quod alibi per ellipsin Vivum, h. e. sors sive argenti summa. Male hoc mutarunt.

236. locassem. Vulgo versu ingulato: collocabo. Cf. 295; et sic passim.

237. homō. Vid. Amph. 156.

238. Pessime libri: patronum. Vett. edd.: Qui pro etc.

243. Vulgo inconcinne: sim. Voluptas quomodo pronuntiandum sit, vid. Amph. prol. 74. Cf. 287.

247. Vid. Ba. 468. Philematio praeter expectationem promittit, non Scaphae, ut velle videbatur. Hoc non videns Acidalius frustra turbat.

248. Vulgo depravate:

Phi. Suo quique loco viden' capillus s. c. c.?

Quidque et vide iam voluit Acidalius, sed alia iunctura, Divv. in Plaut. pagg. 227 sq.

253. opéra. Vid. Asin. 159.

254. Vulgo difficiliore numero: Euge, plaudo Scaphae. Vid. tamen Aul. 108 — 111.

258. V. nullis numeris:

Neque cerussam, neque melinum, n. u. a. o.

Vox Melinum (μήλινον vel μήλιον, ab insula Μῆλος, quae ex Sporadibus) versui refragatur, neque opus Lambini auripigmento colore candido, cum cerussa item dealbet candidumque reddat. Legendum me iudice μέλαν, quod atri pigmenti nomen habes apud Pollucem. Id verbum, latinis scriptum literis, ut solent esse graeca in codd., cito depravari

vari consentaneum fuit. — Tò ullam non liquescit. Vid. Amph. 341.

267. Quia μονοσυλλάβως proferendum. Vid. ad 229.

272. Tò nescias contrahendum in δισύλλαβον. Vid ibidem. Vulgo autem ut male etc.; sed Sarracen. et Mediol., quas inspexi: nil m., quod initio fuisse credo: uti m.

274. Vulgo corrupto numero:

Verum illud est maxumaque adeo p. v. i.

Tò que in maxum. additum a Camerario; Mss. et vett. edd. maximum vel maximam. Et cum est facile confundatur. Illuc pro illucce positum posteriorem syllabam producit.

279. Näm. Vid. Amph. 149.

280. Vulgo inconcinne: ei. Corrupte autem Mss. et vett. edd.: te.

quod suum esse nolit. quod displiceat puellae: nam ea intelligitur.

283. Postea elisa e litera pronuntiandum, ut constet metrum. Vid. supra ad 131.

284. Vulgo collinunt; sed Decurt. continunt, V. C. continent, in quibus antiquam lectionen facile agnovi.

287. vŏluptas. Vid. ad 243.

294. Quin mihimet cupio id opprobrarier. H. e.: Velim, id aliquem mihimet ipsi exprobrare. Habeo, quod respondeam.

304. Tò est corripiendum, vel, quod malim, Is antecedenti versui addendum est.

306 sq. Vid. de hoc metro ad Amph. 422.

308—310. V. inconcinne:

Nam illic (illi Mss. et vett. edd.) ubi fui, inde effugi foras.
Ita me ibi male convivii sermonisque
Taesum est: nunc comissatum ibo ad Philolachetem,
Vbi nos hilari ingenio et lepide accipiet.

Vltimo horum versuum Mss. lepida, nec nisi inter lineas V. C. lepide; vett. edd. recte: lepido.

311. Vulgo sine venere et gratia: Ecquid tibi videor, mamma, madere? quae Scaligeri est correctio et scriptura codicum Schobingg. apud Pareum. Ceteri libri prisci: E. t. v. mammam adire, quod ineptum ineptius explicat Lambinus. Mammae laudantur in matribus, non puellis, nec mammam se vocari patienter tulisset, opinor, Delphium; sed si tale quid voluisset amator eius, dixisset Mammilla, h. e. parva mamma, nec qualis matrem deceat, quod legitur Pseud. 176. Reponendum, si quid video:

Ecquid tibi videor ma - ma - madere?

Iocus festivus in ebrio et verbo madere, ut ipsa eius pronunciatione balbutiente verum id esse intelligatur, quod negare videtur velle adolescens. Similiter peccatum 322.

De hoc genere versuum monitum Amph. 422.

312. V.:

— — — — — — — semper
Istoc modo moratus vivere debebas.

Quid? ut istoc modo semper vivere, h. e. semper ebrius esse, debuerit Callidamates? Nugae! Mss. non vivere, quod dedit Camerarius, sed uitae vel uite, unde tute perperam fecit Pareus; edd. vetustiores: — moratis vitae deb. Legendum Semper istoc modo moratos (h. e. hellnones, quales ii fuerunt, quibuscum fuisti) vita. Additura Debebas alios adire bonae frugi, velut Philolachem, ut nunc sero voluisti, interpellatur a madido.

De versibus hisce asynartetis eorumque clausulis dictum supra pagg. 52 sq.

314 Vid. item supra pag. 53.

315. Rari eiusmodi cretici catalecti. Cf. 320 Rud. 855 Trin. 250 sq.

316. V inconcinne: Oh ocellus es meus etc. Mss.: hocellus es etc., de quo vid. Asin. 24, de metro autem ad Aul. 92 95.

317 sq. Vid. item pag. 53.

illi Mss., non illic, ut vulgo legitur. Iam τὸ ubi posteriore syllaba longa pronuntiandum, ut fieri monuimus ad Aul. 152.

319. De metro vid ad 312.

322 Vid. ad 314.

322. Tὸ simul i literam elidit. Vid. ad Amph. prol. 74. Quod positum pro Quo: vid. ibid. 149.

326. Minus concinne libri et ex interpretatione, ut opinor: Num non vis etc. Ceterum his, non hisce, Mss., secundum Pareum; certe sic V. C.

325. Extrema syllaba τοῦ omnibus pro longa est in commissura versus asynarteti, ubi idem valet, quod in finibus versuum. Cf. 330.

328. Vulgo impedito versu: Ecquis.

329. Adest. Ex Ecquis repetendum Quis, h. e aliquis. Notandus singulus bacchiacus dim. inter asynartetos creticos.

330. Vid. ad 327.

331. Clausula, constans dimidio versu eo, ad quem pertinet, ex more inprimis asynartetorum.

332. Vid ad 319.

334. Vid ad 311.

335. Dictum de hoc genere versuum ad Ba. 584 sqq. Vulgo autem minus apte: Num mirum aut novom quippiam facit. Passim mixta Non, Nunc, Num. Cf. Asin. 84.

336. mea. Vid. ad Cist 94.

337. cantharum pro [illegible] est. Vid Amph. prol. 74

347 Tὸ vel e literam elidit. Vid. ibidem. Vulgo autem: Vel isti qui hastis trium etc., glossema ex sequente versu petitum recte improbantibus viris doctis

350. obfigantur. Ita vel potius offigantur Mss. et magna pars veterum edd., quarum aliae: offringantur. Rectum

est obfigantur, quod bene monent accipiendum esse pro adfigantur. Vid. ad Capt. 533.

352. ille. H. e. is, qui cruci sic affixus sit. Putat iam in ea ipse pendere ob tarditatem, qua affert nuntium maximi momenti.

353. Tò adest bis perscribere hoc versu et 356 neglexerunt scribae.

354. Quid „et ego et tu?“ Cf. similia supra 178

358. malum μονοσυλλάβως pronuntiandum. Vid ad 337.

365. V. minus bene: Valet ille quidem, atque ego disp. Tò ego abest manu scriptis et primis edd.

potest. Vid. Aul. 341.

367. Alterum quid abest libris non sine versus iniuria. Balbutiens ex ebrietate verbum repetit Callidamates. Cf. 311, 322 secundum nostram emendationem. Iunt. et Ald.: I. a. r. quidam illi etc.

368. Absurde legitur: pater iam hic me offendet etc. Ebrius Callidamates, non Philolaches.

370. puteŭm. Vid. Amph. 116, 341.

372. Hiulce libri:

Ecce autem hic deposivit caput et dormit. suscita.

Quod infersi, itidem, et sententiae convenit et metro. Pro eo scriptum item a praecedente simili autem rapi proclive fuit.

378. Mss. meditabor, meditabo. Non malae notae forma Medito, cuius mentio exstat apud Diomedem lib. 1. pag. 373 Putsch. Vid. etiam Amph. 82.

379. advenientĕm. Cf. 370.

381. Pronomen Tu desideratur in libris, interceptum, credo, a nota personae servuli.

383. Absurde legitur: Quid est igitur? abeamus etc. Passim mixta est, sit, si, sunt. Cf. Men. 666, 803, Merc. 720. Quid si — (τί δῆτ' ἄν, εἰ — Aristoph. Lys. 399) consulentis sic passim. Poen. 576:

Quid, si evocemus huc foras Agorastoclem?

ibid. 1022: Quid, si eamus illis obviam? Terentius Ph. 176: Quid, si adsimulo?

Non hoc longe. Δεικτικῶς. H. e. Non huius digiti latitudinem, Non latum unguem. Cf. Aul. 17 sq.

384. V.:

Namque intus potate haud tant. h. q. c. m.

Mss. et vett. edd. Nam. Deinde Dec. non intus, sed entus, et vett. edd. metuis. Tum eaedem: potare. Vide, an recte divinaverim. Cf. Capt. 731.

385. Minus concinne legitur: éveniánt. Vid. Mil. 501 Aul. 109)

386. sis. Ita Mss. Vulgo: sies.

388. „Ille,“ inquit Taubmannus, „δεικτικῶς, vel qui illic est in coelo, vel praepotens deus: Turn. l. 16, 10, ut Amph. 1, 1 (305), oculis scil. aut digito in coelum sublato.“ Verior mihi videtur horum explicatio, quam protuli Amph. prol. 46.

394. harunc. Ita Decurt.; V. C. harum; vulgo: harunce.

397. propior. Vulgo probior, quod sic interpretatur Taubmannus: „Quasi dicas: Nihil refert, patronus an cliens timidus commodior sit homini. Si habeam patronum timidum, si clientem, neuter altero magis mihi proderit; non hic probior mihi erit, quam iste.“ Harum explicatio prior, quae verbis poëtae congruit, absurda est. Altera vera esset, si Plautus reliquisset: Pluma haud interest, patronus an cliens tibi adsit; nunc vero aliud dicit Comicus, aliud eius explicator, ut fieri solet in interpretibus, ubi praeiudicatas opiniones quovis modo defendere student. Vterque Ms. Camerar., teste Pareo, primitus: proprior; sed post extrita est r litera et factum propior, quod exhibitum etiam in editionibus principibus. Hoc verum, usurpato comparativo vice positivi, sicut passim: vid. Aul. 288. Nihil interesse dicit Tranio, patronus an cliens nobis prope sit, h. e. adsit vel adstet in iure, ubi non multum valent clientes, si ipsi simus timidi. Tanquam patronus hic Tranio Philolacheti; sed nihil se posse ait, si ipse adolescens metuat potius quam audeat, quicquid sit audendum.

399 sqq. Recte Gronovius: „Optimi hic et pessimi sane sunt, qui vulgo sic appellantur, virtute et vitio distincti: sed ambiguitas in τῷ facere nequiter, quod ut refertur ad optimum, vitium rei indicat, non animi, et est male atque infeliciter rem gerere, peccare humanitus; ut ad pessimum, vitium significat etiam animi et est improbe agere. [Quanquam ea significatione vix opus est. Bo.] Tam bono, inquit, quam malo proclive est facere, quod plus minusve factum sit melius; sed id arte corrigere, ne noceat et βίον ἀβίωτον reddat, id viri docti est opus.“

400. Hunc versum inter ex proxime sequentem vulgo inseritur 414, quem hinc recte exemit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 230. „Iusserat,“ inquit, „efferri sibi clavem Tranio supra 394. Eam puer nunc (recitato versu 415) fert demum; qui dum mitteretur a Philolache, secum interim ipse solus omnia ista 397—407. Et vero rumpi tam aliena insitione qui tela sermonis illa potest, quae arctissime ex se nexa?“

402. Vulgo et praeter usum Plauti veterumque et ἀμέτρως legitur:

Quae designata sint et facta nequitia.

Tentarunt alii nequiter, alii nequia; sed satius mihi videbatur medicari loco verborum fere immutatorum transpositione.

403. Vulgo cuncta, quod iam aptandum fuit τῷ nequitiae. Vulgo autem huic versui sequens praeponitur, vitium animadvertente Acidalio Divv. in Plaut. pag. 231.

404. patiatur. Ita V. C. a manu altera: nam initio potiatur, sicut Decurt. Edd. ponatur, patiantur, peccetur. Emendatores potiantur, quomodo dicatur Consilia potiun-

tur malum, Facta potiuntur cladem; Et ne quid pariant, quamobrem etc. Sed recte habere puto vulgatam lectionem.

405. Non male Acidalius l. l. ad 405: turbavimus.

408. Vulgo minus apte neque satis ἐμμέτρως: — perii! o iam iam opt.

409. Male libri: paruisti, quasi puer non paruisset praeceptis Tranionis, cum hic herum minorem dicat. Hinc puer: Iussit maxumo opere orare etc.

411. V. inepte: Ne introiret. adest. Tr. quin etc. Pylades paulo melius: N. i. ad se; Camerarius perspicue vere: N. i. aedes. Τὸ t adhaesit ex nomine Tranionis.

414. Vulgo versiculo frustra farto:

Clavim cedo, atque abi hinc intro, atque occlude ostium.

415. Iube venire. Similiter Terentius Ad. 5, 7, 16 sq.:

— — — — — — Iube nunc iam
Denumeret ille Babulo viginti minas:

ad quem locum Donatus: „Quasi insultantes iubere (vulgo dicere) solemus nunc minari, nunc assistere (?), quem afflictum tenemus. — Nimis morale est, quum de absente tanquam de praesente agimus. Est autem Iube nunc iam figura etiam apud Plautum frequentissima." — Videndus ibi etiam Bentleius, qui τὸ Iube perinde esse ait atque Age, et laudans hunc locum Mostellariae: „Iube," inquit, „venire nunc iam est insultantis, provocantis, idem quod Age veniat, Sine veniat. Sic et Rud. 3, 4, 3."

416. Ludos — seni faciam. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Ludos facere alicui pro Ludificari. Similis locus est Amph. 303.

419. sarcinam inponam seni. Tanquam asino aut mulo. Similiter haec et similia Clitellas vehere, Plus iusto vehere, Onerare aliquem, dicuntur pro Decipere Ba. 314, infra 755, Mil. 925.

423. imposisse. Ita Mss. et edd. primae praeter Sarraceniam, quod contractum ex imposiisse pro imposivisse.

425. Malim fere sic interpungere:

Apage, apage te a me nunc iam post hunc diem!
Quod crediturus etc.

Potest tamen explicari vulgata lectio ita, ut verba Post hunc diem accipiantur pro eo, quod est In posterum.

430. exspectatus. Vid. supra ad 185.

437. Here, salve. Mire Sarracen. et Mediol., quas contuli: Persalve.

441. Inconcinne libri: S. n. q. r. neque qui respondeat.

442. Obtrudunt septenarium, qui legunt:

Pultando pedibus paene confregi hasce ambas. Tr. Eho etc.

Τὸ pedibus a glossatore inculcatum esse, vel ex repetitione horum colligas, quae est 444.

447. fecisti. Vid. Amph. 255, 851.

450. Quomodo mediam vocalem elidit metri gratia. Vid. Amph. prol. 74.

455. illim. Vid. Ba. 285. Vulgo ex interpretatione, ut opinor, illinc

456. attigatis. Mss. attigate vel atigate: vulgo edd. numeris pessumdatis: attingite; nec melius Iunt. et Ald: — attingite. quin tangite etc. Usitatum priscis est Attigere, non attigare; et subinde errare scimus librarios circa extremas voces. Quod vero maximum est, attigatis plane habet Diomedes lib. 1. pag. 378 Putsch., ubi sic legitur: „Attingo attingis omni eruditorum consensu dicimus. Verum reperimus apud nonnullos auctores, quibus eloquentiae et elegantiae tributa est opinio, sine n litera dictum, quasi attigo attigis, ut Pacuvius in Medo:

Custodite hunc vos, ne vim quis attulat, neve attigat.

Item Plautus in Mostellaria pluraliter: Abscedite, aedis ne attigatis.“ Sunt autem horum grammaticorum ἀπόγραφα quibusvis Plauti exemplaribus antiquiora, ut de Prisciani monui Men. 754.

457. V. versu μειούρῳ:

Vos quoque terram. Th. obsecro, hercle, quin eloquere.

Facile rē (rem) ab antecedente syllaba -re est interceptum. Epid. 276: Rem hercle loquere. Trin. 417: Rem fabulare. Et sic passim.

463. V. corruptis numeris:

Tr. Capitalis caedis facta est. Th. quid est? non intellego.

Libri non constant sibi in secunda versus voce, sed Mss. praeferunt caedis vel cedis, vett. autem edd.: aedis. Scires, utrumque esse supposititium et legendum Capitale factum est, vel accepto verbo Capitale pro Capital, quod legitur Men. 16 Merc. 603, vel huc relato Scelus ex sequente servuli oratione, qua interruptam hanc absolvat. Sed prior ratio praeferenda et probanda vetus forma Capitale pro Capital, quomodo haec et similia dicuntur Animal pro Animale, Tribunal pro Tribunale, Vectigal pro Vectigale, Sal pro Sale.

465. Absurde interpungitur: —— vetus. Antiquom. id etc.

466. V.:

Quid istuc est, sceleste? aut etc.

Sed cur scelestum vocet Tranionem Theuropides, quem nihil adhuc scelesti in se admisisse comperit? Recte igitur ille, qui suasit reponere scelesti; minus probabiliter, qui scelus.

477. V.: — gnatus? Tr. st, tace etc. Mss. si tace, et V. C. a manu 2.: sed; edd. vett. sic, tace: rectissime quidem. Vid. Merc. 711. Similiter statim: Ita. Sed ausculta modo.

483 sq. V.:

Interdum inepte stultus es.
TH. Taceo. TR. sed ecce quae ille inquit:
Ego transmarinus hospes sum Diapontius.

Horum versuum primi duo iustam mensuram non habent; id quod sentiens Acidalius Divv. in Pl. 232 audacius eos in unum constipabat, ut legeretur:

Interdum inepte stultu's. TH. taceo. sed ille quid?

Bene tamen fecit, cum induxit istud inquit, pro quo in quibusdam edd. vett., velut Iunt. et Ald., legitur ait, ut variare solent interpolatores. Nam addititium utrumque existimo et intelligendum dixit vel quiddam simile, sicut fieri monuimus Merc. 750 Mil. 1151. Iam verba

Interdum inepte stultus. TH. Taceo.

(nam sic reponendum secundum Acidalium, sed intellecto es, qua de re vid. Amph. 163) ita ad aures accidunt, ut a fine truncatus iambicus senarius, cui nihil aptius addatur quam nomen Tranio, tractum id quidem a nota simili, sicut errari circa nomina personarum docuimus Amph. 456. Similiter autem infra 505: Quae res te agitat, Tranio? 654: Evocato aliquem intus, Tranio, 719: Vellem, ut tu velles, Tranio etc. sicut saepius nomine compellare solent familiares et amicos. Quod reliquum est, nihil frigidius isto transmarinus versu postremo, quae mera est graeci nominis Διαπόντιος interpretatio, nihil ineptius, quam patriam hospitis nullo alio signo denotari, nisi quod transmarinus fuerit, quod nomen Graecis Afris et Asianis aeque convenit. Quamobrem etiam hanc vocem inducendam iudico tanquam eam, quae forte ex margine irrepserit, qua deleta simul cum isto inquit vel ait, vide quam bonus existat versus hic:

TR. Sed ecce, quae ille: „Ego hospes sum Diapontius."

Et ita quidem hunc locum integritati suae restituisse me confido.

489. Vulgo interpretatione inconcinna:

Defodit insepultum clam ibidem in hisce aedibus.

494. V. subabsurde: Hiccine percussit? Nam quid hic quaerendum? Percussusne fuerit, necne, Tranio, nemo melius sciat, quam ipse. Et quid Hiccine? an personam indicat? an vero locum? Illud absurdum, cum nemo adsit praeter Theuropidem et servum; hoc frigidum, cum locum non mutet Tranio per totam scenam, itaque, quidquid fit, eodem loco fieri sit necesse. Atqui Mss. non Hiccine, sed Hicine; edd. vett. Hic me. Legendum Hinc me. Hinc, id est a parte forium, dum apertae fuerint, percussum se dicit veterator, et videatur revera tale quid accidisse, Philolache cum sodale et feminis intus minus caventibus, ut ex sequente Tranionis oratione intelligitur.

496. illice. Sic reponendum vidit Douza Centurionat. pagg. 301 sq. Vulgo illisce, sicut hisce Mil. 485, ubi vide quae monemus.

499. V.: F. o. h. Th. Quo fugiam? etiam tu fugis? Tr. Nihil etc. Sed primum verba Etiam tu fugis? sunt ad fugam incitantis, neque igitur esse possunt Theuropidis, sed Tranionis, qui amoliri cupit senem. Deinde huius responso Quo fugiam? convenirent haec vel similia Quo libet, Quasi desit locus, ut est Heautont. 535, non autem conveniunt Tranionis verba Etiam tu fugis? quibus recusantem fugere impellit. Scilicet metum adhuc dissimulat Theuropides, neque vult fugere, quod suadet servus. Reponendum igitur Cur f.? quod scriptum Quur vel Quor f. mutari cum Quo f. proclive fuit. Vid. Amph. prol. 510 Aul. 387, 589, Mil. 170.

Etiam tu fugis? Vid. Curc. 187, 607.

501. Heus, Tranio! Sic tacentem aliquantisper et obvoluto capite in angulo latentem servulum denuo compellat senex.

502. Prior e litera in neque elidenda. Vid. Amph. prol. 74.

503. Vulgo: Q. quid aegre est? Sed Mss.: Q. quid segreges; edd. vett.: Q. q. e grege es. Gruterus itaque et Colerus, quos sequitur Pareus: Q. quid segrex es? bene, nisi quod metri causa omittenda est copula, quam passim intelligendam relinqui monitum Amph 168. Pro Segrex scriptum Segregs, mox Segreges. Segrex etiam apud Prudentium legi monet Taubm., sicut Congrex apud Flaccum et Ausonium.

506. V: percussisses. Sed recte Acidalius Divv. in Pl. pag. 232: „Ratio," inquit, „suadet percussissem scribi. Non de sene caussatur, qui neque tetigerat; sed de se ipso, quem simulabat insimulatum a mortuo, cum ab hero vocaretur:

Th. Heus, Tranio. Tr. non me appellabis, si sapis.

Nihil ego commerui, neque istas percussi fores."

512. fuge. Ita vv. edd. Mss. fui, et V. C. a. m. 2: fugit. Vulgo inconcinne: fugies.

515. Male libri: Atque, Hercules, te invoco. His dictis aufugit senex delusus.

516. Quid ego, malum — sicut passim Quid tu, malum —. Carere igitur possumus Acidaliano malus.

Legitur autem vulgo minus concinne: hodie. Vid. Men. 410.

522. Vulgatae edd.:

— — — — — — — modum.

Danista adest, qui dedit argentum foenori,

Qui amica est empta, quoque opus in sumptus fuit.

Sed verba argentum foenori et opus in sumtus fuit neque in manu scriptis neque in veteribus edd leguntur, quippe versuum sarciendorum gratia addita a Camerario. Edd. vett. pro duobus versibus unum habent huiusmodi:

Danista adest, qui dedit, qui amica est empta quoque.

Ei τῷ est inducto et verborum transpositione medicati sumus.

523. quid. Ita Iunt. Ald. Lamb., merito probante Acidalio Divv. in Pl. pag. 232, quia sic Plautus infra 593:

Ne inconciliare quid nos porro postules,

et Terentius Phorm. 3, 1, 5:

Ne quid propter tuam fidem decepta potiretur mali,

et Tacitus Annall. 14: Quod contra subsidium sibi, nisi quid Burrhus et Seneca expergiscerentur? Sic Graeci suum τὶ usurpant. Vulgo: quod, sensu alieno.

524. Senex pronuntiandum ut s'nex. Vid. Amph. prol. 74. Vulgo autem: Ne hoc sen., unde Lambinus frustra: Ne hoc nunc senex.

526. Libri ἀμέτρως: inaudiverit. Reponendum: indaudiverit, de quo vid. Capt. prol. 30 Mil. 211. Male Camerarius et Lambinus: M. n. d. h. r. q. hic inaud.

529. Soloecce libri: Sicut me habet.

533. V.: D. h. vero omnia etc. Angelius et Aldus: D. h. v. illi omn. Lambinus D. h. vero atque omn. Sed vid. Amph. prol. 149.

Ceterum hi versus vulgo sic et hoc ordine leguntur, his illatis istis Etiam fatetur: Et. fat. — Cape — Sed — Tam facile — Metuo — Th. Quid — Dixtin' (nam sic vulgo, inconcinne quidem) — Tr. Etiam fat. —

Tr. Negat? Th. negat, inquam. Tr. perii oppido, cum cogito!
Non confitetur. Th. dicam, si confessus sit.

Quid nunc — Cape — Sed — Tam — Da. Sed Philolachetis etc. Bene Acidalius Divv. in Pl. pag. 233: „Irrepserunt," inquit hic iterati e sequentibus 4 versus: quorum primus statim, reliqui 3 paulo inferius suo loco exhibentur. Eam repetitionem a Plauto cur esse non putem, duo dicam argumenta. Primo consilium dat hero servus, quod nullus ille dum petierat: nec venuste per ordinem rei ultro ingeratur. Illic demum illo quaerente:

Quid nunc faciendum censes?

opportune Tranio: egon' quid censeam? cum reliquis, hic praemature collocatis. Ad hoc male divellitur intempestiva illa consultatione servi trepidatio, continuis his expressa verbis:

— — — — vae misero mihi!
Metuo ne technae meae perpetuo perierint,

quae cohaerere prorsus debent." Atque ita, deletis insititiis, locum sic rescribit, ut excudi hic eum iussimus, nisi quod Lambinum male sequitur versu 533, et similiter 536 praeter necessitatem secundum Angelium atque inculcat ante ordine metri causa, in sequentibus autem immissa a Camerario servat potius, quam probabiliorem experitur medicinam. Hoc igitur operis ipsi tandem aggressi, cum

manu scriptos et edd. antiquissimas praeferre videremus Negat quom cogita. Th. dicam etc., N. quando cogitas? (vel.) Th. d. etc., N. quam rem cogitas. Th. d. etc.; Iuntinam vero atque Aldinam Negat? quom rogitas? Te. dicam etc.: reponendum censuimus:

Tra. Negat? Th. Quam rogitas! Dicam, si confessus sit.

Quam rogitas! θαυμαστικῶς, ut Quam gaudeo, Quam timeo, Nescis, quam doleam, apud Terentium Ad 5, 4, 90, Phorm. 4, 3, 3, Hec. 5, 1, 61, et apud Ciceronem Epist. ad Attic. 5, 22: Quam cupiunt laudari, ut pudet vinci! Itaque haec, ni fallor, persanavimus.

543. servom eccum. Ita Mss. Transposuerunt haec, qui nescirent, ecthlipsin saepissime cessare in hoc Comico, qua de re uberius dixi Amph. 541. — Tranium. Vid. infra 1119.

545. 547. tĕ. Naĕ. Vid. Amph. 149.

547. Vid. annotat. praeced. Vox homo non comparet in editionibus vett.

550. Minus concinne libri:

Spes est de argento. Tra. hilárus est frustra istíc homo.

552. Salve et tu. H. e. Salve etiam tu. Vid. Amph. 593 et de formula Cas. 104.

554. Prius Hic corripiendum. Vid. Amph. 136.

560. clamo. Praesens pro futuro positum, ut passim fieri monuimus Ba. 859.

562. Male vulgo: meridie. Sequimur vett. edd.

563. V.:

Da. Reddeturne igitur foenus? Tra. reddetur: nunc abi.

Istud nunc, quod versum conterit, ortum ex ne, quod pro nc̄, compendio τȣ̃ nunc, habuisse videntur scribae. Multum valet ad declarandam avaritiam danistae ingeminatum Reddeturne, cui non minus lepide iterum suum Abi oggerit Tranio.

567. inconcinne: date.

569. Nominare h. l. sonat Nomen deferre, ut apud Livium et Suetonium. Vidd. lexica.

573. V. numero aegre explicando: eripite. Vett. edd. Ms. decurtatus et primitus etiam V. C.: eripit, h. e. eripiet, (vid. ad 560), ille, Philolaches. Similiter 569: Iam hercle illunc nominabo ego.

575 sq. V.:

Tra. Quid tu, homo hominum omnium teterrime,
Venisti huc extentatum?

Mss. et edd. primae: Quid tu, hominum omnium tet., Ven. huc te extentatum? Pro extentatum substituerunt ostentatum, externatum, exenteratum, sistentatum, occentatum. Sed bene habet librorum lectio scriptorum et olim cusorum extentatum; quomodo Ba. 551 sq. legitur:

Quae te mala crux agitat, qui ad istunc modum
Alieno vires tuas extentes ostio?

577. Ne gry quidem. Vulgo: Nec erit quidem. Taubmannus, cui nunquam aqua haeret: „Scilicet," inquit, „daturus." Vellem exempla talis ellipseos protulisset. Quanto rectius Acidalius Divv. in Plaut. 234: „Hoc quid est, nec erit quidem? Varie mutant varii, nemo apte. Nos emendamus ne gry quidem. Non amo me aut mea, sed aptissime sic emendamus ac verissime. Literas vide: huc eunt [vid. ad Curc. 682]; sententiam: multo magis. Nihil plane deberi servus ait: cui facit unice gry istud, notum et ex aliis, et Aristophane vel uno."

578. V., partim inconcinne:

— — — — — — quidem.
Ferre hoc potes? an mavis ut aliquo abeat foras?
Vrbem exul linquat factus hic caussa tui,
Quoi sortem vix dare licebit? Da. quin non peto.

Mss.: Ferre hoc potes an . . . . quo habeat foras Vrbem exsul . . . . . . his (Decurt. hic) causa tui Quoi sortem . . . . . . cebit. Vetustissimae edd., in his princeps Veneta: F. h. p.: an quod habeat (Sarracen. et Mediol., quas versavi: abeat) foras. Vrbem exsul hic causa tui qui sortem potius dare licebit (Ms. Sambuci apud Pareum: Quin sortem potius dare licebit). Iunt. Ald.: F. h. potes. an id mavis, ut abeat foras Vrbem exuletque a patria sua caussa tui? Quin sortem potius dare licebit. Da. Quin non peto. Vide, an probabiliter divinarimus. Versu Vrbem etc. exul linquat triumviris doctissimis placuit, Gulielmio, Palmerio, Acidalio; Gulielmio etiam actus, quod recepi. Reddebo Hic etiam alibi: vid. Cas. 41.

Ceterum hunc versum inter et sequentem vulgo legitur:

Th. Eia, mastigia, ad me redi. Tra. iam istic ero.
Molestus ne sis, nemo dat, age quid lubet.
Tu solus, credo, foenore argentum datas.

quorum versiculorum primum post 639 inculcandum vidi secundum Mss. et edd. primas, in his Sarracen. et Mediol., quas inspexi; reliquis aptum, ni fallor, locum assignavi inter 587 et 590: nam hic prorsus inepta sunt, arteque coniungenda Quin non peto cum istis Cedo foenus etc., siquidem haec vis, hic sensus, orationis danistae, ut sortem se petere negat et foenore velit contentus esse. Atqui sic plane haec leguntur, omissis versibus Eia Molestus et Tu solus, in Iunt. et Ald.

In universum autem monendum est, post versum 580 in manu scriptis et editionibus principibus sequi statim 665, exclusis intermediis omnibus, sicut etiam alibi in illis dissipati versus et distractae scenae huius fabulae. Viderunt hic aliquid Angelius et Aldus; sed inprimis reponendis quibusque in suum locum operam navavit Camerarius. Eum igitur exemplo Taubmanni et Gronovii maxima ex parte secuti sumus, nec nisi breviter hic monere animus est, sicubi in diversum a viro sagacissimo eundum esse vel

aliis criticis vel nobismet ipsis visum fuerit, cum ubique aut ipsae prostent antiquissimae Plauti editiones, aut certe Parei, quae perperam eas imitatur, quas adeat licet, si quis est, qui veteres istos errores penitus cupiat cognoscere.

581 sqq. Cf. similia Pers. 419 sqq.

588 sq. Vid. annotata ad 578.

Vulgo autem post versum Non edepol inculcantur illa

Calidum hoc est: etsi procul abest, urit male.

Sed recte Acidalius Divv. in Plaut. pag. 234: „Quodnam," inquit, „illud calidum? Infelix explicatio Lambini, cuius me miseret ac taedet. Apage tam exsensos sensus. Non est danistae versus; Tranionis est (sicut in Iunt. et Ald.), cui pessimo facinore a temerariis scriptoribus ereptus. Illi infra de calido mendacio argutanti (645) restituendus:

Calidum hercle audivi esse optimum mendacium:
Calidum hoc est; etsi procul abest, urit male.

quomodo nisi Plautus iunxit, nihil humani aut divini a quoquam mihi credi volo. Quis dubitet autem, cui palatum vel leviter sapiat ad Plautinos iocos? Calidum mendacium servus instituit, quod in re subita optimum dicatur: hoc autem vere calidum esse, quod e longinquo etiam urat. Ludit nempe in vocis ambiguitate, quae et calorem notat et celeritatem."

Ad haec quid Taubmannus noster? Nempe versum seni attribuere ait Gruterum, eoque cessare aliorum commenta, certe Acidalii. Scilicet sic iste argumentatur, sic probat. Ceterum quod urere hoc consilium dicit Tranio, etsi probe absit, sic rectius accipi arbitramur, ut se male id habere atque cruciare dicat, etsi nondum in medium sit prolatum. Iocus autem hic: nam eo ipso scilicet angebatur servus, quod consilium, quo iam opus, nondum repererat.

590. 595. 598. quod. Quis. quid. Quid. Vid. Amph. prol. 74.

594. Absurde libri:

Vide num moratur? Da. quin feram, si quid datur.

595. Fine deficitur versus in vulgatis. Iunt. Ald.: Q. P. g. c. ferox?

598. Tò te ex Iunt. et Ald. arcessivi metri gratia.

602. Male hic versus 608 inter et 609 inseritur, ubi quid sibi aperiri velit senex, non dicit, hic dicit. Et inconcinne legitur: Id volo mihi dici, id me scire expeto.

603. Inconcinne libri: huic. Vid. Amph. 128. Vulgo quoque minus vivide: Tra. huic debet Philolaches paulum. Paulum subiicit danista, cui verbo similia sunt, quae sequuntur eiusdem personae illa Ne sane id multum censeas; paulum id quidem est, ipso etiam Paulum repetito.

608. Vulgo hiante versu:

TH. Non ego istuc curo, qui sit, unde sit.

Nunc a simili Non est interceptum. Vid. supra 555. Iam de foenore quaesitum it Theuropides. Cf. nos ad 602.

617. iam. Vid Amph. 149.

620. Speculo claras. H. e. ad speculum, ad speculum contentae. Vid. Epid. 580 sq. Men. 759.

623 sq. Ineptissime legitur in libris:

Sed arrhaboni has dedit quadraginta minas.
Hinc sumsit quas ei dedimus. satin' int.?

Tò ei posteriore versu abest Iunt. Ald.

625. haec. Vid. Epid. 207. Vulgo ex interpretatione, ut videtur, haece.

628. V.:

TRA. Absolve hunc quaeso vomitum, ne hic nos enecet.

„Vomitus," inquit Taubm., „convitium est in homines impuros." Et id probare sibi videtur istis Lucilii de Trebellio Satt. 15, 4:

— marcebat febris, senium, vomitus, pus.

ubi proprie intelligendum esse verbum vomitus, nemo est quin videat. Sicut Vomere usurpari solet pro eo quod est Effutire seu Blaterare, velut Martialis dixit Epigramm. 11, 91:

Attius et quidquid Pacuviusque vomunt,

ita vomitus hic orationem insulsam atque odiosam significat, qua passim se enicari dicunt comicae personae.

632 rem. Vid. ad 617.

635. penissume. Iunt. Ald.: planissume.

639. Dicisne? Vid. Ba. 859.

641 sq. V.:

— — TRA. quid ego nunc agam?
(Iunt. Ald.: quid agam nunc iam?)
Nisi ut (tò ut abest iisdem edd.) in vicinum hunc proxumum mendacium.
Eas etc.

quae est arena sine calce. Legendum: Quo (vel Quod pro eodem, de quo vid. Amph. prol. 149) ego nunc agam, nisi in vicinum h. p., m.? Acturus est in Simonem mendacium suum, tanquam machinam bellicam. Mil. 266:

Si invenio, qui vidit, ad eum vineas pluteosque agam.

Et sic passim.

645 Vid. supra ad 588 sqq.

646. Nimis inepte libri atque inconcinne:

Quicquid dei dicunt, id rectum est dicere.

Deorum subiectionem Lambinus interpretatur, qui trepidis ac subitaneis in rebus ultro suggerere dicantur consilia. Sed tunc legendum fuerit dictant, non dicunt, ut recte observat Acidalius Divv. in Plaut. pag. 255. Ipse igitur corrupta haec censet malitque sic reponi:

Quidquid dein sit, nunc id certum est dicere.

Sed hoc profecto nimium. Voces, quales sunt Quidquid, Quodque, Quaequae, per compendia scribi solitae, quam facile inter se permutentur, sciunt codicum gnari calamo exaratorum. Ad quidquid igitur in Quaequae mutatum a nobis nemo stupebit, neque item facinus audax dicet, quod pro insulsis istis dei dicunt reposuimus aptissimum sententiae verbum deducunt. Decretum vero pro vulgato certum non modo vett. edd. exhibent, sed ipsi Mss., ubi a veteri codice discesseris, qui Camerarianorum librorum minus emendatus, sicut monui Asin. 632 Ba. 911. Quicquid deducat se sive dehortetur ab isto faciendo, tamen se id dicturum ait servulus.

647. commentus. Vid. Amph. 168.

656. unum. Vid. Capt. 795.

660. Minus bene libri: — utrum eae velintne, an non velint, per tmesin pro Vtrumne eae vel., a n. v.

661. V. inconcinne: percontare et roga. Cf. 658 et nos ad Aul. 285.

664. Ita. Vid. Amph. 475.

665. aedium dominus. Ita Mss., numero haud paulo meliore, qua de re vid. Amph. 555. Transposuerunt verba, qui timerent ecthlipsin, quam cessare saepe monuimus ibid. 341.

668. Male legitur: Ig. dum accedam hunc etc., τῷ dum prorsus otioso. Sequor Iunt. et Ald.

669. Vide de hoc versuum genere asynartetorum supra pag. 53.

670. Vulgo inepte et nullis numeris:

Nec quando esca una meruerit magis.

Mss. Cameraríani: Ne (Nec Gronov.) quod (quid Gronov.) est cauna (ea una Par.) meruerit magis; Gronovii Academicus: Nequidem ea una m. m.; edd. Veneta et Argentoratensis prima: Ne quid esca u. m. m. Inde recte fecerunt me iuverit magis; sed cur Nec quando ex Ne quod, Ne quid, Ne quidem, cum et propius eas scripturas sit Nec quidem, et sententiae aeque bene conveniat, metro autem multo melius? Id igitur reponendum duxi.

Ceterum Angelius et Aldus dum in formam iambicorum senariorum redigere haec student, frustra turbant. En specimen ex editione Iuntina:

Melius hoc anno non mihi fuit domi.
Nec qui esca una sibi me demeruerit magis
Vxor. nam prandium mihi perbonum dedit.
Nunc illa dormitum iubet me ire, minime.
Non bonus est somnus homini de prandio. apage.
Ex aedibus me clanculum edidi foras.
Tota mihi turget uxor nunc domi scio.
Tr. Parata res mala est in vesperum huic seni.
Nam et coenandum et cubandum, si intrabit, male.
Si. Quom magis ac magis ego cogito cum meo animo,
Si quis domi dotatam uxorem habet male,

Neminem sollicitat ire dormitum sopor.
Odiosa haec. exequi certa res est, ut abeam
Potius hinc ad forum, quam nunc domi cubem.
Atque ego pol nescio, ut moribus vostrae sient.

Sed ohe satis est ineptiarum! Quamquam sic, pro infantia tunc rei metricae, interdum et Angelio perspicaciores, in his Gulielmius Acidaliusque, impegerunt. Camerarius quoque initium huius scenae τριμέτροις καταληκτικοῖς, et ἀκαταλήκτοις conscriptum esse sibi persuadebat. Sed haec hactenus.

674. solum. Ita Mss. et edd. primae. H. e. solitum priscorum lingua, unde insolum pro eo quod est insolens bis legitur apud Nonium edit. Mercer. pag. 124. Alio pertinet vox Osca Sollum pro Totum vel Solidum, de qua vidd. Festus fragm. pag. 53 edit. Dacer. et Meursii Exercitatt. critt. 1, 233. Vulgo ex interpretatione: solitum.

676. V. versu a fine truncato:

Non bonus somnus est de prandio: apage.

681. V.:

Quo magis cogito ego cum meo animo.

Sed τὸ ego abest manu scriptis et editionibus principibus. Defecti hoc loco codd.

682. Edd. vett.: — habet male.

684. vero Ita V. C. a m. 2., teste Pareo; ceteri libri vett., tam scripti quam excusi: ve . . . .

685. abierim. Codd. inconcinne: abeam.

688. Tὸ Vostrae non lequescit. Vid. Amph. 541. Malim autem metri gratia: habet, usurpato indicativo pro coniunctivo Graecorum more, de quo monitum Amph. 235, 851. Tὸ et forte periisse arbitror.

689. Vulgo invitis Mss. et edd. vett.: Peiusque.
Iure autem versuum asynartetorum posterior syllaba τοῦ fore pro longa est. Vid. ad Amph. 85.

690. Vulgo ex interpretatione: Si abitus etc. Libri vett.: Abitus etc. recte. Vidd. inttpp. ad Vechneri Hellenolex. 1, 2, 5 pag. 147 edit. Heusinger.

697. V. tu pronomen desideratur non sine versus iniuria, quod quam facile omissum fuerit, quis non videt? Minus enim placet rescribi Tranioi, de quo videndum Amph. prol. 149.

699. Vulgo:

Cum me laudas. Tr. decet certe. Si. hercle at te ego etc.

Sed nunquam Hercle et At sic componuntur.

700. Heia, mastigia, ad me redi De his dixi supra ad 580. Vulgo hic non leguntur. Sed Mss., si qua Pareo fides:

— — — — — — teneo servom.
Eia, mastigia, ad me redi. Tra. iam istic ero.
Quid nunc? etc.

quibus similia praebent etiam editiones veteres. Haec cur

spernerem, quod fecerunt plerique omnes editores, nullus vidi. Legitur autem vulgo h. l.:

— — — — — — te ego
Haud bonum teneo servom. Tr. quid ita vero Simo?
Si. Quid nunc? quam mox? etc.

Sed ista Quid ita vero, Simo? ex cerebro Camerarii sunt exorta.

701. Vulgo minus apte: Quid nunc? Optime convenit, tanquam a Theuropide, non Simone, ut volunt, pronunciatum, Quin nunc? h. e. Cur nunc cessas redire, quod te facere iussi? Male quoque verba Quid est? Tranioni et sequentia Quod solet fieri Simoni tribuuntur, cum appareat, Simonem quaerere, quid sit, quod Tranionem revocet Theuropides, et servum callidum respondere: Sic solere fieri: senes et dominos morarum impatientes esse, ut iam redire ipse iubeatur, cum vix abierit.

Cogitandum autem, bipartitam hic fuisse scenam et ita comparatam, ut nec videret Theuropides Tranionem et Simonem, neque ab iis videretur, sed appellare alteri alteros possent.

702 sqq. Obtinet vulgo interpolatio Camerarii:

Tr. Dic igitur, quod solet fieri, quid id est?
Si. Quid facitis vos? sed ut verum Tranio, loquar,
Sic decet, ut homines sunt, ita morem geras.

Sed verba Dic, quid est? (nam sic metri gratia reponendum vidi, τὸ id ex vocabulo praecedente ortum arbitratus) ista igitur item a Simone dici, statim intelligitur, cum nihil sit, quod ab hoc sene quaerat Tranio, facile autem fieri potuerit, ut Simo, quid sibi vellent alterius verba Quod solet fieri, minus assequeretur. Eidem tribui τὸ loquar, sicut vulgo editores, sed abscisso panno Camerariano, et reposito Sed, quod ab est antecedente tractum fuerit, ut primum quaerat Simo, quid alter dicat fieri solere; deinde, secum reputans, optimam se nactum occasionem exprobrandi homini pessimo suam vitam, addat: Sed (potius ipse) loquar etc. Quod lacunas hoc loco invenerunt in manu scriptis, quam incertum id signum corruptelae esset, significavi ad Cas. supra pag. 220 infima. Illa tantummodo ut homines sunt, ita, non tam sententiae causa quam metri servanda existimavi: nam haec quoque bene constant: Sic decet: morem geras, quae est lectio veterum librorum. Ceterum ad hunc modum, monente Taubmanno, Terentius Ad. 405:

Verum quid facias? ut homo est, ita morem geras,

quae haud dubie ob oculos habuit Camerarius.

704. V. inconcinne: simul. Simitu pro eo usitatum priscis, inprimis Nostro.

706. Clausula. Vid. supra ad 331.

707. Musice. Recte Gronovius: „Musice idem est quod concinne, eleganter, quod Graecis interdum est μουσικῶς.

κῶς. Interpretes vulgo malunt ex more cantorum laete et laute, et sine suo sumtu. Nam ius cantorum et poëtarum est, inquit Athenaeus (1, 8), ἀκάπνα θύειν, i. e. laute epulari sine sua impensa. Sed haec interpretatio loco Plauti non quadrat." Non quadrat propterea, quod non alieno, sed suo sumtu tam laute adhuc vixerat Philolaches. Ceterum cf. Graev. ad Cic. Epist. 7, 1.

703. Minus bene libri, cum cetera h. l. ἀσυνδέτως efferantur: Vino et victu.

709. V. inconcinne: antehac. Vita ἐμφατικῶς pro vita lauta; nisi legendum sit anteā haec.

710. V.:

— — — — — — — erat:
Nunc nobis omnia haec exciderunt.

Ita Camerario placuit, et similiter Angelius et Aldus, quos in prima sua editione sequitur Pareus, efficto iambo senario:

Nunc nobis istaec exciderunt omnia.

Sed Mss. et edd. primae: Nunc nobis (vel nobiscum) communia haec exciderunt. Communia deliciis opponuntur, quas memoravit senex.

714. ut voluimus. Vid. Mil. 117.

715. Minus concinne codd.: deseruit.

716. V.:

— —' — — — quomodo, pessume?
Quaene (male Ernest.: Quae ne) subducta erat tuto in terra?

Sed Mss. et edd. primae: pessumo, nec nisi V. C. a manu altera et edd. aetatis mediae, in his Iunt. et Ald., pessime. Non igitur hoc verbum seni tribuendum, sed modo pessimo navem suam deseri a vento dicit Tranio. Dein haec et similia dicimus Subducere naves in terram, milites in aciem, copias in collem, non in terra, in acie, in colle; nec probo, quae de In praepositione promiscue vel cum accusandi vel cum auferendi casu iuncta secundum alios disserit Pareus in lexico Plautino.

719. Soloece legitur: Velim ut velles. Porro Mss. et vett. edd.: Velim ut tu velles, quod metro congruit. Vid. de hac formula loquendi Muret. Varr. Lectt. 9, 8. Mss. etiam: — Tranio, est negotii? non: — Tranio, sed quid e. n.? sicut vulgo. Quanquam τὸ quid certe genuinum est.

720 sqq. V.:

—— Tr. herus peregre venit. Si. tunc (vett. edd. tuus ne pro tunc) tibi (hoc abest Mss. et edd. primis)
Chorda (Mss. et vett. edd. cor) tenditur: inde in ferriterium (libri vett. inde ferr., inde ferit iterum):
Postea in crucem recta. Tr. nunc te ego per genua
(Mss. et vett. edd. horum nihil habent nisi Po-

stea enua; ed. princeps: postea hem obs. Inserta sunt a Camerario.)

Obsecro, ne indicium hero facias meo. Si. E me,
Ne quid (vett. edd.: quidem) metuas, nihil sciet etc.

Vide, an haec probabiliter restituerimus. Contenditur, verbis, iurgio. Indet in ferriterium, ut indere aliquem lecticae, indere cervicem vinculo fasciae apud Tacitum; et frequens huius verbi usus apud Nostrum. Reliquae mutationes metri gratia sunt a me factae; sunt autem et paucae et facillimae.

727. increpitavit. Ita Decurtatus. Vulgo increpavit, quod rarioris verbi interpretamentum.

734. Vulgo versu ἀκέφαλω:

Si Quid consomniavit? Tr. ego dicam tibi.

Iunt. Ald.: Quid is cons.? Pareus metro pessumdato: Quid ille cons.? Sed interceptum puto a simili personae nota, quam sequitur. Vid. Curc. 43, Amph. 938.

737. V. inconcinne:

Nam sibi laudasse hasce ait arch.

Vel reponendum vidi laudavisse, vel aiit, de quo dictum Amph. 128; sed illud verisimilius videbatur.

740. V. itidem ἀμέτρως: ille. Τὸ quidem non comparebat in manu scriptis.

741. Vox audivit addita a Camerario. Iunt. et Ald.:

Quia hic aestatem constat esse perbonam.

742. Idem haec supplevit. Mss. Sub diu col (hic lacuna erat in V. C.) perp. d. Edd. primae: Subdiu, vel Subdio, perp. d. Iunt. Ald.: Nam subdiu sol agit hic perp. d. Subdiu δισυλλαβως pronuntiandum. Vid. Amph. pr. 74.

644. mani. Vid. ad Amph. 10.

746. V. nullis numeris.

Nec mihi umbra usquam est, nisi in puteo quaepiam est.

Poteram rescribere:

Neque mihi umbra usquam est, nisi si in p. q. e.; nisi sub ictu ponere volui τὸ umbram, tanquam vocem graviorem. Nisi si pro Nisi passim restituendum scriptoribus, de quo vid. Epid. 270. Nam Nisi priore syllaba porrecta rarum est, ut monui Amph. 124.

750. Τὸ quod vocalem literam elidit metri gratia. Vid. Amph. prol. 74. Legi tamen posset: S. q. e. quod sibi placeat etc., de quo usu Se pronominis vid. Cas. 91, ut vulgatum illi pro interpretamento habendum esset.

751 Eon'? voco —— Praesentia pro futuris. Vid. Ba. 859.

Ceterum vulgo: —— hominem. Si. i, voca. Sed τὸ i abest libris vett. Interrogari illa voco huc hominem, iam alii animadverterunt.

752. Alexandrum. Vid. R. Bentleii Schediasma de metris Terentt. cap. 8.

755 Vehit hic clitellas. Vid. supra 419.

758. homines habeo. Ita Iunt. Ald. Vulgo minus concinne: habeo homines.

760. Ab hoc versu novam scenam incipiunt vett. edd.

De genere hoc versuum asynartetorum monui Amph. 422. Frustra autem hic turbant vett. editores et novitii critici atque emendatores, vim illi quidem formulae Haud scio an minus assecuti, quam recte declarant, alios ne commemorem, Lambinus ad h. l. et P. Manutius ad Cic. Epistt. famm. 9, 9.

761. Tò Hem vulgo desideratur non sine versus damno, quod recte legitur in vett. edd.

763. Quod. Ita V. C. a manu prima; h. e.: quod id attinet, quapropter me miseras. Vulgo minus bene: Quo m. m.

764. V. duriore numero:

Quid illic, obsecro, tam diu restitisti.

Detististi Mss. et vett. edd.

765. erat. Vid. Amph. 483.

766. Antiquom obtines hoc tuum. Similiter Terentius Andr. 4, 5, 22:

My. O optume hospes, pol, Crito, antiquum obtines,

ubi Donatus: „Antiquum," inquit, „absolute dixit, ut aequum aut bonum, quod antiqui solebant: aut certe per ἔλλειψιν, id est morem et ingenium." Idem Eunuch. 1011:

—— Gna. Non cognosco vostrum tam superbum.

Et ipse Noster Trin. 412: Les. Haud nosco tuum?

767. Tò verbum metri gratia non elidendum. Vid. Amph. 341.

768. Pessimo exemplo vox factu omissa in vulgatis, quae conspicitur in Mss. et vett. edd. versuique plane necessaria est.

769. Vulgo inconcinne: simul. Decurt. et vett. edd.: simul et haud p., quomodo saepius corruptum est d illud ephelcysticum, ut monui Amph. prol. 149. Ceterum vid. ibid. 69.

De hoc versuum genere dictum ad Amph. 422.

771. Vid. ibidem.

Ceterum vulgo legitur Num moror? sed in editionibus vett.: Non moror, quod simplicius adeoque, ni fallor, verius. Passim haec confundi monitum supra 335. Vid. etiam ad Asin. 84.

773 sq. V.:

Sed moestus est, se hasce vendidisse.

Th. Quid tandem? Tr. orat ut suadeam Philolacheti etc.

Ita haec constarent asynarteto ex 2 iamb. hyperc. composito et baccheo tetram.; sed saepius metra mutarentur.

779 sqq. Vulgo:

— — — — — — — — — — — oportet.

Misericordias iam habere haud hominem oportet.

Tr. Morare hercle, cum verba facis. subsequere. Th. fiat.

Do tibi ego operam. Tr. senex illic est etc.

Versu primo ista iam habere haud non comparebant in Mss; vett. autem edd., quo loco haec exhibent, post 885, praeferunt: Mis. tandem habere hom. op., in quibus agnovi id, quod dedi, Mis. tamen h. h. o., verbaque Tranioni attribuenda vidi. Sequente versu Mss. nihil dant praeter hoc Morare hercle facis subsequere. Cum autem morari etiam paulisper Theuropidem velit servus subdolus, ut moneat, ne mentionem emtarum a filio aedium iniiciat coram Simone, id quod, ab hero cupido interpellatus, facit demum 787 sqq.: verba Morare hercle Theuropidi adscripsimus, et contra emendata ista Facis subsequere Tranioni, quibus in aedes Simonis properanti silicernio obtemperat. Eiusdem haud dubie, ad Simonem iam reversi, non Theuropidis, ut volunt, sequentia sunt illa: Do tibi epo operam, quae simul cum proximis Senex ille est submissa voce dicit; clara vero addit: Hem, adduxi hominem tibi, ut haec audiat herus impatiens, neque de perlato ad Simonem nuncio suo dubitet.

784. Vett. edd.: Imo est comm.

787. Tanquam? Vid. Amph. 341 Mil. 62.

788. Inconcinne libri: non tu vides hunc. Tu istud ortum ex sequente ui-.

791. Vulgo perversis numeris:

Et bene monitum duco, atque te existumo humano ingenio.

Sequor Mss. Sambuc. et vett. edd. Etiam Mss. Camerar. a manu prima: humani, non humano.

792. Itidem inconcinne legitur: otiose. Saepius haec inter se permutata. Vid. Epid. 614 sq.

753. Formulae gratiam agentis et promtitudinem officiorum declarantis, de quibus vide, sis, Capt. 776 Mil. 1145 Aul. 102 Pers. 309.

Vulgo autem hunc versum inter et sequentem inculcantur 819 sq., importuno quidem loco, cum adhuc ante aedes adstantes isti colloquantur de externa earum conditione ac facie. Quos versus ibi ponendos intellexi, ubi de interioribus earum partibus dicere coepit Simo versu 818.

794 V. incôncinne:

Tr. Viden' vestibulum ante aedis hoc? et amb. q.?

Vett. edd. Vide. Aedis pro Aedes passim et Hic et alii, praesertim prisci. Cf. Asin. 203 Poen. 398.

798. olim. Vid. supra ad 787.

Eo. Acidalius Divv. in Plaut. pag. 238: „Cum pulcros postes lauderet alter, hic respondet, sane tali, id est pulcro, pretio sibi olim emtos. Nam sic explicabis simpliciter; non cum Lambino tali pretio, ut debeant pulcerrimi esse. Pulcrum, luculentum pretium; item pulcre vendere et similia ubique in nostro frequentata.“

804. sint. Mss.: sunt.

805. barbarus. H. e. Romanus, ut recte a plerisque intelligitur, quia pulte ut plurimum usi sunt veteres Romani. Poenum intelligere, quod vult Scaliger, propterea non possumus, quia laudare aedes animus est Tranioni. Vid. Curc. 148.

809. Vulgo: ludificatur. Ludificare priscis usitatum. Vidd. Parei lexic. Plaut. h. v. nos Amph. 82.

818. Vid. supra ad 793.

Ceterum legitur: — ivisse. Th. recte etc.; sed in Mss.: — ivisse. Th. et recte etc. Hoc fuisse credidi: eu, recte etc.

820. Subabsurde libri: Si. Quid, quid est? Th. errabo potius etc. Nam cur tantopere, repetito quid, miretur Simo, perduci se nolle Theuropidem? Reponendum continue: Quidquid est, errabo potius etc. Vid. ad 823. Quicquid rei sit, h. e. sive aedes intus inspicere operae pretium sit, sive non sit, errare se malle dicit Theuropides, quam perduci. Ludere autem videtur verbo Perducere, quod ambiguum est, sicut Ductari versu 823. De repetitionibus verborum patheticis monui Aul. 587 Curc. 274.

821. V. inconcinne: puer.

823. Post hunc versum denuo leguntur ista Quidquid est, de quibus egi 820; et hoc quidem loco plane sic exhibentur, ut illic ea emendavimus; quo minus etiam de veritate correctionis dubitandum est.

824. V.:

Si. Aedis dico. Th. ergo intro eo sine perductore?
Si. i, licet.

Mss. — Th. ergo intro eo igitur sine etc.; unde rescribendum putavi: Si. Aedis dico ego. Th. Intro eo igitur etc. Saepissime mixta eo, ego, ergo et similia. Vid. Men. 570, 859 Mil. 414, 1233.

825. V.:

Th. Ibo intro igitur. Tr. mane sis: videam ne canis.
Th. agedum vide.

Sed Mss.: Th. I. i. i. Tr. est nam sis etc. In illo est nam agnoscere mihi videor Etiam, quo verbo affirmat Simo, licere alteri seni introire in aedes suas. Dein cum istis Agedum vide respondere videatur ad quaestionem servi senex: reposui Video, ne canis (forte adsit) . . . ? usurpato praesenti pro futuro, de quo eius usu vid. Ba. 859. Etiam pro Ita, sicut infra 962 et passim.

826. Libri minus apposite:

Tr. Est. Th. ubi canis est? Tr. abi dierecta. st! abin' hinc in malam crucem?

Vett. edd. abi pro ubi; Mss.: — dierecta. est etc. De lineola a me interposita vid. Ba. 468. Cf. 828.

827. Inconcinne legitur:

At etiam restas? st! abi istinc. Si. nihil pericli est, age.

828. V.:

Tam placida est, quam est aqua: vise. ire intro a. l. Sed Decurt. et initio etiam V. C., item edd. primae: T. p. est quam foeta. qua visere intro a. l.; unde Pareus: T. p. e. quam est feta; quavis eire intro a. l., quod et nos vidimus reponendum esse, nisi quod ire istud homini ἀρχαίῳ condonavimus. Ridicule autem: quam foeta, cum foetae canes et quae pepererunt mordaciores esse soleant; quem iocum lineola ista indicavi, de qua modo ad 826. Vulgata lectio inepta est, quia et tranquilla et turbata datur aqua, ut, si aquam tantummodo dixeris, ut hic fiet, si sic legendum, alter, utra intelligenda sit, nesciat. Nam quod placet Turnebo Adverss. 16, 10, aquam dici, cum aequata sit, ut in tranquillare, undam in tempestate, cupio magis credere, quam possum.

830. V. nomen Tranió semel perscribitur. Vid. Amph. 436. Minus quoque recte libri: abducat. Ipsum Tranionem abducere canem iubet, tanquem suam in suis aedibus, non servum aliquem Simonis, tanquam alienam in alienis. Hoc κριτικόν. Nam aliquem intelligi posse in abducat, non est dubium. Vid. Asin. 433.

834. Abest τὸ hoc libris veteribus; sed requiritur a versu.

835. Male omissum ego in edd. recentioribus, quod et antiquae praebent et Mss. Itidem autem id exposcit metrum.

838 Insanum bonam. H. e. valde bonam. Vidd. Parei lexic. Plaut. v. Insanum malum, nos ad Trin. 640.

841. Τὸ Si nec Mss. neque edd. vett. habent.

Ferat. Intell aliquis. Vid. Asin. 433.

844. Absurde libri:

N. a. Tr. si, here, te accipere cupies, e. n. s.

Edd. primae: Si recte accipere etc.; Iunt. et Ald. recte: si hercle accipere etc. Ipso hercle repetito orationem senis irridet servulus. Cf. 856. Cupiat, ut ferat in verbis senis, usurpato modo potentiali, qui unice aptus loco. Vid. Aul. 42.

848. Quod vocalem elidit. Vid. Amph. prol. 74.

855 Vulgo: Quia tibi unquam — dedi. Et sic quidem Mss. et edd. antiquissimae. Iunt et Ald.: Quin tibi etc. Taubmannus non male: Quia — dedi? quanquam reponere praestitisset Quian' tibi — dedi? Cf. 1083. Sed aeque bonum, quod excudi iussi: Quid? tibi — dedi? Literas d et a facillime inter se commutari monitum Cist. argum. 7.

856. V. corruptis numeris:

Th. Ego enim cavi recte. eam mihi debeo gratiam
atque animo meo.

Haec correctio Acidalii, cum Camerarius edidisset: Ego enim cavi recte. Tr. eam mihi debes gratiam atque animo meo. Nam Mss.: E. e. c. r. Tr. eam debis (sic V. C initio, secundum Pareum, vel debis; sed post: debes) gratiam a. a. m.; et edd. vett.: E. e. c. r. Tr. eandem inis grat.

Th. atque a. m. Inde meam lectionem concinnavi. Τὸ Enim itidem irridens servus repetit, sicut Hercle supra 844. Atqui adversantis est, ut passim.

857. Tecum sentio Haec aversus a sene Tranio, non sine risu et gestu nequiore.

858. Frustra libri: Th. Nunc abi, i rus etc. Abest τὸ i editionibus vett.

859. Vulgo numeris durissimis:

> Th. Curriculo abi, iube in urbem veniat etc.

Vett. edv.: Curriculo ubi iube in urbem etc. fraude manifestiore, siquidem iam apparet, τὸ ubi, ortum ex simili sequente iube, cum a sententia abhorrere videretur, sedulo in abi mutatum esse.

862. caruit. Vulgo: carint. Et sic sane Mss. et edd. ptincipes (nam sequiores carent, quod metro non sufficit). Sed quid postea? aut quid sibi vult istud carint? ,,Pro careant," inquit Taubmannus. At ego aio, malae notae esse istud verbi et reponendum cum culpa caruit, i. e. cum culpa caruit eis, servis, qua enallage legitur Curc. 17:

> Caruitne febris te heri vel nudius tertius,
> Et heri coenavistine?

Ceterum his simillima habentur Men. 876 sqq.

864. Τὸ malum extrito a pronuntiandum, sicut malo infra 866. Vid. supra ad 848.

865 Immisso glossemate et depravate edd.:

> Exercent sese ad cursuram, fugiunt. sed
> Hi, si reprehensi sunt etc.

Plane otiosum istud hi, quod ex compendio τοῦ enim ortum arbitror.

866 sqq. Vulgo haec fere secundum Camerarium ita expleta exhibentur:

> — reprehensi sunt, faciunt a malo
> Peculium, quod nequeunt *facere de suo.*
> Augent ex pauxillo, *thesaurum inde* parant.
> Mihi in pectore consilii *quod est,*
> *Lubet cavere* malam rem prius,
> Quam ut meum *tergum exsinceratum fiat.*

Horum quae latioribus literarum interstitiis excudi iussi, absunt a manu scriptis et editionibus vetustis, in quibus versu secundo legitur peculio, non peculium, quae coniectura est Angelii, a Palmerio atque Acidalio probata. ,,Servi enim," inquit Acidalius Divv. in Plautum pag. 239, ,,ex fuga reprehensi a malo peculium faciunt, id est e verberibus thesaurum mali colligunt: quod sequenti versu magis explicatur:

> Augent ex pauxillo etc."

Sed ista emendatione nihil opus, verum legendum: faciunt malo, peculio quod nequeunt: augent ex pauxillo. Servos ignavos malo, h. e. mala re sive infortunio et poenis, id facere ait Phaniscus, quod peculio suo facere non possint, ut id ex pauxillo augeant; qua sententia nulla aptior

ad rem, nulla scripturae codicum propior. A qua nec longa abeunt, quae porro dedi, disparant mihi pectora et consilia. Nam reliqua huius loci intacta malui relinquere, quam sic sarcire. Quanquam modestius etiam in his concinnandis versatus est Camerarius, quam bonus ille Nicolaus Angelius, Iuntinae curator editionis, saepius a me laudatae, qui ita haec restituere sibi visus est:

— — — — faciunt a malo peculium.
Quod nequeunt, augent ex pauxillulo.
At illud superat adhuc mihi in pectore consili,
Malam rem prius cavendam multo esse, quam ut meum
Tergum subiciam culcitram vibicibus.

Nam quibus in his homo in diversum abit a ceteris editoribus, ex ipsius cerebello profecta esse, quovis pignore certarim. Sed missos faciamus hos hariolos.

869. Vid. de hoc metro ad Amph. 422.

870. Inconcinne edd. vulgares: uti.

872. Itidem ἀμέτρως libri: M. cum i. c., non impl. m. Mss. et edd. vett., — ne impl. m., quam lectionem temere mutavit Camerarius.

873 sqq. Vid. ad Amph. 422.

874. Mss. depravate: Bonis sum (vel sunt) improbis sunt malus fuit; edd. primae: Boni improbi malus fuit. Impudenter refinxit Angelius: Bonus cum probis est. malus cum malis.

875. V.:

Nam nunc domi nostrae tot pessumi vivunt,

qui versus, si posterior syllaba in domi producatur, est iambus scazon, quod genus metri ab usu poëtarum comicorum et dramaticorum in genere abhorret ita, ut in toto hoc gyro tres tantum eiusmodi versus repererim, Pseud. 1308 Euripidis Hecub. 1033 sq., qui in unum coniungendi sunt, et Iphigen. Aulid. 1371. Quamobrem malui transpositis verbis pessumi vivunt effingere iambum senarium, qualis est antecedens; nec tamen repugnabo, si quis malit, verborum ordine immutato, elisis autem a et u vocalibus in domi et pessumi, qua de re vid. Amph. prol. 74, accipere hunc versum pro asynarteto, ex duabus penthemimeribus iambicis composito, quales sunt 869 sqq.

877. Vox Vbi non liquescit. Vid. Amph. 341.

878. Ire foras vis, mula, pastum. Haec speciem proverbii habent.

879. V.:

— — — — — — bene merens
Hoc pretium inde abstuli. ita abii foras.

Sed Mss. ignorant istud ita, neque edd. vett. agnoscunt, quae: b. m. H. p. unde (Iunt. Ald.: ubi) auscultavi foras.

Eiusmodi versus asynartetos Plautus etiam Rud. 329 sq. usurpavit.

881. Τὸ quom, sub ictu cretici positum, non liquescit. Vid. Amph. 149.

882. Vulgo: exuviis; sed duae posteriores syllabae huius verbi in unam contrahendae sunt metri causa, sicut gratis dicitur pro gratiis. Vid. etiam Amph. prol. 74.

883. Tu ego addidi, ne vox Postremo bis acueretur, quae iam sequente vocali litera accentum a media syllaba ad primam transfert. Vid. Mil. 501 et de accentu retracto Asin. 143. Pronomina temere nunc addi nunc omitti solere a librariis, ibidem monui 845.

885 sq. Vid. Amph. 422. Respicis, quod etiam Acidalio in mentem venit Divv. in Plaut. pag. 240, ad metrum quadrat, cui inimicum est, quod vulgo exhibetur, respice.

887. Clausula, de qua vid. Epid. 197 sq.

888 sq. Vid. Capt. 428 sqq. Pronomen tu, quod vulgo desideratur, comparet in Iunt. et Ald., neque abesse potest, si metrum salvum velis.

890. Non trochaïcus tetrameter hic est versus, ut olim arbitrabar, sed asynartetus ex illis, qui constant troch. dim. et iambo dim. hypercat, de quibus monui Ba. 1160. Ista ratione inita, elidendum esset i in cibo, cum satius sit plene exaudiri verbum totius sententiae gravissimum.

891 sq. Vid. 869. Ceterum Mss. et vett. edd. priore versu:

> Ferocem facis, quia te eratus (vel aeratus) amat. ulla
> (hoc verbi abest edd.) oculi etc.

Sero video, illud aeratus editionum procul dubio verum esse, ut eo Phaniscum ferocire dicat alter servulus, quod ametur ab aerato, qui muneribus non parcat, cum ipse turpis aut nihil aut pauxillum argenti accipere soleat pro copia sui facta. Puer ille Pseud. 769 sqq.:

> Quoi servitutem di danunt lenoniam
> Puero atque eidem si addunt turpitudinem:
> Nae illi, quantum ego nunc corde consipio meo,
> Malam rem magnam multasque aerumnas danunt!
> Velut haec mi evenit servitus, ubi ego omnibus
> Parvis magnisque miseriis praefulcior;
> Neque ego amatorem mi invenire ullum quaeo,
> Qui amet me, ut curer tandem nitidiuscule etc.

Apertius etiam res dicitur Pers. 282 sq.:

> Sag. Video ego te, iam incubitatus es. Pae. Ita sum. Quid id attinet ad te?
> At non sum ita, ut tu, gratiis.

Amari autem Phaniscum vult ab hero, sicut versu 895 intelligitur. Cuius pueri speciem laudat Theuropides infra 928.

893. V.: — qui cudere soles plumbeos nummos. Sed τὸ nummos versui refragatur et ex margine videtur irrepsisse. Martialis Epigramm. 10, 74, 4:

> Centum merebor plumbeos die toto.

Et sic passim ἐλλειπτικῶς plumbei dicuntur nummi plumbei.

895. Inconcinne libri: sis.

896. Minus bene legitur: Tibi obt.

897. Vulgo itidem iugulato versu: — pessume, i advorsus. Mss.: Pessimi tu adversus, unde Pareus perperam fecit: pessume, i tu adv., cum modo idem pronomen legerimus. Ito iam Taubmanno in mentem venit.

Invitis autem manu scriptis et editionibus vett. et versu legitur: SER. Quaeso hercle, Phanisce, abstine etc. Nomen illud nescio qua de causa infersit Camerarius.

900. Libri frustra: Ecquis, ecquis huc exit, quod nec metro congruit. Sequor Pareum.

901. ita. Vid. Amph. 475.

903. item. Pravo numero libri: itidem.

905. Vulgo minus concinne: illi. Mss., teste Pareo, illic vel illis; edd. primae: illic. — Τὸ i in quid elidendum metri gratia. Vid. Amph. prol. 74. Cf. 909.

907. Etiam. Vid. Amph. 116, 541. De usu vocabuli ad significandam indignationem dictum Curc. 187, 607.

909. Τὸ quid item elidendum utroque loco. Vid. ad 905.

911. Codd. ἀμέτρως: Puer —. Ei —. Correxit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 240. Verbis Puere, nimium es delicatus impatientius responsum illud Phanisci Ita loquor improbat Theuropides, quod responsum eius esse videbatur, qui denuo se interrogari moleste ferret, ut nihil, nisi quod ipsi agunt, placere solet hominibus delicatulis et morosis. Fero etiam Gronovii interpretationem, ut delicatus h. l. dicatur ludens vel illudens nec serio agens, quomodo habes Men. 290: Heia, delicias facis; Mil. 972:

Vide modo. PA. Vah, delicatus! quae te tanquam oculos amet;

Poen. 149 sq.:

—— MIL. Assum apud te, eccum. AG. At ego elixus sis volo.

MIL. Enimvero, here, facis delicias.

912. Nec Quoi neque homini liquescit. Vid. Amph. 140, 341. Sylla -ni in homini pro brevi est vocali sequente, Graecorum more.

914. Τὸ in vulgo abest, quod metri causa arcessivi ex Iunt. et Ald.

918. Vulgo, incertum quo sensu: Tu ne molestus. Reponendum procul dubio: Tu nae. Molestus (es: vid. Amph. 168). Passim sic depravata formula Tu nae. Vid. Capt. 790. Quod sis intelligere videntur in verbis ne molestus, falluntur, ut significavi Mil. 554.

919. V.:

PHA. Nemo habitat? hem! TH. ita profecto. PH. nam etc.

Vett. edd. — loqui. Nemo habitat hic. (Iunt. Ald.: Da. hic inserunt, h. e. Daniscus ἀντὶ τοῦ Phaniscus) habitat profecto. nam etc. Hoc sane verius: nam vulgatis istis Ita profecto nescias aiat an neget Theuropides quemquam habitare in suis aedibus.

921 sq. Vulgo minus usitate: triduum in unum. Hic quoque sequor vett. edd. Vidd. lexica. Cf. Pers. 37.

928. Cum non liquescit. Vid. ad 881.

932. Inepte libri: — et quo venerim, novi loqui. Bene I. Gulielmius Verisimill. 1, 1: — et quo venerim novi loci, quod merito in ordinem recipit Pareus. „Locus," inquit Gulielmius, „loquus, ut cocus coquus, secor sequor, alia promiscue scribebant; et παρέλκον elegans est, simile istis ubi loci, huc locorum, huc viciniae etc." Vid. ad Amph. 510 Aul. 387.

537. destinatam Philolachi. Sic vulgo, quomodo, tanquam ex Mss. Palatt. edidit Pareus. Quanquam Taubmannus negat, sic in illis legi, sed praeferre eos et edd. vett. destinatum Philolachem, quod quidem de editionibus verum etiam ipse affirmare possum. Pro destinavisse id accipit Mercerus ad Non. pag 89, sicut verba activa et passiva promiscue usurpari monitum Amph. 82. Gulielmius Quaestt. in Most. cap. 2: „Interpres," inquit, „mavult destinatum. Ego destinatam Philolachi antique, ut Chremi. Destinata, emta. Lucilius apud Nonium Tribus in libertatem millibus destinat. Supra hac fabula (621) de emtis aedibus: Quid? eas quanti destinat? Rudente (prol. 45 sq.):

Minis triginta sibi puellam destinat,
Datque arrhabonem et iureiurando adligat.

e quibus locis colligas, destinare esse emtione facta arrabonem dare, ceterum pretium in diem differre."

938. 940. Vulgo inconcinne: emisisse — domino. Vid. Amph. prol. 140.

942. Neque priorem vocalem metri gratia elidit. Vid. 502, 905

945. Pareus manu scriptos praeferre ait T. m. praeterquam al. d. s. f. Si res ita esset, legi posset Minae triginta, praeterquam alios etc. Sed ne hiscit quidem Taubmannus de ista lectione.

948. Vulgo hiante versu:

Edepol me eius patris miseret: qui cum istaec scíet etc.

Vocula ne (h. e. nae) a sequente simili me videtur esse intercepta.

949. Inconcinne libri: ei.

951. Vulgo itidem minus concinne: ecquis. Inusitatum vero est, quod exhiberi solet: Quid istac pultas etc. Ms. decurt.: Q. ista p., edd. vett. recte: Q. ita p. Neque haec Theuropidi tribuenda, quod vulgo fit, sed alteri servulo: nam si senex diceret, adhuc eum credere necesse foret, non habitatam esse domum suam neque se delusum a Tranione; quod refutant verba eius in scena proxima Perii hercle etc.

953. Libri soloece: Libertas paenula est tergo tuo. Libertas paenulae, sicut libertas omnium rerum apud Livium 34, 2 extr. Ipse Noster Amph. prol. 104 sq.:

Nam ego vos novisse credo iam, ut sit meus pater,
Quam liber harunc rerum multarum siet.

Lineolam addidi, de qua vid. Ba. 468.

960. Vulgo: quid ais tu? Recte Iunt. et Ald.: quid agis tu? cui convenit senis responsum: A foro incedo domum. Saepissime haec confusa.

961. Inconcinne libri: hodie. Vid. ad Men. 410.

962. Etiam. Vid. supra 825.

964. Vae capiti tuo. Vid. Epid. 21.

965. Vulgo interpretatione ἀμέτρῳ: Quid tu ut otiosus etc.

967. itidem inconcinne Gronovius et Ernestius: Ad coenam ne me tu te vocare censeat. Soloece autem Taubmannus: A. c. ne me tu evocare c., siquidem in hac re nunquam usurpatur Evocare. Sequimur Pareum, qui sic, ut nos, nihil monito lectore, tanquam ex manu scriptis Camerarianis, edidit. Minus autem recte interpungitur: — foras, Ad coenam ne etc. Vid. Curc 654.

972. quod sciam. Itidem soloece libri: quas sciam. Iunt. Ald. quasi iam. Per irrisionem illud Quod sciam repetit animo in responsione. Cf. 844.

977. Vulgo nullis numeris:

Tr. Quid, a Tranione servo? Si. multo id minus.

De quid seorsum posito vid. Mil. 951.

979 sq. Soloece libri:

— — Si. Mecum ut ille hic gesseret,
Dum tu hinc abes, negotii?

986. „De lacuna," inquit Acidalius Divv. in Plaut. pagg. 240 sq. „suspiceris insigni ante istum versum Quaeso edepol etc.: nam abruptus sermo videtur, et debent alia praecessisse, quibus ab argenti debitione ad aedium inspectionem gradus fiat. Scilicet de aedium emtione alterum contendere, alterum negare prius, aliaque oportuit invicem agere, quam ad extremum hoc delaberentur. An vero de industria Plautus ista dissimulavit? Ita est. Consulto reiecit omnem eam narrationem, ne saepius in scena contra legem Comicam et cum spectatorum taedio eadem iterarentur. Atque id ipse in fine innuit:

Tr. Eadem ego opera haec tibi narravero,
Quis me exemplis hodie ille ludificatus est."

987. aiebat. Intelligendum Tranio, qui haud longe abhinc nominatus est, vel Aliquis, de quo vid. Asin. 433.

991. Minus apte codd.: Vicini. Vicine iam Acidalio in mentem venit, ut ad hunc solum Simonem exclamet senex. Taubmannus quoque: „Malim Vicine, vel euphoniae causa."

992. Vulgo τὸ mi abest, non sine detrimento versus.

993. Vid. sequentem annotationem.

995. V. inconcinne: Te ludificatus et me hodie in p.

m. Mss. Iunt. Ald. etc.: Deludificatust (Deludificatus est) me hod. in p. m., unde Acidalius l. l. ad 986:

Ludificatust me hodie in perp. m.

Sed de glossa est utrumque pronomen, ut sero intelligo, et reponendum:

Deludificatust hodie in perpetuom modum.

Haec scripseram, cum repente animum percussit, malae notae esse etiam versu 993 pronomina. Se solum hoc toto loco cogitat queriturque Theuropides, et recte, quia ludificatio servuli sibi soli fraudi fuit et detrimento. Hinc Hei mihi, disperii interii, perii! et ipso versu 993: mi exturbavit omnia, non: Hei nobis, disperiimus, interiimus etc. Quod vero validissimum est argumentum, versu 995, ubi prius dicta, paulum immutata, repetit, sicut verbis ut narro tibi significatur, metro non congruunt ambo pronomina, ut modo vidimus: ergo nec versu 993, quem hic respicit, genuina esse possunt, sed reponendum est:

TH. Imo mi exturbavit omnia.
Deludificatust me hodie indignis modis.
SI. Quid tu ais? TH. Haec res sic est, ut narro tibi:
Deludificatust me hodie in perpetuom modum.

Versibus mediis me et tu pronomina non elidenda. Vid. Amph. 149.

1000. Inconcinne edd: Qui me exemplis hodie ille ludificatus est. Taubmannus:

Qui me et te exemplis hodie eludificatust est,

quod falsum arguitur iis, quae praecedente annotatione disputavimus. Mss. et vett. edd.: Quis (edd. Quibus) me ex. h. eludificatus (ludificatus) est. Τὸ e in eludificatus e praecedente voce videtur adhaesisse.

1001. Quī. Vid. Amph. modo l. l.

1005. Vulgo: Ostium quod in angiportu est. Hoc non fuit mutandum, etsi commodum habet sensum id, quod dedi Ost. quo in a. e., ut ad eam partem horti se ivisse dicat Tranio, ubi ostium sit in angiportu. Sed affectatum hoc, locusque sic interpungendus:

Abii illa per angiportum ad hortum nostrum clanculum
(Ostium quod in angiportu est), horti etc.

Ostium q. in a. e., hoc est: quoniam ost. in. a. e., vel: nam ost. in a. e. Hoc non animadvertens Acidalius Divv. in Plaut. pag. 241, sed τὸ quod pro relativo pronomine accipiens, frustra turbat.

1006. legionĕm. Vid. Amph. 116, 541.

1009. me e senatu segregant. H. e. me solum reliquerunt, aufugerunt. Ridicule autem, qui se ipsi segregarunt, se, Tranionem, segregasse ait.

1012. V.:

Pergunt turbare usque ut ne quid possit conquiescere.

Sed Mss.: — ut ne quid sit conqu., h. e. ut non aliquo modo, (quid: vid. supra 525) vel nullo modo, conquiesci liceat.

1016. Libri inconcinne: illic. Iam alii emendarunt. Vid. Amph. 596.

1020. meliust. H. e. bene est. Vid. ad Aul. 283.

1021. Astu. 'Αμετρως libri: astute. Vid. Cas. 372.

Mihi captandum est cum illo, prisce, quomodo dicuntur Cavere, Orare, Queri, Osculari cum aliquo. Vidd. Taubm. et Gronov. ad h. l.

1026. Insulse libri: Nunc ego ille huc veniat velim. Recte Acidalius Divv. in Plaut. pag. 242: „Veteres (libri) illum, Plautinissime; et malum illis, qui mutarunt."

1029. V.: Philolaches iam hic aderit. Sed V. C.: Philolaches qui etiam adheret, h. Philolachesque etiam aderit; quod melius, ut et se rure iam rediisse, et Philolachem adfuturum dicat Tranio.

1033. Inconcinne edd.: — nam ille quidem haud negat.

1037. Mss. — argentum datum est, arg. dat. esse. Τῷ esse in ordinem recepto haberemus trochaicum tetram. acatal., cui fortasse locus hic, ubi affectus gliscunt. Vid. Amph. 596.

1038. „Dixi ego istuc idem illi. Hoc ridicule Lambinus interpretatur. Ego censeo, versum unum et fortassis alterum hic deesse. Nam Tranio quaedam interfatus est ad Simonem redarguendum, quae eadem iam senex ait se quoque ipsi dixisse. Non vana ea suspicio, quam ipsa quidem res ingerit." Acidal. Divv. in Plaut. pagg. 242 sq.

1039. Nugas. Vid. Capt 534.

1040. sqq. vulgo sic et hoc ordine leguntur:

Th. Dat profecto. Tr. quin et illum in ius iube ire. Th. iam mane.
Experiar, ut opinor. certum est. Tr. mihi hominem cedo.
Th. Quid si igitur ego arcessam homines? Tr. factum iam esse oportuit:
Vel hominem iube aedes mancipio poscere. Th. imo hoc primum volo,
Quaestioni accipere servos. Tr. faciundum edepol censeo.
Ego interim etc.

Bene Acidalius Divv. in Pl. pag. 243: „Quicunque," inquit, „verborum istorum sensus Vel iube aedes mancipio poscere, in quibus et alii obhaeserunt: is quidem versus Quid si igitur etc. transpositus est omnino, et verba praeterea quaedam non suae personae adscribuntur. Sic autem omnia putamus restituenda:

Th. Dat profecto. Tr. quin et illum in ius iube ire. Th. itan'? mane:
Experiar, ut opinor: certum est. mihi huc hominem cedo.

Tr. Vel iube aedes mancipio poscere. Th. imo hoc primum volo,
Quaestioni accipere servos. Tr. fac. ed. c.
Th. Quid si etc.

Res ita geritur, quae per se tamen clara. Non credere simulabat Tranio, servos in quaestionem datum iri: quod cum senex certus asseveraret: Etiamsi dentur, inquit ille, tamen et illum in ius voca. Ibi, quid faciendum sibi, senex deliberat: et itane censes? inquit: mane, ut mecum etiam cogitem. Cumque cogitasset aliquamdiu, inclinat eo, ut iure experiri velit; mox idem plane statuit, et, uti solet in comoediis poscit hominem sibi dari, ut statim ad iudicem cum illo. Tum servus ut magis incitaret, subiicit de aedibus mancupio poscendis; sed, ut nunc verba leguntur, dubie, uti nescias, quem poscere eas velit. Lambinus ad filium Theuropidis trahit; incommode, ut opinor. De Simone magis intelligi queat, neque commode tamen hoc quoque satis. An autem iubeo legendum, ut herum Theuropidem ipsum iubeat servus vel mancipio negatas sibi aedes postulare? Quidquid huius est: ubi Tranio haec dixit, differt senex itionem in ius, ne sic elaberetur ille interim, quem comprehendere per servos quasi quaestionarios vellet, ac prius hos accipere velle quaestioni ait, deinde legibus experiri. Quid faciat? assentit Tranio; cumque vocaturus illos senex esset, id quoque permittit; sed de loco sibi cavet, non imprudens insidiarum, quae velut inscio struerentur."

Sic ille, felix quidem in ponendo toto, sed in singulis aberrans. Nam versu 1040 Mss.: Th. D. p. Tr. quin et illum in ius si veniam mane. Unde reponendum vidi: Quin cita illum in ius. Th. Si veniat. (quod tanquam verentis est, ut veniat Simo.) Tr. Tu mane. (Ridicule manere in iure senex iubetur hominem, qui nunquam eo est venturus.) Sequente versu ab Acidalio inculcatum huc neque est in libris nec versum expedit. Tranionis igitur nomen excidisse arbitrabar, sicut supra 483. Verba autem Mihi hominem cedo libris auctoribus servulo sunt attribuenda, comice gestientis et adversario iam quasi insultantis; quae lascivia non decet senem tristem nec nisi de sumendo supplicio cogitantem. Dein quod attinet ista Vel hominem iube etc, passivum requiri vidit Douza Centurionat. pag. 312. Sed reponendum metri causa posci, non poscier, quod ei placebat, et locus sic accipiendus, ut Theuropides intendere iubeatur Simoni litem mancipi, h. e. de mancipio tradito et post abnegato. (Mancipio igitur explicandum Ob mancipium et aedis habendum pro genitivo singularis, sicut usurpari interdum τὸ aedes eo numero monui supra 794.) Atque ita quidem haec mihi videntur restituta et in luce sua posita.

1046. Nĕ. Vid. Amph. 149.

1051. Mss.: Quod agas, id agas.

1058. Vulgo hiante versu: Quia nihil quaesti siet.

1060. Inconcinne libri Me emunxti. Vid. Amph. prol. 149.

1061. omnem. Vid. Amph. 116, 341.

1064. Libri depravate:

Nunquam edepol hodie inultus destinaverim tibi.

Bene Acidalius, nisi quod vulgatum tibi servari potest: „Nota," inquit, „Lambini aliorumque commenta. Eudem ego sententiam dicam, sed quae fortasse praevaleat istis nimium argutis. Nam quid si scribatur:

Nunquam edepol haec hodie inultus designaveris mihi.

Ad Curtium ostendimus errorem perpetuum in verbis destinare et designare: quem quis negat hic committi quoque potuisse? Mens quidem senis ita commodissime exprimatur."

1071. Tȣ video vocalis o longa h. l. non eliditur, sed corripitur ante h literam cum vocali. Vid. Amph. 341.

1073. Vulgo hiante versu, nisi τὸ atque non liquescat, quae ratio durissima:

Vbi somnum sepelivi omnem, atque obdormivi crapulam.

Vett. edd.: V. f. sep. omnemque ob. crap. Vtroque et manuscriptorum omnem et editionum omnemque recipiendo versum restituimus.

1074. Vulgo sententia et metro aeque mancis:

Philolaches venisse mihi suum peregre huc patrem.

Alii alia infersere, Angelius et Aldus dixit, Camerarius narravit, Taubmannus ait. Optime convenire versui mihi videbatur Angelianum illud dixit.

1075. Inconcinne libri: siet.

1078. Vox gravis pacem non eliditur. Vid. ad 1071.

1080. Inepte atque inconcinne libri:

Peregre, gaudeo. hic apud nos hodie coenes. Th. sic talem,

Callidamate etc.

Perbene Scioppius Suspp. Lectt. 1, 5: „Non," inquit, „temerarium et sic de nihilo est, quod in utroque Ioachimi codice scriptum fuit disertim: hic apud nos hodie cenes sic tale. fuitque cum inde fingerem: cenassis face. Dixi nuper in Verisimilibus et dico etiam in de Ratione emendandi ex ingenio, t et f saepe sibi cessisse invicem. tum vero puto l pro t, ut saepe, ita et hic scriptum fuisse. t autem et c in manuscriptis libris valde similia sunt. Sic et Poenulo act. 5 sc. 2. vers. 75. tace pro face scriptum fuerat: ubi volgo Maledicta hinc aufer, linguam compescas, tace, legendum adsero cum libris Camerarii compescas face, et facile mihi de eo viri docti adsentientur. Fuit etiam cum mallem coenae sistas te, vel siste te, nec amici non probabant. Sed nimirum verissima corrigendi ratio est, cum unumquemque auctorum ex se ipso corrigimus. quare aliis Plauti locis cum

cum hoc ipso collatis et ductu litterarum in lectione scripta curiose observato tam non dubito de lectione mea, ut Apollinem nihil unquam verius e tripode profatum credam. Lego autem: hic apud nos hodie cenes, sic face. Iam quaeso haec Plauti loca mecum considera. Sticho act. 1. sc. 3. (171 sqq.):

Oratio una interiit hominum pessume,
Atque optuma hercle meo animo et scitissuma,
Qua ante utebantur VENI ILLO AD CENAM, SIC FACE,
Promitte vero, ne gravare, est commodum,
Volo inquam fieri, non amittam quin eas.

Et eadem fabula act. 3. sc. 2. (449 sqq.):

Cenabis apud me, quoniam salvus advenis.
Ep. Vocata est opera. Ge. num quidem tam grave est?
Promitte. Ep. certum est. Ge. sic fac, inquam. Ep. certa res 'st.

Hanc itaque lectionem iam constitui."

1083. Vid Ba. 468.

1085. Vulgo pro arbitrio nec salvo numero sic legunt:

Ca. Age mitte ista, et ito ad me ad coenam. Tr. dic etc.

Mss.: A. m. ista ac ito etc.; vett. edd.: A. m. ista haec et me ad c. Eaedem edd. non male: dic iturum.

1086. Vulgo minus concinne: in aram. Vid. Ba. 897. Confugisti non elidendum, qua de re vid. Amph. 341.

inscitissumus. H. e. inscitissume. Cf. Truc. 901 et Vechneri Hellenolex. 1, 2, 13.

1090. potavisse. Vulgo: peccavisse. Illud non nolebat Acidalius, quia ordine omnia facinora commemoret et peccata sane videri nolit Tranio. Hoc rectissimum: nam nihil aliud quam filios quosvis summo loco natos fecisse Philolachem ait sersus, neque igitur peccavisse, ut qui receptum in hoc genere morem sit secutus. Nusquam autem alias, ubi horum facinorum fit mentio in fabula, potationes non commemorantur. Grumio 19 sqq.:

Nunc, dum lubet licetque, pota, perde rem,
— — — — — — — — — — — —
Dies noctisque bibite, pergraecamini!

Simo 707 sqq.:

Musice hercle agitis aetatem ita, ut vos decet:
Vino, victu, piscatu probo, electili,
Colitis vitam.

920 sq.:

— — — Postquam hinc peregre eius pater
Abiit, nunquam hic triduom unum desitum est esse et bibi.
Th. Quid ais? Pha. Triduom unum est haud intermissum hic esse et bibi
— — — — — — — — — — — — —

(Th.) Ain', tu istic potare solitum Philolachem istum, quisquis est,
Cum hero vostro?
— — — — — — —
Th. Ain', minis triginta amicam destinatam Philolachi?
Ph. Aio. Th. Atque eam manu emisissed? Ph. Aio. Th. Et postquam eius pater
Hinc siet profectus peregre, perpotasse adsiduo
Tuo cum domino?

Theuropides infra 1114:

Imo me praesente amato, bibito, facito quodlubet.

Et ipse Tranio 35 sq.:

Lubet potare, amare, scorta ducere.

Suspensum tenebat Acidalium, quod infra Callidamates ait:

— — — — — — nos deliquimus:
Foenus sortem sumtumque omnem, quid amica est, omnia
Nos dabimus.

Sed eius loci cum diversa ratio videatur, eadem est: nam ut hic peccavisse eum negat Tranio, sed communia in se admisisse et quae non tanti sint, ut propterea irascatur senex, ita illic Callidamates non amicum, sed se deliquisse ait, seque igitur foenus sortem et omnem sumtum, quo amica emta sit, daturum. Quamobrem non dubitandum, quin recte reposuerimus potavisse.

1094. Inconcinne libri: istic. Vid. Cas. 430.

1095. Item corrupto numero exhibetur: — ad te litem. Vid. Ba 684 sq.

1096. Pronomen tu non eliditur. Vid. ad 1086. Verba igitur et non habebantur in chirographis.

1097. Sic probabiliter locum hunc restituit Camerarius, nisi quod τὸ me ex sequente versu huc transtulit Gruterus metri causa: nam vulgo legitur: — prae quam quibus modis Me ludificatus est. Mss: Iam minoris . . . . . cio praequam q m.; edd. primae: Iam minori scio predum Te. quibus modis, quomodo etiam V. C a manu secunda, nisi quod is monere – predem pro minori – predum; Iunt. Ald.: Iam minoris fecero praedem. Te. quid iam quibus modis Me lud. es.

1107. Vulgo inconcinne: adolescentiaeque. Vid. Epid. 497.

1110. quid. Vulgo itidem ἀμέτρως: qui. Vid. Amph. prol. 149. Camerarius fecerat quanti. Vid. Scioppii Suspp. Lectt. 1, 3, qui laudat Men. 449 Pers. 653 et fragmentum Hortuli Plautinae, quod profert Festus v. Sub corona venire.

1115 Vulgo depravato numero: supplicii hab. s. Acidalius Divv. in Pl. pag. 245: supplicii iam h. f. Sed vid. ad 1110.

1116. Mss. et pleraeque edd. vett.: Dispudet istam veniam. Aliquot edd. primariae, teste Pareo: Dispudet dat ist. v. Camerarius putabat, si legeretur Dispudet dari istam veniam, omnia fore integriora, quod Lambinus tanquam cer-

tum retulit in Commentaria. Sed rectius, opinor, Theuropides: Dabo istam veniam (filio; servo non dabo). Vnde Tranio: Quid me fiet nunc ïam (cui tu veniam te daturum negas, certe non affirmas)? et Callidamates: Fac istam cunctam gratiam.

1117. Commate, quod vocent, distinguendum post lutum.

1118. Libri corrupto metro: Interimam hercle ego, si vivo.

1119. Inconcinne libri Tranioni. Tranio rescribendum esse, iam Acidalio in mentem venit. Sic supra 543 habes Tranium pro Tranionem, Amph. prol 99 Electrum pro Electryone, Pseud. 1240 Dolum pro Dolonem; quomodo etiam Balli pro Ballionis reponendum vidi metri gratia ibid. 626.

1122. Te pronomen vulgo abest, ruente versu. Mss.: Mitte que sis tum vident, mitteque sis tume; edd. primae: Mitte quaeso tu me. An dederat Plautus:

Tr. Mitte, quaeso, tu med! Th Hem, viden', ut restat furcifer?

Vix arbitror.

1127. Inepte libri: Hanc modo unam noxiam; unam, quaeso, fac c. m. Vicinae noxaeueniam et noxiamunam; nec valde dissimiles d et f literae in scriptis, ut facile ex dacausa oriri potuerit facausa, mox fac causa, ut nunc legitur: nam facere veniam inusitatum.

1129. Tò Ibi non eliditur. Vid. ad 1036. Acidalius Divv. in Pl. pag. 245 secundum nescio quos libros emendabat Ibi tum. Taubmannus inepte: Ibi ibi utrumque etc.

ANNOTATIONES IN PERSAM.

ARGVMENTVM.

V. 3. Vulgo soloece: Raptamque ut emeret d. p. v., Subornata suadet etc. Iunt. Ald.: Raptamque ut is emat d. p. v.

5. Vulgo versu impedito: Atque ita intricatum etc. Tò ita ortum, ni fallor, ex sequente syllaba.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 2. Prorsus inconcinne libri:

Superavit aerumnis is suis aerumnas Herculis.

Tò is, quod officit versui et ex antecedente -is procul dubio est ortum, recte abest ab editionibus vett. Pro Herculis Mss Herculi, de qua forma genitivi eiusmodi nominum dixi Ba. 894. Sed vox τρισύλλαβος non sufficit metro, sufficit id, quod reposui, Herculaneas. Hoc scriptum Herculanas postremam syllabam facile perdiderit, a sequente simili nam interceptam.

5. cŭm. Vid. Amph. 149.

Ceterum libri: „ita fio miser.“ Quid? fio miser? an nondum est? Nugae! Legendum fleo miser. Mil. 1322:

Pl. Sin magis vis: ambo mittam. Py. Nolo; retineas. Pa. Fleo miser.

Pseud. 73: Quin fles? et ibidem 94:

Ps. Quid fles, cucule? Vives. Ca. Quid ego ni fleam etc.

Poen. 964:

Vt adflet, quo illud gestu faciat facilius!

Terentius Hec. 3, 3, 25: Nequeo quin lacrumem miser. Et ita passim lacrumarum, neque gaudio tantum effusarum, de quibus vidd. inttpp. ad Terentii Ad. 3, 3, 55, mentio fit in comoediis.

8. pectorĕ. Vid. Amph. 1. Cf. 19.

11. Similia habes Ba. 869 sqq.

12. quin me suis negotiis praefulciat. Sic et Pseud. 773 sq.:

— haec mi evenit servitus, ubi ego omnibus
Parvis magnisque miseriis praefulcior.

Quomodo, aliis monentibus ad h. l., columen familiae dicitur servus fidelis Phorm. 2, 1, 57, ad quem locum Donatus: „Columen," inquit, „culmen, an columen columna? Vnde Columellae apud veteres dicti servi maiores domus. Lucilius XXII:

Servo' neque infidus domino neque inutili' quoiquam,
Lucili columella hic situ', Metrophanes" etc.

13. Vulgo, praemature illato versu asynarteto, quales sunt 15 sq., Toxilum dicentem faciunt: Quis hic est, qui contra me adstat?

18. Inconcinne libri: Satin' ergo etc.

19. Itidem nullis numeris legitur:

Sa. Nimis stulte amicis utere. To. quid iam? Sa. quia iam imperare oportet.

Ineptum quoque istud iam in responsione Sagaristionis: nam cur, quaeso, iam imperare amicis alter oporteat? cur non semper, si unquam? Sed nata ista quia iam ex similibus quid iam, quae antecedunt. Literas a et d facile inter se permutari monitum Cist. argum. 7.

utere. Vid. ad 8.

20. Τὸ quidem μονοσυλλάβως pronuntiandum metri gratia, iam autem non elidendum. Vid. Amph. prol. 74. Amph. 149.

non te. Ita Mss. Vulgo: te non, quod nescio qua de causa primus induxisse videtur Angelius.

29. ago. Inconcinne libri: agito.

30. Τὸ veni e literam elidit metri causa. Vid. Amph. prol. 74.

Vulgo autem haec omnia fere ἄμετρα circumferuntur.

32. Vulgo: Q. te i. a. l. To. sed h. me u. e. Duplici accentu verbi audivi offensus, malim nunc reponere:

Quia te istaec audivi loqui. To. Sed hoc med unum excruciat . . . . i. t. c.

Bis etiam sic acuenda vox; sed ea regione versus iambici facilius talis fertur, quam in trochaïco.

33. dies μονοσύλλαβον. Vid. ad 30.

35. Vulgo:

To. Facere amicum tibi me potis es sempiternum. Sa. quemadmodum?

Mss. et edd. primae: cum tibi me etc., omissis illis Facere ami-, quae non male secundum Iuntinam atque Aldinam addidit Camerarius. Sed cum has edd. praeferre viderem: tu tibi me facere potis es sempiternum: a Plauto relictum esse mihi persuasi: tuum tibi me facere p. e. s.; tuum, quod in tum, mox cum, mutari proclive fuit: vid. Most. 1080. Nam Tuus in servis, familiaribus, amicis, amantibus denique usurpari notum est, qua de re cf. Amph.

401 Ba. 1155 Terent. Andr. 5, 6, 12, ubi Donatus: ,,Tuus est nunc Chremes.] Lucilius in secundo (al. septimo):

Nunc praetor tuus est, meu' si discesserit horno
Gentilis."

Horat. Odd. 1, 25, 7; quomodo dicuntur etiam Meus, Suus, Noster, Vester: vidd. Ba. 69 Mil. 793 Rud. 1147 Terent. Andr. 4, 4, 26 nosque ad Epid. 531.

37. Vulgo: in hoc triduo, quomodo triduum in unum perperam legi monuimus Most. 921 sq. Hoc quidem loco suppostitiam esse praepositionem et ex litera praecedente ortam, vel metro arguitur.

38. Vid. de huiusmodi clausulis Epid. 197 sq.

Fi benignus. Cf. 49.

41. Potis est. Ita Mss. et edd. primae; nam mediae: pote est. Praesens adhibitum pro futuro; qua de re vid. Ba. 859. Languet prae hoc ἄμετρον Camerarii potessit, quod mutatum a librariis ob ignorantiam antiquitatis inepte coniicit Taubmannus.

42. Vulgo minus concinne: Siccine. Itidem autem invitis Mss. et vett. edd. exhibent: Rogasne? quod nec metro satis convenit, cum in transitu a versibus trochaïcis tetr. acatalecticis ad iambicos poni soleant trochaïci catalectici; quamquam liberiorem in hoc genere Sarsinatem ostendi Men. 43.

45. Male libri affirmate: Nempe habeo in mundo. Nec melius Paris. Iunt. Ald. Basil.: N. habes i. m., quod frustra defensum it Douza Centurionat. pag. 451. Rogat Toxilus, an argentum in mundo habeat, h. e. an sibi paratum sit; quomodo Nempe in interrogationibus usurpatur, praesertim apud Nostrum. Vid. Horat. Tursellin. de particc. lat. orat. h. v. §. 2 Terent. Andr. 1, 2, 24.

47. Satis inepte legitur atque inconcinne:

Sa. Quaere tamen; (vel.) ego item sedulo, si quid erit, faciam ut scies.

Se quaesivisse mutuum Toxilus dixit, sed nusquam reperisse, ad quae Sagaristio: Quaeram equidem, si quis credat, quod idem est ac si dixisset: Age, desiste quaerere: ego pro te rem experiar. Cur igitur hoc loco tamen illum quaerere id iubeat? Nempe corrupta haec et haud dubie legendum, immissa Toxili persona: Quaero (h. e. Quaeram: vid. 41) tamen ego item sedulo. Vrbane Toxilus, etsi alter se quaesiturum promisit neque sibi ipsi bene etiam successit id negotii, tamen se quoque operam denuo navaturum, praesertim in re sua, dicit. Deinde Mss. et vett. edd.: si quid erit iam ut scias! unde Angelius: s. q. e. faxo iam u. s.; Camerarius: s. q. e. faciam u. s., sicut vulgo legitur; nos faciliore medicina et quae a metro non abhorreat: si quid erit, iam scies. Τὸ scies pro monosyllabo. Vid. Amph. prol. 74.

Obsecro resecroque. Cf. Aul. 654 sq., quem locum laudat etiam Douza Centurionct. pag. 454.

50. Inconcinne libri Iamne abis? siquidem τὸ Iam sequente enclitico nequit corripi.

51. Vulgo interpretatione ἀμίτρῳ: Sed recipe te quam p. p. Vid. Merc. 487.

53. Vulgo ex coniectura Camerarii:

Veterem atque antiquom quaestum meum alimoniae.

Mss. et vett. edd. V. a. a. quaestum malo; V. C.: V. a. a. quaestum mali. Legendum, nisi fallor:

Veterem atque antiquom quaestum quaesitum malo;

quaesitum malo, h. e. per malum, per malitiam, per malefactum. Cf. Cas. 525, Trin. 101 et lexica. Astutas autem parasitorum sycophantias intelligi, versus 56 et 60 comparanti facile liquebit. Quaestum quaesitum κατ' ἰδιοπάθειαν, de qua dixi Mil. 480 sq. Simile a simili interceptum, sicut solet fieri.

60. Vulgo:

His cognomentum erat duris capitonibus.

Sed Mss.: Neque tis cogn., Neque hus cogn.; edd. primariae: Neque his cogn.; mediae: Namque his cogn., quae correctio videtur esse eius, qui duros capitones interpretaretur, sicut vulgo, impudentes, cum stupidi sint intelligendi respectu ad verba durum caput, h. e. insulsum, quomodo durum aut rusticum dixit Cicero de Officc. 1, 35, 9, durum ingenium Seneca epist. 58 sub initium. Non stolidos fuisse maiores suos ait Saturio itaque illos laudat, ut decet, quos imitari se profiteatur, non vituperat, ut volunt editores, quod impium absurdum et ab indole huius loci alienum. Vulgatum quoque cognomentum metri causa mutandum erat in cognomen.

62. me. Vid. Amph. 356.

67. Verba civem et fidelem non elidenda metri gratia. Vid. Amph. 541. Hoc non advertens Acidalius Divv. in Plaut. pag. 409 frustra novat.

68. Absurde libri:

Sed legirupam qui damnet, det in publicum
Dimidium etc.

Quid? ut is, qui leges migrantem damnet, hoc est accusando efficiat ut damnetur, quomodo saepius usurpantur Damnare et Condemnare, is igitur ut non modo praemiis ornandus, sed etiam puniendus sit? Cave credas. Reponendum legirupa, h. e. quadruplator, sive accusator malevolus, aliorum bonis inhians, quorum quaestus iam tum erat Romae uberrimus; quanquam Athenas potius intelligendas puto, utpote in poëta Atheniensi, quem Plautus vertit. Duit metri causa rescribendum fuit.

69. Vulgo minus rectis sententia et versu:

Dimidium: atque etiam mea lege adscribitor.

Acidalius l. l. ad 67:

D. atque aequum etiam in ea lege adscribier;

bene quidem, quod in ea lege, male, quod aequum, quo minime indigemus. Nam adscribier quidem V. C. et

edd. vett.; Decurtatus autem adscribere, quod eodem redit. Te est probabiliter addidisse mihi videor, siquidem id, ita scribi solitum ē, facile intercipi potuit a sequente verbo.

70. quempiam iniexit manum. H. e. si iaciet manum in quempiam. Similiter Truc. 718:

Post id ego manum te iniiciam quadrupli, venefica.

Frustra Acidalius: quoipiam.

71. illi. Malim illum, sicut quempiam. Facile illū in illi degeneraverit.

72 Pessime edd.: Vbi aequa. Vti vel Vt aeq. Mss. et vett. edd., quod ipsa sententia requirit.

73. Libri forma loquendi minus usitata:

Si id fiat, ne isti faxim usquam appareant etc.

Iunt. et Ald., quas sequitur Pareus, recte: S. i. f., nae i. f. nusquam app. Nae et Ne passim confusa in libris scriptis.

74. Recte Scaliger: ,,Albo," inquit, ,,rete dixit Plautus, ut idem dicit homines creta sese occultare (Aul. 670). et Ennius Medeam gypsatis manibus. Quae omnia translatione dicta sunt de iis, qui dolos suos praetextu exornant, et illis aliquam bonam causam praetendunt, puta leges et iura, aut simile; quas fraudes εὐπροσώπους καὶ εὐπροφασίστους Graeci vocant etc." Vidd. etiam Erasmi Adagg. 1, 5, 53 sq. et Acidalius Divv. in Plaut. pag. 410. Non intelligendum secundum Gulielmii Quaestt. in Pers. c. 1 album praetoris, in quo is edicta, actiones, interdicta proposita habebat, ut albo rete vel reti dicatur per epexegesin, id est tanquam reti, ut ait Gronovius. Multo minus vel reponendum albo pariete, quod legitur in edd. Paris. Brix. Iunt. Ald., vel albod ariete, h. e. εὐπροσώπῳ et praetextu honesto exornato, quod in mentem venit Acidalio l. l. et Pareo imposuit.

Ceterum vulgo: rete. Vid. Amph. prol. 149.

76 sunt. Mss. sint, non male.

78. Libri inconcinne: quieverint. Correxit Douza Centur. pag. 457.

81. sua sibi. Vid. Capt. prol. 5.

87. Vulgo: colutheaque. Sed recte Gronovius: ,,Coluteaque appara. Quia struthea sunt mala Cydonea, non videntur illis incommode iungi colutea, si accipiamus pro fructu arboris coluteae, cuius est descriptio apud Theophrastum de plantis l. 3 c. 17: Ἴδιον δὲ καὶ ἡ κολυτέα περὶ Λιπάραν. δένδρον μὲν εὐμεγέθες· τὸν δὲ καρπὸν φέρει ἐν λοβοῖς ἡλίκον φακός. Nec mirum, arborem dici coluteam, fructum coluteum, ut olea et oleum. Strutheorum meminit Plinius lib. 15 capp. 11 et 14."

Acidalius Divv. in Plaut. pag. 411: ,,Aut," inquit, ,,mutilus est hodie hic locus, aut ratio fugit olim Plinium, qui myrrhae seu vini murrhati mentionem hic fieri scripsit H. N. 14, 5: Lautissima apud priscos vina erant myrrhae odore condita, ut apparet in

Plauti fabula, quae Persa inscribitur, quanquam in ea et calamum addi iubet. Liquet, ad hunc plane locum respexisse magnum illum Naturae mysten: ubi cum sane calami mentio exstet, nulla est tamen illius murrhini condimenti. Hoc, qui Plinio magis faveat, dixerit; illud, qui Plauti locum diligentius ponderarit. Neque enim ulla Plautini textus inconnitas apparet, unde quidquam deesse deprehendatur, et sensus est omnino plenus: ad quem neque facere videri possit aut murrhati aut ullius adeo vini mentio. quamquam sane mulsum tamen ibi liquido perscriptum, pro qua ipsa voce suspicari liceat Plinium legisse murrham, atque hanc, ut utrique ratio constet, in Plauto reponendam etc."

90. Vulgo ex interpretatione: balneis. Mss.: balinencis; edd. vett.: balineis.

100. Vulgo barbare: Terrestris.

104. Inepte hic et infra 140 libri: edis. Edd. vett. hoc loco: edes, quas sequor. Eaedem: A. e. iam, nam intus etc., quod praeferendum mihi videbatur vulgatae lectioni At edes! nam iam intus etc.

108. Inconcinne legitur:

Sa. S. m. a. G. To. sed ecquid meministi, here etc.
E litera in Sed elidenda: vid. Amph. prol. 74.

110. De congro Douza Centur. pag. 458 confert Mil. 751.

112. Similia sunt Men. 103 sqq.

116. Edd. horridiore numero:

To. Q. a. advorte: hoc enim iam here n. t.
Non legebatur τὸ enim in V. C. Camerariano.

117. Tecumque oravi. Vid. Ba. 459.

120. V.:

Nihilo parasitus est, quoi argentum domi est.
Mss.: — domid esse, — domi idem. In his agnosco domi cidem, h. e. cuidem pro quidem, de qua scribendi ratione vid. ad Cas. 449.

137 sq. Male auctore Camerario legitur:

Siquidem hic leno nondum sex menses Megaribus
Huc est cum commigravit.
Mss. et edd. primae: Sicut istic leno etc. Vid. Mil. 962. Metri causa transponenda erant verba per synchysin, de qua dixi Amph. 378.

140. Perperam libri: edis. Inconcinne quoque: sis, quod iam alii animadverterunt. Cf. 104.

147. Bene facis. Vid. Capt. 776.

151. Et ut adfleat. Similiter Poen. 964: Vt adflet. Horatius epist. ad Pisonn. 101, ex Fabri et Bentleii emendatione verissima:

Vt ridentibus arrident, ita flentibus adflent
Humani voltus.

152. Etiam tu taces? Formula indignantis. Vid. Curc. 187, 607.

153. peior. H. e. callidior: nam saepe Malus Astutum et Malitia Dolum sonant apud veteres. Cf. Epid. 534 Mil. 441 sq. Truc. 417 sq. 436, 466.

157. Vulgo inconcinne et inepte:

To. Quasi sit peregrinus. Sa. laudo. To. et tu tuam gnatam tamen etc.

Acidalius Divv. in Plaut. pag. 412 tentabat: To. et gnatam autem tuam, Et tu tuam gnatam item.

159. Vulgo: ornamenta Vid. supra 74.

161. Inconcinne libri: horum. Mss. horunc.

163. Vid. de hoc metro supra pag. 52.

169 sqq. Vulgo interpretationibus inconcinnis:

Nimis tandem me quidem pro barda et pro rustica reor habitam
Esse abs te. quanquam ego vinum bibo, at mandata non consuevi simul bibere
Vna. me equidem iam satis etc.

Dein non Bibere aliquid pro eo quod est oblivisci, sed dicitur Ebibere. Sosia Amph. 472:

Non ego cum vino simitud ecbibi imperium tuom.

Tum Mss versu tertio: Vnam quidem iam etc., edd. primae: Vnam equidem iam etc.

172. interea. Itidem ἀμέτρως libri: interim. Mss.: interiam.

173. Simili vitio hic versus premitur, qui vulgo sic habet:

Cucus si in ludum iret, potuisset iam fieri ut probe litteras sciret.

Posse pro Fieri posse veteribus usitatum, sicut monui Aul. 341. Eleganter autem dedi posset pro illo vulgatarum potuisset, quod tamen ferri potest. Vid. Conrad Heusingeri praefatio edit. Cicer. de Officc. pagg. 58 sq. Si probas posset, vox ludum non est elidenda, ut metrum constet.

175. Putide atque item inconcinne libri:

Potin' ut taceas? potin' ne moneas? memini et scio et calleo, et commemini.

Tò memini petitum ex 184.

176. Haud melius legitur: ego istuc placidum tibi ut sit, faciam. De ego perperam inculcato vid. Asin. 843.

178. Vulgo versu impedito: quid ei homini opus vita est?

180. Itidem ἀμέτρως libri: eius aures, quae mandata sunt, onerabo. Tò sunt ab interprete est. Vid. Amph. 168.

182. Aiin' pro vulgato ain' reponendum esse, metrum fuit indicio. Vid. Amph. 128

188. Formula. Cf. Amph. 804.

193. Insulse libri:

Nec subigi queantur unquam, ut pro ea fide habeant iudicem.

Pistoris: indicem. „Quin continuo," inquit, „palam fiat; quin omnibus indicetur." Qui sensus quomodo ex verbis

vulgatis, τῷ indicem tantum reposito, eliciatur, nescio. Rescripsi: — ut pro fido habeant indicem. Non adduci posse ait puer servulos, ut indicem habeant pro fido, h. e. revera fido, non lucri illicitique commercii causa hero omnia indicante. Non inepte cum his comparentur Most. 862 sqq.

195. Clausula. Vid. ad Ba. 1114 sq. Curc. 112.

198. Vulgo inconcinne:

Illic abiit hinc intro huc. sed quis haec quae m. a. i.?

Mss. et vett. edd.: sed quis haec est, q. m. a. i.?

203. Vulgo invitis Mss. et edd. vett.: Hercle nescio. Sed si ut digna etc. Tò te a praecedente -le interceptum puto.

205. Quom — loquor: Cf. Curc. 508 sq.

208. mali monosyllabum. Vid. Amph. prol. 74.

210. Prius Heia non elidendum. Vid. Mil. 62.

211. De proceleusmatico Fateor e- vid. Amph. 556.

214. Libri corrupto metro: Quo agis?

215. Eodem vitio laborant vulgata haec: Eo ego hinc haud longe. Sequor Iunt. Ald.

216. Vulgo numero durissimo: Nisi sciero. Expressimus easdem edd.

218. V.: Mala es. Reposui Mala, ut Scelestus, utrobique intellecto es, de quo vid. Amph. 168.

Male autem libri: Pa. decet me. So. me quidem haud decet. Peius Angelius et Aldus: Pa. me haud decet. So. me etc., cum potius Sophoclidiscae oratio ad Paegnii corrigenda esset: nam ipsius fere verba puero ingerit haec mala merx, iisdem repetitis irridens eum, de quo genere ioci monui Most. 844. Cf. 221, imo totam scenam. Scriptum haddecet pro addecet degenerasse videtur in haud decet. Vid. Asin. 24.

219. quŏ. Vid. Amph. 149.

221. Vulgo: — res est, immisso trochaïco acat. Vid. Amph 596.

223. Inconcinne libri: Nil equidem. Iunt. et Ald. neutrum horum habent.

Estne haec manus? Eleganter. H. e. Nonne haec est manus? Vidd. Heusinger. ad Cicer. de Officc. 3, 17, 2 Parei lex. Plaut. v. Ne pro Nonne, locisque ibi laudatis adde Ba. 590 Cas. 188.

224. Vox gravis Domi non eliditur. Vid. Amph. 541.

227. Temperi. Ita Mss. Vulgo: Tempori.

228. Vulgo versu ὑπερμέτρῳ:

Ne ubi capillus versipellis fiat, foede semper servias.

Mss.: fias. Scires, τὸ capillus immissum esse a glossatore. Decurtatus initio N. u. ullus vers.

229. Tò quidem μονοσυλλάβως pronuntiandum. Vid. ad 208.

231. peritis. Ita edd. vett., in his primae, eleganter il-

lato plurali numero pro singulari. Vid. Mil. 792 sq. Vulgo ex interpretatione, ut arbitror: peritae.

Itidem vero ὑπερμέτρως libri: Atque ego hanc nunc operam perdo.

232. V. turbato numero:

> Sed ego cesso. So. mane. Pae. molesta es. So. ero quoque, nisi scio etc.

Mss. et edd. primae: — So. ergo quoque etc. Utrumque ergo et ero recipiendum in ordinem.

233. Quŏ. Vid. 219.

234. Inconcinne legitur odiosus es. Contractione utendum erat, qualis est etiam Rud. 775 etc.

235 peior. H. e. callidior. Vid. supra 153. Cf. vers. sequ.

237. V.: — So. dic ergo, quid est? Sed verba quid est? absunt manu scriptis et edd. vett. Itidem ista repetitione expediendum duxi locum, de qua supra 218.

238 sq. Vulgo dissolutis scopis:

> Pae. Ne hoc — — — prius.
> So. Et edictum est magnopere mihi, ne cuiquam homini crederem:
> Omnes etc.

Versu secundo Mss. et vett. edd. neque notam personae So. neque sequentem copulam agnoscunt. Vide, an reliqua expediverim.

246. Inconcinne libri, nisi τὸ ego non liquescere dicas, qua de re vid. supra ad 224: At ego etc.

247. Tò Quid vocalem elidit. Vid. ad 208.

248. Vulgo hiante versu et omnino male: At ego abiero. Saepius confusa Ac et At. Sic perpetuo in superioribus, velut 219: Pas. Decet me. So. Et me quidem addecet; 222: Pae. At propero. So. Et pol ego item; 233: Pae. Ad vos. So. Et pol ego ad vos; 244: So. Tecum habeto. Pae. Et tu hoc taceto. Ad quam faciem Acidalius rescribebat: et ego abiero. Sed hoc metro non sufficit.

249. Vulgo: inclyto. Mss.: induto, h. e. incluto. Vidd. Mil. 430 Sciopp. Suspp. Lectt. pagg. 12 sqq.

251. Ita Mss. et vett. edd. Vulgo inconcinne: lubens meritoque vitulor, quae adduntur versui antecedenti.

Lubens merito. Vid. de hac formula solenni in precibus gratiarum actionibus et suppliciis deorum, quae in multis inscriptionibus exstat, I Gulielmii Quaestt. in Pers. cap. 2.

252. Dixi de hoc metro supra 52 sq.

253. Inepte atque inconcinne libri:

> Danunt argenti mutui, uti egenti opem afferam.

Reponebat iam olim Lipsius danit, quia hae gratiae uni Iovi dicantur; sed hoc ἄμετρον.

256. Tò boves elisa u litera pronuntiandum. Vid. Amph. prol. 90. Cf. 259.

257. die pro monosyllabo. Vid. ibid. 74.

259. boves. Vid. 256.

261. Inepte et barbare libri: Diu quod bene erit, die uno absolum. Non hoc argento diu bene erit Sagaristioni, sed in breve tempus, diem. Rescribendum igitur usurpato modo potentiali, de quo vid. Aul. 42: Diu quo bene sit etc.

Ceterum immissa interpretatione inconcinna legitur: Tax tax tergo meo erit: non curo.

262. Minus recte, seu sententiae seu metri rationem habeas, codd.: Nunc amico etc. Nam. Vid. Amph. 149.

263. Itidem ex interpretatione libri: N i. d. l. est, triparcos homines, vetulos, a., a. Versus non recipit τὸ homines.

264. V.:

Bene admordere, qui salinum servo obsignant cum sale.

Non male Meursius Exercc. critt. 1, 215.: „Cur," inquit, „salinum cum sale? Inepta ταυτολογία. Leg.: — qui allium servod obsignant cum sale. Nam allium et sal cibus erat pauperum servorumque. Persius Sat. 4, 30: — tunicatum cum sale mordens Cepe etc." Sed reponendum potius B. a. qui alliatum s. o. c. t. Loco verborum qui salinum Mss.: quis alienum; vett. edd.: qui alienum vel qui alium. Most. 45:

Sine alliato fungi fortunas meas.

Et nihil aliud est quam alliatum Persii illud tunicatum cepe cum sale.

266. Vapulet. Festus v. Vapula Papiria: „Vapula tum dici solitum, cum vellent minitantibus significare, se eos negligere et non curare. Plautus in Foeneratrice:

Liberta, salve; vapula, Papiria.

Aelius hoc loco Vapula positum esse ait pro Dole, Varro pro Peri, teste Terentio in Phormione (5, 6, 10) etc." Cf. Asin. 459 Curc. 565.

268. potis est. Sic metri gratia rescribendum vidi pro vulgato potest.

De hoc genere versuum vid. Amph. 422.

270. Vulgo putide atque inconcinne:

Pensum meum, quod datum'st, confeci. nunc propero domum. SA. mane, etsi
Properas etc.

Aut dicendum erat: Pensum meum confeci, aut: Pensum, quod datum est, confeci: nam utrumque idem. Sed glossema est τὸ meum, ut ex metro intelligitur. Deinde Mss. non propero domum, sed prodomum, h. e. prodeo domum pro eo domum, quomodo prodire ad forum pro ire Men. 730 et similia dici solent. Verba domum et Mane elisis o et a vocalibus sunt pronuntianda. Vid. ad 257.

272. Minus apte edd.: SA. At sta. Mss. et vett. edd. Asta, h. e. Adsta. Vid. Parei lex. Plaut. v. Adstare pro Stare.

molestiăm. Vid. Amph. 1.

273. Libri ταυτολόγως atque inconcinne: Qui nunc sic tam es molestus.

276. Vulgo nullis numeris:

SA. Etiamne dicis, ubi sit, venefice? PAE. nescio, inquam, ulmitriba tu.

Mss.: Etiam dicis. Saepe mixta est et sit, ut monuimus Men. 666, 803. I vocalis in nescio elidenda, ut versus constet. Vid. ad 257.

278. liberam. Vid. ad 272.

281. morticine. Cadaverosam faciem dixit Terentius Hec. 3, 4, 27.

282. Video — es. H. e. argentum stupris meruisti, propterea que ferocem facis. Vid. ad Most. 891 sq.

283. gratiis. Quia morticinus et omnino turpis es.

284. Perperam libri: speras. Nam quomodo sciat Paegnium, alterum id non sperare, quod sperare servos omnes consentaneum est? Legendum speres, h. e. sperare possis. Vid. supra ad 261.

286. praes est. Ausonius de Dictis VII Sapientum: Sponde; noxa praes est. Ad quod Scaliger Lectt. Ausonn. 2, 21: „Praes est," inquit, „id est adest, vel praesto est, πάρεστι. Graecus interrogatus, εἰ πάρεστι, respondet potius πάρα quam πάρειμι. Sic Romanus interrogatus, an praeses? respondebat: praes, non praes sum. Festus inquit, praedem dictum esse, quod interrogatus a populo si praesesset, respondebat praes, supple sum. Praesesse antiquitus significat praesentem esse, παρεῖναι: unde superest participium praesens." Vid. quoque Scaliger ad Fest. v. Praes, Palmer. Spicileg. fol. 224.

287. Malim propemodum: in carcerem ut sis, h. e. ut eas in carcerem, ut eo tibi sit eundum. Vid. Amph. 545 Cas. 568.

290. Inepte legitur: Quid dedero. Sequor Iunt. et Ald.

293. Vulgo: Tu me defigas; sed Mss. et vett. edd.: Tunc m. d., Tum m. d., h. e. Tu ut m. d.

296. Libri minus concinne: Nam umbra m. i. v. Umbram suam quasi iam vapulare dicit a Toxilo, cum ipse nondum adsit.

296. Ἀμίτρως codd.: — aperite. eccere autem. Sequor vett. edd.

299. egreditur intus. Vid. Merc. 698.

304. Male libri: Propera, abi domum. Neque opus reponi abidum, quod quibusdam placet; certe non metri causa: siquidem verba Propere abi efficiunt proceleusmaticum, pedem metricum, in versibus trochaicis et iambicis aeque usitatum, sicut monui Amph. 356. De correpto i in abi vid. Asin. 731.

306. hic. Vid. Amph. 136.

307. Τὸ quidem i literam elidit. Vid. supra ad 257.

308. V.:

Ecquid, quod mandavi tibi? estne quid in te speculae? SA. adito.

Abest τὸ quid a manu scriptis et edd. primis. est nē degenerasse videtur in estne. Nunc, quia antea non fuit.

309. Factum volo. Vid. de hac formula Most. 793.
310. hŏc. Vid. ad 306.
314 Vulgo hiante versu:
To. Inspicere morbum tuum lubet. SA. abi atque cave sis etc.
Passim in nominibus personarum errare scribas monui Amph. 436.
315. bini. V. C.: boni.
318. Inconcinne libri: Creditur.
319. Simili vitio exhibetur: argentum hic est. Facile perierit praepositio.
320. tŭ. Vid. Amph. 149.
322. Tŏ tibi non liquescit. Vid. Amph 341. Vel legendum tibid, de quo adi, sis, nos Amph. prol. 149.
324. Tanto melior Vid. Men. 338 sq.
325. duit. Ἀμέτρως libri: det. Sequor editionem Mediol. anni 1500.
328. Cum posset dicere Perennitatique perpetui cibi enallage ridicula intulit Perennitatisque perpetuo cibo. Nihil hic mutandum.
339. mĕ. Vid. ad 320.
341. Malim: Mihi, opinor, etc.
357. Meo modo. H. e., ut volo, ut mihi placet. Cf. Asin. 136 Parei lex. Plaut. v. Modo suo aliquid facere.
358. Quae haec res sunt? Vid. Asin 458, et de Haec pro Hae a me reposito Epid. 207.
360. Inconcinne libri: tamenetsi. Sequor vett. edd., in his primas.
369. Obtinet interpretatio ἄμετρος: Non es, neque etc.
375. Vulgo secundum Pistorem:
Verum lubere haud lubeat, si liceat mihi,
quae sic explicat iste emendator: „Ait parasitus Lubet. id captans virgo, Video, inquit, ita rem comparatam, ut tibi, quod lubeat, per me quidem liceat. Verum si liceat mihi, vel si in manu mea res esset, mihi non lubeat lubere, id est Ego hoc nollem.“ Verum haec sententia inepta est, cum nemo prohibere possit, ne nobis aliquid vel lubeat, vel non lubeat; perstandumque est in veterum lectione codicum qua scriptorum qua impressorum hac:

Verum lubere haud liceat, si lubeat mihi.

Non aequo secum iure agi dicit puella, sed patri lubere, quod sibi velle non liceat.

387—389. Haec vulgo sic ordinantur: Me esse — Pol — Ne te —. Transponendum esse versum medium, suboluit Acidalio Divv. in Plaut. pag. 417. Sed nec bene ista iungebantur Cave sis tu istuc dixeris, Ne te etc. quomodo neminem locutum scio.

390. Alterutra vocum Librorum et eccillum non est elidenda, et praestat non liquescere Librorum, tanquam graviorem. Vid. supra ad 322. Frustra Iunt. Ald.: Librorum enim eccillum etc.

393. Vidd. interpretes ad h. l., nos ad Merc. prol. 10.

400. dies monosyllabum. Vid. ad 257.

403. Inconcinne libri: Curate.

405. Vulgo: Commictum coenam, quae Palmerii est coniectura. Libri vett.: Commixtum cóeno, quod non erat cur tam fastidiose sperneret vir doctus. Leno audit lutum, congerrones eius coenum. Nihil planius.

Sterculinum. Sic, vel stercilinum Mss. Probavit hanc scripturam Bentleius ad Phaedri Fabb. 3, 12, 1. Vulgo solenni errore: sterquilinium.

407. Vulgo inconcinne: Pecuniae. Minus bene Angelius et Aldus: Pecuniarum.

411. Accipin' argentum? Vid. ad 322.

Etiam tu argentum tenes? Vid. Curc. 187, 607.

415. V. C.: popli: sed huius verbi prior syllabe solet corripi.

servitutium. Ita Colerus, non improbante etiam Gronovio. Vulgo: servitricium, de quo rectissime idem vir eruditus: „Sic dici servum plenum tricarum, dolorum, captionum, ut sit vocabulum factum a servis et tricis, insolens et intolerandum existimo.“ Ceterum quae ipsi in mentem veniebant, stabulum meretricium, stabulum ferriterium, et inconcinna sunt et dissimiliora codicum scripturae.

416. Corrupte libri: subiculum, quod quid sibi velit, scio cum ignarissimis. Recte Meursius Exercitatt. critt. 1 pag. 215, sicut olim et Pius: sudiculum. Paulus, Festi epitomator: „Sudiculum flagelli genus erat, quod vapulantes sudantes fecit.“ Ridicule igitur Toxilus vocatur sudiculum flagri, h. e. qui saepius id exercendo quasi ipsum flagrum sudare faciat. Cf. infra 785. Capt. 571.

419 sqq. Cf. Most. 581 sqq.

430. Ἀμέτρως libri: — crederem, ut idem m.

436. faxo hic erit. Vid. Amph. 853 Curc. 582. Cf. 443.

439. Male interpungitur: Mirum, quin citius etc. Bene Acidalius Divv. in Plaut. pag. 418: „Tu Mirum quin coniunge et integro puncto a reliquis separato. E praecedentibus enim ἀπὸ κοινȣ̃ ad hoc repetes Mirum quin tibi in manum concredam, vel Mirum quin metuam: id est Omnino metuo. Sic enim Plautus ubique formula ista utitur, in qua frustra Lambinus se multis locis torquet. Fuit hic paulo ante: Dor. Mirum quin tibi ego crederem. Et superius:

Mirum quin regis Philippi causa aut Attali
Te potius vendam.

Et ubique exemplorum copia, quae commode accipere satius est, quam de interpretatione per aequivalentia verba frustra satagere.“

441. V.: Abi istac avorsis a. a. f. Sed recte vett. edd.: A. i. advorsis a. a. f. Monstrat τῷ istac angiporta: ergo vidit ea: ergo adversa erant, non aversa.

449. Male

449. Male edd.:

Sic ei procedunt post principia denique;

nec melius libri vett.: S. e. procedit p. principio d., quae sic refingit Acidalius Divv. in Pl. pag. 418:

Atque edepol ferme ut quisque rem accurat suam
Principio, sic ei procedit post denique.

Recte I. Scaliger in Coniectaneis: „Castrense," inquit, „proverbium est A postprincipiis incipere, In postprincipiis stare, In postprincipiis esse. Varro loquens de disciplinis mathematicis apud Agellium: Sed haec, inquit, aut omnino non discimus, aut prius desistimus, quam intelligamus, cur discenda sint. Voluptas autem vel utilitas talium disciplinarum in postprincipiis existit, cum perfectae absolutaeque sunt; in principiis vero ipsis ineptae atque insuaves videntur. In quibus non solum usus huius proverbii patet, sed etiam explicatur proverbium ipsum. Et ipse Varro hic quoque exponit proverbium, cum subiungit id est: ab his potius temporibus, quam superioribus. Sed et Plautus in Persa idem usurpavit:

Atque edepol ferme ut quisque rem accurat suam,
Sic ei procedunt postprincipia denique.

Nam male hodie legitur Sic ei procedit post principia etc.: neque enim haec disiuncta, sed coniuncta, postprincipia."

458. Hoc versu vulgo finitur scena, et relique usque ad versum 466 actus quarti secundum constituunt, quae rectius in unam cum superioribus coniungi sensit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 418.

459. Edd. primae: ornatus, quod ferri potest, τῦ moror posteriore syllaba producta; qua de re vid. Amph. prol. 38.

460. Vulgo:

Tiara ornatum lepide condecorat suum.

Et sic sane Mss. et vett. edd., nisi quod hae: condecora, τῶ t a sequente voce intercepto. Sed Acidalius Divv. in Plaut. pag. 419: „E Prisciani," inquit, „vetere scriptura, quae haec lib. 6:

Theatrum lepidum eum decora schema,

[vel secundum Putschium pag. 679: Th. lepida condecorat schema. Bo.] etsi mirifice quoque corrupta, integerrima tamen omnium, novam integriorem et non dubie Plauti germanam istam facio:

Tiara ut lepidam lepide condecorat schemam!

Geminandam vocem, semel in Prisciano scriptam, Canterus et Palmerius olim vidit: sed in reliquis uterque nimium deinde aberravit, etsi magis ille, ac pueriliter quidem, cum theatrum e Grammatico arreptum in theatrum et scenam huius fabulae pertraxit. Alii vocabulum ornatum mor-

dicus tenuerunt, quia ad mensuram versus implendam quadrabat. Id tamen manifestum glossematium est alterius schemam, quod ipsum ideo vitatum, quia numeris videbatur repugnare Sed, o boni, corripitur inque fine versus ponitur et Amphitruone [prol. 117]:

Quod ego huc processi sic cum servili schema;

neque Latini semper, et minus Comici, naturam ac modulum originis Graecae sunt secuti. Quod posui autem, ornatum esse huius vocis glossam, audacter posui; nec moveor auctoritate magni viri, qui schemam in Amphitruone penulae servilis genus interpretatur. Fallitur, et unde autem sic interpretatur? quisve ita unquam usus? Plautus utrobique pro habitu accipit, quem Graeca vox ipsa sonat. Hic Persicum reliquum habitum tiara imposita lepide condecorare dicitur; illic Mercurius, qui deus sit, excusat, quod servili habitu seu ornatu, Sosiae scilicet aemulus, in scenam procedere non dubitarit. Nec iuvat, quod fortasse penulam indutus ibi tamen, utpote peregre venientem assimulans. Quid enim? ideo generis significationem adstringemus speciei? Comprehendit in se schema et penulam et alium quemvis ornatum. Neque postea deposita penula, cum omnem habitum servi Sosiae porro Mercurius imitaretur, non incessit cum servili schema."

Hanc viri sagacis emendationem recipere in ordinem nullus dubitavi, cum auctoritate niteretur grammatici, de cuius aliorumque eius ordinis virorum scriptis olim exaratis quid mihi videretur, significavi Men. 754 Most. 456.

469. Ita. H. e.: quia. Vid Cist. 593—395.
sua. H e. libera. Cf. Men. 940.
De metro vid. Amph. 596. Cf. 471, 475, 483.

470. Iam. Vid. Amph. 149

475. Libri minus probo numero: — ne quis mihi in iure abiurassit

477. inducam. Vulgo inconcinne: ducam. Inducam in transennam, sicut Inducere in errorem, in malam consuetudinem et similia dicuntur.

478. Itaque. H. e. Et quoniam. Vid supra 469.

479. Dordalē. Vid. Aul. 108 sqq. Male Iunt. et Ald.: To. V. a. te nunc Dordale?

480. Legitur numero durissimo: eho, an iam m. e. m.?

482 Inconcinne libri: — auctus es? Do. enicas. Vid. Amph. 168

482 Vulgo interpretatione itidem ἀμέτρῳ: Quin tibi me dico credere.

483. Frustra et nullo numero edd.: I, i ad forum etc. To I cum sequente litera vocali coalescit, qua de re monui Ba. 716.

485. Obscure codd.:

Nunquam enim posthac, nec tuorum quod nolis, volam.

Perperam exaratum nec pro nūc, h. e. nunc. Vid. ad Mil. 926 Asin. 647 Aul. 16. Tuorum, i. e. tuorum negotiorum. Terentius Heaut. 4, 5, 35:

Ita tu istaec tua misceto, ne me admisceas.

486. Edd. scabro numero: — Do. Apud te. To. ain'. Vid. Amph. prol. 149 Amph. 128.

489. Vid. de hoc metro supra pag. 52.

492—493. Vulgo pravis numeris et immissis interpretamentis:

To. Tuum promeritum'st merito ut faciam. et ut me scias esse facturum,
Tabellas tene has, pellege. Do. hae quid ad me? To. imo ad te attinent,
Et tua refert. nam e Persia ad me allatae modo sunt istae a meo domino.

Scias versu primo pro monosyllabo est. Vid. Amph. prol. 74.

495. Istaec. Vid. Parei lex. Plaut. h. v. Mss. ex interpretatione: istae.

497. Clausula horum asynartetorum, de quibus vid. ad 489.

503. Libri interpretatione inconcinna:

Eleusipolim Persae cepere urbem in Arabia.

511. Hiulce legitur: — nescis, quid instet boni. V. C. teste Pareo: n. quid te inst. b.

515. Sed, ut occoepisti. Cf. Curc. 43.

516. Tò silentium eliso i posteriore efferendum est. Vid. supra ad 492.

517. I s t e quomodo pronuntiandum videatur, significatum Asin. 770.

519. Malim: — mulierem, Furtive advectam ex Arabia penitissuma. Ad sequentem vocem oculis aberrans librarius furtivam scripsisse videtur, ut advectam. Vid. ad Aul. 236.

527. Inconcinne codd.: arcessit.

531. compluriens. Ita Mss., ut quotiens, totiens. Vulgo: compluries.

532. Vid. de duplice negatione Asin. 819 Epid. 650. tali ut in luto haeream. Similiter Terentius Phorm. 5, 2, 15: In eodem luto haesitas.

540. Hic est. Vid. Amph. 136.

545. Vulgo hiante versu: Satin' Athenae tibi visae f. a. o.

547. Libri corrupto numero: Numquid in princ. etc.

552. Ἀμέτρως legunt: sexta. Vid. Amph. prol. 149.

555. Vulgo immisso glossemate, quod versus respuit: Haec nisi inde aberunt.

557. Tĕ. Vid. ad 470.

559. Libri frustra usurpato anacolutho:

Do. Edepol qui cum hanc magis contemplo, magis placet etc.

nam haud dubie legendum Edepol quin etc. ut Hercle quin tu recte dicis Merc. 404.

561. Vulgo: arbitratu. Vid. 552.

563. vetuero. Hoc erat in coniecturis Camerarii, quod magis placet quam eiusdem viri optimi commentum Non volo. Lambinus addidit, quod vulgo legitur, non sinam.

566. Ferreas aedis commutes. H. e. commutando pares tibi sive acquiras. Mil. 326 sq.:

Sce. Vae capiti tuo! Pa. Tuo istuc, Sceledre, pomitto fore,
Nisi oculos orationemque aliam commutas tibi;

quanquam ibi non male alia reposuisse mihi videor.

567. Codd.: iugulato versu: annulum.

569. Τὸ cruciatum non liquescit. Vid. Amph. 341. Immisso autem glossemate inconcinno legitur: — hanc eme atque ausculta mihi. Vid. Capt. 336.

570. uti. Sic Mss., quod metro melius convenit, quam ut vulgatum.

571. Vulgo: Quid ais? Opportunius esse Q. agis? sensit Acidalius Divv. in Plaut. 420. Vid. Most. 960.

Inconcinne autem legitur: — adduco hanc, uti d. d. Pronomina Hic et Iste promiscue usurpantur in praesentibus. Capt. 655 sq.:

Abducite istum actutum ad Hippolytum fabrum:
Iubete huic crassas conpedes inpingier.

Et sic passim.

574. Τὸ quidem elisa i vocali pronuntiandum est. Vid. supra ad 492.

578 Vulgo:

— — — — — — nam generi lenonio
Nunquam ullus deus tam benignus fuit, qui fuerit propitius.

Longe facetius est, quod praebent edd. primae: — quin fuerit propitius: nam ridicule deum, qui lenonibus fuerit benignus, eundem et propitium fuisse dicit, quod idem est. Tam gestu adiuvandum, h. e. tantilla in re, vel minimo in negotio.

588. Vulgo:

Q. a. r. r. Dor. et quidem hercle t. m. m. h. m.

Mss. et vetustissimae edd.: Q. a. r. r. Dor. et qui hercle etc.; Iunt. Ald.: atqui h. Atquin reposui metri causa. Rud. 664:

La. Atquin, quia vetas, utramque iam mecum abducam simul.

589. doctus. H. e. callidus. Cf. Capt. 719 et Parei lex. Plaut. h. v.

594. Inepte et depravato metro libri: Quid stas? abi tute etc. Adire Sagaristionem, non abire, iubetur leno. Cf. 597, qui locus geminus. Malim autem nunc reponere:

Suo arbitratu. To. Quid stas? adi tute atque ipsus itidem roga etc.

Non optime quidem sic acuitur vox ipsus; sed vid. ad Asin. 159 Cist. 69.

601. Inconcinne libri:

— — — — — — — — — — vide
Vt ingrediare auspicato etc.

Male autem verba Liquidum est auspicium Dordalo tribuuntur, quem non est allocutus modo Toxilus, sed puellam, quae, prodire iussa a Sagaristione, tanquam pudibunda, restiterat. Dordalo sequentia dicuntur verba servi Concede, sis: iam ego illam adducam.

614 sq. Iambi senarii loco clausularum positi. Vid. ad Epid. 197 sq.

621. Vulgo pravis accentibus éveniánt. Vid. ad Aul. 109. Mil. 501.

625. sapidissuma. Languide libri: saepissume. Taubmannus: „Languere," inquit, „Acidalio hoc videtur, et quaerit, an fuerit copissima; an potius ad sequentem versum pertineat:

— — — — copia est. To. scitissime
Tactus est leno.

quod ultimum praeter Mss. et cusos in contextum editiones suae primae retulit Pareus. qui si fecundum excussisset pectus, elicuisse forsan potuisset copia est sapidissuma." Sic tanquam nolenti excidit huic interpreti, quale vel maxime volenti nihil unquam. Certe huc ipsa sententia prorsus ducit.

630. ecflavit. Ita priscorum more Mss., vel potius etflavit, quod eodem redit, ut recte monet Pareus. Vulgo ex interpretatione: efflavit.

631. Soloece libri: atque equidem miseret. Vid. Men. 451.

633. Vulgo, receptis in ordinem interpretamentis: Vir. Dico equidem patriam. quandoquidem hic servio, haec patria est mea. Nam verba Quid taces? huic versui procul dubio sunt adiungenda, secus ac vulgo fit, neque reponendum cum Acidalio Divv. in Plaut. pagg. 421 sq., exclusis verbis Sed tamen, quae optimae sunt notae:

Do. Ita me dii bene ament, sapienter. atque equidem miseret: tamen
Virgo, quae patria est tua? age, actutum expedi. quid nunc taces?

636. Codd. depravato numero: — sed quod habuit, id perdidit. Tò id ex antecedente syllaba ortum videatur.

637. Verbum bonum elisa o litera priore efferendum. Vid. supra ad 492.

642. Vulgo:

Cum ipsus prope perditus est, et benevolentes perdidit.

Quid? ut is non plane, sed prope perditus dicatur, qui, „quod habuit, perdidit?" qui ab omnibus „miser" audit et is, qui „fuerit," tanquam mortuus? Apage tam ineptam sententiam a Plauto! Rescribendum: Quom ipsus per-

ditus probe est etc. Probe in re mala, sicut saepius, praesertim apud Nostrum. Capt. 556: Pereo probe!

643. Emam. Vid. ad Amph. 341.

646. Ineptissime libri atque inconcinne:

Venisse huc, aderit hic, et me absentem redimat. To. quid nunc? Do. quid est?

Ergo aderit pater apud filiam, et tamen absentem redimet. Miror profecto patientiam editorum, talia probantium. Mss. τὸ me non habent, quod latere in absentem facile intellexi, ut reponeretur et abs te me redimet, quae lectio simillima vulgatae.

648. Ne, sis, plora. Vid. ad Mil. 181.

cades. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v. C. Barth. Adverss. 23, 5: „Impurus homo irridet simul philosophicum veteris scitum, morbi comitialis simiam esse Venerem, quo qui tanguntur, cadunt; inde iste cadere pro venerem pati usurpat. Plinius Valerianus lib. 2 cap. 58 de comitialibus: Item his, qui saepius cadunt, clystere infunduntur haec etc."

651. Age, si quid agis. Vid. Mil. 215.

654. Edd. immisso glossemate putido atque inconcinno:

Sa. Faciam ita, ut te velle video. ut emas, habe tibi centum minis.

Ceterum Mss.: — habe trecentis minis, habe trecentum m. Alii tercentum minis. Sed recte probat Taubmannus Venetae Pap. lectionem h. tibi centum minis, eamque veram esse inde apparere ait, quod, Dordalo lenone nimium id dictitante, octoginta dicat: nam alias nimis esse absurdum a trecentis statim ad octoginta descendere. Deceptos autem esse istis Toxili verbis (660) Non edepol minis trecentis cara est. Minime mala haec coniectura; quanquam fieri quoque potuit, ut librarii t literam cum virgula in capite, quod compendium est τοῦ tibi in manu scriptis, perperam acciperent.

657. dabitur. Minus recte libri et versu adulterato: datur.

659. Habebo. Sic Decurtatus et vett. edd., quod vividius lectione vulgarium codicum habeto.

Quae hunc versum inter et sequentem leguntur, Abi, argentum effer huc, spuria esse, metrum est indicio. Nam hanc clausulam esse ex iis, de quibus dixi supra pagg. 308 sq., non adducor ut credam, sed potius a quopiam actore ex versu 664 petita haec existimo, sicut additus est ab aliena manu prologus Casinae.

662. Abscedere vult a summa decem minas propterea, quod nova mulieri vestimenta facienda sint, argento emenda suo.

663. Vulgo inconcinne:

To. Audin' tu, Persa, ubi argentum ab hoc sceperis.

Possis tamen et reponere A. t., P., ubi ab hoc arg. acc.

675. Itidem inconcinne libri: Probati hic arg. etc. Mss. teste Pareo: Probat hic etc., h. e. Probae hic etc. Vid. ad Cas. 319. Supra 434 sq.: Numi sexcenti hic erunt Probi, numerati.

676. Codd. minus expedito metro: D. n. minus est.

Quid ei numi sciunt? Similiter Truc 274 sq.:

STRA. Quid maceria illa ait, in horto quae est, quae in noctis singulas
Latere fit minor, qua is ad vos damni permensust viam?

et Aristophanes Thesm. 143: τί βάρβιτος λαλεῖ κροκωτῷ; ad quem locum recte L. Hotibius Lectt. Aristoph. pag. 117: „H. e. quid barbitus dicit, quid dicendum habet, crocotae? quid illi cum hac est rei? Friget prae hac librorum lectione Brunckio probata Valckenarii correctio τί β. μέλει κρ.; "

694—697. Vid. de fictis his nominibus Mil. 14 Epid. 340. Legitur autem vulgo Nugipolyloquides, male inculcata voce graeca inter duas latinas. Mss. et edd. primae: Nugipiloquides, Nugipilo qui des, in quibus scripturis agnoscere mihi videbar id, quod dedi, Nugipalāloquides. Sequente versu exhibetur Nummorumexpalponides, cum Mss. et vett. edd. praeferant Nundesexp. vel Numdesexp. Hoc plane verum esse intellexi. Versu 697 τὸ postea probabiliter additum a Camerario, sed inconcinne ponitur ante eripides, quod sequi debet.

698. Inepte atque ἀμέτρως edd.:

Heu hercle nomen multis modis scriptum est tuum.

Nam quomodo, quaeso, scriptum dicatur nomen hominis, de quo nomine scribendo nemo cogitavit? Legendum H. c. nomen multimodam scriptu est tuum, ut multis modis scribi posse dicatur nomen Sagaristionis. Multimodū scriptu facile degeneraverit in multis modis scriptū, h. e. m. m. scriptum. Multimodis in mentem venerat Douzae Centurionat. pag. 478, de qua voce vid. Ba 350.

701. Vale. Et vos. Vid. ad Cas. 104.

Ceterum vulgo: nam animus etc.; sed Mss. teste Pareo: iam animus etc., rectius quidem, quod propterea se cito abire fingit Pseudopersa, quia iam animus eius sit in navi.

704. lucrificabilis. Haud scio an hoc verbo usus sit poeta propterea quia vicinum est τῷ luctificabilis, qualis dies haec futura erat lenoni. Persius sat. 1, 77 sq.:

Sunt, quos Pacuviusque et verrucosa moretur
Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta.

705. Fecisti lucri pro Lucrifecisti per tmesin, de qua vid. Ba. 518 Mil. 914.

710. Nugas. Vid. ad Capt. 534.

713. Vulgo secundum Gulielmium: — To. Tibin' ego? imo servii, quem iocum, si quis esse possit, nimis exilem recte censet Acidalius Divv. in Plaut. pag. 424; nec tamen

melior lectio, cui ipse favet, imo serio, praesertim si sic personae ordinentur: To. Tibin' ego? Do. Imo serio. Atat etc. Libri vett. tam scripti quam excusi non seruii sed serui, in quo latere puto setm, h. e. set mihi: nam m cum virgula superscripta compendium est τȣ mihi in codicibus. Sic enim iocum habemus lepidissimum, ut bonam se operam dedisse dicat Toxilus, sed sibi. Aversus autem et submissa voce pronuntiat verba Sed mihi, ne ab altero exaudiantur.

718. Verbum ulcisci non eliditur. Vid. Amph. 541.

719. Minus apte libri:

To. Age, illuc abscede procul e conspectu. Sa. tace. To. Vbi etc.

Et hunc locum et geminum, qui est supra 464 sqq. secundum vett. edd. correxit Acidalius Divv. in Plaut. pagg. 419 sq.

724. Naē. Vid. Amph. 149.

725. Minus bene edd.: fateor habere gratiam. Habeo, non habere, V. C.

727. iām. Vid. ad 724.

729. Vulgo:

Sa. Nisi ego illunc hominem perdo! Do. perii! Sa. atque optume etc.

quae est arena sine calce; quod suboluit etiam Acidalio Divv. in Plaut. pagg. 424 sq. Cf. Poen. 237 sqq. 250.

737. Vulgo continue:

Sa. Illi apud praetorem dicam: sed ego in ius voco. Sed ego non eo, vel quiddam simile, dicturum Dordalum interpellat, iratum agens, parasitus.

744. pacibus. Vid. ad Asin. 159.

746. Vulgo interpretatione inconcinna: Cum bene nos, Iuppiter, iuvisti etc.

748. Vox dividam eliso i posteriore pronuntiandum est. Vid. Amph. prol. 74.

749. Tò ego metri causa addidimus cretici, cuius haec formam manifesto prae se ferunt. De eo cf. Cas. 505—6 Amph. 81.

751. ōmnis. Vid. ad Cas. 690.

753. accipere. Ita V. C.; vulgo inconcinne: sumere.

754. mī. Vid. ad 724.

755. et amplecteris. Ita V. C.: nam vulgo itidem ἀμέτρως: atque amplectere sis. Amplecteris placet etiam Acidalio Divv. in Plaut. pag. 426.

758. Vulgo ter τὸ age legitur, sed bis tantum in editionibus vetustis, prout metro convenit. Posterius i in nomine Sagaristio liquescit, de qua re vid. Amph. prol. 74.

759 Libri inconcinne: Sa. ego nihil moror etc. Vid. Asin. 843. Nisi haec usque ad finem scenae ita potius ordinanda sint, quod fere malim cum ob pauciores mutationes, tum quia huc magis ducunt libri:

Le. Ego vero. Oh, nihil mage dulce est! t. t. clausula.

Sed, amabo, oculus meus, quin lectis n. a. c.? t. t.
To. Omnia — — — — — — — a me. To. Age, age ergo,
Tu, Sag. — — — — Sa. Ego nil m.; c. p., q. p.
To. Temperi. Sa. Mi istuc — — — süavem
Meum — — — — — — — ponite mensam.
Do — — — — — — — — — nobis.
Age — — — — cyathis hos committe ludos.
Move manus! propera! tarde cyathos, Paegnium, mihi das. Cedo sane!

(manus pro monosyllabo est. Vid. ad 758. Concinnius autem foret: Move manus propere! tarde etc.)

Bene mihi! bene vobis! bene amicae meae! bene omnibus nobis!
Optatus mi hic dies datus hodie est ab dis, quia te licet amplecti
Liberam me. Le. Tua factum opera. t. d. clausula. Hoc mea etc.

O litera prior in moror 759. elidenda, sicut e posterior in utroque Temperi. Cf. annot. praeced. Quam pepegi pro vulgatis Quem pepegi recte reposuit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 426. Amicam dicit.

761. ponite. Vulgo interpretatione inconcinna: apponite.

762—768. Haec vulgo perversis numeris et traiectis verbis, praesertim illis Bene omnibus nobis, sic exhibentur:

Do hanc tibi florentem florenti: tu hic eris dictatrix nobis. age, puere,

(Male τὸ nobis induci iussit Bentleius ad Horat. Sermm. 2, 2, 123.)

A summo septenis cyath. comm. h. lud. move manus; propera.
Paegnium, tarde cyathos mihi das, cedo sane. Bene mihi, bene vobis, bene amicae meae.

(Edd. vett.: meae amicae. Quoniam migrare solent interpretamenta, τὸ meae pro glossemate habui, cum praesertim versus excludere voculam videretur. Sed vid. ad 759.)

Optatus hic mihi dies datus hodie'st ab dis, quia te licet liberam me amplecti.
Le. Tua factum opera. Bene omnibus nobis. hoc mea manus tuae poculum donat,
Vt amantem amanti decet. To. cedo. Le. accipe. To. Bene ei, qui invidet mihi,
Et ei qui hoc gaudio gaudet.

Versu horum penultimo Acidalius Divv. in Pl. pag. 427, Vallam et Lambinum nimis superbe spernens, pro arbitrio reponit qui non invidet mihi, ut similis sit haec sententia illi Most. 299 sq.:

Haec qui gaudent: gaudeant perpetuo suo semper bono;
Qui invident, ne unquam eorum quisquam invideat prorsus commodis.

Sed hoc non est refutare illos, qui minime absurde in invido, cui bene precatur Toxilus, intelligunt Sagaristionem, tanquam eum, qui neque liberam neque tam venustam, quam alter, habeat amicam. Vltimo versu V. C.: et ei qui hoc gaudet; Decurt.: et ei qui hoc gaud . . . . Sed vett. edd. ita, ut vulgo legitur.

769. qui erunt. Vid. Amph. 149. Simillima his habentur Ba 1044 sqq.

773. Vulgo:

Vehiculum argenti miser eieci, amisi: neque quamobrem eieci, habeo.

Recte Pistoris, nisi quod τὸ amisi, deletum, tanquam otiosum, ab Acidalio Divv. in Pl pag. 427, frustra defendit: „Mihi videtur scriptum fuisse: verriculum argenti eieci, ut sit idem, quod Aureo hamo piscatus sum (quod proverbium seculo Augusti postea celebratum est). Hoc enim vult: Magnum argentum profudi, sperans, id mihi lucro futurum. nunc et pecuniam amisi et id, quod captabam. Quod Acidalius ad illud trahit Plaustrum perculi, vix quadrat. Plaustrum percellere concinnius dicitur, quam Plaustrum eiicere. Eiicere proprie dicitur de retibus piscatorum. Quo etiam pertinebit illud neque, quamobrem eieci, habeo. — Eieci verriculum argenti, i. e. aureo hamo piscatus sum. —— nec quamobrem eieci habeo, id est, piscis, quem captabam, evasit: non sum nactus, quod petebam. Hoc proprie est aureo hamo piscari."

774. Vid. de hoc metro supra pag. 52.

775. misera. Ita Pistoris, quod et sententiae et metro quadrat. Vulgo:

Male di omnes perdant! ita miser! Toxilus haec mihi concivit.

776. Vulgo minus bene: — eo mihi eas mach. mol.

777. cruciatum. Vid. Amph. 116, 341. Ex interpretatione autem irrepsit istud cogam, quod legitur post compedis: nam genuinum non esse, metrum est indicio, nisi reponas:

Quem pol ego ut non in cruciatum ac compedis cogam, si vivam etc.

778. Itidem ex interpretatione libri: Siquidem huc unquam herus redierit eius, quod spero etc.

780. Inconcinne libri: o bone vir, Salveto, et tu, bona liberta.

782. Haud melius eodem nomine edd.: — ferte aquam pedibus. praeben' tu, puere? Vnum puerum, Paegnium, vocat Toxilus. Legendum igitur fer, non ferte.

785. stimulorum tritor. Cf. 416.

787. Vulgo inconcinne: Iurgium hinc auferas. Edd. vett.: I. auf. hinc. Scires, vagans illud hinc esse suppositiuum.

Quae hunc versum inter et sequentem leguntur, uncinis a me inclusa, haec Et me celavisti, ex margine recepta fuisse, metrum arguit. Mss. et vett. edd.: Ea me celavisti.

790 Alterum intellego, quod abest vulgo, metrum creticum requirit.

793—94. Hui! Vid. Mil. 951.

796. Libri nullo numero:

Lenonem lubido'st, quando dignu'st.

Compendia verborum Quom, Quando, Quoniam similia esse, ut facile inter se commutentur, monui Men. 879.

De metro vid. Aul. 92—95.

798. Operarum oscitantia excusum probe ἀντὶ τῦ prope, quae librorum lectio est.

805. Magnum! Vid. Amph. 341. Inconcinne autem τὸ iam bis legitur in codicibus.

Ceterum post verbum pausam lacunae erant in Mss., et maior in Decurtato; sed in editionibus vett. nullae sunt; de quibus lacunis quid mihi saepe videretur, significavi supra pag. 220 infima.

809. Iamdiu i literam elidit. Cf. 836. Vid. Amph. prol. 74.

811. Edd. recentiores inepte refragantibusque veteribus et Mss. et metro: Nequeo, leno, quin tibi saltem staticulum dem, olim etc. Τὸ saltem male pro adverbio habuerunt, cum sit verbum, proprie quod dicitur; id quod bene animadvertit Lambinus, frustra ob id reprehensus ab Acidalio calidiore Divv. in Plaut. pag. 428, tanquam scilicet non diceretur latine Staticulum saltare, quod tam latinum est, quam quod maxime. Nam quod etiam dicitur pro eodem Staticulum dare, nihil ad rem.

812. Me. Vid. ad Amph. 356.

814. Etiam muttis? Vid. Curc. 187, 607.

817. Minus concinne libri: Hiccine'st?

819 sq. Itidem ἀμέτρως legitur: At enim, quod ille meruit, tibi etc., et sequente versu: Agite, sultis, hunc ludificemus, nisi non dignu'st etc., ubi Mss.: nisi si indignust. Τὸ hunc de glossa.

821 sq. Iisdem vitiis haec laborant in vulgatis:

Le. At me haud par est. To. eo credo, quia non inconciliavit, cum te emo.

Le. Attamen. To. non tamen etc.

Posteriore versu vox malo pro monosyllaba est a litera elisa. Vid. supra ad 809.

826. nec sat hon. Ita Sarracenus, prout requirit metrum. Vulgo: n satis hon.

827. Ni ei obfecit. Inepte Mss. et edd. primae: Ni id efficit. Iunt Ald.: Ni illi officit, quod merito nonnullis placuit. Sed versus vult: offecit.

830. Κολάφιζε hunc. Hoc exsculpsimus ex depravatis codicum scripturis hice hunc, hic est hunc, hic est hic est hunc. Cf. 834. Alii Pro hisce hunc —, Graphice hunc —, Promisce hunc —, etc.

831. Τὸ illi non liquescit. Vid. Amph. 541. Vel legendum metri gratia: illice.

833. Edd. sententia et metro mancis: — qui hic liberas virgines? in quo inepte intelligi putant mercatur. Recte id verbum perscriptum est in Decurtato et editionibus primis, forte omissum est in V. C. Item inconcinne legitur: hiccine est, qui fuit etc.

834. fortis. H. e. pulcher. Vid. Mil. 1092.

Κολαφίζει. Sic legendum esse, recte coniecit Acidalius Divv. in Pl. pag. 429. Vulgo, inusitata loquendi formula: colaphum icit, pro quo suppositum istud Lambini colaphum ducit inconcinnum est. Acidalius l. l. „Latinis," inquit, „hic literis scriptum Κολαφίζει. quippe solet miscere Graeca ad hunc modum Plautus, et in Latina vocabula alibi quoque non dissimiliter alia abierunt." Cf. 830.

Τὸ Malum μονοσυλλάβως proferendum. Vid ad 809.

836. Iamdiu. Vid. ibidem.

837. Τὸ i cum vocali sequente coalescit. Vid. Ba. 716. Absurde autem legitur: — coenam. Do. mea ignavia, tu nunc me irrides?

840. sciunt pro monosyllabo est. Vid. ad 809.

841. Vulgo inusitate atque inconcinne: manus vobis do.

842. Τὸ igitur, quod vulgo desideratur, ex Iunt. et Ald. editionibus petivi metro sarciendo.

843. Vitiose libri Hisce pro Hice. Vid. ad Men. 338 sq.

ANNOTATIONES IN POENVLVM.

ARGVMENTVM.

V. 3. heredem. Vid. ad Amph. 541. Vulgo:

Et facit heredem. eius pueri cognatae duae.

Et sic quidem edd. recentiores, in his Brix. Iunt. Ald.; sed primae et Mss. istud pueri non agnoscunt, quod frustra defensum eunt viri docti.

6. Vulgo inconcinne:

Lenoni obtrudit: ita eum furto alligat.

Sequor Iunt. et Ald.

ANNOTATIONES IN PROLOGVM.

V. 1. Achilem. Ita Mss., teste Pareo, quomodo legendum censuit, si recte habeat vulgatum commentari, Graecorum more, mediam huius nominis syllabam passim corripientium, Muretus Varr. Lectt. 17, 14. Vulgo Achillem, versu impedito.

2. Inde pro monosyllabo videtur esse. Vid. Asin. 770. Cf infra 72, 109.

10. Iocus inexpectatus: nam contrarium dicturus esse videbatur.

13. quam per. Anastrophe, de qua vid. Aul. prol. 39.

16. Bonum factum. Vidd. Brissonii Formulae. Cf. infra 45.

21. Diu μονοσυλλάβως pronuntiandum metri gratia. Vid. Amph. prol. 74. Dormierunt penultimam syllabam brevem habet, sicut Steterunt in Virgiliano isto versu Obstupui steteruntque comae etc. et passim alibi. Cf. Poen. 94.

27. heri veniant. Ita Mss. et vett. edd., longe quidem melioribus numeris, quam vulgatae edd., quae: veniant heri.

34. Domum sermones fabulandi conferant. Perbene Gronovius: ,,Quam," inquit, ,,proclive est rescribere fabulando, aiunt. Certe, si domi legeretur. Sed differunt

Domi conferre sermones fabulando et Domum conferre sermones fabulandi. Nam est alius sermo fabulandi, alius obiurgandi, alius orandi, alius deprecandi, alius literarum, ut Pseud. 1, 1, 98."

36 sqq. Cf. Amph. prol. 64 sqq.

40. quoque etiam. Frequentat hunc pleonasmum Comicus. Vid. Parei lex. Plaut. mantiss. h. v. et Vechneri Hellenolex. 1, 2, 6.

47 Vulgo ignarures, in quo iocus quaeritur ineptus. Vel metri indicio falsa ea vox arguitur. Similiter Most. 95 sq.:

Aulcultate, argumenta dum dico ad hanc rem:
Simul gnarures vos volo rem esse mecum.

Cf. Parei modo laudatum lexicon v. Gnarures.

52. Vulgo frustra asperato versu: per illos.

57. Quid sibi velit hic versus, parum intelligo. — De forma Suus sibi dictum Capt. prol. 5. Cf. infra 97.

60. U litera elidenda in divitiis. Vid. supra ad 21.

63. pollinxerat pro pollinxit. Vid. Amph. prol. 81.

64. Tò e in Sed liquescit. Vid. ad 21.

Vulgo autem legitur inconcinne: — est, filius. Recte Acidalius Divv. in Plaut. pag. 370: „Aio inserendum qui mortuust, ei filius Vn. Plauti repetitio est illi, ei: quam versus hic deposcit."

72. Ille. Vid. supra ad 2.

78. habet. Vulgo ex interpretatione: habitat. Non solet inferri post dactylum anapaestus, ut dudum alii monuerunt. Habere hoc sensu et apud Hunc et alios satis frequens.

80 sqq. Cf. Men. 50 sqq.

85. Tò qu in quadrimula pro duplici litera accipiendum, ut antecedens vocalis producatur. Vid. Aul. 108 sqq. Hoc non advertentes Pylades Angelius et Aldus inferserunt autem ante quadrimula, quod ferri non potest, cum i in hac voce sit porrectum.

86. Magalibus. Recte sic Camerarius, Lambinus, Douza, quod etiam in Appiani Punicis reponendum censeo, ubi vulgo notius Μέγαρα substituerunt, sicut hoc ipso loco Mss.: Magaribus, vett. edd.: Megaribus. Virgilius Aen. 1, 421 de Carthagine:

Miratur molem Aeneas, magalia quondam.

et iterum ibid. 4, 259:

Vt primum alatis tetigit magalia plantis.

97. Suam sibi. Vid. supra 57.

Ceterum vulgatae inconcinne:

Suam sibi cognatam imprudens, neque scit quae ea
Sit, neque eam unquam tetigit: ita eum leno macerat.

Mss.: — neque sit que aesit, neque quae sit; et similiter vett. edd.

99. cūm. Vid. Amph. 149.

104. Vulgo: — postquam eas perdidit; sed Mss., teste Pareus: — illarum (V. C. illi . . . im) poenus pesquam in. perd.

106. urbem. Vid. Amph. 341.

109. Vnde. Vid. supra ad 2.

110. Inconcinne libri fuerint. Etiam alii senserunt.

116. Recte, ni fallor Scaliger in Coniectaneis: ,,Alludit," inquit, ,,hoc loco ad ludum puerorum, qui ducebant sparteam restem, et tamdiu trahebant, donec aut rumperent, aut alteruter, omissa funis prehensione, in nates caderet." Nec tamen negarim cum Gronovio, obscoenitatem his subesse, cum et Tenere et Ducere et Dirumpere sint in verbis nuptis, neque difficulter eodem etiam Transigi referri possit. Vid. Parei lexic. Plaut. his verbis.

119. Vulgo deteriore numero: — hunc pro filio sibi. Vid. ad Amph. 355.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 2. Asyndeton. Vid. ad Capt. 336.

4. reddidistid. Vid. ad Amph. prol. 149. Pessime Angelius et Aldus, immisso septenario:

Mihi reddidisti certas, opiparas opera tua.

9. Vulgo:

Gerrae germanae atque edepol liroe liroe.

Nihili prorsus ista liroe liroe, quae quominus pro λῆροι, λῆροι accipiantur, obstat prosodia verbi spondaici, quod extremo iambico non convenit. Credebam igitur huc facere illud Cytharissare nescit apud Aristophanem Vesp. 994, et reponendum esse:

Gerrae germanae atque edepol ἄλυροι λύραι,

h. e. lyrae non lyrae, lyrae ἄμουσοι, quales sunt indoctorum. De d addito in germanae vid. supra ad 4.

11. Simile est stimulorum tritor Pers. 785.

13. Haud vidi magis. Vidd. Muret Varr. 17, 16 et Parei lexic. Plaut. h. v. Sic etiam Merc. 715: Haeres? Haud vidi magis.

19 postera. Ita Mss.; h. e. postera die. Vulgo: postea.

35 sq. Vulgo male:

Ac. Iocare. Mi. Vin' tu illam hodie sine damno et dispendio
Tuo, tuam libertam facere? Ac. cupio, Milphio.

,,Quod," inquit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 372, ,,cum ipsa dimensio prodit ultro, tum antiquae subindicant editiones, quibus absunt voces et dispendio. Eas certum est delendas, atque ita utrumque versum componendum:

Ag. Iocare. Mi. Vin' tu illam hodie sine damno tuo
Tuam libertam facere? etc.

neque versuum alteri neque toti sententiae quidquam decedet." Quidquid autem obloquitur Taubmannus, apparet, verbum dispendio a glossatore adscriptum esse, quod deinde alii, adiecta copula, in ordinem receperunt.

39. facturus. Intelligendum: es. Vid. Amph. 168. Cf. 41. Male τὸ iis omissum ab Ernestio.

41. facturus. Cf. 39.

45. Non scis? Vid. Aul. 654. Cf. Men. 217.

Ceterum libri inconcinne: hercle. Vid. Merc. 701.

54. Ille pro monosyllabo videtur esse. Vid. Asin. 770.

63. Vulgo:

Aphrodisia hodie sunt. Mi. scio hoc. Ag. oculos volo etc.

Τὸ hoc abest manu scriptis et veteribus edd. Vnde intellexi reponendum esse hoc die. Vid. Men. 410.

67. serat. Vulgo: ferat; sed recte I. Gulielmius Verisimill. 1, 7: „Vulgati," inquit, „libri omnes ferat, inficete. At nostrum illud (serat) praeterquam quod usitatissimum loquendi genus, etiam iocum ex ambiguo, more Plauti, captat: de villico enim sermo est."

71. Vulgo: neutiquam. Scribendum esse ne utiquam, vel metrum hoc loco est indicio. Vid. nos ad Terentii Andr. 302.

72. homō. Vid. Amph. 475.

79. Quid i literam elidit. Vid. ibidem prol. 74.

Hĕm. Vid. Amph. 149.

83. istaec. Inconcinne libri: haec; quae verba saepius confusa. G. Hermannus De Mettr. pag. 204, vel potius V. Reizius, cui maximam partem emendationum in his bacchiacis ibi perscriptarum deberi ait G. Hermannus: — duo sibi comparato. Sed hoc est hariolari.

85. occeperīs. Vid. ad Ba. 1135 sqq.

86. sat istae. Ita G. Hermannus l. l. ad 83. Codd. ἀμείνους: satis hae.

90. Minus concinne libri: E. i. ambae nunquam concessavimus. Mss., teste Pareo, concessamus, quod tamen accipiendum pro concessavimus eodem modo, quo cantat pro cantavit Aul. 275, ubi videnda annotata. De u litera passim elidenda monui Amph. pr. 90. Cf. Propert. 2, 16, 3, 9 etc.

92 sq. pīngi. Bīnae. Vid. ad Amph. 422 Men. 661 sq. Cf. 95, 104.

94. dedĕrunt. Vid. supra prol. 21.

95. Adgerundaque pronuntiandum ut Adg'rundaque, metri gratia. Vid. supra ad 79, et de molosso pro baccheo ad 92 sq.

102. Clausula. Vid. ad Epid. 517. Ceterum pro sumus saturae vulgo legitur scimus facere. Sententiae integrandae alii addunt pausam, alii finem. Sed praestat sequi Meursium Exercitatt. critt. 1. pag. 198 et edd. Iunt. Ald., quorum ille: sumus, hae: saturae.

103. quae lauta. Mirifice Mss.: qua clavata. Edd. vett.: quae lavata, sicut vulgo legitur; recentiores: quae elauta. — Senten-

Sententia proverbialis metro diverso graviter effertur, sicut similis 110. Cf. 121.

quasi. Vid. ad Capt. 956.

107. Metro pessumdato exhibetur: Miror equidem. I litera in quidem elidenda, qua de re vid. supra 79, et de molosso pro bacchco ad 92 sq.

109. sorōr. Vid. Amph. prol. 58.

110. De metro cf., quae nos ad 103.

111. Inconcinne libri: amabo. Vid. Amph. prol. 149.

112. Quasī. Vid. ad Aul. 668—771. Sic Nisī 114.

114. Nisī. Vid. praeced. annot.

115. Vulgo: Olent, salsa sunt, tangere etc. Glossema inconcinnum recte delevit G. Hermannus l. l. supra ad 83.

119. Quid molestus (es)? Vid. Amph. 168

121. ne nostra etiam nosmet loquamur vitia. Haec quoque sententia quasi proverbialis metro proprio discriminis causa non inepte est conscripta. Cf. supra 103, 110.

124. Vulgo interpretatione inconcinna: Omnia accuravi. Tò Omnia petitum ex antecedente versu.

130. Quid i literam elidit. Vid. Amph. prol. 74. Cf. 133.

141. I cum sequente vocali coalescit. Vid. Ba. 716. Cf. infra 164.

143. Inconcinne legitur: En monstrum etc. Tò En non comparebat in veteri codice, et Decurtatus eius loco praeferebat Et, quod ex antecedente syllaba videtur ortum.

144. Ἀμέτρως libri: nebulae, nec placent, qui invitis libris veteribus reponunt: vel nebulae; multo minus, qui: Q. e. obolo aerato septem etc. Mire autem quaedam edd., in his principes Proh nebulae cuius ego cyatho etc., Pro nebulae huius ego cyatho etc. Nebulam vocat puellam vel propterea, quod veste Coa, quae nebulae instar, incedebat, vel, quod malim cum aliis, in his Turnebo Adverss. 20, 1, visam sibi ventosam atque arrogantem, sicut nimbatam dicit infra 217.

145. quid. Vid. ad 130.

149. At. Versui inprimis hoc necessarium, quod praebent vett. edd.

150. Tò quidem pro monosyllabo est. Vid. 130.

151. Inepte atque inconcinne libri: nihil illic quidem est.

152. tam. Male eodem nomine edd.: tamen. Vid. Ba. 1135 sqq.

153. Vulgo numeris pessumdatis: Heu ecastor. Scriptum forte Hecastor pro Ecastor sic degeneraverit. Vid. Asin. 24.

156. Vulgo horridiore metro:

Non enim potest quaestus consistere, si eum sumptus superat, soror.

Pro consistere Mss.: non consistet. Huius glossema istud vulgatarum potest consistere. Deinde metri maxime causa im reposui pro eum, quod item ex interpretatione videtur irrepsisse. Vid. Mil. 1409.

157. Absurde libri nec salvo numero:

Eo illud satiust satis quod satis est, habitus plus quam sat est.

Acidalius Divv. in Plaut. pag. 374: „Versus," inquit, „intricatae sententiae, quam eleganti correctione tamen extricavit elegantissimus Douza F., a quo leviter abeo maloque sic restitui, ut magis illa sit aperta:

Eo illud satiust satis, quod satis est, habitu, quam quod plus sat est.

Eam ob caussam, inquit, habitu satius est sive melius habetur haberive potest illud satis, quod est satis, quam illud, quod plus sat sive plus quam sat est." Sed sibi non constat hic vir doctus, Douzae filio plus iusto tribuens, cuius haec emendatio;

Eo illud satiust satis, quod satis est, habitu, quam plus quam sat est.

Nam cui, quaeso, placeat putidum istud satis, quod satis est? Bene tamen Douza: habitu, bene item Acidalius: quam quod plus sat est, quae in libris a non intelligentibus scribis traiecta puto. Haec accipiens, deleto priore satis, quod haud dubie natum ex antecedente satius, locum persanavi: nam facete mulier, usurpato oxymoro, dum ambigue infert τὸ satius, id, quod satis sit, satius esse dicit, quam quod sit plus satis.

158. Malim meliore numero: illa ut me amet. mĕ. Vid. Amph. 149.

161. illac. Ita Mss. Vulgo: illa.

162. aut ad lacum, quod metrum requirit, teste Pareo legebatur in veteri codice.

164. I. Cf. 141.

168. adspexerit. Invitis Mss. et editionibus vett., proculcato autem metro, legitur: conspexeris.

171. Soloece libri et sententia inconcinna Aurum in fortuna iuvenitur. Τὸ in natum ex m antecedente, sicut Most. 921. Vt natura, non in natura scilicet, ingenium bonum, ita fortuna, non in fortuna, aurum inveniri ait Adelphasium.

182. Ehō. Vid. Amph. 475.

182. quid ais? Vid. ad Merc. 481.

184. sordet. Ita Mss. Male edd. vett.: parum sordis est. Vulgatae: paullum sordi'st pro eo quod est p. sordist, h. e. sordis est.

185. inlutis. Sic itidem Mss. Vulgo ex interpretatione: illotis.

ac teras. Edd. vett., in his Mediolanensis et Iuntina, quas saepe laudo: aut teras, quod non deterius.

188. Vulgo: Primae ut inf.; sed V. C. Prima cum ut inf., Decurtatus, perperam omisso ut, Prima cum inf. Haec non longe distant ab eo, quod dedi, Primulum ut inf. Frequentat hoc adverbium uterque Comicus.

189. Quaĕ. Vid. Amph. 149.

197. Vulgo inconcinne: Namque edepol lucrum amare n. a. a. Nam quidem priscis usitatum. Cf. Capt. 324 et lexica. Interceptum -dē a sequente ede-.

212. Vulgo ὑπερμέτρως:

Quid ais tu? quando illi apud me mecum caput et corpus copulas?

Male feci, cum induxi τὸ mecum, quod salva sententia vix abesse potest, et retinui ista apud me, quae procul dubio a glossatore sunt adscripta. Digito suas aedes monstrat Agorastocles: nam domum secum ducere solebant meretrices, praesertim melioris notae: vid. supra 139.

216. Libri:

Bellula hercle. Ag. i dierecte in maxumam malam crucem!

Recte Acidalius Divv. in Plaut. pag. 375: „Inserendum e veteribus (velut. Iunt. Ald.) hercle est, quod sententiae nihil, versus aliquantum interest."

217. nimbata. Vid. supra ad 144. Aberrant, qui nimbos intelligunt, h. e. fascias frontales, quas hodieque adhibere solent mulieres: nam si talem fasciam gestasset Adelphasium, primo adspectu id vidisset servus neque post magis nimbata ipsi videri potuisset puella, quam antea.

221. Ineptissime edd.: Quid ego nunc te curem? h. e. Cur e. n. t. c? Non male Acidalius l. l. ad 216:

Quid ego non curem? quid ais, mi Milphio? etc.

Sed rectius haud dubie nos, quia scripturam librorum propius: Quid? ego non te curem? etc. Non et Nunc saepius mixta docui Asin. 84 Most. 338.

223. Vulgo:

Cur ego id curem? namque istaec magis tua est curatio.

Sed sic pro arbitrio refinxerunt manu scriptorum lectionem hanc: C. c. i. c.? n. i. magis mea est curatio: cum rescribendum esset:

Cur ego id curem nam? quî istaec mage mea est curatio?

h. e. Curnam ego id curem? quamobrem id ego magis curem, quam tu ipse? quid id ad me? De Nam transposito dixi Capt. 731. Magis pro potius passim Hic et alii.

224. Codd. impedito versu: nisi illam etc.

225. quōm. Vid. ad 158.

228. Vulgo:

Ag. Non faciam. Ad. nos eamus nunc. etiam morare? male facis.

Ita hunc locum emendare sibi visus est Acidalius Divv. in Plaut. pag. 376, cum Camerarius, veteres fere secutus editiones, excudi iussisset:

Ag. N. f. Ad. nos eamus. nunc etiam morare. Ag. malefacis.

„Abire," inquit Acidalius, „vult Adelphasium cum sorore tandem, sed etiam tunc ab Agorastocle retentatur: quo dicit etiam morare?" Non improbo hanc explicationem,

sed aliud voluisse Plautum certo scio: nam Mss.: Non faciam . . . non ae cuius in me esset morare et malefacis, in quibus facile deprehendi id, quod dedi:

Ag. Non faciam, non! Mi. Aequius in me sit. Ag. Morare. Ad. I! male facis.

Τὸ Non repetitum παθητικῶς. Vid. Aul. 587 Curc. 274. Sit modus potentialis, de quo dixi Aul. 42. Aequius quam vicinum sit τῷ ae cuius, norunt ii, qui scripta vetera versarunt. Vid. ad Cas. 449. Reliqua per se clara.

233. sorōr. Vid. Amph. prol. 38.

Ceterum vulgo: perii, eho! quid agis, Milphio? quasi alienas res agente Milphione, cum propterea reprehendatur a domino, quod non ita agat, ut iussus est supra 224 sqq. Vnice convenit Ecquid agis? et eo ducunt scripturae manu exaratorum et editionum principum: perii, quid agis? (certe V. C. τὸ eho non habebat), p. eo quid agis? Formula Ecquid agis? illustrata Mil. 177 sqq.

234. mea delicia. Vulgo: meae deliciae. Sed A. Gellius Noctt. Att. 19, 8: „Inimicitiam tamen," inquit, „sicut inscientiam et impotentiam et iniuriam, quae ratio est quamobrem C. Caesar vel dictam esse a veteribus vel dicendam a nobis non putat, quando Plautus, linguae latinae decus, deliciam quoque ἑνικῶς dixerit pro deliciis?

Mea, inquit, voluptas, mea delicia."

Huic consentit Nonius h. v., monente Mercero; et ipse Noster Rud. 338:

Otium ubi erit: tum tibi operam ludo et deliciae dabo,

et Truc. 877: Ad me, delicia? plane ut hoc loco. Grammaticorum exemplaria Plautinis fere antiquiora esse, monui Men. 754 Most. 456.

237. Discrucior miser, nisi ego illum iubeo quadrigis cursim ad carnuficem rapi! Similiter Pers. 729: Nisi ego illunc hominem perdo: perii! ubi frustra haeserunt interpretes.

240. Vulgo omnino pessime:

Si non ego faxo, irata es, nimium pro te dabit.

Mss.: Ego faxo, si non irata es, nimium (vel ninnium) pro te d., Ego faxo s. non irata es pro te ta. Edd. vett.: Ego faxo: sine. Mil. irata es nimium etc., Ego enim faxo, sine. Mi. irata es nimium etc. Vulgata lectione offensus Turnebus Adversarr. 15, 6 reposuit:

Ego faxo, si non irata es, nummulum pro te dabit,

„id est," inquit, „te pecunia sua liberabit." Sed rectius id Lambinus ita accipit, quasi vile et parvi pretii scortum dicatur Adelphasium, ut numulo liberari possit. In hoc sine iocus consistit servuli puellam irridentis; quem iocum non odoratus Muretus Varr. Lectt. 17, 17: „Si uno nummulo," inquit, „liberari potuisset Adelphasium, non diu servisset. Dixerat paulo ante Agorastocles, sibi domi esse

sexcentos nummos Philippos. Retineo igitur vulgatam scripturam, neque ipsam exolescentium librorum testimonio destitutam:

Ad. Ego faxo. sine! Mil. irata es nimium. argentum pro te dabit.

Minatur enim puella amatori suo. Ego, inquit, faxo, ut eum poeniteat, quod mihi verba tam diu dederit: sine modo. Tum ei Milphio, ut iussus erat, subblanditur. Argentum autem dare pro aliquo, aut pro capite alicuius, unde ἀργυρωνητοι, apud Comicos frequentissimum." Haec Camerario imposuerunt; sed nos Turnebi emendationem unice veram esse intelleximus, cuius sensus, prout a Lambino explicatus est, ut magis claresceret, et appareret, praeter expectationem, cum magnum quid dicturus videretur, minimum dicere Milphionem, lineolam appinxi, de qua vid. ad Ba. 468.

241. Inconcinne libri: Atque te faciet etc.

242. Vulgo:

Ad. Quin abire sinis? quid vis tibi? Qui bene volunt, bene vis item.

Mss. recte: visitem, quam vocem pessime divellit Turnebus l. l. ad 240, h. e. priscorum lingua: videam, modo potentiali. Glossae Papiae, laudatae a Boxhornio ad h. l.: Visere, visitare: videre, cupide intueri. Praeterea metri causa reponendum vidi volt pro volunt. Dicit igitur Adelphasium, bene, h. e. bonis oculis seu lubenter, eum se videre, qui sibi bene velit; sed Agorastoclem bene sibi velle non videri, ut qui multa promittat nec fidem servet. Ad quae servus recte:

Si ante quidem mentitust: nunc iam dehinc erit verax tibi.

244. Vulgo: Abscede hinc, sis, sycophanta; sed edd. vett.: abiice te dehinc sis sycophanta, h. e. abige te hinc, quod idem frequentiori apage te. Nam g et c literas misceri monuimus Curc. 682.

Reliqua huius versus ante Scioppium ita legebantur: Mi. Pareo. Ad. scin', quomodo? Sed is Suspp. Lectt. 4, 15: „In utroque," inquit, „Camerariano disertim scriptum fuerat: at scin', quomodo? quare velim ibi Adelphasii nomen tolli. nam duae istae literae ex at depravatae sunt; putoque esse haec verba Milphionis, q. d. ego vero tibi parebo. at scin', quomodo? nempe ut te exorem, te osculer." Sic ille ineptissime: nam si parebit Adelphasio servulus, h. e. si abibit, quomodo tandem fieri poterit, ut eam auriculis prehendat saviumque det obsistenti? Nihilominus istam distinctionem Taubmannus, minimi vir iudicii, adoptavit, quem temere secuti sunt recentiores, cum verba At scin' quomodo (nam ita legendum etiam ipse arbitror secundum Mss.) Agorastocli tribuenda essent, servo sic infortunium minanti, si se nolente abscesserit ab Adelphasio. Vid. de hac formula Amph. 200.

246. Inconcinne libri: hercule. Vid. ad Merc. 701.

247. Vulgo:

Atque hic me ne verberet (illud faciet, nisi te propitio)
Male formido.

Hanc Mureti emendationem, Varr. Lectt. 17, 17 propositam, certatim invaserunt, in qua ne mica quidem Plautini salis et sermonis. Haud melius tamen manu scriptorum lectionem

Atque hic me ne verberet, illum faciat, nisi te propitio,
Male formido,

secundum Turnebum et Lambinum ita explicat Taubmannus: „Atque ego male formido, nisi te propitiam reddo, ne hic me verberet et illum faciat, i. e. referat illum herum saevum et plagas mihi inferentem. Haec autem pronuncians servus gestu fustuario aut virgis vapulantium adiuvabat, herumve plagas intentantem exprimebat.“ Longe rectius Gronovius: „Muretum,“ inquit, „secuti sunt: atque ita sane in codice Academico video. Non temere tamen est, quod Turnebi Lambini Camerariani codd. consentiunt exhibendo illum faciat: non quasi hoc explicandum censeam, ut illi tentarunt, et infeliciter: sed quod sub hoc corrupto putem longe aliud latere. Vide an sit: Atque hic me ne verberabilem faciat, nisi te propitio, male formido. Vtitur eadem voce in Aulularia (584).“ Sententiam Plauti propemodum assecutus est vir doctus, verbum non est assecutus: nam quod ei placet, verberabilem, nec sententiae satis convenit, sonans quippe verberibus dignum, cum verberatum procul dubio dicat servus, et ad metrum minus quadrat, nisi i litera elidatur, quod durissimum. Verberullum ioci causa finxisse mihi videtur Comicus, quod similiter a Verbero derivatur atque Homullus ab Homo, Lenullus a Leno, Catullus a Cato. Metuit servus, ne verberonem, h. e. plagitribam, se faciat dominus iratus.

252. Edd.:

Hem mel, hem cor, hem labellum, hem salutem etc.

Sed si iam hic labellum intulit Agorastocles, quid est quod in proximis idem se additurum dicit? Nempe haec pugnantia. Et similiter supra 236 Milphio:

Meum mel, meum cor, mea colostra etc.

255. orares. Ita Mss., κατ' ἔλλειψιν τοῦ ut, de qua dixi Amph. 142. Vulgo ex interpretatione: orare.

258. Abest hic versus a Decurtato et editionibus quibusdam primis.

259. Pro hoc versu duo in editionibus leguntur huiusmodi:

Huius colostra, huius dulciculus caseus, mastigia,
Huius cor, huius studium, huius savium, mastigia.

Posteriorem omittunt edd. Iunt. Colon. Ald., quae tamen, utpote recentiores, praeiudicio esse vetustis non possunt,

ut recte monet Taubmannus. Equidem horum quae in superioribus sublecta erant, huius savium, mastigia, confidenter delevi, verbum cor autem lenissima mutatione in cura transformavi, quo vel sequens studium ducere videbatur. Stratippocles Epid. 128:

Illam amabam olim; nunc iam alia cura inpendet pectori.

Virgilius Eclog. 10, 22 sqq.:

Galle, quid insanis? inquit, tua cura Lycoris
Perque nives alium perque horrida castra secuta est.

Propertius Elegg. 1, 1 extrema:

— — — — sua quemque moretur
Cura, neque assueto mutet amore locum.

Et sic passim. Quibus factis reliqua velut sponte in unum versum coniungebantur. Dixi autem de u et o literarum commutatione ad Aul. 589. Neque A H et N dissimiles esse in codicibus, sciunt, qui circa eos assidui.

265. Vulgo:

— — — — — — potest.
Adel. Capias restim, ac te suspendas cum hero et vostra familia.

,,Adelphasium,“ inquiunt, ,,irata servum interpellat, ne sermonem absolvat suum.“ Audio; sed servum impudentem decet talis sermo, pudentem virginem non decet.

266. sorbilo. Nihil novi de hac voce in medium proferre possum. An reliquerat Plautus sordido, h. e. sordidato, lugenti, quia semper vapulat?

272. Vulgares edd. continue:

Ad. Verum etiam tibi hanc amittam noxiam unam, Agorastocles.

Recte Acidalius Divv. in Plaut. pag. 377: ,,Ad. Verum. Etiam tibi etc. Particula assentientis est Verum, qua hic Adelphasium respondet Anterastylidi sorori, monenti:

Aliquid huic responde, amabo, commode, ne incommodus
Nobis sit, nam detinet nos de nostro negotio.

Talis eius usus passim in Comicis. Noster Asinar. (766):

Pa. Scio, captiones metuis. Di. Verum.

Men. (919):

Me. Liberem ego te? Mes. Verum, quandoquidem, here, te servavi.“

Confert etiam Terentii Andr. 739 Ad. 517 Eun. 296 Heaut. 942, 962. Et geminum illi Vero esse monet, velut legatur Ad. 442 sq.:

— — — De. An quidquam est etiam amplius?
He. Vero amplius.

Huic cum obtemperasset Taubmannus, denuo refragati sunt nescio qua de causa Gronovius Ernestiusque.

274. Tò I cum sequente vocali coalescit. Cf. infra 293. Vid. Ba. 716.

275. sorōr. Vid. Ampli. prol. 38. Minus recte distinguitur: Atque audin' etiam? Veneri etc. et 277: Atque audin'? respice.

278 Vulgo inconcinne: Respexit. Idem pol etc.

280 sqq. Acidalius Divv. in Plaut. pag. 378: „In emendatione," inquit, „principii scenae Quid nunc etc. concurrerunt elegantissime docti viri Lipsius et Muretus, hic Variis, ille Antiquis Lectionibus; ad explicationem alii postea accurrerunt, quorum sententiae diversae ab auctoris mente prorsus aberrant. Neque locum plane cepit quisquam omnium, ut nihil in eo desideres: nisi in Mureto sane minimum, qui proxime accessit. Reliqui abeunt alius alio longius, unus longissime, qui aedes hic, ut supra Milite (310), accipit de servili capite, quasi servus ipse se vendi velit. Atque usum eius vocis istum et totam locutionem ad Militem satis refutavimus: hic satis est, ineptum talem sensum iterum dixisse, et id ostenso saltem genuino probavisse. Hunc enim qui viderit, illum et alios ultro reprobabit. Est verus autem simplicissimus: licere amatori iam aedes ipsius vendere, quoniam in ore suo verberabilissimo maximam iam partem habitet. Atque aedes dico ipsam domum, in qua adolescens habitabat, quam diserte signat δεικτικῇ particula Has, quae tamen in errorem induxit plerosque, tanquam in servum directa. At cogitandum hoc cuilibet est, digressis meretriculis una servum atque herum domum tendere, atque in via vel iam ante aedes ipsas haec inter eos agitari etc."

285. Vulgo nullis numeris:

Dedi dudum, priusquam me evocasti foras.

Rescripsi evocavisti, et τὸ dedi μονοσυλλάβως pronuntiandum existimavi, sicut infra 1044 perdidi contrahendum est in δισύλλαβον. Sed nunc malim verbis transpositis:

Dudum dedi, priusquam evocasti me foras.

288. Inconcinne libri: Perque meos amores etc.

291. Itidem ἀμέτρως legitur: promisisti. Vidd. grammatici et Pareus lexici Plaut. mantiss. v. Syncope.

293. Vid. supra ad 274.

297. Frustra edd.:

Ag. Egone! egone? si istuc lepide effexis!

Aliquot edd. primae semel tantummodo praeferunt τὸ Egone.

I modo. Vid. de eiusmodi repetitionibus Cas. 485 sqq.

299. ah. Mss. et vett. edd. oh, vel oh oh.

300. Acherunte. Ita vett. edd., prisce. Vulgo: Acheronte.

Etiamne abis? Vid. ad Curc. 187, 607.

301. Vulgo horridioribus numeris:

Ag. Neque quantum aquae est in mari. Mi. abiturusne es?

De Ne transposito vid. Ba. 1135 sqq.

302. Vulgo versu manco:

Ag. Neque nubis quantum. Mi. pergin' pergere?

V. C.: Neque nubes omnes quantum etc. Tὸ omnes contemnendum non esse, iam alii intellexerunt.

314. Edd. asperato versu: Illic hinc etc.

322. Vulgo:

Sex immolavi agnos, nec potui tamen etc.

Versui facile succurras reponendo immolavid. Sed agni non fuere sacri deae Cypridi, verum columbae. Assentio igitur viris doctis, agonas reponentibus. Ovidius Fast. 1, 331:

— pecus antiquus dicebat agonia sermo.

Isidorus in glossis: Agones, victimae. Agonia, hostia.

323. Inconcinne libri: uti. Vid. Amph. prol. 149.

326. Vulgo itidem ἀμέτρως: Neque ea adspicere volui.

327. Gronovius: „Indignam," inquit, „est non meritam. Aruspex aiebat Veneri displicere sacra: ergo interpretabar sacris displicere Venerem, et nolle se illi commoda praebere, velut parum ea meritae." Sed haec longius repetita. Melius Pistoris: — deâ esse indigna credidi. Camerarius, Sambucus, Lambinus, Douza denique ediderunt deum esse indignam c., quomodo Virgilius Aen. 2, 632 dixit de Venere: ducente deo, et Graeci ὁ θεὸς καὶ ἡ θεός. Legendum, si quid video: — deum esse indigna credidi, h. e. deorum esse indigna exta c. Vel praeter exspectationem, enallage ridicula, indignam deam dixit, cum exta sic dicenda essent.

330. Sic ego, vel Sic egero, ut est Capt. 425, formulae sunt certam voluntatem declarantis.

341. Ita, ut occoepi dicere. Vid. Curc. 43.

345. Vulgo: Ly. Eh! volaticorum. Sed Mss. et vett. edd. Evolaticorum, h. e., ni fallor, En volat. Dixi de hac particula Cist. 85. O litera in volat. elidenda, qua de re vid. Amph. prol. 74. Ceterum non lisquescit vox, figura a me illustrata Amph. 341, et τὸ Ita posteriorem syllabam producit, sicut saepius fieri monui Amph. 475.

346. Vulgo pravo accentu τῷ homines:

Ly. An, obsecro, usquam sunt hominés vol.?

Tὸ usquam itidem non eliditur. Vid. anteced. annot.

350. Inconcinne libri:

Ly. Quoi rei? An. ne ad fundas viscus adhaeresceret.

Tὸ ne, sub ictu positum, non liquescit. Vid. Amph. 149.

351. Libri pessimo accentu: périurás.

355. terràm. Vid. ad 346. Vett. tamen edd.: decidebant; sed hoc minus congruit τοῖς Vt quisque acciderat sequente versu.

356. Libri minus verisimiliter: necabam. Non omnes istos homines volaticos se solum interfecisse videri miles voluerit: nam cui rei, cum affatim adesset militum legionariorum, qui id facerent? Satis erat, rem imperare eiusque modum monstrare ipsum. Et hoc sane voluit Plautus, quod significari videtur etiam editionum quarundam vete-

rum, in his Iuntinae atque Aldinae, lectione: — eum necabatur illico.

357. sua sibi. Vid. ad Capt. prol. 5.

359. Prorsus inconcinne libri:

Faciat, ut semper sacruficem, nec unquam litem.

360. Credo, ut mi aequum est credier. Vid. de hac formula ad Aul. 258.

363 sq. Itidem inconcinne libri:

An. Ausculta. Ly. non hercle. An. tuum iam elidam caput,
Nisi auscultas, aut is in malam crucem.

De non repetito παθητικῶς, quam repetitionem poscebat metrum, vid. Aul. 587 Curc. 274. Tò Nisi priorem syllabam producit, ut interdum fieri docuimus Amph. 124.

365. Iunt. Ald. ex interpretatione: In malam crucem ibo potius.

368. Ita res divina mihi fuit: res serias omnis extollo ex hoc die in alium diem. H. e. Quia res divina mihi fuit: res serias etc. Vid. Epid. 59 Cist. 393—395.

370 Male edd., non immissa persona militis:

Profecto festos habeam decretum est mihi.

Recte Gronovius: „Profecto festos etc. reddendum est militi et legendum Profestos, quando Mss. Profectos: quod et alibi Plauto pro illo subiectum in scripto animadvertimus. Mihi, inquit Anthemonides, non est illa religio, sed decretum, ut festos habeam profestos, id est pro profestis. Inde leno: Nunc eamus intro: sequere hac me.“ De s et c literarum permutatione dictum Capt. prol. 3 Merc. prol. 16. Pareus quoque: Profestos festos etc.; sed Lyconi haec attribuit, ut vulgo editores.

373. inaequius. Ita Mss. et vett. edd. Vid. Amph. 28. Vulgo ex interpretatione: iniquius.

376. spissigradissumos, Tardiores. Asyndeton. Vid. Capt. 336. Cf. 379.

383. Edd. ταυτολογικῶς:

Nisi cum pedicis condidicistis sic hoc grassari gradu.

Sequor manu scriptos et edd. primas.

387. Vulgo interpretatione inconcinna:

Nec tibi nos obnoxii sumus, istuc quid tu ames aut oderis.

Vid. Amph. 168. Neque τὸ quid pro quidquid ferri potest, sed legendum: quod tu ames aut oderis, h. e. sive ames sive oderis.

392. Servile esse duco festinantem currere. Vidd. Lindenbrog. et Bentleius ad Terentii Heaut. prol. 31. Pylades quoque apud Euripidem Orest. 726: Θᾶσσον, ἤ μ᾽ ἐχρῆν, προβαίνων, ἱκόμην, h. e. Citius, quam me oportebat (liberum), adveni.

399. clavatorem. Mss.: glabatorem, dabatorem. Pius et qui sequuuntur eum: grallatorem vel gralatorem. Bene Turnebus Adverss. 15, 7: „Sunt,“ inquit, „clavatores, qui clava utuntur, qui κορυνήτης est vocatus; sed et calones mi-

litum, ligneas clavas ferentes: quod genus hominum et laboriosum et velox est, cursorumque interdum officio fungitur."

403. Pessime feci, cum lectionem servavi vulgatam quantum velis, quae et metro minus congruit et interpretamentum procul dubio est elegantioris formae Quam velis. Vidd. Parei lexic. Plaut. v. Quamvis pro Quantumvis et Horat. Tursellin. de particulis lat. orat. v. Quam §. 13.

404. Inconcinne libri: — de quo ederis. Decurtatus: de qui oederis, h. e. de quid ederis, quomodo qui pro quo passim legitur apud veteres. De d illo ephelcystico dictum Amph. prol. 149.

405. Itidem minus concinne libri: Sed tamen quom etc. Vid: Ba. 1135 sqq. Istud tamen interpretationem sapit. Sed totus versus mancus habetur in vulgatis, ubi sic legitur:

Sed tamen quomodocunque, quanquam sumus pauperculi etc.

V. C.: S. t. quo meo quam qui qui quanquam s. p.; Decurtatus: S. t quo meo cum cui quanquam etc. In his lectionibus, praesertim in veteris codicis, latere mihi visum id, quod dedi: Sed tam quomodocunque, inquam, quamquam s. p. Locum hic habet Inquam, quia tanquam παρενθέτως dicta illa An vero non iusta causa est —— de quid ederis, quibus pronuntiatis ad propositum suum revertuntur advocati, denuoque oggerunt Agorastocli, sibi satis esse domi, neque suorum quemquam propter eum cursurum esse et ramices rupturum.

412. ne. H. e. non, ut passim. Malim tamen propemodum nec corbitam. Tò c a sequente voce videtur esse interceptum.

421. Vulgo:

Hos te satius est docere: ut, quando agas, quid agant, sciant.

Recte Acidalius Divv. in Plaut. pag. 380: „Sensus," inquit, „emendationem mihi praeit quid agas, sciant." Scilicet non spectatorum est agere in fabulis, sed actorum, quae inde nomen habent. Scripserint librarii agant, ut sciant. Vid. ad Aul. 256 Cist. 209.

424. Male editiones vulgatas sum secutus, in quibus verba sed agite igitur coniunguntur. Sic distinguendum: Sed agite, igitur ut sciam etc.: nam illis igitur ut sciam vos scire apodosis continetur, posita hoc loco per prolepsin. Vid. Amph. 145.

426. ratus. Intell. es. Vid. Amph. 168.

427. Philippos pronuntiandum ut Ph'lippos. Vid. Amph. prol. 74.

429. Vulgo interpretatione innumera:

Isque se ut assimularet peregrinum esse aliunde, ex alio oppido.

430. Vulgo: — tu eo quaesitum servom adventes tuom. Sed alienus ab hoc loco modus potentialis, cum certum sit, non arbitrarium, ut Ille ait, simulatque intus tulerit argentum leno, adventurum Agorastoclem id receptum et quaesitum servum suum. Ergo reponendum: advenies. Literae i et t facile miscentur: vidd. 875 Cas. 499 Men. 484.

433. Vulgo: Id duplicabit omne furtum. Sed quid sibi vult istud omne? Nempe forte omissa h litera, sicut saepe fieri monemus Asin. 492, pro homini exaratum omini, quod dein magis magisque depravatum est.

436. Propera. Cogitandum, hac tota scena unum advocatorum pro omnibus dicere, tanquam coryphaeum. Ad quem h. l. Agorastocles: Propera. Sic etiam in fabulis graecis chorum nunc singulari nunc plurali numero alloquuntur. Hoc non attendentes Angelius et Aldus ediderunt Properate, quod ne versus quidem fert.

438 Ag. Optume itis; pessume hercle dicitis.
Acidalius Divv. in Plaut. pag. 381: „Odoror," inquit, „transpositionem vocularum, quae sententiam in contrarium plane mutavit. Quomodo enim pessime dicebant advocati, ut iam concedamus per εἰρωνείαν eosdem optime ire? Contra voluit Plautus, eos optime dicere, pessime ire. Atque sic traduce: Ag. p e s s i m e i t i s, o p t i m e h e r c l e d i c i t i s. Hoc enim ait: lingua expediti et celeres, pedibus inertissimi et tardigradissimi estis." Sed haec tam aperta quo prolubio corrupisse dicamus scribas, et cui rei recta fecisse prava? Fallitur bonus Acidalius, dum non expendit advocatorum in praecedentibus verba ista Bene vale igitur. — tardi sumus nos. His dictis curriculo abeunt scurrae isti; unde recte Agorastocles: „Optume," inquit, „itis (nunc, cum minime opus); pessime dicitis (vos tardos esse, cum tam celeriter aufugere a me paretis)."

439. Deciderint vobis femina in talos velim. Descriptio lumbifragii, quod advocatis precatur Agorastocles ob intempestivam celeritatem, qua aufugiunt.

443 Minus recte distinguitur in editionibus: Quid velim, vos scitis. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Velle aliquem.

446. Vulgo ἀμέτρως: incedit. Vid. Ba. 1026.

447. Iam tenes praecepta in corde. Ita edd.; sed sane haec interrogantur.

451. Vulgo itidem corrupto metro: Adeam. Correxit Gruterus.

453. nefastust. Metaphora a diebus ducta, ut recte Pistoris interpretatur. „Quia enim," inquit, „die nefasto ius non dicebatur, ideo is dies quasi in foro non esse, sed forum fugere videbatur. Hoc, ait servus, non faciunt isti; nunquam absunt a foro; nunquam eximuntur. Et ita se explicat ipse servus: I b i h a b i t a n t etc."

455. Inepte legitur: qui lites creant. Reponendum qui (h. e. quo, qua iuris scientia) lites creent, si quando nullae sunt.

456. Vulgo minus concinne et languide:

Quam sunt hi, qui si nihil est litium, lites serunt.

Mss.: — lites semunt, h. e. l. emunt, quod recte probant viri docti et intelligunt litium redemtores ac depectores, quorum in iure fit mentio.

457. Vulgo metro pessumdato:

Ad. Di te perdant. Mi. vos quidem hercle commendo, quom quiqui tamen,
Et bene etc.

Τῷ quom deleto Acidalius Divv. in Plaut. pag 582 haec ita explicat: „Advocatorum imprecatio praecedebat Dii te perdant. hanc servus in ipsos regerit, sed tecte, atque aliud simul dicens. Nam vos quidem hercle Dii scilicet perdant ait, dum ita videtur: vos quidem hercle commendo.“ Iamque multa argutatur de eiusmodi tectis imprecationibus, quas ancipiti sensu dici arbitratur in nostro Comico; quae non adscribam, neque aliorum commenta excutiam, longe etiam hoc peiora, sed potius manu scriptis me totum dabo, quorum alter: hercle quo meo quin quiqui tamen; alter: hercle quo meo quam quiqui tamen. Reperire in his sibi videbatur Gruterus h. quomodunque qui tamen etc., quomodo supra dicatur 405: Sed tamen quomodocunque, quanquam sumus pauperculi etc. Vellem declarasset suam coniecturam vir doctissimus: nam equidem non intelligo, quo animo, quove sensu quomodocungue perditos a diis cupiat servus eos, quos bene et benigue facere dicit, cum operam hero dent amanti. Sed recte in istis scriptorum quo meo Gruterus deprehendit quomodo, nisi quod invento uti suo nesciit: nam m cum virgula superscripta, quod compendium τῦ modo est in scriptis, facile in meo potuit mutari. Legendum aio:

Ad. Di te perdant! Mil. Vos quidem hercle! Ad. Quomodo? Mil. Quin, quiqui, tamen
Et bene et benigue facitis, quom hero amanti operam datis.

Male imprecantur Milphioni lacessiti ab eo advocati, quibus ille par pari respondet. Sed talem impudentiam non ferentes illi in servo liberi *): Quomodo? inquiunt, quam iratorum formulam illustravi Amph. 200. Et servus metuens, ne vel hoc verbi ad rem spectet, vel offensi illi abeant, id quod iam praecedente scena faciebant, ita eos demulcet, ut eos, quiqui tandem sint, dignine quos dei perdant an indigni (quam rem in medio relinquit), bene tamen et benigne dicat facere, quod operam dent hero suo. Haec manus, ni fallor, Plauti, haec sententia.

---

*) Asin. 451: Non decet superbum esse hominem servom. Et ibid. 458:

Le. Pergin' precari pessumo? Mer. Quae res? tun' libero homini
Male, servos, loquere?

462. Vulgo: Eum volo mihi demonstretis hominem etc. Sed Eum istud minime Plautinum. Enim hic locum invenit, et eleganter ponitur in primis sententiis. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

466. Edd.:

Ag. Agite, inspicite: aurum est. Co. profecto, spectatores, Comicum.

Non nolebat Acidalius Divv. in Plaut. pag. 385: Ag. Agite, inspicite aurum. Co. est profecto etc. Sed hoc illo nihil melius. Recte Angelius et Aldus, ut edidimus. Lupini autem intelliguntur, ut recte interpretes.

466. in Barbaria. H. e. in Italia. Vid. Curc. 148.

473. Agorastocles. Milphionem simul intelligit. Vid. ad Curc. 630.

477. Male distinguitur: Ag. Abeo, quaeso, dii immortales. Co. quin abis? Nam cur deos invocet Agorastocles? Invocat eos Collybiscus, morarum, quas nectit iuvenis, impatiens. Nam hoc vel quiddam simile dicturus Agorastocles: Quaeso, ut rem bene administretis, neque tam tardos, quam adhuc, etiam nunc vos praebeatis, interpellatur a villico.

478. fores pro monosyllabo. Vid. Amph. prol. 74.

479. Di te perduint! Dixi de eiusmodi formulis Epid. 21.

480. Fiat. Vid. Asin. 805.

481. Nihil ad rem, quae hic in medium proferuntur. Pone se alios locare dicuntur impudentes, qui alios prae se spernunt et a mensis abigunt; id quod facere solebant scurrae famelici et soli sapere sibi visi, tanquam eloquentiae elegantiaeque arbitri. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Scurra. Amaro autem ioco homines ab iis pone se locari dicit villicus, tamquam ipsi non sint homines, quomodo supra legimus prol. 89: Si leno est homo. Vid. etiam Epid. 483.

483. Iam. Vid. supra 79.

488. Τὸ quid i litera elisa pronuntiandum. Vid. ad 478.

491. Vulgo:

Quanquam hanc salutem ferimus inviti tibi.

Istud hanc orationis omnem extinguit gratiam, quae sita in ambiguitate τȣ̃ salutem, quod et salutationem et fortunam secundam sonat. Atque de hac cogitasse advocatos, responsio lenonis de fortuna est indicio. Forte geminatum -am peperisse videtur anc, unde hanc exstiterit, sicut perperam addi solere h literam monui Asin. 24.

Ceterum post hunc quoque versum 508., Et copula addita a fronte, legitur in vulgatis, cui nescio quamobrem hic potius quam illic locum assignari vult Acidalius Divv. in Plaut. pag. 385, cum hic caudam trahat is versiculus, illic vero optime faciat ad significandum contemtum ab advocatis Lycum, cum praesertim honoris se causa hominis advenisse dicant, nimium quidem civiliter, nisi tale quid addatur, quo verus eorum animus indicetur. Ne dicam, aliud

profecto hoc loco lenonem subiecturum fuisse, si ista nunc essent recitata, nec de fortuna dicturum, quam referendam esse ad „salutem" in oratione advocatorum monui.

494. Malim leniore numero: Iste est etc.

506. quid. Cf. 488.

507. Libri ex interpretatione et ἀμέτρως: Q. n. honoris tui c. h. a. t. v.

508. leniter. Ita Mss., quod ipse versus poscit. Et παρονομασία inest verbis leniter lenonibus. Etiam Pareus et hic et supra post 491 expressit manu scriptos, in quem ineptissime invehitur Taubmannus. Simili euphemismo nostrates olim: „ez war im meslichen leit," mediocriter illud odit, h. e. minime. Cf. infra 1014.

510. Bonum Vulgo: Boni, in quo intelligi volunt quidquam; sed quo exemplo? V. C. a manu prima: Bono. Hoc Bonū, i. e. Bonum, fuisse puto, sicut u et o misceri solent. Vid Aul. 589.

514. Ei Mars iratust. Recte hoc Boxhornius explicat ex 534.

516. hic venator. Se dicit. Vid. Capt. 84.

517. Lycum. Luditur nomine lenonis, quod lupum sonat. Iam alii animadverterunt.

518. hĭc. Vid. Amph. 136.

520. Atque. Vid. Epid. 208.

524. Edd. pravis numeris:

Ly. Quid deinde? Ad. sérmoném nobiscum ibi copulat.

Vid. ad Mil. 501. Iam vocali sequente τὸ sermonem retrahit accentum, de qua figura prosodiaca dixi Asin. 143.

528. Anacoluthon. Vid. ad Aul. 299.

dĭ. Vid. supra 79.

530. Locum lepidum dabo. Formula usitata in hoc genere. Cf. infra 565 Ba. 51.

531. clam, furtim. Vid. ad Capt. 336.

furtĭm. Vid. Amph. 341.

533. Τὸ quidem i literam elidit, sicut etiam 541. Vid. supra ad 478.

534. Inde quomodo pronuntiandum sit, vid. Asin. 770.

539. Philippos pro δισυλλάβῳ est. Vid. ad 533.

540. Rex sum. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

541. quidem. Vid. ad 533.

543. dĕhortari. Vid. ad 531.

544. tŭ. Vid. supra 79.

547. Iamne itis? Indignantis hoc et aliquid boni expectantis, dum insperato destituitur. Cf. Rud. 488, 1288, Stich. 603. Lenius est illud Iam abis? Pers. 50.

553. H. e. retro abs te, quia asinus ferociens retro iactat calces, ut recte Taubmannus.

559 sq. Bene muscas interpretantur scurras, quomodo vocatos parasitos tradit Clemens Alexandrinus, et Antiphanes dixit:

Δειπνεῖν ἄκλητος, μυῖα.

Vid. I. Lipsii Antiqq. 3, 1. Ambigue autem ponuntur quaeritare et quaerere: nam quod hominem a scurris, quales erant ipsi advocati, quaesitasse hospitium ait Lyco, nihil aliud significat, quam cupiisse illum scire, ubi tale sit hospitium; cum vero respondet Collybiscus, se id minime fecisse: nam si hospitium quaesisset a muscis, in carcerem eundum sibi fuisse, verbum quaerendi eo sensu adhibet, quo quaerere dicimur id, quod expetimus, quod aliquem rogamus ut nobis impertiat. Facete igitur homo tales nugatores nullum aliud hospitium habere dicit quam carcerem, quo devorti soleant cum ob alia flagitia, quae saepius in se admittant, tum quia saepissime animam debeant.

Ceterum τὸ quia μονοσυλλάβως pronuntiandum est. Vid. ad 478.

561. Vulgo inconcinne: Adveniens huc irem etc. Sed reponi poterat:

— — — — — — — — quaererem, huc
Adveniens, irem etc.

563. Oculi. H. e. in aula praecipui, modo loquendi Orientalium, inprimis Persarum. Pollux 2, 57: Ἐκαλοῦντο δέ τινες ὦτα καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέως etc. Cf. interpretes.

565. Vulgo:

Siquidem potes esse pati te in l. l.

Sed pronomen abest manu scriptis et editionibus antiquis.

567. Iisdem libris invitis legitur contrectare te. Vid. Amph. prol. 149.

569. Vetustate priorem e literam elidit. Vid. ad 478.

570. Ibī (cf. Cas. 73 Amph. 475) te rēplebo (vid. ad Asin. 375) etc.

571. Vel faciam non liquescit, vel ubi posteriore syllaba porrecta est h. l. Vid. supra 531 Aul. 152.

575. Hunc versum inter et sequentem vulgo haec leguntur inconcinna:

Ly. Quin sequere me intro. Co. duc ergo me intro, addictum tenes.

Acidalius Divv. in Plaut. pag. 387: „Versus," inquit, „alienus, repetitus non ex ipsa (hac scena), sed e sequente: quanquam sequens adeo scena melius una sit cum hac ipsa. — Caussa, cur priore loco ferendum non putem, magna est: quippe ex rei ipsius ordine petita. Is enim turbatur. Nondum enim hic deducitur in lenonias aedes villicus; sed aurum prius numerat in publico. quod cum ex occulto inspectassent Advocati atque ipse herus: tum demum it, neque ante leno eum receptat. etsi totum illud magis de composito fiebat, ut testes esse possent auri dati. Atque eo post illa

Sed haec latrocinantur, quae ego dixi, omnia.
Co. Quid ita? (f. Quid iam? Acid., quo nihil opus.)
Ly. quia aurum poscunt praesentarium.
Co. Quin hercle accipere tu non mavis, quam ego dare

statim evocant Advocati Agorastoclem, ut sit ipse sibi cum ipsis

ipsis una testis. quo prodeunte, tradit lenoni pecuniam villicus in manum:

Co. Age accipe hoc, sis: hic sunt numerati aurei
Trecenti nummi etc.

Tum accepta, ducit eum leno et sequi iubet: Age eamus intro. Quis ergo dubitarit exturbare turbatorem huius certissimi ordinis?" —

Quid hic bonus vir Taubmannus? Nempe retinendum censet versum, quem omnes agnoscant Mss. et edd.: „ut," inquit, „sententiam Lyci villicique subito reprehenderint Advocati, actione pol eleganti." Quae ratio quid sibi velit, scio cum ignarissimis.

581. aurŭm. Vid. Amph. 341.

586. sequōr. Vid. ibid. prol. 58. Nam minus recte haberent numeri, si versum ita dimetiremur:

Age ea | mus in | tro. — Te | sequor. — A | ge, age am | bula.

Vid. ad Amph. 555.

487. Vulgo:

Ibique reliqua alia fabulabimur.

I. Gulielmius Quaestt. in hanc fabulam cap. 4: „Quis," inquit, „non videt, et numeros et sententiam concinnari meliorem, si scripserit me auctore:

Ibi, quae relliqua alia, fabulabimur."

Recte, nisi quod scribendum est: reliqŭa, et huius verbi prima syllaba, sicut posterior τὸ Ibi, accipienda pro porrecta. Vid. Ba. 1055 et supra ad 570. Atque sic plane Mss. Pall., teste Pareo. Istud Ibique primus invexisse videtur Angelius.

591. — non sinĭt. Vid. ad Amph. 483.

594. Inepte libri:

Ag. Rem advorsus populi saepe leges? Ad. Scivimus.

Furta non saepe, sed semper, legibus prohibentur. Ergo reponendum: R. a. p. semper l. . . . . Ad. Scivimus. Additurus Agorastocles: scivistis? interpellatur ab advocatis ita, ut vox semper ad Scivimus sit referenda: ne quis Scimus rescribendum putet, quod antecedente versu male exhibent vett. edd.

596. praetorĕm. Vid. supra ad 581.

599. censen'. Inconcinne codd.: censetis. Vnum advocatorum pro omnibus alloquitur Agorastocles, sicut tertio abhinc versu unus respondet: Censeo, non: Censemus. Cf. quae nos supra ad 436.

600. Libri interpretatione inconcinna: venerit. Vid. ad Amph. 235 et inprimis ibid. 851.

601. Philippis δισυλλάβως pronuntiandum. Vid. ad Amph. prol. 74.

602. Legendum leniore numero: Ibi leno extemplo errabit etc.

612. Vulgo:

Adeste, quaeso. Ad. quippini? quin si voles etc.

Sed τὸ quin abest libris antiquissimis, et inculcatum videtur ab Angelio metri causa. Longe aptius Sed, quod a simili, quod sequitur, Si videtur interceptum. Vid. ad Curc. 43.

619. postillā. Vid. Most. 131.

623. Proverbium. Cf. Epid. 47.

624. quos. Ita Mss. et vett. edd., κατ' ἐναλλαγὴν generis. Vulgo ex interpretatione: quas. Similiter Epid. 568 codd. vulgares:

Quid ego? lenocinium facio, qui habeam alienos domi?

quam lectionem non male defendunt viri docti. Adelphasium autem et sororem eius intelligit Agorastocles.

638. Anacoluthon. Vid. supra ad 528.

641. quia pro monosyllabo. Vid. supra ad 601.

652. Inconcinne edd.: aetati. Vid. Amph. prol. 149.

Id. Τὸ Vae. Vid. Asin. 288.

660. Itidem inconcinne legitur: Eheu! quam ego etc. Vid. ad Amph. prol. 69.

661. bene. Ita Mss., cui lectioni cur praeferenda sit librorum sequiorum boni, non intelligo.

663. Addidi lineolam, de qua vid. Ba. 468.

665. Codd. ἀμέτρως: progredire. Cf. Cas. 693 Men. 661 etc.

666. Tritius est, quod reponi iubet Acidalius Divv. in Pl. pag. 389, Sum hercle vero; sed ferendum alterum, ad quod exhibendum conspirant libri vett.

469. Cras. Cf. 676.

674. Vos valete etc. Vid. ad Cas. 104.

650. omnes. Habent hoc edd. antiquae Venet. Brix. Iunt. Ald. Basil.; vulgares non habent, sed pentametrum nobis obtrudunt pro trimetro. Taubmannus, ut solet, τὸ isti ter poni iubet, quo nihil inficetius.

681 sq. pluma — plumbeas. Nota agnominationem.

687. vel. Vulgo improbiore numero: velut, quod haud dubie interpretis. V. C. uit, quod vel fuisse puto; Decurt.: ut.

690. Attat interiectio posteriore syllaba longa est. Terentius Andr. 98:

Percussit illico animum: attat! hoc illud est.

recipere. Vid. Amph. 1.

692. neglegere. Ita V. C., prisce, vel potius neclegere. Vulgo: negligere.

693 hunc. Vulgo inconcinne: nunc. Vid. ad Capt. 812.

695 sq. Quăm. dĭ. Vid. Amph. 149.

696. Τὸ vel utroque loco elisa e litera pronuntiandum, ut metrum constet. Vid. supra ad 601.

Vulgo autem sic haec leguntur:

— — — — — — — — mavelim
Agere aetatem, praepeditus latera forti ferro mea,
Quam apud lenonem hunc servitutem colere. quid illuc est genus!

Versus medius prorsum inconcinnus est; neque istud mea conspicitur in Mss. et editionibus vetustis. Acidalius non constat sibi Divv. l. l. ad 666, cum, Iuntinam editionem secutus, in qua, sicut etiam in Aldina, legitur A. a. p. l. f. ferro meam, reponi iubet „explendo," ut ait, „metro:

Agere aetatem, praepeditus latera forte ferro mea meam,

ut meam ad aetatem referatur, mea ad latera, quae verborum compositio nescio quid otiosi habet atque invenusti; versus autem ne sic quidem expeditus est.

De usurpato trochaïco tetram. acatal. vid. ad Amph. 596. Quamde non semel Huic reddendum, de qua forma monui ibid. prol. 69. Denique latinius est quod illuc est genus quam istud quid i. e. g.

701. Vulgo: furem ac fugitivum velis. Correxit Acidalius. Mss. et vett. edd. ad fugit., nisi quod V. C. an habuisse initio videbatur Pareo. An reliquerat Plautus aut f.? Facile hoc in ad vel at f. transierit. Τῷ at autem ac simillimum.

702. Quĭ. Vid. ad 695 sq. Vulgatum ut homo est, quod et minus recte dicitur et inconcinnum est, emendatorem invenit Gulielmium Quaestt. in hanc fabulam cap. 2.

704. quăsi. Vid. Capt. 956. Cf. 745.

705. fictilis epistolas. Recte intelligi puto γραμματικὰ ποτήρια Athenaei, quae et uno verbo ἐπιστολαὶ sint dictae.

710. Et adir | é lubet | etc. Vid. ad Asin. 159.

712. Apud pro monosyllabo est u eliso. Vid. ad 601.

713. Similiter τὸ Sed vocalem suam literam elidit, nisi hunc versum pro iambico habere malis; quod minime ineptum, cum contraria superioribus sententia inferatur.

714. Vulgo invitis Mss.: P. habet hic orationem, quasi etc.

722. obfers. Inconcinne libri: offeras. Vid. Amph. 235, 851.

730. Vulgo versu μείουρῳ:

Neque herum meum adeo. Mi. quem ament igitur? Sy. alium quemlibet.

Mss. et edd. vett. non alium quemlibet, quae est coniectura Camerarii, sed aliquem, in quo latere mihi visum alium quidem. Deinde nomini Syncerasti offecisse sequentem eius notam existimavi, sicut saepius erratum est. Vid. ad Amph. 436. — Quĕm. Vid. supra ad 695 sq.

732. Τὸ hic vulgo abest; verum Decurtatus, Pareo teste, praeferebat: — manifesto hi moechi. V. C. eodem referente: manifesto imoechi, quod primitus fuisse videtur manifestoi vel manifestei.

733. Di te et tuom herum perduint! Vid. ad Epid. 21.

736. Malus es? H. e. Callidusne tu es, ut rem tibi aperuisse mihi sit profuturum? Vid. ad Pers. 153. Minus bene edd. affirmate: Malus es.

mihid. Inconcinne libri: mihi. Vid. Amph. prol. 149. Memoradum secundum Iunt. Ald. Camerar. et Lipsium recte reposuerat Taubmannus, qua de forma vid. Aul. 285. Frustra corruptam librorum veterum lectionem memorandum restituerunt Gronovius Ernestiusque.

737. quoi domi sit. Ita Mss. Edd. quoque vett.: cui (quoi) id omne sit. Vulgo inconcinne: quoi domi est. Eodem nomine reprehendenda lectio vulgata Quid est, quod male sit.

739. Diespiter τϱισύλλαβον h. l. est. Vid. ad 601.

743. Vulgo: Volucres tibi erunt tuae hirquinae. Quid? tuae? alaene an pennae? Legendum alae, quod sic corruptum esse videtur, postquam ei forte adhaesisset t litera ex antecedente verbo. Decurtatus et edd. vett. neutrum horum habent. Iidem libri recte: hircinae.

Tò i liquescit. Vid. Ba. 716.

744. qui bene eum norit. Ita Mss., si qua Pareo fides. Sed negat id Taubmannus, et in Aldina tantum editione legi sic contendit, in quo fallitur: nam idem Iuntina praefert; sed eam ignorare hunc interpretem monui Merc. 476, 748. Utrum horum est, longe haec lectio praeferenda putidae atque inconcinnae vulgatae:

Verum enim qui homo eum norit, cito homo pervorti potest.

745. Quāsi. Cf. 704.

Ceterum vulgo legitur: —— potis sis. Mi. rectius Tacitus tibi resistam. Haec vitiosa esse intellexerunt viri docti, quorum alii tentarunt: Tacitius tibi resistam etc.; alii Tectius tacitius tibi rem sistam etc. Et illa quidem rem sistam petita sunt ex edd. Iunt. et Ald., quae non omnino improbanda, cum viam emendandi ceterorum monstrent: nam procul dubio legendum, per iocum usurpato verbo iudiciali: Rectius tacitas tibi res sistam, quam, quod dictum est mutae mulieri; quomodo legitur Curc. 161: sisto ego tibi me, et Cicer. ad Attic. 10, 16: te vegetum nobis siste. Res, h. e. res creditas; res, quas mihi dixeris. Cf similia, quae sunt Epid. 537 Mil. 234. Mutae autem mulieri lego secundum veterem codicem Camerarii, non malae mulieri, sicut est in vulgatis, neque istum audio, qui malam mulierem interpretatur garrientem, quia videatur fuisse proverbium Mulier, cum tacet, bona est.

754. Depravate libri:

Mi. Quid est quod metuas? Syn. dum hero insidias parem, ne a te perdeam.

Mss.: — insidias parilem, ne a te perdiam; edd. primae: — insid. parem, ne a te perdiar, h. e., ni fallor: ins. paritem (sicut et Pareus Gronoviusque reponendum viderunt, collato Pseud. 478, cui loco addere poterant Merc. 641), ne ante perduar, cuius verbi perduar glossema est, quod exhibent edd. mediae, in his Iunt. et Ald., perdar. Certe vel frigida vel minus verisimilia aliorum commenta

insid. paro, ne mepte perduim, insid. paritem: ne a te pendeam, h. e. ne salus mea non sua nitatur vi, sed ex te suspensa sit, etc.

755. Inconcinne libri: me. Vid. ad Amph. prol. 149.

760. Fide. Ita Mss., quod versui magis convenit, quam vulgatum Fidei.

762. Tò volet o literam elidit. Vid. Amph. prol. 74.
potest. H. e. fieri potest. Vid. Aul. 341.

764. quăm — dĕamat. Vid. Amph. 149, 341.

765 sqq. Perverse libri:

Lyn. Eodem, quo soror illius altera Anterastilis. Mi. sed qui id credam? Syn. quia
Illas emit in Anactorio parvolas, duodeviginti minis,
De praedone Siculo. Mi. quanti? Syn. duodeviginti minis.
Mi. Duas illas? Syn. nutricem earum tertiam.

Delevi male repetita illa duodeviginti minis, quae ab alterius fine versus ad alterius forte aberrasse videantur, et ultimum horum versuum, qui pessime hiat, eadem fere ratione restitui, qua supra 730. De producenda syllaba -ror in soror ante vocalem et elidendo i in quia vid. Amph. prol. 38 et 74.

Anterastylis autem Graecorum more ubique scripsi in hac fabula, sicut Pseud. 206 legitur Xystylis et in Terentio secundum Bentleium Archylis, alibi vero passim Thestylis, Phidylis, Erotylis. Vid. Bentleius ad Terentii Andr. 200.

770. aibat. Libri numero corrupto: aiebat. Sic passim, eiusdem viri doctissimi exemplo, haec et similia reposui aibas, aibant, ubi vulgo horum interpretamenta ἄμετρα leguntur. Sic et ait per contractionem pro aiit dici monet Lambinus ad Aul. 2, 1, 17.

772. Inde posteriorem vocalem abiicere videtur. Cf. Asin. 770.

775. Corrige σφάλμα typographicum: nam hic versus est troch. tetram. cat.

77?. Tacitus tace. Similiter Hic, fugit quo loco: Quod boni est, id tacitus taceas tecum et gaudeas. Qualibus abundat pleonasmis. Alioqui legi posset: Taceas face modo.

779. Vox apud μονοσυλλάβως pronuntianda. Vid. ad 762.

780. Vulgo scabris numeris: — sit. Syn. pol istuc tibi et hero tuo est in manu. Vett. edd.: p. i. t. et tuo hero est i. m. Scires, τὸ tuo esse addititium: siquidem vagari solent interpretamenta.

785. Inconcinne edd.: — data est, si etc. Vid. ad Amph. 168.

789. iam. Mss. tam, solita harum vocularum confusione, quam et alii pridem animadverterunt. Male edd. vulgares: tum.

790. evocem. Ita Gulielmius Verisimill. 1, 20. Inusitate libri, facili quidem lapsu: sevocem.

791. Frustra edd.: — nunc si eadem hic iterem etc.

792 Interpretatione ἀμείτρω legitur:
Hero uni potius intus ero odio, quam hic sim vobis omnibus.

793. Libri versu μειζω:
Di immortales, quanta advenit calamitas!
Sequor Taubmannum.

794. Vulgo corrupto numero: — nunc est, cum me moror. Mss.: — n. e. cum memoret, in quibus latere mihi visum memet.

796. Vulgo: N. e. h. nocte cons. Sed recte Gulielmius l. l. ad 790: „Nam et hoc docte consulendum. Nihil huc nox facit, et docta consilia, docta dicta, docti doli, semper Comicis in ore et sermonibus."

Năm. Vid. ad Amph. 149.

799. adveniat. Ita Mss et vett. edd., quas sequuntur Taubmannus et Pareus. Gronovius Ernestiusque nescio qua libidine: advenit.

800 sqq. Quae sequuntur Punica, secundum scribendi modum D. I. I. Bellermanni, gymnasiarchi Berolinensis, in tribus scriptis scholasticis, quae annis 1806, 7 et 8 edidit, propositum exarari iussimus, et eiusdem viri doctissimi interpretationem, e Germanico latine a nobis versam, addidimus. Sic autem inscriptae sunt illae dissertatiunculae: „Versuch einer Erklärung der punischen Stellen im Poenulus des Plautus." Quarum primae pagg. 5 sqq. quae leguntur, rationem, quam in his emendandis vertendisque iniit Bellermannus, declarantia, operae pretium est adscripsisse.

Sic igitur ibi vir de bonis literis meritissimus:

„Punisch oder Karthagisch ist Phönizisch, Phönizisch ist Kananitisch, und das Kananitische ist eine sehr nahe verwandte Mundart des Syrischen, Chaldäischen, Samaritanischen, und besonders des Althebräischen. —

„Die Sprache der alten Hebräer war mit der Sprache der Kananäer so sehr verwandt, dafs beide Völker sich gegenseitig verstanden. So finden wir, dafs Abraham, als er aus Ur in Chaldäa mit den Seinigen in Kanaan (Palästina) ankam, die Sprache der eingebornen Kananäer verstand, dafs er und die Seinigen keine Dollmetscher brauchten, so wie die Söhne Jacobs in Aegypten derselben nöthig hatten. Man mufs also annehmen, dafs die Kananäer, und besonders derjenige Theil derselben, der damals an der Küste des mittelländischen Meeres und an dem Jordan wohnte, in frühern Zeiten mit den Hebräern ein Volk ausgemacht, sich von demselben getrennt, und sich aus östlichen Gegenden nach Westen begeben habe, und zwar in das Land, welches späterhin Palästina und Phönizien genannt wurde. Bei Handel und Krieg, bei Reichthum und Wohlleben, hatten die Kananäer in ihren neuen Wohnsitzen den alten Polytheismus beibehalten. Die Hebräer im Gegentheil waren bei einer zwar nicht glänzenden, aber doch soliden,

Geisteskultur zu dem reinen Monotheïsmus übergegangen. Diese verschiedene Ansicht religiöser Gegenstände und die darauf sich gründenden Gebräuche und Sitten trennten beide Aeste gänzlich von einander.

,, Diese Annahme, die zwar nicht durch historische Zeugnisse mit Gewifsheit bewiesen werden kann, eben weil das Faktum über alle Geschichte hinaus gehet, wird durch die Verwandtschaft der Sprache aufser Zweifel gesetzt. —

,, Nam dem einmüthigen Zeugnisse alter Schriftsteller, Herodots (Klio Kap. 1.), Diodors von Sicilien (B. 16), des Dionysius Periegetes und anderer bei Strabo (B. 1.), des Trogus und dessen Epitomators Justins (B. 18.), des Abulfeda (Tab. Syr. p. 5.) u. a. wohnten die Phönizier, ehe sie ihren Wohnsitz an der Westküste Palastina's wählten, in Arabien, besonders in den Gegenden des arabischen Meerbusens. — Hierbei kann man nun annehmen, entweder dafs Abrahams Vorfahren ebenfalls in Arabien gewohnt und sich dann nach den nordöstlichern Gegenden von Ur in Chaldäa begeben, aus welchen wir den Abraham mit seinem Stamme als Emir nach Kanaan wandern sehen; oder dafs die Phönizier vor der Ankunft in Arabien bei Ur in Chaldäa gewohnt haben. —

,, Die kananäische Sprache war schon in den frühen Zeiten vor Moses sehr weit verbreitet. 1. Mos. 10, 15 ff. heifst es: ,, ,, Kananaer waren die Sidonier, Chethäer u. s. w. " " —

,, Hierzu gehörte auch Tyrus, — ferner die vielen Kolonieen in allen damals bekannten 3 Erdtheilen, als Tarschisch (Tartessus) u. s. w., unter welchen aber Karthago die ungleich wichtigste wurde.

,, Dadurch entstanden mehrere Mundarten des Phönizischen —

,, Dafs die phönizisch-punische (phönizisch-afrikanische oder karthagische) Sprache zeitig ausgebildet worden sey, läfst sich aus dem grofsen Verkehr dieser Nation mit andern Völkern, aus ihrem Wohlstande, aus ihren vielen Reisen und ihrer übrigen Kultur schliefsen. Gerade ihnen wird, wo nicht die erste Erfindung der Schreibekunst, doch die bedeutendste Vervollkommnung derselben zugeschrieben. Sie verpflanzten morgenländische, besonders babylonische Wissenschaften und Künste nach Griechenland. Sie führten zuerst den Gebrauch der Münzen mit Schrift ein. Sie hatten, wie die Hebräer, ihre Tempelarchive und Reichsannalen. Karthago's Bibliotheken werden von den Alten oft gerühmt. Der gelehrte phönizische Priester Sanchuniathon soll schon 100 Jahre vor Troja's Zerstörung zur Abfassung historischer Werke die Bibliotheken benutzt haben. Von des karthagischen Schriftstellers Mago Büchern sollten 28 Volumina ins Lateinische übersetzt werden. Plin. hist. nat. 18, 5. Hanno's Periplus, Han-

nibal's historische Schriften, den Philo Byblius u. a. nicht zu vergessen. — Und so ist es sehr zu bedauern, dafs von den Schätzen der phönizischen Literatur so aufserst wenig übrig geblieben ist. Den Römern gereicht es ewig zur Schande, dafs sie absichtlich diese literarischen Denkmäler vertilgten. Das wenige dem Schiffbruch entgangene verdient daher doppelte Aufmerksamkeit.

„Auch das hohe Alter der Nation müfste unsere Neugierde spannen: denn 700 Jahr vor Roms Erbauung, zu Josua's Zeit, war ihr Handel blühend und sie schifften schon nach Spanien; und noch zu Herodots Zeit holten sie Zinn aus England und Bernstein von der preufsischen Küste.

„Von der punischen Sprache ist leider sehr wenig auf uns gekommen. Die Stellen im Plautus sind die bedeutendsten Reste, die man bis jetzt kennt. — Diese zwei und dreifsig Zeilen sind aber in einer korrupten Gestalt, weil man sie nicht in punischen, sondern nur mit lateinischen Buchstaben geschrieben findet. Wer da weifs, wie schwer überhaupt die Laute einer fremden Sprache in eine andere übergetragen werden; wer bedenkt, dafs gerade die morgenländischen Sprachlaute nur mit Mühe durch abendlandische Schriftzeichen ausgedrückt werden können, — auch den Umstand nicht übersieht, dafs wohl viele Abschreiber dieser barbarischen Worte Fehler begangen haben mögen u. s. w.: den wird es nicht wundern, dafs sich bei der versuchten Erklärung derselben mehrere Schwierigkeiten haufen, die aber doch, wie ich glaube, gröfstentheils zu übersteigen sind.

„Aufser diesem hat man einige Steinschriften, 1) die man in Cypern aufgefunden hat, wo bekanntlich die Phönizier Kolonien angelegt hatten; 2) desgleichen eine Steinschrift, die auf der Insel Maltha ausgegraben ist; 3) fand man auch eine Steinschrift in Carpentras: 4) finden sich unter den Palmyrenischen Steinschriften einige, die man für phönizische hält. — 5) Mehrere phönizische Münzen haben die Alterthumsforscher sehr glücklich beschäftiget. Die vorhandenen sind, soviel ich weifs, sämmtlich von phönizischen Kolonieen. — M. s. Meuselii Biblioth. hist. Vol. 2 p. 1. S. 12 ff. und Rasche Lexicon numm. unter dem Worte Phoenice, 2. Thl, des 3. Bandes S. 1238 ff." *)

---

*) Scripti particulae secundae pag. 5 haec addit Clar. Bellermannus: „Punisch oder Karthagisch ist die Tochter des Phönizischen; Phönizisch oder Kananäisch und Hebräisch sind in der Hauptsache einerlei; es sind zwei sich sehr ähnliche Schwestern. Und so kann der Erklärer die punischen Worte geradezu als semitisch-hebräische behandeln; ja er mufs sie so behandeln, wenn er konsequent verfahren will, um nicht durch Aufnahme anderer morgenländischer „Sprachformen" einen bunten Cento zu schaffen. Dabei wird er aber in Ansehung der „Wurzelwörter" (nicht der Formen) allerdings auf die verwandten

Aut nihil aut parum hic vidisse Phil. Pareum, Comici editorem, Sam. Petitum Miscellann. pagg. 58 sqq., Thom. Reinesium in Ἱστορουμένοις linguae punicae, Io. Clericum in libro gallice scripto Bibliotheque universelle et historique de l'année 1688 seu tom. 9 pag. 256, Sam. Bochartum in Phaleg et Canaan, Operum eius Lugduni Bat. editorum tom. 1 pagg. 721 sqq., Georg. Henr. Saphunium in Commentatione philologica, quae prodiit Lipsiae 1713, aliosque tam veteres quam recentiores, pluribus exsequitur Bellermannus, quae apud ipsum legi satius est.

Excudi autem iussi emendata a viro docto Punica secundum scribendi morem Graecorum et Romanorum, non eum, qui tenet apud nostrates pronuntiandi Hebraica. Singulas singularum causas harum interpretationum atque emendationum hic perscribere nec vacat, neque opus est, cum parvo argento prostet Bellermanni liber, quem evolvere iubeo lectores.

815. 816. Quae hos inter versus leguntur in editionibus, uncinis a me inclusa, ea recte pro Plautinis non habet idem vir doctissimus, qui sic programmatis primi pagg. 19 sq.: „Diese lateinische Stelle ist gewiſs nicht von Plautus selbst, sondern von einem andern ungenannten Verfasser. Denn auſserdem, daſs schon die lateinische Sprache in diesen elf Versen nicht Plautinisch klingt *), ist die Uebersetzung mangelhaft, indem sie einzelne punische Verse ganz auslaſst, andere lateinische einschiebt, wovon im Original nichts vorhanden ist, aus einer punischen Zeile theils zwei macht, theils zwei punische Verse durch Auslassung wesentlicher Worte in eine Zeile zusammenzieht, und nur nach dem ungefähren Sinne theilweise wieder giebt, ferner die letztern 6 punischen Verse gänzlich mit Stillschweigen übergeht u. s. w., so daſs ich es mir nicht denken kann, daſs ein Plautus so sonderbar und zweckwidrig hier verfahren haben sollte. Eben so unerklärlich bleibt es, warum Plautus, wenn er einmal für diejenigen von seinen Landsleuten, die nicht so, wie er selbst, Punisch verstanden, das Gesprochene verständlich machen wollte, nicht auch die Stellen in der zweiten und

---

orientalischen Dialekte Rücksicht nehmen, weil es groſse Unkunde verrathen würde, wenn man behaupten wollte, der ganze hebräische Sprachschatz sey in den wenigen auf uns gekommenen Denkmälern der Hebräer vorhanden.

*) Os Plautinum et perspicuitatem desiderat vir doctus in versibus

Vt quod de mea re huc veni, rite venerim,

et

Eum fecisse aiunt, sibi quod faciundum fuit.

Sed priorem in quo reprehendat, plane nescio, cum De ἀντὶ τοῦ Propter et Rite pro eo quod est Feliciter passim usurpentur. Qui vero posteriore versiculo habetur, mortis euphemismus speciem quidem gerit ἅπαξ λεγομένου. Sed quid postea? — Sermo nisi Plautinus, certe Latinus est: nam Se pro Ipsum vel Ipsam adhiberi monuimus Cas. 91.

dritten Scene übersetzt habe. Die Uebersetzung dieser letztern Stellen war um so nöthiger, weil aller Witz, der in den lächerlichen Misdeutungen des Milphio liegt, verloren ging, wenn Plautus nicht hätte voraussetzen dürfen, das damalige gebildete Publikum in Rom verstände diese punischen Phrasen eben so, wie gebildete deutsche Zuschauer in unsern Schauspielhäusern französische oder lateinische Brocken verstehen, ohne eben Gelehrte seyn zu müssen."

Addita haec puto a nescio quo fabulae recensore, postquam in scena spectari ea desiisset, necdum linguae Punicae scientia prorsus obsolevisset.

Legitur autem vulgo horum versuum nono:

Deum hospitalem ac tesseram mecum fero,

cum appareat, ipsam tesseram dici deum hospitalem. Scriptum igitur forte anc pro hanc ansam praebuisse arbitror corruptionis. Vid. ad Asin. 492.

Sequente versu rectius legetur:

In hisce habitare monstratum est regionibus,

numero quoque haud paulo meliore.

Inconcinne libri:

Creta est profecto horum hominum oratio.

De porrecta posteriore syllaba τῦ Creta vid. ad Aul. 108 sqq. Ceterum hunc versum post illum Quam orationem etc., quem vulgo antecedit, inserendum esse, vidit Gruterus Suspicionum 2, 5. „Nihil," inquit, „magis perspicuum: nam creta sordidas vestes nitidari solitas scitur ex Plinii libro 35 capp. 15 et 17. — Arbitror dicere Poenum orationem Agorastoclis et Milphionis eandem vim habere quam cretam: nam ut ea emaculantur vestes, sic illa omnes animo suo ablutas sordes." Probat hanc transpositionem etiam Acidalius Divv. in Plaut. pag. 392.

830. Itidem inconcinne legitur: S. q. illaec avis est etc. Sed. Vid. Amph. 938.

831 Vulgo difficiliore numero:

Numnam it a balneis circ. pall.?

Mss.: Numnam in baliniis c. p.; edd. primae: Numnam a balineis c. p. Istud in scriptorum e praecedente m litera videtur ortum. Repetendum ἀπὸ κοινῦ: advenit. Cf. supra 171.

832. Punica est. Gugga est homo. Haec, quae vulgo desunt, in pervetustis membranis se invenisse testantur Lambinus ad h. l. et Turnebus Adversarr. 10, 24. Gugga sonat Afrum, sive hominem ex Libya, ut monet Taubmannus.

835. Libri pessimis numeris:

Atque, ut o|pinór | digitós | in mani|bus etc.

Quod reposui Opino, vid. Cas. 424.

836. Quia pro monosyllabo est. Vid. supra ad 762.

842. illim. V. C. iltim, Decurtat. et edd. primae: illum. Vulgo ex interpretatione, ut videtur, illinc. Vid. Ba. 285.

843. Codd. ἀμέτρως: plurimi. Vid. Amph. prol. 149.

846. Legitur pravo numero:

Ag. An scis? | Nullús | me est hodi | e etc.

Edd. primae antecedente versu: Mi. Quid tu ais tu? Alterum tu ab hoc loco forte aberrasse puto.

856. Inepte libri:

Avo donni, hic mihi tibi inquit verbis suis.

Τὸ mihi nasutus aliquis adscripsit, quia scilicet Milphioni, non Poeno ipsi, illa Saluta hunc etc. dixerat Agorastocles. Similiter peccatum Ba. 468.

859. Fortasse — arbitrarier. Vid. ad Merc. 771.

861. nuco istam. Haec verba nihili. Sed rufen vel rofin medicos significat in lingua hebraïca. Vid. Clariss. Bellermann. l. l. ad 800 sqq.

864. urbēm. Vid. Amph. 341. Frustra Angelius et Aldus: — aut quidnam quaeritis?

875. volt. Hoc in manu scriptorum lectione depravata voli deprehendit Gruterus et recte recepit in ordinem Pareus. Vulgo inepte atque inconcinne: volui. Vid. supra ad 430.

879. Libri duriore numero: Quod hic te orat. Similiter Agorastocles quid orat? non: quid me orat?

880. Ἀμέτρως libri: S. c. uti iubeas sese supponi etc.: nam τὸ uti posteriorem syllabam longam habet, sicut monui Epid. 538. Sequor Mss. et edd. primas.

896. Vulgo: causa, hiante versu. Vid. ad 843.

898. Minus bene libri: Antidamae filium Quaero, commonstra etc. Meursius Exercc. critt. 1, 209 ex libris vett. reponit Quaeso, quod non improbat Acidalius Divv. in Plaut. pag. 593. Sic autem Iunt. et Ald.

900. Legendum censeo:

Siquidem Antidamaï quaeris ad.,

quanquam sic et supra 804 Antidamas audire videtur Antidamarchus. Bellermannus: „Hier und in einigen folgenden Stellen heifst des Agorastocles zweiter Vater (der ihn adoptirt hatte), Antidamas, da er sonst Antidamarchon genannt wurde. (?) Dieser doppelte Name einer Person kommt daher, weil Antidamas ebenfalls adoptirter Sohn eines gewissen Damarchon war (V. 915). Aus Antidamas, des Damarchon adoptirter Sohn, wurde Antidamarch.“ Sed haec vereor ut ferri possint, malimque fere secundum Lipsium Antiqq. Lectt. 2, 19:

Siquidem Antidamae Damarchi adoptatitium,
Ego sum ipsus quem tu quaeris,

in illis Siq. Ant. Dam. ad. ex sequentibus intellecto quaeris. Nam quod hanc vocem priore versu servari posse putat Lipsius, usurpatis nescio quibus elisionibus, fugit eum ratio.

907. Inconcinne libri:

Haec mihi hospitalis tessera cum illo fuit;

neque audiendi Angelius et Aldua, quos temere sequitur Acidalius, olim inculcantes.

909. Minus bene de versu libri: Nam haud etc. Sequor Acidalium Divv. in Plaut. pag. 394.

910. ŏmnes. Vid. Cas. 690.

911 sq. Soloece legitur:

— qui potuit fieri, ut Carthagini
Gnatus sis, hic autem habuisti Aetolum patrem.

„Sane," inquit Acidalius Divv. in Pl. pag. 394, „habueris rectius erat, neque id numeris adversetur. Tamen et illud in sermone fero." Sed ipse se traduxit Acidalius, cum haec scripsit: nam neque in sermone neque alibi ferendi sunt soloecismi. Reposuimus igitur Gnatus sis, si hic autem Aetolum habuisti patrem. Si autem, ut Merc. 877: Quid, si autem animus fluctuat? et sic passim. Raptum videtur si a simili sis, quod antecedit.

913 sq. Vulgo inconcinne:

Ag. Surreptus sum illinc. hic me Antidamas hospes tuus
Emit, et is me sibi ad. fil.

Sequor Lambinum. Vid. ad 842.

922. Itidem inconcinne libri: — Factum, quod aegre tuli. Iunt. Ald.: F., quod quidem a. t. Sed vid. ad Asin. 843. Verba Quod ego aegre tuli ex formula videntur dicta: cf. Curc. 167.

923. Ampsagura. Sic, teste Pareo, V. C. Camerarianus, quod melius vulgato Ampsigura, si recte ex Hebraïcis Eem flach gurāh, h. e. mater agnum (filium) amans, haec derivat Bellermannus l. l. ad 800.

924. Inepte atque inconcinne libri: pater tuus is erat f. p. m. Tò is natum ex antecedente syllaba.

926. privatŭm. Vid. Amph. 341.

927. sĭ. Vid. ibid. 149.

930. Vulgo:

Ostende, ut inspiciam. aperi. Ag. vide, eccum adest.

Et ita quidem haec rescribi iubet Muretus Varr. Lett. 11, 19. Sed alio vergunt Mss. et edd. primae, in quibus fere legitur: Ostende inspice iam (vel inspici iam) aperi audi atque ades. Vide, an probabiliter coniectaverim, secundum editores vulgares immissa Agorastoclis persona, cuius nota fraudi fuisse mihi videtur antecedenti Age. Audio, h. e. probo, sicut passim: nam huc non pertinent monita ad Curc. 605.

933. Verba Pol et bene liquescentibus vocalibus (priori quidem τȣ̃ bene) pronuntianda sunt. Vid. Amph. prol. 74.

939. V.:

Mi. Facito sis reddas, etsi hic habitabit tamen.

Codd. et veterrimae edd.: — hic habit (habet) tamen. Propius hanc scripturam reponendum existimavi: — hic habitat tamen; nec spreverim — hic habet tamen, eodem sensu, nisi quod numeros tunc habebimus debiliores. Vid. ad Amph. 355. Sic infra 990 „quando hic hic adest;" cumque hic

pronomen fere corripiatur, hic autem adverbium produci soleat sonaveritque heic: a δυςφωνία non magnopere timendum est; quanquam ne hanc quidem veteres admodum refugerunt. Vidd. Heusingeri ad Cic. de Offcc. 1, 4, 1.

953. malam pro monosyllabo est. Vid. ad 933.

957. Libri interpretatione inconcinna:

Manuque liberali caussa ambas asseras.

Ambo pro ambas accipiendum, sicut graecum ἄμφω. Merc. 225 sqq.:

Mercari visus mihi sum formosam capram.
Ei ne noceret, quam domi ante habui capram,
Neu discordarent, si a m b o in uno essent loco etc.

ubi similiter ambo positum pro ambae.

961. Vulgo: Iam in Pincipio id mihi placet. Sed recte Acidalius Divv. in Plaut. pag. 394: „Vide," inquit, „ne fuerit iam principiom id m. p. Ita enim solet Noster. Amph. (636):

Iam illud non placet principium de osculo.

Stich. (345): Principium placet de lectis." Quod addit vir doctus, neque tamen alterum minus probum esse, falli videtur: nam nihil adhuc dixit Poenus, quod ad hunc Milphionis dolum novum pertineat, nisi, item sibi gnatas duas cum nutrice surreptas esse parvulas; hoc igitur esset id, quod sibi iam in principio placere dicit servus: quod absurdum est, siquidem causa non est, quamobrem id ipsi in principio magis placeat, quam in fine, quam semper. Imo nuntium eum de filiabus surreptis gratum sibi esse, tanquam principium et fundamentum fabricae, dicit Milphio.

962. Pol mage, quam vellem! Intell.: assimulo: nam flendum mihi est, ubi rem recogito. Vidit hoc etiam Bellermannus l. l. ad 800.

963. crudum. i. e. vegetum, vividum, quomodo crudam senectutem dicit Virgil. Aen. 6, 304. Aberrant, qui peritum vel inhumanum interpretantur. Recte Bellermannus: „Man kann crudus hier auch in der Bedeutung von frisch, nicht verwelkt, jugendlich, nehmen, und auf den Begriff gewandt, jugendlich-rasch, zurückkommen."

964. quo illud gestu faciat facilius. H. e. ut rem istam facilius gerat atque exsequatur, lacrimis etiam additis, τῷ gestu coniuncto cum facilius tanquam supino, quomodo factum gerere legitur apud Ciceronem. Durius sit interpretari illud: lacrimas, et gestu: in gestu, inter ipsam rem gerendam coram lenone; quanquam sic fere vertit Bellermannus:

Et weint, damit er nachher seine Rolle besser spielt.

967. Vulgo prius est desideratur, non sine versus periculo. Praebet vocem Gellius Noctt. Att. 13, 28, ubi haec laudat.

968. Libri inconcinne: Sp. ven., ore parvo a. o. p. Τὸ parvo item servavit l. l. Gellius.

969 probe. Ita Gellius. Vulgo mihi. Vid. ad Men. 754 Most. 456.

971. Tò i cum sequente vocali coalescit. Vid. Ba. 716.

972. Pessime edd.: novit. Noverit Pareus, tanquam ex Mss.; item edd. vett.; quod ipse versus poscit.

974. Nomen Giddeneme medio e longo pronuntiandum est; quod ut fieri per versum possit, vocem Foras pro monosyllaba habebis; qua de re vid. supra ad 933. Cf. 985. Bellermannus scripti de Punicis huius fabulae supra ad 800 laudati partic. 3 pag. 8: „Giddeneme," inquit, „der Name der Amme, ist weder griechisch noch römisch, sondern orientalisch, und namentlich punisch Gedi nēmeh oder Gedijah nēmeh, d. i. schöne Gazelle, Ziege der Anmuth, liebliches Reh." Hebraïcis autem literis nomina haec Punica scripsit vir doctissimus, quae nos perspicuitatis gratia latinis.

977. 982. quem. mt. Vid. ad 927.

991. huius monosyllabum. Vid. Aul. 243.

illaec, non illae, ut vulgo, vett. edd.; Mss. illa et, quod eodem redit. Vid. Most. 1080. Illaec pro Illae, sicut Haec, Istaec, pro Hae, Istae. Vid. Epid. 207.

992. Cf. infra 1153.

995. Vulgo difficiliore numero: Cum huc advenisti etc. Vid. ad Men. 879.

998. Tò Quid i literam elidit, sicut Quis 1004. Vid. supra ad 933.

999. Falso istorum dicta interpretatur Milphio. Sed recte Bellermannus scripti laudati ad 800 part. 2 pag. 12: „Die ganze punische Sprachkenntnifs des Milphio in beiden Scenen beschränkt sich auf die drei Worte Avo, Rufen und Lachanam, d. i. Bon jour, Medicins, aux Diables, also einen Grufs, einen Fluch, und den Ausdruck „Medicus," ein Wort, das mit der Kunst (sowohl der gründlichen, als marktschreierischen) am meisten zu andern Nationen überging."

1004. quis. Vid. supra ad 998. Nisi legendum sit: qui. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

1002—1005. Haec vulgo sic leguntur et personis dividuntur:

Tu abduc hos intro et una nutricem simul
Iube abire hanc ad te. Ag. fac quod imperat.
(Frustra versus sarciendi causa legunt: Iubeto. Verba transponenda.)
Mil. Sed quis illas tibi monstrabit? Ag. Ego doctissime.
Mil. Abeo igitur etc.

Sed rectissime Acidalius Divv. in Plaut. pagg. 595 sqq.: „Ad quem," inquit, „illa Poenus Tu abduc hos? Vt apparet, ad Agorastoclem. At quam convenienter eum iubeat ipsum servos suos ad se deducere! Ad servum Milphionem, ut scribi volunt. Ineptissime; quod ex huius

oratione subiecta patet, quae non est huius. — „Nam servi scilicet huius erat, puellas hospiti demonstrare.“ — Imo id nutricis. Atque illa ista loquitur omnia, quae Milphioni hic adscripta. Qui porro Milphio si hic iam abit, ut loquentem eum fecerunt, Abeo igitur: quid infra adhuc restitat, — et denique iubetur abire (1009 sq.) cum peregrinis servis?“ Quibus inductis rationibus, hos versus ita emendat et ordinat, ut in hac editione factum vides, additque haec: „Hanno abduci servos suos vult, et una nutricem abire in Agorastoclis aedes. Hoc ille assentit, et ad Giddenemen Facito, inquit, ut velle istum vides. Quae paullum tricata, mox eo tamen abit.“

1006 - 1010. Haec vulgo ad finem scenae reiecta leguntur propterea, credo, quod abire visum Milphionem versu 1005 non prius ista Opino hercle et quae sequuntur eius dicta pronuntiare posse arbitrarentur, quam aliquot versibus interiectis nescio qua de causa denuo in scenam rediisset. Verum ibi non abire servum, sed nutricem, in praecedente Acidalii annotatione demonstratum est. Retrahenda igitur ista fugitiva, non versus quoque 1011—1014 ad extremam scenam releganda, quod placet Acidalio: nam postquam rogatu Poeni ad se abire Giddenemen iussit Agorastocles 1004, et ista cum ipso et Misphione pauca interfati sunt, consequens est, pro urbanitate adolescentis, ut et alterum illud, quod rogavit Hanno, de servis suis abducendis, facere properet, neque inepte adstare sinat homines alienos, dum praestolatur reditum Adelphasii et Anterastylidis, deque illa locutum it cum patre, quae huius interest scire, istorum nihil interest.

Metri autem gratia versu 1006 rescripsimus Opino (nam vulgatae Opinor), de qua forma vid. Cas. 424.—1008. Haec. Vid. supra ad 991.

1013. Inde e literam abiicere videtur. Vid. ad Asin. 770.

1014. Vulgo inconcinne: leviter. Sequor edd., in his Mediolanensem, anno 1500 editam. Vid. supra ad 508.

1021. Me sequere. Ad aedes lenonias, ad quas se recepturae erant Hannonis filiae. Ibi primum eas expectare vult Agorastocles; mox, ut impatientes sunt, qui amant, obviam eis ire cum Poeno.

1022. inter vias. Similiter, monente Acidalio Divv. in Pl. 597, Terentius Eun. 4, 2, 1 sqq.:

Dum rus eo, coepi egomet mecum inter vias
— — — — — — — — —
Aliam rem ex alia cogitare etc.

Ad quem locum nescio quis ineptus (cave enim Donatum istum credas): „Figurate et nove Inter vias.“ Itidem Hic ipse Aul. 330:

Deinde egomet mecum cogitare inter vias
Occepi etc.

et Cist. 229: Inter novam rem verbum usurpabo vetus; et Truc. 475:

Inter tot dies quidem hercle iam aliquid actum oportuit;

Titinnius autem Fullon.:

— — quae inter decem
Annos nequisti unam togam detexere;

Tibullus:

Atque haec seu nostras inter sunt cognita terras;

et Lucanus, ut volunt, Panegyr. ad Pisonem: Mira subest gravitas inter fora. Quibus ab Acidalio laudatis adde, quae similia suggerit Pareus in lexico Plaut. h. v., unde intelligas, minime novum esse, Inter pro In usurpari a scriptoribus.

1023. Praeterbitamus. Cf. Epid. 423 et Capt. 611.

1025. Inepte atque ἀμέτρως libri:

Ego quidem meos amores mecum confido fore.

Versum expedit Bentleius ad Terent. Heaut. 20, τὸ quidem excludendo; sententiam non expedit: nam quid, quaeso, attinet, tanto hiatu spem significare rei, de qua, patre volente, filia non nolente, certus esse poterat adolescens? Et impudentis est, coram patre, tanquam lenone, dicere de copia puellae sibi facienda. Imo, ut Hanno Iovis, ita Agorastocles Amorum sibi precatur auxilium, quomodo alter ille quidquid sit in coelo deorum immortalium, secum militare ait. Legendum igitur:

Ego quidem Amores mecum confido fore.

1027 sq. Vulgo:

— — — — — — — est?
Graecae sunt hae columnae: sustolli solent;

quasi scilicet graecas tantum columnas sustollere soliti fuissent, id quod in columnas omnes cadit. Missis virorum doctorum de hoc loco coniecturis, quarum nulla est probabilis, age veterum codicum excutiamus lectiones. Vetus igitur codex Camerar.: Thraece sūt caelū ne sustollif oleni; Decurt.: Threoe sunt celumne sustollis oleni; Mss. Scaligeri in Coniectaneis, ubi haec expendit, Trecae sunt celonnae etc.; edd. primae: throeae sunt caelum ne sustoli solem. Sequiorum librorum nugas referre piget, quorum tamen nullus istud Graecae habet, sed excogitavit id Turnebus Adverss. 10, 24; neque mirum, in tanta eruditorum trepidatione lectionem, quae certe sensum habere videretur, exceptam esse tanquam margaritam. Nos secundum Mss., inprimis Scaligeri, qui praeferebat Trecae sunt, reposuimus Tricarum sunt, τὸ -rum in Tricarum a sequente sunt interceptum rati, cum constet, r et s literas tam similes saepe esse in manu scriptis, ut aegre dignosci possint; qua de re dictum ad Men. 590. Nam quod Trecae codex, non Treca, vide, sis, quae monemus Merc. 113. Cum igitur, conspectis filiabus suis, mirabundus exclamasset Hanno Quantae e quantillis iam sunt factae! Agorastocles per iocum, tanquam illo rem mirante ut novam et difficilem intellectu: Scin' quid est, inquit, tricarum? (h. e. Scin', quid hoc sit negotii intricati? vin' aenigma tibi solvam?) Columnae sunt,

sunt, quae sustolli solent. Filios autem columnas domuum dici, nemo nescit; quorum loco filiae erant Hannoni, quia mascula prole caruit. Cf. Erasmi Adagg. 1, 3, 42.

1029. Inconcinne libri: fuit.
qui. Vid. supra 927.

* 1030. Vulgo: — ornatum eo visere venit. Scriptum more aevi medii ornatum ivisere (h. e. invisere) v. sic degenerasse puto.

1032. Itidem ἀμέτρως libri:
Digna diva venustissima Venere: neque contempsi eius opus hodie.

1033. Τὸ venustatum elisa e litera pronuntiandum, ut metrum constet. Vid. Amph. prol. 74.

1034. Vulgo: Arabus murrhinusque omnis odor complebat. Quid? omnis odor? quis sic locutus? „Omnis," inquit Gruterus, „est omneis." Sed etiam homines qui completos odore dicat, risum debeat. Ne addam, omnis pro omnes acceptum legem versus migrare. Reponendum omne pro omnia; quod edidit Camerarius. Sic passim Omne.

1036 sqq. Certo — factum est. Vulgo haec eidem personae continuant, quae superiora Fuvit — Venerem recitavit, Acidalium Divv. in Plaut. pag. 397 audientes, qui sororem iuniorem in his agnoscere sibi videbatur, ut quae semper introducatur altera procacior. Sed in istis Fuvit — Venerem nihil procacitatis, sed laudium Veneris et meretricum aliarum plena omnia, neque ipsarum sororum, quae simul in templo adfuerant, vel verbo facta mentio, quae sunt animi pii ac modesti, qualem novimus Adelphasii. Longe alius sunt indolis, quae sequuntur Certo — factum est, itaque recte tribuuntur Anterastylidi.

Inconcinne autem legitur Quae ad Cal. venerant Venerem. Venerant venerantur, ut Hic et alibi. — Calydoniam τὸ i elidit: vid. ad 1033. Quod attinuit in duos versus divisi, vid. supra ad Amph. scen. Di fidem 35. Nimis manifesta in his forma trochaïcorum tetram. acat. Nisi ita dividenda sint:

Quae Calydoniam Venerem venerant. t. d. clausula.
(Notabis παρονομασίαν, quae minus bona, si venerant pro plusquamperfecto habeas.)
An. Certo enim quod quidem ad nos duas attinuit, praepotentes, pulcrae,
Pacisque fuimus, soror, potentes, etc. t. d. clausula.

1938. Vulgo laeso numero trochaïco:
Neque ab iuventute ibi inridiculo habitae; quod pol, soror, ceteris omnibus factum est.

Sed sic reponi poterat, cum praesertim versu 1039 Mss. praeferant uti tette soror, uti tute sor., quod primitus fuisse videtur ut tu tete soror: siquidem forma uti pro ut rarior est in libris:

Neque ab iuventa ibi inridiculo habitae; as. ex 2 iamb. h.
Quod pol, soror, ceteris omnibus factum est.
(τὸ soror pro monosyllabo: vid. ad 1033.)
Ad. Malim istuc aliis ita videatur,
Quamde ut tu tete, soror, conlaudes.

Sane sic optime fluunt versus, neque quidquam mutandum est praeter unam vocem, iuventute, quae ipsa quoque feratur, si quis eam pro τρισυλλάβῳ habeat, qua de re vid. Amph. prol. 74. De Quamde pro Quam a nobis reposito vid. ibid. 69.

1042. Vulgo numeris durissimis, vel potius nullis:

Ha. Iuppiter, qui genus colis alisque hominum, per quem vivimus vitalem aevum.

Nomen Iuppiter vel ex interpretamento vel ex versu 1046 videtur arcessitum.

1043. Simili vitio exhibetur:

Quem penes spes vitae sunt hominum omnium, da diem hunc sospitem, quaeso,
Rebus meis agundis etc.

1044. Perdidi pronuntiandum δισυλλάβως. Vid. ad 1033.

1046. Eodem modo nomen Iupiter efferendum est. Inconcinne autem legitur: nam mihi est obnoxius e. m. m.

1059 sq. Vulgo perversis numeris:

Ad. Stulta, soror, es magis, quam volo. an vero pulchra videre, obsecro,
Si tibi illi non os oblitum est fuligine?

Formula Ain' vero? quam apte hic usurpetur, vid. Mil. 841.

1052. Vulgo aut ineptis aut nullis numeris:

Ag. O patrue, o patrue mi patruissume!
Ha. Quid est, fratris mei gnate? mi gnate, quid vis? expedi.

Verba mi patruissime ex sequentibus petita sunt, ista vero mi gnate orta ex praecedentibus mei gnate, quae quidem non habentur in editionibus aliquot principibus, velut Mediol. anni 1500.

1055. Quae res? Vid. ad Asin. 458.

Vulgo autem: — edepol sapientiam tuam abusa est haec quidem; sed Mss.: e. f. t. haec qui quem abusa est, qui exitus est iambici tetram. catal., quales poni solent, ubi ab eiusmodi versibus acat. ad aliud metri genus transitur.

1056. Vulgo:

Nunc hinc sapit, hinc sentit: quicquid sapit, amore meo sapit.

Libri veterrimi, tam scripti quam impressi, τὸ sapit a fine versus non agnoscunt, legiturqne ibi meo amore. Vid. an rem tetigerim.

1060. operantur. Vulgo: operam dant; sed libri vett. τὸ dant non habent. Operam igitur illud est operant-, cuius verbi extremae duae literae -ur, per compendium scribi solitae, forte perierunt.

1061. Quomodo τὸ voluptati pronuntiandum sit, ut versus stet recto talo, vid. Amph. prol. 74.

1064. Inepte codd.: quid sperem, h. e. cur sperem. Sensit Gulielmius Quaestt. in Poen. cap. 3.

1070. Pol vocalem elidit. Vid. ad 1061.

1071. Haud precor. Nimis inurbana haec Adelphasii responsio, cum praesertim in ceteris suis h. l. dictis secundas agat Agorastocli et patrem alliciat. Legendum procul dubio: At precor (eius amicitiam). At, ac, aut et similia inter se permutari monuimus Cas. 38, et de h perperam addi solito ad Asin. 24. Notus autem usus At particulae in responsionibus.

1075. mī. Vid. Amph. 149.

1081. Male edd.: Quid istic, quod etc. Formula Quid istic? quo pertineat, dictum ad Merc. 992.

1082. Vulgo pravis numeris et glossemate inducto:

Ag. Nunc tene, patrue. Ha. tu, frugi si bonae es.
Ag. vin' ego apprehendam? Ha. tene.

1087. Vulgo inconcinne:

Sed illud quidem volui dicere, imo dixi hercle quod volebam,

cuius orationis nec caput nec pes apparet. V. C.: Sed illud quid volui dece imo etc. Secundum haec locum emendavi. Dicturus Agorastocles, se uxorem iam ducturum Adelphasium, interpellatur a puella impatiente et gaudio elata. Iamque ipse meminit, se id ante dixisse versu 1084.

1089. Dicet illi. H. e. illic, in iure; quod superbi est et sic rem explicare dedignantis. Ita Mss.; et similiter edd. primae: dice illi. Male vulgatae: dice tu illi; cui responso Agorastoclis non convenit, quod subiicitur ab Adelphasio: Et iam me meae latrant canes? h. e., interprete Taubmanno: Etiamne ii, qui pro me facere debent, mihi adversantur? De forma Illi vid. Amph. 596.

1091. prod. Libri inconcinne pro. Vid. Amph. prol. 149.

1092. canĕm. Vid. Amph. 1.

oleo tranquilliorem. Vid. Erasmi Adagg. 1, 7, 35.

1093. Ite, si itis. Simile est saepe recurrens illud Age, si quid agis, de quo monui Mil. 215.

1096. Vulgo: Atque equidem. Hoc eiusdem notae est atque Et equidem, quod alibi legitur. Vid. Men. 451.

1098. peieres. Libri corrupto numero: periures. Vid. ad Asin. 416.

1099. Vulgo hiante versu: — obsecro. Ag. atque etc.

1101. Inepte edd.: Ei (h. e. Hannoni) praedicabo etc. Non Hannoni scilicet praedicaturum se fingit furta sororum Agorastocles, sed iudici. Recte igitur Decurt.: Et praed. Vid. ad Cas. 499.

facitis. Inconcinne legitur: faciatis. Vid. Amph. 851.

1102. habetis. Ita V. C., sicut facitis reponendum vidimus versu praecedente. Τὸ apud u literam elidit. Vid. ad 1061.

1104. Edd. metro perdito: Vbi sunt eae? aut quae sun obsecro? Sequor Mss.

1105. Vulgo hiante versu:

Ha. Quin eloquar. Ag. censeo hercle, patrue. An. misera timeo, quid

Hoc sit etc.

Tò Age interceptum a nota personae Agorastoclis.

1106. Quid vocalem elidit. Cf. 1102.

1107. Soloece libri: possit.

1109. danunt Sic V. C., teste etiam Scioppio Suspp. Lectt. pag. 72, et Decurtatus danint, quod eodem recidit. Edd. metro nullo: dant, quae est interpretatio formae rarioris.

1112 sq. ĕt. filiŭs. Vid. supra ad 1092.

1114. itā. Vid. Amph. 475.

1115. Vt hic pater | est vo | ster etc. Duriores hi numeri, ut fere malim:

Vt hic | patēr | est! Date | etc.

in quibus similis fortasse iocus latet, atque ille est Epid. 572. Cf. Amph. prol. 38.

1116. Vulgo:

Pater: te complecti nos sine. Ha. cupitae atque exspectatae.

An. Pater salve etc.

Tò nos metro adversatur. Praeterea edd. vett. cupite a. exspectate. Non uni filiae, sed ambabus simul respondet Hanno demum 1118 sq.

1120. Male libri: videamur. Edd. vett., in his Mediol. et Iunt., quas saepe laudo, recte: videmur.

1123. Libri depravato versu: Omitto. Nec tribrachum nec pedes τετρασήμους hoc metri genus habere solet in caesura, sed aut iambum purum aut pyrrhichium. Vid. ad Amph. 889 Asin. 416.

1124. Omitte salutem. Dum dicit Sperata, salve, puellam amplectitur Agorastocles, nolente illa, more virginum, sicut similiter statim altera: Nolo istuc (h. e. te me amplecti, dum salutas); ubi vulgo libri inconcinne: Nolo ego istuc: enicas me.

1127 huic. Id est: mihi. Vid. Capt. 84.

O Apella. Interiectio coalescit cum vocali sequente. Vid. Ba. 716.

1128. Vulgo inconcinne: numero. Vid. supra ad 1091.

1134. in memoriam habeas. Vidd. similia Amph. 545 Cas. 368.

1141. Pro minore parte. H. e pro nulla, quomodo minus pro non dicitur.

1142. Sic dedero. Ita Mss. Cameraraiani. Vid. ad Men. 506. Aera lupinis commutavere, cum pro hac bona lectione malam manu scripti Gruteriani Si dedero in ordinem recepere, quae ne sensum quidem habet, cum minam iam dederit, non daturus sit, Lyco Anthemonides.

aere militari tetigero lenunculum. Hoc est pignus ab-

stulero neque unquam homini reddidero. Nam milites raptores. Epid. 8 sqq.

Corpulentior videre atque habitior. THESPRIO (calo). Huic (furtificae laevae) gratia.
EPID. Quam quidem te iamdiu deperdidisse oportuit.
TH. Minus iam sum furtificus, quam antehac. EPID. Quid ita? Rapio propalam.

Homero, vel quisquis ille est, Iliad. ult. vers. 262 audiunt:

Ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἁρπακτῆρες.

Ammianus lib. 23 cap. 15: „Aviditas rapiendi insidiatrix saepe Romani militis fuit.“ Gregoras Hist. Rom. l. 9. pag. 291: „Nemo erat, cui non admirationi esset Venetorum et disciplina militaris, et cum aequitate magnificentia. Nemo enim omnium illorum quicquam cuiquam rapuit, sed pecunia data emit; idque, cum tanta et promiscua turba cum eis esset.“ Quae loca suggessit Tob. Magirus Polymnemonis pag. 1536. Aberrant igitur, qui pugnos vel gladium intelligunt; sed aes militare per iocum Noster dixit rem nihili, quia nihil eis argento opus, qui omnia palam rapiunt. Ad quam faciem nostrates dicunt: Er gab ihm einen Priestergroschen, Dedit ei nummum sacerdotalem, ubi quis pro officiis praestitis aut nihil aut meras gratias reddidit.

1145 merulea. Ita Mss. et edd. primae, h. e. tota nigra seu livida verberibus, ut avis merula. Huic lectioni cur Brixianae Iuntinae atque Aldinae morula, h. e. Maurula seu Maura, anteposuerint, non intelligo.

1146. Vulgo: replebo, impingente versu. Vid. supra 1091.

1147. Itidem inconcinne libri: Quam Aegyptii etc. Vid. ad Amph. prol. 69 et de elidendo i priore in Aegyptii ibid. 74.

1148. arte. Sic Mss. et edd. principes. Vulgo: arcte.

1151. istoc. Codd. ἀμέτρως: hoc. Pareus pro arbitrio: hoc nunc obson.

1157. alliolum. H. e. qui olet allium, derivato adiectivo Olus ab Olo (h. e. Oleo), sicut Probus a Probo, cuius similia sunt Convenus, Carnivorus, Multiloquus, Multisonus, Multivagus, Omnivolus. Sic infra 1169 sq. de eodem: — plenior Alli ulpicique quam Romani remiges? Most. 37 sq.:

TRA. At te Iupiter
Dique omnes perdant: ita obolivisti allium etc.

„In Mss.,“ inquit Taubmannus, „ambigue scriptum: ut possit esse haliolum.“ Sane sic exaratum puto pro aliolum, scribendi modo vitioso, de quo monui Asin. 24. Et inde ortum vulgatarum istud baliolum, quod quid sibi velit nescio, neque invenio, qui probabiliter explicarit. Respuit autem ipse versus.

1162. Minus concinne legitur: cum istac.

1164. Quia mihi lubet. Cf. Curc. 621.

1165. i in. Vid. Ba. 716.

1166. hallex. Ita Pygmaeam virginem dicit Iuvenalis sat. 6, 504. Non placent, qui reponunt allex viri, h. e. impudicus, qui virum sibi quaerat.

1168. Vulgo depravate:

Deglupta maena, Sarrapis sementium.

Serapidi hic nihil debetur; et sarapis (ut h. l. vett. edd.) tunica Persica est Hesychio. Dein eaedem edd.: senicinctium, unde recte Meursius, quo loco Exercitationum critt. hunc explanat, semicinctium, h. e. interprete Isidoro zona minus lata, ut peregrinantium esse solent.

1169. Vulgo:

Mastruga, ἅλς ἀγορᾶς ἅμα: tum autem plenior etc.

Mss.: Manstructa halagora samatum (vel halagoras amatum) autem (vel ante) pl. Recte repositum Mastruga, et recte explicatum. Sed halagoras mutandum non erat, id quod et alii videntur intellexisse; quae vox sonat ἁλὶ ἀγορασθέντα, h. e. sale emtum, mancipium nihili: nam ἁλώνητοι vulgo vocati servi μηδενὸς ἄξιοι, ut ait Pollux voce Ἁλώνητοι. Cf. Cas. 422. Quo modo dicuntur Anaxagoras, Athenagoras, Pythagoras, Mandragoras. Hamam appellari Poenum arbitror cum aliis ob staturae parvitatem, sicut hallecem.

1173. Libri interpretationibus inconcinnis:

Cur non adhibuisti, dum istaec loquereris, tympanum?

Ne pro Non passim Hic et prisci. Quod rescripsi loquere, vid. ad Amph. 503, ubi itidem turbatum.

1183. Vulgo:

Siquidem quid lenoni obtigit m. m.

Sed Mss. Siquidem len. o. m. m.; edd. vett.: Si quid lenoni o. m. m. Iunt. Ald.: Si quid lenoni huic o. m. m.; quo nihil opus: vid. ad Amph. prol. 149,

1190. Bellum hominem quem noveris. Vid. de hac formula Men. 533.

1192. indici. Ita secundum alios reponendum vidi, cum Mss. et edd. primae habeant induci, quod frustra tuetur Scioppius Suspp. Lectt. pag. 74. Vulgo: dici.

1199. Interpretatione ἀμέτρῳ libri:

Suspendere ut me liceat. HAN. Leno in ius te voco.

1200. Item inconcinne legitur: — autem? HAN. quia hasce lib. Vid. ad. Mil. 1126.

1201. Vulgo: Quae sunt surreptae etc. Sed Mss. et (vel te) sunt s. etc. h. e. procul dubio: ee (pro eae) sunt s. etc.

1208. Minus concinne libri: mina.

1212. Ridicule non contra, sed advorsum Agorastoclem se recusare dicit leno, tanquam non idem sit utrumque.

1222. hilare. Vulgo: hilarem; quomodo etiam Terentii Ad. 2, 4 versu ultimo legitur Quando hoc bene successit, hilarem hunc sumamus diem. Ad quem locum Bentleius recte Hilare correxisse monet Palmerium: nam Charisium

pag. 180 Putsch. ita scribere: „Hilariter ab eo, quod est Hilaris; Hilare autem ab Hilarus. Acron in Terentii Adelphos, ubi Terentius Hilare hunc sumamus, inquit, diem. Sed et Afranius in Sororibus:

Nunc te obsequentem atque hilaram, ut dixi, praebeas.“

Deinde Plautum in eadem phrasi adverbium usurpare Epid. 1, 2, 54: Eamus intro ad te, ut hunc hodie diem luculente habeamus etc.

1226. Quae post hunc versum tanquam Poenuli habentur, ea et olim in scriptis Pall. Vaticann. Sambuci denique comparebant, et leguntur in editionibus veteribus, minime quidem indigna prisco aevo, ut suspiceris ex vetere aliquo, ipsius fortasse Comici, ἀπογράφῳ haec remansisse, quae vel pro iis, quae nunc leguntur inde a versu 1178, substituta voluerit poëta, quod magis credo, vel quorum loco post ab se reprobatorum illa suffecerit. Inconcinna autem vulgo iacent, cum satis recte descripta ea praebeant vett. edd., quae pro iambicis senariis perperam omnia habet Lipsius Antiqq. Lectt. 5, 19.

V. 1. agitas. Libri: agit is, ut non semel mixtae a et i literae in codd.

qui. Ita Mss. et vett. edd. Male vulgo: quoi.

5. Perperam distinguitur: — perierunt? Ag. domo Carthaginienses sunt. Similiter Capt. 459, et Virgilius Aen. 8, 114: Qui genus? unde domo? Vid. Vechneri Hellenolex. edit. Heusinger. pag. 150.

10. Inconcinne libri: qui hasce emi. Ag. Et tu ipse per., Lyce. Vid. ad Amph. prol. 81 Ba. 684 sq.

11. Haec frustra repetita ex superioribus.

12. Quid haec sibi velint, non intelligo.

13. Inconcinne et inepte legitur: I. s. hic qui f. h. duas.

14. Cf. 1190.

16. Prius norunt et sententiae et metri causa addendum vidi: nam vulgo desideratur.

20. Inconcinne codd.: Facite.

26. Vulgo: Q. m. p. facere, tamen egom. cons. Sed Mss.: Q. m. p. f. sit quom egomet cons.; vett. edd.: Q. m. p. f. sit ide (vel inde) tamen e. c.

28. inter negotium. Vid. supra ad 1022.

29. Inepte atque inconcinne libri:

Vtinam mihi argentum reddas, priusquam hinc in nervom abd.

31. Vulgo depravate: A. a. c. lenostris te nunc d. s. Mss. Camerarr.: lenos tris pe nunc etc.; Vaticani: leno tris res te etc. Legendum: — leno, tria tu nunc d. s. Illud s in lenos fuisse videtur comma, quod vocatur longiusque est in veteribus exemplaribus et isti literae non dissimile. Sic Truc. 895:

St. Quid ista debet tibi? Stra. Tria. St. Quaenam?
Stra. Vnguenta, noctem, savium.

34. Additurus hoc vel quiddam simile: male mecum agetur, interpellatur a filia, lites metuente.

36. Corrige σφάλμα typographorum: nam haec Anterastylis.

38. Tὸ ego versui necessarium.

meum. Vulgo omnino male: mecum. Sequor edd. principes.

40. soles. Sic eaedem, recte: nam vulgo: solet. Cf. Aul. 772, Ba. 168 etc.

44. Vulgo recepto interpretamento:

Mi. Leno, t. a. a. mihi des facito, aut auri reddas
mihi minam.

Reddere pro eo quod est Dare, h. e. compositum pro simplici, passim Hic et alii. Cf. Rud. 1275, 1317 Stich. 169 Trin. 112.

47. Absurde codd.: Aurum cras sat referam tuum.

50. Tὸ me vulgo abest non sine detrimento versus.

51. aliquot. Ita edd. vett.; Mss. aliquod. Vulgo: aliquos.

ANNOTATIONES IN PSEVDOLVM.

ARGVMENTVM.

V. 6. tulit. Ita Mss. et vett. edd. Vulgo tetulit, quod induxerunt, qui nescirent, posteriorem syllabam τȣ̃ Ita saepenumero produci, qua de re vid. Amph. 475.

herili. Intell. filio, ut omitti solent verba uxor, filius, filia, servus et similia ante genitivos nominum propriorum, docente Vechnero Hellenolex. 1, 2, 3. Petitum hoc arbitror ex fabulae versu 485, ubi vide quae annotamus.

PROLOGVS

supposititius est praeter extremos duo versus, redoletque Codrum Vrceum, de quo ad finem Aululariae. Haec maximam partem insulsa atque inconcinna prorsus non tangere quam omnino refingere et nova concinnare (nam cui rei?) malui. Paucissima tantum nimis inepta vel expungere visum est, vel lenibus mutationibus emendare.

V. 9 Vulgo: H. v. n. p. bonam boni operam date gregi, pingui oratione, quia statim sequitur: et hodie ad bonos affert bona. Absurdus autem hic scriptor cum sua pessima bonitate, quam ad taedium usque oggerit.

20. decens. Vulgo: decent, quod ex quo suspensum sit, nemo dixerit. Offendit etiam C. Barthium Adverss. 28, 17: ,,nam illa quidem,“ inquit, ,,etiam alibi decent.“ Et legit: docent. Sed hoc sane alienum.

22. alia. Sic plures reponendum esse intellexerunt, cum vulgo habeatur alta. Qui hoc defendunt, nescire videntur, altitudinem seu sublimitatem inesse etiam Gratiis et decori.

24. Mss.: melius lumbos etc.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 7. Forte inter excudendum excidit hos inter iam et multos, quod libri omnes praeferunt neque mihi delere fuit animus, cum sit elegantissimum.

16. est. Vett. edd. ex interpretatione: sit. Vid. Amph. 851.

19. contabefacit. Vid. praecedens annotatio.

24. potesse. Bene sic inconcinnum illud manu scriptorum et editionum vett. posse emendavit Camerarius, qui et τὸ reor, quod quidam codd, in his vetus ipsius, praeferunt, insititium esse intellexit.

27. habentque. Ita Mss. et vett. edd., cuius glossema est, quod vulgo legitur, habent quoque. Vid. Asin. 191 Mil. 1161.

28. quidem pro monosyllabo est. Vid. Amph. prol. 74.

31. istinc. Ita cum metro adductus lego, tum quia hoc respondet sequenti istic. Vulgo: hinc. Male Angelius et Aldus: tu hinc quidem ex c. c.

35. Vulgo inusitate et corrupto versu: Cal. A. t. d. d. quantus es. Ps. Serv. q. Decurtatus (nam V. C. hoc loco mancus): quantust h. e. quantum est. Aul. 739:

Vt illunc di inmortales omnes deaeque, quantum est, perduint!

Catullus 3: quantum est hominum venustiorum. Et sic passim.

42. Libri inconcinne: titubanti. Vid. Amph. prol. 149.

60. cŭm. Vid. Amph. 149.

62 Vulgo sic distinguitur: N. n. amores, mores, cons. Sed rectius verba amores mores ὑφ' ἓν accipiantur pro moribus amatoriis. Vid. Mil. 611.

63. Redit versus Ba. 82.

64. comparum. Male V. C. et edd. recentiores: corporum.

67. Tὸ voluptatem liquescente o litera pronuntiandum. Vid. ad 28.

70. quaĕ. Cf. 60.

71. te experiar, quid ames. Hic quoque maluerunt: re experiar, sicut Amph. 352, ubi videnda annotata.

76 sq. Vulgo:

— — Ps. quid faciam tibi? Ca. heu!
Ps. Heu? id quidem tibi hercle, n. p., d.

Sed Mss. priore loco: Eheu, quod referendum erat ad sequentem versum, itaque expungendum tibi, tanquam ἄμετρον.

78 sq. Vulgo:

— — — — — — — mutuom.
Pseudole. Ps. heu! Ca. neque etc.

Itidem Mss.: eheu, unde intellexi ortum istud Pseudole ex nota personae, quae sequitur. Vid. ad Amph. 436. Similes sunt ioci Asin. 288, Pers. 727, Rud. 67.

ĕheu. Vid. ad Capt. 928.

83. sed. V. C., teste Pareo: quod.

84. Vulgo pravis numeris:

Drachmam dare mihi unam, quam cras reddam tibi.

Frustra autem Bentleius ad Horat. Sermm. 2, 2, 99: reddibo. Transpositione verborum utendum erat.

91. defrudes. Ita V. C. Vulgo: defraudes.

94. Quid ego ni fleam? Vid. Ba. 518 Mil. 914 Pers. 705 Parei lexic. Plaut. mantiss. v. Tmesis.

98. Libri exstincto ioco: N. t. i. drachmis f. a. Quod sentiens Meursius Exercitt. critt. 1, 187 sq. reponit dacrumis, sicut dacruma pro lacruma dixisse priscos ex Festo et M. Victorino constat, quorum hic Artis gramm. lib. 1 pag. 2470 Putsch.: „Novensiles," inquit, „sive per l sive per d scribendum: communionem enim habuerunt hae literae apud antiquos, ut dinguam et linguam, et dacrimis et lacrimis, et Capitodium et Capitolium, et sella a sede, olere ab odore. Est et communio cum Graecis: nos lacrimae, illi δάκρυα: olere, ὀδωδέναι: meditari, μελετᾶν. Novensiles autem, quos Graeci συνεννέα,, post Novendii, a considendo, i. e. eadem sede praediti." Sed talia iam exolevisse crediderim aevo Plauti; et idem verbum hoc et sequente versu requirit oppositio membrorum. Similis est argentata querimonia infra 305.

fleveris. Vid. Ba. 1135 sqq.

102. Inepte legitur:

Spero, alicunde hodie me bona opera, aut hac mea,

nec placent Angelius et Aldus, reponentes — bona opera aut mala etc.; multo minus, qui: — bona avi, opera mala etc. Scriptum vetusto more operad degeneravit in operat, opera at, opera aut. Vid. supra 42 Cas. 38. Nisi quis hanc Gronovii explicationem probet: „Bona opera, aut, si bona esse non potest, vel boni a me nihil exspectas, hac mea, qualiscunque esse potest." Non tam pusillanimi sunt Pseudoli, Chrysali, Epidici, Davi, Syri Comicorum, sed sibi confidunt difficillimasque res libenter in se recipiunt. Cf. sequentia.

104. Vulgo continue:

— — — — — argentarium.

Atque id futurum unde, unde dicam nescio etc.

Pareus tanquam ex Mss. Palatt.:

Ca. Atque id futurum unde? Pa. unde! unde dicam, nescio etc.

Similiter Iunt. Ald., nisi quod in iis legitur: At id etc. Edd. vett. Argent. Brix.: At id fut. unde? Ps. unde dicam, nescio, quod probatur Meursio l. l. ad 98 pag. 188. A posteriore Vnde alterum incipere loqui, manifestum est; sed τὸ Atque non prorsus delendum censui, verum emendandum.

108. turbelas. Recte sic reposuit Meursius l. l. ad 98, quomodo dicuntur tutela (a tuto, sicut turbela a turbo) et similia. Vid. Priscian. pagg. 621 sq. Putsch. et nos Ba. 1014. Papinianus (nam sic legendum, non Papirianus) apud Cas-

siodorum de Orthographia pag. 2290 Putsch.: „Querela apud Latinos per unum L scribebatur, sicut suadela, tutesa, candela, corruptela. quamvis usus sibi etiam apud eos vindicaret, ut aliqua in figura deminutivorum per duo LL scriberentur, ut capella, fabella, tabella: nunc autem etiam Querella per duo LL scribitur." Obiit autem Papinianus anno Christi 212.

Eleganti asyndeto legeretur, Graecorum more:

Quo pacto quantas soleam turbelas dare.

Copula vel inculcata esse potest a sciolo, formam illam loquendi ignorante, vel orta fuerit ex antiqua scriptura pactod, quae saepius sic corrupta. Vid. ad 42.

109. aetati meae H. e. vitae meae seu mihi. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Aetas nostra.

122. Inconcinne libri: anne in aurem; non recte autem: at hoc pervolgatum est minus; nam pronomen Hic proxima semper respicit, et proximum est In aurem (utramvis conquiescere), quae locutio non minus pervulgata, sed nimis. Saepe autem hae voculae confusae. Ceterum cf. Terent. Heaut. 290 et ibi interpretes.

124. Pubē praesenti. Vid. Aul. 108—111. Frustra transposuerunt Angelius et Aldus. De hac formula Festum laudat Acidalius ad h. l., ubi et poplo pro vulgato populo metri gratia legendum monet.

126—127. St. Vid. Mil. 951. Male ad sequentem versum refertur.

130. Vulgo alterum ite abest, hiante quidem versu. Iunt. et Ald.: Exite hinc agite, ite ignavi etc.

132. Quibus nisi ad. Proceleusmaticus. Vid. ad Amph. 356. Cf. sequ. vers. 161 sq. 175. Inconcinne autem libri: n. potest u. u.

135 sq. Vulgo imperfectis numeris:

Qui haec habent consilia, ubi data occasio est, rape, clepe, tene, harpaga,

Bibe, es, fuge, hoc est eorum opus.

Tò consulta a simili consilia interceptum puto. Cf. Mil. 596. Truc. 83: Consulta sunt consilia. Plura κατ' ἰδιοπάθειαν dicta recensui ad Mil. 480 sq., et verbum Habere sic iunctum participiis ibidem illustravi 876 sq.

137. Minus probo numero edd.: Vt mavelis lupos apud oves l., q. h. d. c.

138. Vulgo interpretatione inconcinna: At f. cum adsp. eorum, haud mali etc.

139. Itidem ἀμέτρως libri: advortitis, sicut saepe misceri e et i literas monitum Mil. 313. Sequor veterem codicem et edd. primas.

147. vincere. Sic edd. vett., in his primae, et Ms. Meurs. Vulgo: N. ita animati estis vos. vincite hoc duritia ergo atque me. Sed quomodo animati essent isti, iam in superioribus singillatim dixit leno; nunc causam aperit, quamobrem ita sint, quia se et flagrum duritia sua vincere

se posse arbitrentur. Similiter autem Truc. 922: si quid animatus facere: fac iam uti sciam.

Nempe indignantis vel irridentis, sicut non semel, etsi saepius sic usurpatur Scilicet.

148. Vulgo in ordinem recepto interpretamento, quod versui gulam interstringit: H. v. sis, ut alias res a.

149. Libri inconcinne: plagigera. Most. 875:

Pecūli sui prodigi plagigeruli.

Ad quam faciem Munerigerulus est infra 177, Scutigerulus Cas. 148, Sandaligerulae Trin. 229.

151. Sic datur. Vid. Men. 506.

155. Vulgo inconcinne et item recepto interpretamento, quod petitum ex 133:

Lo. At h. r. e. Ba. S. s.: itidem vos quoque estis plagis omnes.

157. Haud melius libri:

T. h. p., ut niteant aedēs. Habes etc.

Aedis pro quavis domo passim Hic et alii. Vid. Most. 794. Tò Tibi prius i elidit Vid. supra ad 28.

160. Edd. metro nullo:

Vorsa, praesterga, strata, lautaque coctaque omnia uti sint;

neque iuvant Mss., quorum alter: uorsa spra terga, alter: uorsus praster gastrata. Sed Diomedes pag. 375 Putsch.: „Apud Plautum," inquit, „in Pseudolo versa sparsa. Vnde recte Acidalius Divv. in Plaut. pag. 344: „Quid sequitur, nisi sparsa post vorsa in Plauto scriptum? Igitur id ipsum adeo sparsa latet in prima syllaba corruptae vocis praesterga: cuius literae syllabaeque reliquae terga gignunt alterum tersa." Et sic rescribit, ut edidimus.

162. Glandium τὸ i elidit metri gratia, sicut Viros sequente versu.

163. Vulgo: Magnifice volo enim summos viros etc. Mss.: M. v. me s. v. etc., bene: vid. Amph. 356. Viros h. l., sicut Viris 170, pro monosyllabo, de quo cf. 28.

164. Libri immisso glossemate: I. a. a. haec cito celebrate.

165. Vulgo difficiliore numero: — piscium quicquid est p. p. Quisque pro Quicunque Huic et veteribus in usu. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v. et nos ad Mil. 160.

171. Inconcinne legitur: quaeque suae rei etc. Copulas addere est librariorum. Vid. ad Capt. 336.

174. Itidem inconcinne libri: N. nisi penus annuus hodie convenit, cras etc.

175. Diem monosyllabum. Vid. supra ad 28.

176. Libri corrupte:

Quibus vitae? quibus delitiae estis? quibus savia? mammilla? mellitae?

De voce mammillae cf. Most. 311.

178. praĕhibeo. Vid. Amph. 341.

179. vino cupidae, pro vini. Notandum dicendi genus, de quo vidd. interpp. ad h. l. Fuit cum reponendum existimarem vinoi modo cupidae, quomodo populoi Romanoi pro eo quod est populi Romani et similia olim scribebantur, de quibus egere Lips. de recta pronunc. lat. lingu. Sciopp. gramm. philos. pp. 147 sq. alii. Sed amplio.

180. Vulgo asperato versu: cum ego sim hic siccus? Et si siccus est, quid ad rem confert, hic an alibi?

181. Minus recte libri: N. a. h. factum est opt.

183. Clausula. Vid. ad Epid. 197 sq.

185. Inepte libri: Q. c. montes maxumi acervi f. s. d.

187. Tò meae non liquescit. Vid. ad 178.

189. Vid. ad Epid. l. l. ad 183.

190. Satin'. Vid. Amph. 474.

191. Pol istic. Intell.: magnificus mihi videtur. Sic passim usurpantur pronomina κατ' ἔλλειψιν verborum intelligendorum ex superioribus; quo pertinet inter alia saepe recurrens illud Ego vero. Terentius Andr. 2, 1 ult.: — Fugin' hinc? Byr. Ego vero (intell. fugio), ac lubens.

Pol o literam elidit. Vid. supra ad 28.

193. quĭ. Cf. 60.

194. gravida. Sic Mss. et vett. edd., cui vulgatum grandia cur praeferatur, non intelligo.

Tergoribus. Corporibus, ut passim.

oneri. Vid. Capt. prol. 15.

196. stringăm. Vid. supra ad 178.

198. Vulgo numeris intolerabilibus:

Hunccinê hic hominem pati colere iuv. Att.

Vid. Asin. 274.

199. Inconcinne libri: — integra est, qui etc.

quĭ. Vid. supra ad 60.

200. Vulgo frustra et frequentioribus elisionibus: — populum hunc liberant?

203. Simul μονοσυλλάβως pronuntiandum. Vid. 28.

tacē. Vid. Asin. 731.

205. Vulgo interpretatione ἀμέτρῳ: —— quam tacere te dicas.

207. Clausula. Vid. ad Ba. 1114 Curc. 112.

209. olivom. Vulgo interpretatione item inconcinna: oleum. Tò mihi posteriorem syllabam producit, sicut passim.

210 sqq. Vid. de his metris supra pagg. 52 sq.

211. Tȣ̃ tenes vocalis prior liquescit. Vid. ad 28.

213. Nŭm. Vid. supra ad 60. — Hodiē. Cf. Men. 553.

214. ego. Male hoc omisit Ernestius, quod omnes libri antiqui habent. Versui autem est necessarium. Tò num item non eliditur. Cf. praeced. vers.

216. Libri inconcinne et minus lepide: Vino te devincis. Mss., si qua Pareo fides, initio dubium deuncis an deungis. Bene Palmerius: Vino ted ungis. Acidalius quoque Divv. in Plaut. pag. 346: „Devincis," inquit, „erudite explicatur, sed aptius emendatur Deungis. De

vino enim ut de oleo loquitur leno, quia pro oleo vinum Xystylis habebat. " Inconcinne quoque libri hoc versu: reprehendam, et sequente: uti. Similiter autem Gleimius, poëta Germanorum celeberrimus, in carmine scolio:

Wir balsamiren uns mit Wein.

219. Male codd: Ea pacisci etc.

221. omne. omnigenum.

222. To phoenicio i posterius elidit. Vid. ad 28.

224. nĕ. Vid. supra ad 60.

225. Bene curassis. Male haec Pseudolo tribuuntur. Servum bene curare iubet Callidorus, ne amica prostituatur. Et promittit ille verbis: Liquido es animo etc. Hoc dum non vident, frustra turbarunt viri docti.

228. Ineptissime edd.: Ca Quid opus est? h. e. Cur opus est? cum nihil magis opus sit, quam ut pessime accipiatur leno, quod se curaturum Pseudolus promittit.

Potin', aliam rem ut cures? Formula securum esse alterum iubentis, similis illi Alia cura, de qua cf. Cas. 496.

228. Bat. Charisius Institut. gramm. lib. 2 pag. 213 Putsch.: „Bat," inquit, „sonus ex ore cornicinis lituum eximentis, ut Caesellius Vindex lib. B literae scribit. Vtitur Plaut. in Pseud." Pertinent huc fortasse et illa, quae in fragmentis Comici incertis posuimus 41.

230. Inconcinne legitur: quam. Vid. ad Amph. prol. 69

231. nĭsi. Vid. Amph. 124. Facit τὸ a elidit. Vid. ibid prol. 74.

234. Haud recte libri: abiit. Si iam abiisset leno, revocandi eius potestas non fuisset Callidoro et Pseudolo.

235. Tò Quod o eliso pronuntiandum. Vid. supra 28.

238. manĕ. Cf. 203.

239 sqq. Vid. de hoc metro ad Amph. 422.

241. Inconcinne libri: Mortuus est — vivos est.

243. Clausula. Vid. ad Ba. 1114 sq. Sic autem haec distingui iubet V. Reizius apud G. Hermannum De Mettr. pag. 136.

244, Ferri potest vulgata lectio haec, si verbum volo non elidatur, qua de re vid. Amph. 341:

Iuppiter te perdat, quisquis es. Ps. Te volo. Ba. At vos ego ambos.

Ambiguitatem recte explicat Taubmannus.

245. Libri interpretatione inconcinna: Vorte hac te, puere.

247. Bitere. Vulgo: Vivere. Sed recte I. Lipsius Epistoll. Quaestt. 1, 14: „Vivendi," inquit, „verbum hic nego convenire. Lego potius Licetne obsecro bitere? Adolescens et servus lenonem morabantur. Indignatus ille, et Hem, inquit, liberumne mihi est ire, quo institui, an non? Phrasis a more vulgi. Bitere autem et Betere scis antiquos dixisse, ut et Imbitere pro Inire Epidico Plauti, Combito pro Commeo VI. Varronis de lingua Latina. Unde etiam Festo Bitienses sunt multum peregrinantes. Fons

erroris tralatitius, V pro B, et in hoc quidem paullo remotiore verbo in libris fere perpetuus."

Qui similia vulgatis putant ista Mil. 1070: — sinite abeam, si possum, viva a vobis, falluntur: nam sic ibi per iocum Milphidippa serva, quia militem tanquam deum descripserat Palaestrio, et cito mori credebantur, qui deos vidissent: nam, ut ait Catullus poëmate de Nuptiis Pelei et Thetidis extremo,

Omnia fanda nefanda malo permixta furore
Iustificam nobis mentem avortere deorum.
Quare nec tales dignantur visere coetus,
Nec se contingi patiuntur lumine claro.

249. inanilogistae (intell. estis: vid. Amph. 168) Ita Mss., imagine petita a λογισταῖς, h. e. inanes calculatores estis, quibus haud bene subducta ratio, cum me decipere denuo instituistis. Ambo illi lenonem persequuntur: ambobus igitur sic respondet. Nostrates dicerent: ihr habt euch verrechnet. Edd.: inanilogus es. De metro vid. Epid. 197 sq.

252. Eheu. Hoc volunt Mss., qui: heheu, non heu heu, vulgatam lectionem. Vid. Asin. 24. De metro vid. supra ad 239 sqq.

253. Mortuae re verba facis Sic Noster Poen. 709: — verba facit emortuo, et Terentius Phorm. 5, 9, 26: Verba fiunt mortuo; planius vero item Hic Ba. 484 sqq.:

Igitur mi inani atque inopi subblandibitur
Tum, quom sibi ea res nihilo pluris referet,
Quam si ad sepulcrum mortuo dicat iocum.

Scilicet, ut monet Erasmus Adagg. 1, 4, 86, „natum proverbium a consuetudine veterum, vita defunctos ter voce cientium (unde et conclamati dicebantur), praeterea in pompis funeralibus multa deplorantium erga mortuum; quem morem irridet Lucianus in libello de luctu." Huic similia sunt, omnia quidem illa, sicut et hoc ipsum, a Graecis ducta, Vento vel Littori vel Lapidi vel Parieti loqui, Surdo canere, Surdo fabulam narrare et alia, quae vide, sis, apud Erasmum l. l. Igitur rei suae, tanquam mortuo, verba facere dicitur Callidorus. Sordet prae hac vulgarium lectio librorum haec Mortua re verba nunc facis.

255. Vid. Amph. 81.

256. quī is est. Vid. ibid. 149. Sic autem vett. edd., in his Mediol. anni 1500 et Iunt. Vulgo: quis est is.

De metro vid. supra pagg. 52 sq.

261 sqq. Vulgo:

Ps. Non potest pietate obsisti huic, ut res sunt ceterae!
Deos quidem, quot maxume aequom est metuere, eos minumi facit.
Ba. Compellabo — — — —
P. S. Di te — — — —
Vel si — — — — —
Ba. Quid agitur etc.

Idoneam

Idoneam sententiam in primo versu recte desiderat Acidalius Divv. in Plaut. pag. 347. Continuat igitur Ballioni verba Non pot. piet. obs. huic; deinde sub persona Pseudoli reponit: Vt ut res sunt ceterae, Deos etc., hoc quidem sensu: „Vt ut alia sunt, deorum quidem sceleratus iste metum et reverentiam spernit omnino, qui colendi timendique maxime erant: quid scilicet hominibus facturus et profanis in rebus, cui divina sic et sacra ludibrio iocoque?" Sed aliena ista Vt ut alia sunt, imo contraria ceteris servi hoc loco dictis, quibus omnibus plane invehitur in lenonem, cum sic deorum quidem contemtorem eum dicat, sed de ceteris rebus se taciturum significet, et, quominus melius de illo existimetur, non prohibiturum. Aliquanto rectius Ballionem dicentem feci: Vtiuti res sunt ceterae: Compellabo; h. e. Quidquid ceterum est, quod hi homines me volunt: lucrum ostenditur: ergo eos compellabo. Sed nunc video, non opus esse ista versuum transpositione, verum primos duo versus legendos ac distinguendos in hunc modum, reliquis immutatis:

Non potest pietati (sic Mss.) obsisti huic, utiuti res
sunt ceterae.
Ps. Deos quidem, quos maxume aequom est metuere,
eos minumi facit.

Facete leno: Obsisti non potest huic pietati (erga lucrum), utut est de ceteris rebus (ad pietatem adversus deos eorumque cultum pertinentibus, de quibus quo sit animo, versibus 258—260 ostendit). Et Pseudolus, qui haec audivit, etsi submissiore voce pronuntiata, utpote a secum hanc rem agente: Eos quidem deos, qui maxime colendi sunt, h. e. praecipuos et verissimos, velut Iovem, vilipendit (sed deos Lucrios solos veneratur et, quicquid iubent, exsequitur).

264. Mss., auctore Pareo: — neque faciant bene. Correctio haec videtur eius, qui de metro perperam esset sollicitus. Vid. Amph. 356.

269. propemodum. Ita vett. edd. Vulgo minus usitate: propemodo.

273. prŏ. Cf. 256.

279. habivi. Libri inconcinne: habui, quod est illius interpretamentum. Vid. Epid. 354.

281. Subriperes. Ita Iunt. Ald., ut in superioribus invenires, devenires, adderes. Et similiter servus, illius verba repetens: Subriperet hic patri? Male ceteri libri ex interpretatione: Subripuisses. Vid. Aul. 696.

287 sq. Vulgo prorsus inconcinne:

Omnes tibi patres sunt? nullus est tibi quem roges
mutuum
Argentum? Ca. quin nomen quoque iam interiit
Mutuum.

Tò homines forte scriptum omines a praecedente simili Omnes interceptum est. Vid. ad Asin. 492. Sallustius Coniu-

rat. Catil. principio: Omnes homines, qui sese student etc. Et sic passim scriptores.

289. Pessime surgent pro surgunt exaratum a typographo. — Recte haec explicat Gronovius.

Vulgo autem inconcinne: postquam, nisi vocem ἀνεκθλίπτως efferri putes. Dedi postquamde, sicut quamde legitur, de quo vid. ad Amph. prol. 69.

269. Vulgo: vicenaria. Recte reponitur vicennaria, quia viceni sunt οἱ εἴκοσι τὸν ἀριθμόν· vicennes vero οἱ εἰκοσαετεῖς. Ceterum vidd. interpp. ad h. l.

298. Libri ex interpretatione, corrupto autem metro, eho an poen.

300. Ἀμέτρως libri: Datque usque. quando etc. Τὸ et facile perierit.

304. neplacet. Vulgo: placet. Recte Acidalius Divv. in Pl. pag. 348, comparatis supra 240 sq. et Truc. 140 sqq., neplacet, h. e. non placet. „Nam," inquit, „dum placet, adhuc quidem lenoni vivit amator: quippe qui dare etiam potest, et quod perdat habet. At diditis omnibus, cum iam datis non suppeditat, ibi demum neque placet lenoni et pro mortuo habetur." Raptum ne a simili ni, quod antecedit.

vixit. Vid. Amph. 483.

307. Τὸ apud pro monosyllabo. Vid. ad 28.

310. Codd. adhaerescente versu: mari. Vid. Amph. prol. 149.

311. quă. Cf. supra 256.

318. Vulgo imperfecto metro: Cal. Quid iam? Bal. Quia enim etc. Possis etiam rescribere: Cal. Quid iam, Ballio? Bal. Quia enim etc. Vid. Amph. 436. Et hoc profecto malim.

320. Inconcinne libri: huic. Vid. Amph. 128.

322. Sic reponendum vidit I. Scaliger in annotatis ad carminis Virgiliani ad Venerem illa: maxima taurus Victima. „M i n i m a," inquit, „exta opposuit v i c t i m i s. Sed lusit comice in voce m i n i m i s, respiciens ad minas viginti, quibus sibi litari volebat. Adolescens vero iocum non percipiens, iubet arcessi agnos: quia eae sunt m i n i m a e h o s t i a e, et quae vere victimae dici non possunt. — Itaque male legitur hodie a g n i n i s e x t i s, cum pleraeque calamo exaratae membranae habeant m i n i m i s e x t i s, ubi sane vere Plautinus latet iocus." Similiter Truc. 697 rescripsimus secundum Mss.: De eo nunc bene sumus tua virtute minuma, ambiguitate etiam longe lepidiore. Hoc autem loco edd.: N. v.: agninis me extis placari volo.

325. duo. Ita Ms. Meurs. Iunt. Ald., quod lectius vulgato duos. Sic statim: duo greges.

330. Lineolam inserui, de qua vid. Ba. 468.

332. Sī. Cf. 256.

336. Quomodo? minantis illa vox, de qua dictum Amph. 200; sed aliter eam per iocum interpretatur leno,

quasi alter quaesivisset, quo modo vendita sit Phoenicium. De sententia sequentium consulendus Gronovius.

337. Valde. Valde Particula affirmandi, sicut Valide infra 357.

339. quindecim. Vid. Amph. 341.

340. Vulgo hiante versu:

CA. Quid ego ex te audio? BA. amicam tuam esse f. a.

V. C.: ted. De Quid repetito vid. Aul. 587 Curc. 274.

342. Libri minus concinne: Qui hunc occidam a. m. Istunc, a quo dissentio, quem odi. Cf. quoque Pers. 571.

344. quantum in terra degit. Ita Lipsius Antiqq. Lectt. 4, 4. Quicquid obloquuntur, absurda est librorum lectio: quantum terra tegit. Saepe mixtae d et t literae. Vidd. Scioppii Suspp. Lectt. pag. 13, nos ad Aul. 17 Epid. 279. Τῷ in offecit m litera similis, quae antecedit.

346. Nempe. Vid. Asin. 770.

348. potis sum. Libri interpretatione ἀμέτρῳ: possum.

350. Pravis accentibus legitur:

CAL. Pseudole, assiste áltrinsécus, atque onera hunc m. Ps. L.

Vide tamen Asin. 159 Cist. 69. Nomen Pseudole τὸ o elidere arbitrabar, figura prosodiaca satis usitata, ut ostendi Amph. prol. 74. Ceterum similiter Onerare iniuriis dixit Terentius Ad. 5, 1, 8.

355. Sociofrude. Sic more prisco Mss., teste Pareo. Vulgo: Sociofraude.

eccista. Sic itidem Mss. Vulgo soloece: haec ista. Vid. Asin. 24.

357. Valide. Vid. ad 337.

Pernicies adulescentum. Cf. Asin. 117 nosque ibi.

358. Vulgo: Fraus populi, minus recte acuta voce populi. Poplus passim Hic et veteres.

362. dolium. Cf. 339.

operam ludimus. Terentius Phorm. 2, 2, 18: in illis opera luditur.

363. Minus apte ad metrum codd.: N. alium etiam etc. Vidit Gruterus. Edd. vett.: N. aliud e. v. etc.

365. Sed quanquám multá malaque etc. Vid. supra ad 350.

366. Libri nullis numeris: Nisi mihi attulerit etc. Τὸ iā raptum ab utrimque vicinis verbis. Iam, quia isto ipso die solvendum erat argentum.

367. Vulgo inconcinne: S. haec est p. s. a. d. Cf. Amph. 138. Legi quoque possit: S. haec est p. summad a. d., de quo vid. ib. prol. 149.

368. Τὸ ego a me additum versus sarciendi causa, quod in eo mutatum a verbis proximis interceptum puto. Vid. Men. 570.

373. Iamne abis? Vid. Poen. 547.

377. Cf. Epid. 330.

375. ecfecta. Ita V. C. prisce, et similiter Decurt. et vett. edd.: haec fecta. Cf. Asin. 24 Merc. 896.

385. Vulgo exquire. Cf. 442. Vid. ad Epid. 681 Pers. 607.

387. Ed. Mediol. anni 1500: Pseududolus, h. e. Pseudolus, usurpato nominativo pro vocativo, sicut Truc. 901 et passim apud Hunc et Alios. Vid. Vechneri Hellenolex. 1, 2, 13

389. Dapsilis a Dapsilus. Cf. Aul. 121 Douzae Centur. pag. 392. Largiri aliqua re usitatum priscis: cf. Pers. 262.

399 dixeram. Cf. Amph. prol. 81.

403. Male vulgo, accepta prima syllaba in Simonem pro longa, quae brevis est:

Herum eccum video huc una Simonem simul.

408 Libri versu hiante:

Si de damnosis aut de amatoribus etc.

Alterum Si abundare visum ex industria omissum fuerit. Pessime Iunt. et Ald.: S. d. d. natis aut d. a. De posterius non liquescit. Cf. 256.

414. sensĭ. Cf. supra 339, infra 435, ubi similiter non elidendum pauci.

436. Minus concinne libri: Ehem, illuc etc. Mss.: em illuc etc. Vid. Asin. 492.

patrĕm. Cf. 339.

437. Quis i literam elidit. Vid. ad 350.

439. illi. Minus recte libri: ille, quod ferrem, si in superioribus senum dictis mentio vel verbo facta esset de Pseudolo, tanquam eo, qui talium in se admittendorum auctor esset adolescenti. Sensit hoc etiam Gulielmius Quaestt. in Pseud. cap. 3.

442. Vulgo: exquirere, ex interpretatione, ut opinor. Cf. 385.

445. Inconcinne libri: auscultabo. Vid. Amph. prol. 149. Ceterum similiter Afer Andr. 223: Itur ad me.

448. superfit. Huc vergebant Mss., teste Pareo. Vulgo: supersit.

vícinós. Vid. supra ad 350.

449. Quid agitur? Ps. Statur. Expressit Terentius Eun. 221.

452. Anacoluthon. Cf. Aul. 299. Male autem libri innoxius, quod interpretamentum alicuius figuram hanc non assecuti.

464. Inepte libri: — Ps. iam tibi etc. Τῷ Iam non est hic locus, est τῷ Nam, quod eleganter sententias auspicatur, sicut monui Capt. 731.

465. Hercle etc. Anacoluthon. Cf. 452.

466. Vulgo: — irato: atque alio etc.; quod insulse explicant: „Tu me dolis, ego te flagris." Hautque transiit in autque, mox atque. Vid. Asin. 24 Cas. 38 Poen. 1071.

468. Quid censes? Hoc leniter reprehendentis. Cf. Terent. Andr. 823 Adelph. 630. Similiter Hic Capt. 88: Quid credis? Trin. 777: quid illunc putas Natura illa atque ingenio?

471. Sed quid ais? Cf. 474 Acidal. Divv. in Plaut. pag. 485 nos ad Merc. 481.

475. Vulgo inepte et metro perdito:

Meum amare? Ps. negare meum est. Si. liberare quam velit.

Si id se scire negasset Pseudolus, non in eadem oratione perrexisset senex, sed sane rem ita esse vel simile quiddam subiecisset, quo signo etiam vulgata ista sequente versu Καὶ τȣ̃το καὶ τȣ̃το nego, quae item quoque inconcinna, iudicentur. Imo omnia haec sic esse ait confidens Pseudolus; unde Simo in universum 481: Fatetur. Codd. hic nihil iuvant, qui: M. a.? Ps. negare mea est. Si. lib. q. v. Corrupta autem arbitror ista negare mea est, et orta ex: ne (h. e. nae pro ναὶ) gar imo est, quibus nescio quis significaverit, graeca nae gar sonare Imo, quod pro Ita vel Etiam accepere aevo medio. Quod interpretamentum in ordinem, ut fit, receptum. Ceterum Ναὶ addito γὰρ fortius affirmat. Vid. Vigerus de Idiotismis graecis pag. 494 edit. Herm.

476. Vulgo: Ps. Καὶ τȣ̃το καὶ τȣ̃το nego. Si. ecquas etc. Vid. praeced. annot. V. C. Cetuton katto negras equas etc.; Decurt.: Ceuton katto ito negaris equas etc. et similiter edd. principes.

478. Paritas. Cf. Poen. 754.

480. Vulgo:

Ps. Fateri δεῖ καὶ τȣ̃το ναὶ, καὶ τȣ̃το ναὶ,

male immixto graecae orationi uno verbo latino. Codd.: fateri di chartorna (chaytoyna) chai toy ionai (toyonai).

481. Dixin' — tibi? De filio, ne quis Pseudolum intelligat hisque convelli putet, quae nos supra 439.

484. Codd. prorsus inusitate: praegigni, quod cur elegantissimum videatur Taubmanno, non perspicio. Facile harum praepositionum compendia miscentur.

485. Putide libri et metro pessimo:

Herum ut servós suum criminaret apud herum.

Legitur in argumento fabulae herili pro herili filio. Petitum id puto ex hoc versu legendumque Herilem ut servos etc. Vid. Capt. prol. 8.

486. Perperam libri: Iuberes h. p. i. p. trahi. Non poterat hoc affirmare de Calliphone Simo.

489. Insulse legitur: Peccata mea sunt. animum etc. Negat se peccasse Pseudolus, sed prudenter egisse, cum Simoni rem celaverit.

491. faxem. Vidd. grammatici et Pareani lexic. Plaut. mantiss. v. Syncope.

493. Vulgo interpretatione inconcinna: Cum ea mussitabas? Vid. ad Amph. 503.

494. Quia μονοσυλλάβως pronuntiandum. Vid. supra 28. Illuc pro ante vulgato aliud ipsa sententiā duce reposuit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 351. Vid. ad Mil. 1535.

495. huic erant dieculae. Ita Iunt. Ald., merito probante Acidalio l. l., cum antea legeretur hoc erat d.

500. Ἀμέτρως libri: hercle. Vid. ad Merc. 701.

502. Sic et Terentius Phorm. 950: Vel oculum exclude.

507. aetatem. Cf. Curc. 549.

513. Vulgo nec proba sententia et depravato metro:

Sr. Bene atque amice dicis: nam nunc iam meus es.

Nata haec lectio in Angelii officina. Mss. : – nam nunc nam meust vel meus'st, quomodo fere etiam edd. primae.

525. Vulgo adhaerescente versu: regi. Cf. 445.

527 sq. Libri inconcinne:

— — — — Ps. non unum quidem
Diem modo, verum hercle in omnis, quantum est, sed si effecero etc.

Verba quidem modo addita sunt a glossatore, nec probo eos, qui delent condam, tanquam interpretamentum.

530. Τὸ voluntate pro τετρασυλλάβῳ est. Cf. 28.

534 sqq. Inconcinne libri, immissis quidem interpretamentis:

Qui me arg. c.? imo sic, Simo,
Si sumus compecti, sive consilium unquam inivimus
De istac re, aut si de ea re unquam inter nos convenimus etc.

Verba sic Simo orta esse videntur ex duobus sequentibus. Quod dedimus compacti, vid. ad Amph. 28.

538. Quasi τὸ a elidit. Cf. 530.

543. iam. Vid. 256. Nullo autem numero libri: constitueram. Rescripsi constituveram, sicut dicitur fuveram pro fueram. Cf. Epid. 554.

553. Minus recte libri continue: Sr. Fiat, geratur mos tibi. Ambo senes abire iussit Pseudolus: ambo igitur respondent.

557. facinorā. Vid. ad Aul. 108—111.

559. Suspicor reliquisse Nostrum verbis concinnioribus et usurpato Hellenismo, de quo vidd. interpp. ad Asin. 610 (3, 3, 44):

Neque sim facturus, quod facturus dixeram.

563. Edd. aegre extricando versu:

Novo modo, novom aliquid inventum afferre addecet.

Utrumque verbum Novo et modo contrahi in monosyllabum, quod vult Acidalius Divv. in Plaut. pag. 552, durior mihi videtur ratio; neque eos fero, qui τὸ inventum delent, tanquam glossatoris. Mss. auctore Pareo: Novom novom aliquid etc. Hoc initio fuisse puto: Nove novom aliquid etc. Epid. 213:

Ep. Sed vestita, aurata, ornata, ut lepide, ut concinne, ut n o v e!

568. Proh Iupiter. Haec vulgo sequenti versui accensentur, qui utrumque horum non capit. Omittit igitur τὸ Proh G. Hermannus De Mettr. pag. 128. Sed sane haec est clausula. Bentleius Schediasm. de metris Terentt. cap. 5: „De clausulis hoc uno verbo dixisse sufficiat. Si ab

eis initium fit: liberae sunt et nullius metri legibus adstrictae. Si sententiam claudunt: a praecedentibus legem accipiunt."

569. Inconcinne libri lepide. Cf. 445.

573 sqq. Vid. de his metris Amph. 422.

575. Male edd. novissimae: Perfidias: ubi ubicunque etc.: nam aut dicendum ubiubi, aut ubicunque. Mss. et vett. edd.: ut ubicunque etc.; sed hoc quoque falsum et τὸ ut ortum putandum ex sequente ub-, quia 579 legitur Facile ut vincam etc. Iam exclusa voce insititia et metrum constat.

578. Vid. ad Amph. 81.

579. Perduellis pro τρισυλλάβῳ habendum. Vid. ibid. prol. 90.

580. Minus concinne libri: vostrum.

582. Cf. supra 377. Τὸ die monosyllabum. Vid. ad 28.

583. Vid. supra pag. 52.

586. Inde et simul quomodo pronuntianda sint, vid. Asin. 770 Amph. prol. 74.

588. Vulgo inconcinne: I., me (vid. ad 445) esse ut s. n.

593. Lubet u literam elidit. Cf. 28.

594. hic. Ita edd. primae. Inepte vulgo: huic.

598. Symbolum pro δισυλλάβῳ est o eliso. Cf. 28. Vel me excludendum. — hŏc. Vid. Amph. 136.

599. qui id. Ita Decurt.; V. C. quid, quod eodem vergit. Vulgo: qui.

601. Novo μονοσυλλάβως pronuntiandum. Cf. 579.

603. Τὸ stratioticum i posterius elidit. Vid. ad Amph. prol. 74.

614. procudăm. Vid. ibid. 116, 341.

615. Quid ais tu? Vid. ad Merc. 481.

616. Τὸ es vulgo abest, ruente versu.

618. Quĭ. Cf. 256. — dederat. Vid. ad Amph. prol. 81.

626. Balli. Inconcinne libri: Ballionis. Cf. Most. 1119.

628. Strenuare derivatum a Strenuus sicut Antiquo ab Antiquus, Obliquo ab Obliquus, Vacuo a Vacuus; neque hilum novandum puto. Quod passivam significationem habet hoc verbum, vid. Vechneri Hellenolex. 1, 1, 6.

629. Vulgo: Res erit soluta. Reposuimus erat, h. e. esset vel fuisset, quomodo Cicero De Officiis 1, 9, 4: Aequius autem erat, id voluntate fieri, ad quem locum Heusingerus: „Nos," inquit, „diceremus e s s e t; veteres vero indicativum malebant" etc. Si verum esset, quod vulgatur, erit, strenuas accipiendum foret pro strenuabis diceretque Pseudolus rem solutam iri, dum strenuum facturus sit calo Harpax; quod absurdum est: nam scire non poterat servus subdolus, quamdiu alter tam superbe se gerere perrecturus esset; sed sciebat scilicet, quantum iam verborum fecisset Harpax, quorum eum taedebat, argento quamprimum hominem emungere cupientem.

640. Τὸ si vulgo non legitur, quod quomodo abesse salva sententia possit non intelligo: nam si quando ἐλλείπει

Graecorum more, semper id fit in prodosi. Vid. Vechneri Hellenolex. pag. 147 ed. Heusinger.

642. Hoc febrim tibi esse: in hoc te aestuare, tanquam febricitantem.

huc. Vulgo: hoc pro eodem, scribendi modo obsoleto et ambiguo.

648. cūm. Cf. 618.

654. Τὸ ex abest manu scriptis et editionibus veteribus, sed probabiliter additum mihi videtur; quanquam et reponi potest: — acied: hoc nomen etc. Vid. ad Amph. prol. 149.

655. Vulgo difficiliore numero: ahenea.

664. Male edd. vulgares: Nunc quid vis? Sequor veteres, in his Mediol. anni 1500. De formula vid. ad Aul. 129.

Harpage a nominativo Harpagus. Sic in hoc genere variare solet Noster: vid. Most. 1119.

670. Scribendum divise: cornu copiae.

672. argentūm. Vid. Amph. 341.

amanti amica herili filio. Ita codex Academ. apud Gronovium, quod recte suavius ipsi videbatur, quam vulgatum amica amanti her. fil.

673. me ut gloriosum fac., ut copi pect. Bene sic editum, etsi non addicentibus Mss. et vett. edd., in quibus ut prius non comparet. Sed accipienda haec tanquam παρένθετα, secus ac fit in vulgatis.

675. Minus recte libri: in ordine. De asyndeto vid. Capt. 336.

682. quid. Recte sic repositum; h. e. quippiam. Vulgo: quod.

689. Quia pro Quod. Vid. Capt. 136.

692. Hic versus iambicus tetrameter.

696. Inepte atque inconcinne legitur:

Cum haec tibi alia sum elocutus, ut scires, si scis de symbolo.

Membranae: — elocutus uis scires si scis de s. Ista si scis orta haud dubie ex antecedente verbo scires; sed hoc ipsum quoque depravatum est, cum Plautus reliquisset sit res, quod continue scriptum degeneravit in scitres, mox scires. Vid. Capt. 773 Men. 338 sq. Deinde sum in tum vidi mutandum et illud intelligendum, sicut passim fieri monitum Amph. 168. Iamque omnia bene habent. Iunt. Ald.: C. t. a. s. e., ut scires, de s.

703. Male τὸ Io ter poni iussit Acidalius Divv. in Pl. pag. 354, sicut hic omnia sint terna: nam neque tertium io agnoscunt libri vett., et versus refragatur. Ceterum cavillari videtur Ennium in παρομοίῳ eius notissimo:

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

710 sq. Minus concinne libri: Porrige, et mox: Dic, utrum Spemne etc. V. C. h. l.: por claudaciter, h. e. porce (pro porge: vid. ad Curc. 682) audaciter.

714. Inconcinne et sine sale codd.: — iam χαρῖνον οἰωνὸν ποιῶ. Mss. depravate: — iam Charytoiio ποlω, ut labi in graecis solent scribae. Edd. vett. fere: — iam charynum uolo. Χάριν,, h. e. Gaudium seu Voluptatem, pro omine nominis habet servus. Nihil planius. Cf. infra 738.

715. Tam gratia est. Cf. Men. 296.

716. Inconcinne libri: sit.

717. Tò id probabiliter additum ab editoribus. — Quidem pro monosyllabo. Vid. ad 28.

721. Itidem ἀμέτρως libri: ei.

725. Verius fortasse erit: Cal. Egone? Ps. Tu nae. Cf. Capt. 790.

726. Malum callidum doctum. Cf. supra 675.

729. visitatus. Ita ed. Parisin., quod merito cum aliis placuit, tum inprimis Douzae Centur. pag. 399. Male ceteri libri: usitatus.

735. Absurde codd.: nam unam huius mihi debet pater. Si unam tantum minam ei debet Simo, unde 4 reliquae accedent? Sed supra 528 sq. Pseudolus:

— — — — si ecfecero,
Dabin' mi a r g e n t u m, q u o d d e m l e n o n i (h. e. 5 minas), eloco
Tua voluntate?

Et id promittit senex. Delendum igitur τὸ unam, quod procul dubio ex nam ortum. Atque hoc dudum alii animadverterunt; sed videre saepe noluerunt Plauti editores.

743 Murrhinam vocalem mediam elidit. Vid. Amph. prol. 74. Ceterum vulgo legitur: melinam, et in editionibus vett. mellinam, quorum alterutrum servassem, nisi utrumque metro refragaretur: nam et melinum a μῆλον et mellinum primam syllabam porrectam habet. Reponendum igitur existimavi melliniam, quod legitur Truc. 662. Cf. etiam Cas. 47.

746. quod nomen. Minus recte libri: quid n.

Simmiae. Vulgo: Simiae. Sed cur tale nomen dicam an convitium audiat homo lepidissimus, non intelligo. Cf. Most. 887 Mil. 977. Deinde nomina propria in his fabulis, cum a duobus parasitorum in Menaechmis et Persa et Punicis in Poenulo discesseris, omnia sunt graeca. Recte igitur reposuisse me puto Simmiae a Simmias seu Simmia, nomine inter Graecos valde usitato.

753. ēs. Vid. Amph. 863.

Dicăm. Vid. ibid. 116.

754. Tȣ Subditicium duae postremae syllabae in unam contrahendae. Cf. 743.

760. illi. Inconcinne libri: illic. Vid. ad Amph. 596.

762. perviam est. Hoc volunt Mss. et vett. edd., in quibus pervia'st, perviast, per uiam est. Similiter Obviam esse dici, qui obvius sit, bene observant viri docti, et ipsum Perviam legi Aul. 389.

763. Inepte libri; O. o. s. s. d. legiones meas. Ineptus quoque est, qui ineptiam aliis exprobrat, Boxhornius cum

inconcinno O. ordine sub signis ducam legiones meas. Nihil verius emendatione Lanoji, quam excudi iussi.

764 Vulgo difficiliore metro: Avi. Vid. G. I. Vossii gramm. lat. pag. 48, V. Tò mea libris abest non sine versus detrimento.

767. serat. Vulgo ferat, quod accipiunt ἀντὶ τȣ̃ proferat, et comparant Cas. 558, ubi videnda annotata. Sed recte Scioppius Suspp. Lectt. 1, 13: serat fallaciam, sicut dicitur sator scelerum Capt. 582.

768. hōc. Vid. ad Amph. 136. Quod oppidum dicit lenonem, cf. Epid. 330.

771. consipio. Vulgo: conspicio. Sed optime Gronovius: „Videtur," inquit, „legendum consipio; id est, quantum mente utor vel valeo, quantum mentis compos et sanae sum. Verbum elegans, quod Catoni et Livo Lipsius, nos ter Senecae restituimus; et locis, in quibus vulgo etiam conspicere habetur. Idem codici suo adscripserat P. Scriverius."

774. praefulcior. Vid. ad Pers. 12.

776 Vulgo minus apte: ut curet. Curer profectum a Gulielmio Quaestt. in hanc fabulam cap. 3. Haud nolim quoque, concinniore sententia: Qui amet me et curet tandem nitidiuscule. Et cum ut non semel commutatum: vid. Capt. 840.

780. perbitere. H. e.: perbiturum. Curc. 660 sqq.

THE. Quia ille ita repromisit mihi,

— — — — — — — — —

Sine controversia omne argentum reddere.

Cf. etiam Cas. 230.

782. Tȣ̃ quod vocalis eliditur. Cf. supra 28.

787. qui. Sic Mss. et vett. edd., quod cur mutarit bonus vir Angelius, et insulsum istud quoi (nam sic eo auctore nunc legunt) nobis obtruserit, non intelligo. Bene antiquam lectionem asserit Gronovius, comparatis Truc. 80 et illis Catulli (20):

Meisque pinguis agnus ex ovilibus
Gravem domum remittit aere dexteram,

et Virgilii (Eclog. 1, 36):

Non unquam gravis aere domum mihi dextra redibat.

Similiter quoque parasitus alicuius cibo impensior, h. e. gravior, factus dicitur Capt. 738.

793. forinum dedi pro vulgato furinum, lepidiore παρονομασίᾳ Vid. ad Asin. 530.

798. Soloece libri:

Vt esset hic, qui mortuis coenam coquat.

Cf. Amph. 332.

810. drachma issent. Sic Douza Centur. pag. 406; recte quidem; et huc vergunt codd. Mss., quorum alter drachmis sent, alter drachmis essent. Inconcinne vulgatae edd.: Illi drachmis essent, quod perperam defendit Grono-

vius; nec placent aliorum commenta drachmissant, drachmis sunt.

813. Tò mihi familiariter παρέλκει. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

814. Boves monosyllabum. Cf. Amph. prol. 90.

Male autem libri: faciunt, tanquam revera bobus coquere dicantur isti, non coquere, quod bobus placeat potius quam hominibus; quae mens Plauti.

819. Libri inconcinne:

Teritur sinapis scelerata cum illis: qui terunt etc.

Mss.: T. sinapis celera cum illis etc., h. e. T. sinapi sceleratum, illis —. Charisius pag. 47 Putsch.: „Cummi et Sinapi graeca sunt, et Plautus dixit Teritur sinapi." Quanquam idem rursus ibid. pag. 117: „Plautus in Pseudolo: Teritur sinapis scelerata, quom illi qui terit priusquam contrivit, oculi etc." Priscianus autem pag. 682 eodem plane modo haec laudat, quo in vulgatis exstant; sicut etiam Probus pagg. 1447 et 1470 Plautum in hac fabula declinavisse monet haec sinapis.

820. teruerunt. Sic reposui ἀρχαϊκῶς secundum Priscianum, laudatum Douzae Centur. quo loco huius meminit; quomodo, monente Douza, etiam Tibullus 1, 4, 42:

Aut operi insuetas atteruisse manus.

Velius Longus de Orthographia pag. 2234 Putsch.: — „Virgilius, secutus antiquos, cum posset (male legitur: possit) dicere teruisse non impediente metro, maluit dicere Nec te poeniteat calamo trivisse labellum, et Hinc radios trivere rotis." Edd.: triverunt.

821. coquint. Vid. ad Men. 14. Sic exedint 823.

828. Quid tu? Vid. Aul. 137.

835. Libri metro perdito: sese.

840. Vulgo versu pentametro:

Cumque tuis omnibus mendaciis.

Tò istis legitur in edd. Brix. Iunt. Ald. Par. Taubm.

841. To i liquescit. Vid. ad Ba. 716.

843—846. Vulgo hi versus hoc ordine leguntur: Is (nam sic libri, quod correxit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 357) odos — Eum in odorem (lectio soloeca atque absurda, quam idem emendavit et I. Gulielmius; Mss. forte geminata m litera: Eum modorem) — Ba. Odor (glossema hoc, quod delendum vidi metri gratia) demissis ped.? Co. peccavi insciens. Ba. Quid est? (Mss.: quidem. Vid. ad Capt. 500.) Co. quia enim — Ba. Si nusquam etc. Sensit traiectionem Acidalius l. l.

848. Vulgo: — cubitum. Ba. i in m. c. Decurtatus et edd. primae: — cub. Ba. in mal. c., semel ponentibus more suo scribis, quae bis exaranda erant. Iam et metrum constat.

852 sqq. Ad furandum. Vid. Aul. 355.

857. Anacoluthon. Cf. Aul. 299.

858. Ἀμέτρως libri:

Vti (Mss.: Vt) nostra properes amoliri omnia.

861. progredimino. Sic V. C., probante Lambino et Meursio in Exercitatt. critt. ad hanc fabulam, quomodo praefamino legitur apud Catonem, famino apud Festum. Decurt. et vett. edd.: progredimini; vulgo: pregrediminor.

869. Bonum. Sententia et versu iubentibus hoc addit Acidalius Divv. in Pl. pag. 358. Bene autem monet Taubmannus, nihil frequentius fieri, quam ut vox omittatur propterea quod proxime praecesserit.

874. Vulgo invitis Mss.: Eho, an tu et. ven.?

876. Libri interpretatione inconcinna:

BA. Hem mane. quanti istuc unum me coquinare perdoces?

880. Daturus. Cf. Amph. 168.

881. illo. ad coenam. Hoc reponendum cum Pistore an delendum potius esset verbum, dubitavit l. l. Acidalius. Sed abesse id non sinit versus. Libri omnino male: illos.

883. suavi. Hoc addendum vidit Taubmannus. Sic Ba. 82: suavis suaviatio, et amat Hic eiusmodi paronomasias.

885 Soloece legitur: praerodat. Ipsus placet Douzae Centur. pag. 410.

889. Vett. edd.: credis.

890. Libri metro pessumdato: — nimium iam tinnis etc. Tò iam ortum ex antecedente — ium.

non places. V. C.: non taces? quod praetulit Pareus.

892. Quin tu is. Mss.: Quin uis, quod recte sic Pareus interpretatur. Vulgo: Quin is.

896. fures. Cf. supra 852.

897. Nam. Male libri: Iam. Sensit etiam Acidalius.

898. Vulgo:

Pater Calidori opere petivit maxumo.

Sed Mss.: P. C. opere fecit max., h. e. opere effecit max., quomodo Cicero: quod a Curione effeceram etc. Nomen Callidori non liquescit. Vid. Amph. 341.

907. Vulgo: — adiutum, Tum me Callidorum etc. Sed istud Tum ex praecedente syllaba ortum esse, iam alii sunt subodorati, quibus planissime assentior.

909. Verbum loquor prius o elidit, qua de re vid. Amph. prol. 74.

910. Simile quid patiuntur verba Dedit et malo.

Vid. de his metris ad Amph. 422.

911. 914. Inconcinne libri: ille, et mox: ut magnifice infert sese!

920. Codd. numero insuaviore: clueat. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Cluo et Clueo etc.

921. 924. Clausulae. Vid. ad Epid. 197 sq.

925. timē. Cf. Amph. 341.

926. Inconcinne libri: — assiet, Quisquis ille est etc., sicut haec fere omnia leguntur.

933. Item corrupto numero edd.: — rogitas. Ps. o hominem lep. Et minus recte interpungunt: — lepidum! te quoque etiam dolis Atque etiam (nam haec librorum lectio,

putida illa quidem et inconcinna) mendaciis, Iuppiter te mihi servet. Acidalius Divv in Pl. pag 359: „Non," inquit, „video, sententiae quid illis verbis intermediis subsit te quoque etiam dolis Atque etiam mendaciis; maxime, quoad Pseudolo tribuuntur. Nam si Simiae sycophantae, possis interpretari de mutua laudatione: te quoque etiam scilicet hominem lepidum dolis ac mendaciis. Etsi longe etiam alia tum non sit absurda explicatio, si dicas, hoc Simiam velle eadem elliptica oratione: te quoque ipsum ita fecerim dolis mendaciisque, ut esse te eum, qui sis, neges; quod quidem iamiam promiserat advenae militari se facturum" Recte vidit vir doctus, τὸ lepidum ad sequentia pertinere, et eam sententiam bene est interpretatus, quomodo habes Mil. 655 sq.; — non invenies alterum Lepidiorem ad omnes res etc. Ceterum a vero aberravit

936. Libri: — satis me condecet. Satin' seu Satisne usitatum in hoc genere, non Satis; quod animadvertit etiam Acidalius

De metro vid. supra pag 53.

935 Esto. Eiev.

939 Vulgo interpretatione inconcinna: — quantum dignus, tantum dent, Minus etc. Dignus, h. e dignus es. Cf. Amph. 163

941 bona. Vulgo: dona; sed indigna Plauto locutio dona facere, ut recte monet Douza Centur. pag. 412 sq., cuius emendationem expressimus.

945 Τὸ Est primo versu a me positum metri gratia ne mireris, facient dicta Aul 131.

946. dĭ Vid. Amph. 149.

948 Minus concinne libri: non potes.

950 sq. De metro vid. Ba. 1160.

952 sq Vid Amph 422.

953. Libri versu ὑπερμέτρῳ:

Sed propera mihi monstrare, ubi ostium (male Gron. Ern. hostium) lenonis aedium.

Mss.: — monstrare ubi sit os leno aedium.

957 Pseudole. Hoc nomen perscribendum vidi loco notae personae servuli, itaque sententiam et metrum simul expedivi: nam propterea malam mercem vocat Simmia Ballionem, quia transversus it, quasi cancer Legitur enim:

SI. Illiccine est? Ps. illic est. SI mala merx est. Ps. illuc sis vide etc

Errari circa nomina personarum monuimus Amph. 436.

962. Vulgo illata copula praeter usum proborum scriptorum, inprimis Nostri, in hoc genere: — dolose. et ego hic i i e V. C.: dolo sego et hic etc., quod primitus fuisse videtur: dolose. egod hic etc., de quo vid. Amph. prol. 149. Sed τῷ d ephelcystico hic nihil opus.

970 stas. Ita Mss. et vett. edd. Decet militare verbum calonem, qualem agit Simmia. Cf. Amph. 85. Vulgo: astas.

972. probe. Vett. edd.: probus. Mss. probi, sicut infra 1176 Strenui; et solent e et i literae commutari: vid. Mil. 313. Nam Simmiam tantum curat Pseudolus per totam scenam, neque Ballionis ista Nam pol hinc tantundem accipies merentur laudem, meretur commentum sycophantae, non esse sibi salutem datariam, de quo cf. infra 1005 sqq.

976. Salvos sum: iam philosophatur. Cf. Capt. 215.

978. Τὸ mi, quod vulgo abest, quomodo interciderit, quis non videt? Plane autem id requirit versus

981. perfossor parietum. Τοιχωρύχε. Cf. Epid. 324.

Mirari autem se fingit vestitum lenonium sycophanta, tanquam homo militaris, qui in castris usque habitarit et ignoret mores urbanos.

990. Vulgo sic distinguitur: — novi: heus! Sim. Polymachaeropl. Nomen est. scio iam etc. Sed optime Acidalius Divv. in Pl. pag. 361: „Non," inquit, „Simia nomen profitetur heri ficti, quod ante nescierat, sed leno iussus ab eo memorare. Hic accepta epistola signum cognoscens, militis imaginem agnoscit, et quasi secum ista primo eho Polym. purus putus est ipsus, novi: tum ad sycophantam: heus, Polym. nomen est. Atque ibi ille: Iam postquam nomen es hoc elocutus, inquit, recte tibi datam epistolam scio etc."

995. Vulgo recepto glossemate inconcinno: — mulieremque mihi emittere.

1008. Sed ut oc. Cf. Curc. 43.

1011 sq. Inepte et scabro numero codd.:

Tune is ĕs | Harpáx? | Sim. ego sum, atque ipse Harpax quidem.

Bal. Qui epistolam istam fert etc.

Nam quid est, quod non Harpacem modo, sed etiam ipsum quidem Harpacem se esse affirmet Simmia? Nempe hoc absurdum et illa Atque i. Harp. quidem tribuenda Ballioni, sed ut verba epistolae et τῷ ipse cum iste commutato: nam hoc quidem sententiae convenit, sicut supra 917 vett. edd. recte Istuc, ubi V. C. a manu prima Ipsum, Decurt. Ipsuc.

1027. Libri metro corrupto: me. Cf. Amph. prol. 149.

1028. nĕ. Vid. Amph. 149.

1030. advenat. Ita V. C., ut metrum reponi iubet. Vid. Aul. 109. Vulgo: adveniat.

1042. faxo amplexabere. Vid. Curc. 582.

1045 sq. Male haec Simmiae tribuuntur, tanquam is occasionem reperisse dicat Pseudolum, ubi sibi insidietur, cuius rei nec vola nec vestigium in superioribus.

1047. Haec quoque interrogantur, secus ac vulgo fit in libris; h. e. Cur non hinc metimur g. m.? Frustra turbant.

1050. Ha ha he. Sic lego, ut supra 949 et passim apud Hunc et Afrum. Vulgo Ha hae; vett. edd.: babae.

1052. Vulgo invitis Mss. et vett. edd. et versu: Mihi libet nunc etc.

1055. Libri in ordinem recepto glossemate inepto atque inconcinno: Et abducere etc. Ineptum enim est, lenonem cupere ut mulierem abducat Pseudolus. Sed hoc se ait cupere, ut veniat servus abducere Phoenicium, h. e. abductum eam, sicut non semel usurpari infinitivum pro gerundio, more Graecorum, docent Vechner. Hellenolex. 1, 2, 17 extrem. Viger. de Idiotismm. gr. ling. 5, 3, 7.

1063 sq. Libri versu ὑπερμέτρῳ:

— — — — — manum,
Simo! Si. quid est? etc.

Τὸ Simo ortum ex sequente personae nota. Cf. Amph. 436.

1067. Codd. soloece et inconcinne:

Hodie quas abs te inde est instipulatus Ps.;

nec recte faciunt, qui reponunt H. q. abs te indest stip. Ps., tanquam sic dici possit pro eo quod est q. abs te est instipulatus Ps., cum inde vel, si diis placet, ind pro in prorsus sit inusitatum. Vidit hic aliquid Scriverius, qui legendum censet — ab te industipulatus Ps., nisi quod propius scripturam veterem reponere mihi videor, usurpata tmesi, de qua cf. Ba. 518 Mil. 914 Pers. 705 Stich. 64: H. q. abs te indu est stip. Ps. Huius glossema est, quod legitur apud Priscianum pag. 792 Putsch.: H. q. abs te est instipulatus Ps. In Mss. Plauti vera lectio, sed depravata, et eius interpretamentum simul posita.

1069. illic. Ita vett. edd., in his Iunt. Ald., et hoc versus sibi poscit (nam vulgatum ille ἄμετρον); id quod etiam intellexit Pareus, intelligere noluit invidus Taubmannus.

1071. Edd. reduvioso versu:

Rogato hercle obsecro: gest. prom.

Vett. edd.: Rogato obsecro hercle: g. p., et sic Pareus quoque, scriptos haud dubie secutus suos. Vnde emendandum vidi Roga obs. hercle etc. Rogato exarasse videntur propterea quod mox legitur habeto. Sed promiscue usurpari solent imperativi tempora, ut passim est videre.

1077. ambo. Sic edd. primae; quod elegantius vulgato ambos, et Nostro satis usitatum. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

1085. Vulgo omnino male, seu sententiae seu metri rationem habeas:

Si. Quid est, quod non metuas ab eo? id a. e.

Dixerat supra 1064 Ballio, nihil iam seni metuendum esse. Hoc secum reputans h. l. Simo:

Sed quid est, quod non metuam ab eo? i. a. e.

non metuas: nam se ipsum non metuere nusquam in superioribus dixit leno. Sed coniungendis servit orationibus, sicut monui Amph. 938, neque metrum impedit, si τὸ i in quid elidatur, sicut fieri docui ibid. prol. 74. Est autem interceptum a nota personae simili, quae antecedit.

1094. Τὸ modo prius o elidit metri gratia. Vid. praeced. annot.

1096. Vulgo ὑπερμέτρως:

Quin iam quidem illam in Sicyonem ex urbe adduxit modo.

Abduxit Iunt. Ald. Par. Recte autem Acidalius Divv. in Pl. pag. 362: „Puer," inquit, „si videat aut neque videat antiquam lectionem, cogitet ipse tamen et praeferat abduxit."

1098. Edd. inconcinne: — ad molarum coloniam. Mss. bene: ad molas (h. e. molae) col. In ordinem hoc iure suo receptum a Pareo. Iunt. Ald. inducto versu septenario: ad molariam col.

1099. hĭc. Cf. Amph. 136.

1100. quŏ. Vid. supra ad 1028.

1102. Inepte edd.: — nisi adeo monitus, quae scriptura fuit corrupta Decurtati: nam V. C.: nisi est admonitus. Legendum excluso interpretamento et pro longa accepta priore syllaba τοῦ nisi, de quo vid. Amph. 124: nisi admonitus.

1103. Inconcinne libri: N. q. lib. esse illico se arb.

1105. Luxantur. Sic Mss. Nonii, monente Mercero, qui et Festi illud addit: Luxantur a luxu dictum, id est luxuriantur; „quasi (Taubmannum audis) Plauti hunc locum habuerit in animo." Vulgo Luxuriantur, quod metro adversatur, de quo vid. Amph. 422. Dicta autem Luxantur, lustrantur κατὰ παρονομασίαν nec sine ambiguitate, quam captavit Plautus.

1106. Verba Ii et diu monosyllaba. Vid. supra ad 1085.

1107 sq. Vid. Ba. 584 sqq. Legitur autem inconcinne:

— — — — — — nisi ut im-
Probis se artibus teneant. cum his mihi etc.

Istis, a quibus dissentio, quos odi.

1109. De metro cf. Epid. 197 sq.

1110 sqq. Vid. supra pag. 52.

1111. hĭc. Vid. ad Amph. 140.

1112. Libri interpretatione inconcinna: cum hic non adest.

metuăm. Vid. Amph. 541.

dabŏ. Vid. ibid. 475.

1113. Inepte codd: sineret. Correxit vir clarissimus Ioh. Henr. Vossius, Homeri interpres, in literis olim ad me datis de Plauti hac editione. Vid. Amph. prol. 81.

De metro dictum supra pag. 53.

1116. Inconcinne libri: Verum ubi is non venit etc.

1120. Item inconcinne legitur: Hic h. meust.

1125 sq. Vulgo:

— — — — — — — — —
Augent rem meam mali: populi strenui
Damno mihi, improbi usui sunt.

Illud Damno ex cerebro Camerarii profectum. Pro eo reposui malo, sicut habes Curc. 496:

Odio et malo et molestiae, bono usui estis nulli.

De metro cf. Amph. 422.

1127 sqq.

1127 sqq. Dixi de his metrorum generibus ad Aul. 92 — 95.

1129 sq. Vulgo incoircinne et nolentibus Mss.: Bona dat, cum etc ; nec melius Taubmannus: B dat, at cum etc. Verba Dona et Bona saepius confusa: cf. supra 941.

1131. suamque aetatem Cf supra 109.

1134. To quidem pro monosyllabo. Cf 1035.

1135. To estis similiter vocalem posteriorem elidere videtur. Certe *quid* liquescit.

1140. Inconcinne libri: te. Cf. supra 1127.

1141. Item ἀμέτρως legitur: Tune is es? Tò tibi monosyllabum. Cf. 1134.

1142. At hic est etc. Cf. supra 1099.

1152 sq Male hoc versu legitur dares et sequente abduceres. Ibi quidem reponendum esse abducas, ex metro intelligitur: ergo neque hic τὸ dares admitti potest absque soloecismo, sed legendum dates, quod verbum frequens apud veteres.

1154. Prorsus inconcinne edd.: Phoeniciumne esse d.? Decurt. et vett. edd.: Phoenicium esse d ? V. C.: Phoeniciumne esse d ? ā (h. e. an) interceptum videtur a praecedente nota personae.

1157. Inconcinne pariter atque inusitate libri: fiet. Quid fit? formula est amice aliquem compellantis. Terentius Ad. 857:

De. Quis homo? o Syre noster, salve! *quid fit? quid agitur?*

Vid. etiam nos ad Andr. 239.

1167. ēs. Cf. Amph. 865.

1169. Male sic distinguitur: — suppositicium. Ba. Adeo etc. Sensit Acidalius Divv. in Pl. pag. 365.

1172. Nam Cf. supra 1048. Decurt.: Nam ego dederam; unde Gruterus et Pareus: nam egod eram etc.

1176. mehercule. Ita edd primae, ut metro convenit. Tò me- non liquescit: vid. ad Amph. 541. Vulgo: mehercle.

1177. Scias monosyllabum. Vid. supra ad 1085.

1178. Quid ais? Cf. Merc. 481. Inconcinna vero libri interpretatione: — cub. solitus es i. c. p.? Vid. Amph. 168.

1180. Scilicet solitum esse. Haec rectius Harpaci tribuentur Eleganter Scilicet infinitivo iungitur. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

1183. I. Vid. Ba. 716.

temperi. Sic Mss.; vulgo: tempori.

1184. Inconcinne libri: emittis, aut reddis arg.?

1189. Nempe quomodo pronuntiandum sit, vid. Asin. 770.

1195. nulli. Ita Iunt. Ald. et libri vett., quos commemorat Meursius Exercitatt. critt. 1, 94, ἀρχαϊκῶς, quod metro convenientius quam vulgatum nullius.

Non tu istinc abis? Vid. Mil. 1097.

1200. Vulgo explicatione inconcinna: P. p. hic syc. est.

1202. Herī. Cf. supra 1176.

1204. Vulgo inepte atque inconcinne:

BA. Non confidit. sycophanta hic nequam est: nugis meditatur male.

Sane confidenter ad omnia respondet Harpax, neque usquam titubat; ergo bonus est sycophanta, nec vera esse potest vulgata lectio, sed reponendum erit: Num confidit sycophanta hic? (h. e. Nonne confidit? quod est rem affirmantis.) Nequam (h. e. malum: vid. Parei lexic. Plaut. h. v.) medit. male. (h e. dolose: vid. Mil. 188.) Tȣ nequam glossema est verbum nugis, quod ex margine irrepserit.

Ceterum male hunc inter et sequentem versum repetuntur 1160 – 1162, nisi quod hic legitur mulierem qui abduceret. Quos versus hinc eximendos esse vidit pridem Acidalius Divv. in Pl. pag. 363, cum praesertim absint editionibus Colon. Iunt. Ald.

1208. Prius neque pro monosyllabo est. Cf. 1085.

1212. Codd. hiante versu: Symbolum qui hoc accepit: mira sunt! Pseudolus est. eho etc. Recte Iunt. Ald.: m. s., ni Pseud. est.

1213. fuit monosyllabum. Cf. 1085.

1223. Centies. Mss.: sentiens, unde Pareus: centiens. Cf. Mil. 186.

1227. Mss. et edd.: Quid ego (edd. immittunt signum?) peregrinos etc.; sed Simonis ista sunt Quid ego? h. e. Quid ego agam? quid me fiet et viginti minis, quas mihi debes? Cf. Aul. 137. Pro arbitrio ediderunt recentiores: BA Hodie ego peregrinos absolvam etc.

1231. Per angiporta clanculum redire vult domum, ne in via conspiciatur a creditoribus, quos rumore de hac sua clade argentaria excitatum iri non inepte auguratur.

Ita res gesta est. H. e.: quia res ita gesta est, vel: ut res gesta est; qualia tanquam παρενθέτως inseruntur. Ba. 1052 sq.:

Is me scelus dolis attondit doctis indoctum usque, ut lubitum est:

Ita miles meretricem memorat esse, quam ille esse uxorem aibat.

Most. 715:

Sed, Simo, ita ventus navem deserit nunc —

Et sic passim. Cf. Cist. 393 sqq.

1240. Dolum. H. e Dolonem. Cf. Most. 1119.

Troianum. Vid Amph. 116.

1241. Pseudolo insidias dabo. Scilicet eo modo, quo se insidiari velle servulo dixit in superioribus, argento dato.

1243. Cf. Most. 321.

1244 sq. Dixi de hoc metro Capt. 140.

1247. Vid. Epid. 517.

1249. ita munditia digna. Vulgo: ita (magnis inculcant Decurt. et vett. edd., quod glossatoris) munditiis digne (Mss. digni, quod dignis fuerit) ah! Itaque etc.

1249. Tò loco prius o elidit. Cf. supra 1085.

1251. Verba voluptates et venustates pro τρισυλλάβοις sunt accipienda metri gratia. Vid. ibidem.

1252. indu. Libri inconcinne: in. Cf. Ba. 897.

1253. arbitro. Minus concinne libri: arbitror, quae interpretatio est vocabuli lectioris et veteribus illis usitati. Ceterum vulgo legitur: nam ubi amans — et in sequentibus ubi labra — Vbi alter — ubi mamma —, manifesta quidem i et u literarum inter se permutatione. Ibi, h. e. in hoc, ut est versu praecedente; et infra 1259: neque ibi esse alium alii odio etc.

năm. Cf. Amph. 149.

1255. Vulgo: ubi mamma manicula Opprimitur alia; aut si lubet etc. Sed vett. edd., in his principes: ubi manu mamilla; bene, quod mamilla, h. e. mammilla, quae lectio confirmatur glossemate isto inconcinno alia, siquidem eo indicare voluit interpres, quisquis fuit, mammam alia mamma oppressam h. l. dici. Quod volunt, agi de mammillarum puellae pertractione, ridiculum est, manicula seu parva manu afflicta amatori, quae scortum magis decet.

1256 sq. Vid. ad Cas. 535.

Inconcinne autem libri: manu candida. Manus candida puellae propinare dicitur cantharum dulciferum, quae sit amicissima amicitia. Cf. Ba. 52 Cist. 383. Commate, quod vocant, distinguendum post Propinare.

De metro vid. Capt. 428 sqq.

1259. Putide libri: Odio, ibi nec mol. Alterum ibi dudum expunxerunt alii, quibus Pareus recte obtemperavit.

1263. Cf. Amph. 422.

1264 sq. Vid. supra pag. 52.

1268. Ἀμέτρως libri: — exsurrexi, orant med uti saltem.

1269 sq. Vid. ad 1263.

1272. Vulgo immissa interpretatione, quam metrum respuit: Sic hac incessi lud. A. Decurtato et vett. edd. abest hac; sed Sic delendum erat, tanquam interpretamentum. Hac: hac via, vel hoc modo, sicut passim. Terentius Andr. 640:

Hac non successit, alia adgrediemur via.

1273. Minus bene codd.: idem amicae etc. Saepe hae voculae confusae. Ceterum vid. ad 1263, sicut et de versibus 1278 sq.

1285 sqq. Commemoravi hoc metri genus supra pag. 53.

1291. tĕ. Cf. supra 1253.

1291—92. Phui. Vid. Mil. 951. Vulgo haec unius versus ambitu comprehenduntur: Ps. Vir malus — crucem.

1293. Vid. Ba. 1114 Curc. 112. Cf. 1295, 1299.

1297. Vid. ad Amph. 81.

1300. Non absimilis hic versus dochmaïco catalecto, ad quod metri genus prope accedit etiam molossiambus ille apud Victorinum pag. 2592 Putsch.:

Marcenti gradu nectebant choros.

Sed malim nunc eum haberi pro trochaïco dim. hypercat.

1303. Vid. Epid. 197 sq.

1306 sq. Cf. Ba. 584 sqq.

130[illegible]. feci. Recte sic emendatum est, cum in codicibus legatur facit. Vid. ad Most. 875.

1309 sq. Vid supra ad 1285.

ordinē scio. Vid. ad Aul. 108—111.

1312 Vulgo ex interpretatione, quam non fert metrum: at negabas daturum esse te mihi, tamen etc.

1314. Item inconcinne libri: Satin' ultro et arg. auf. etc.

1315 igitur. Vulgo hiante versu: ergo. Haec saepe confunduntur.

1317. Vulgo: Heu heu heu, imperfecto quidem versu.

1318. Legitur: Quid hoc? auferrene, Pseud. etc., sed in Mss et edd. vett.: Q h. auferre non, Ps., h. e., ni fallor, Quid? hoc auferes nunc, Ps. Nunc, igitur: vid. Ba. 73. Nunc et Non misceri monuimus Asin. 84 Most. 335. Pistori placebat: — aufersne (vel auferesne), Ps. etc.

1322 sq. Vid. supra ad 1264 sq.

1325 i. Hoc, quod vulgo desideratur, inserendum esse, suboluit Acidalio Divv. in Plaut pag. 3[illegible]. Simul pro monosyllabo: vid. Amph. prol. 74. — Potatŭm: vid. ibid. 341. De metro cf. Ba. 1160.

1326. ēs. Cf. Amph. 863.

1327 — 28. I hac. Vid. ad Mil. 951.

1329. (corriges numerum.) Vulgo: — solent vocare, neque ergo ego istos. verum si etc. Glossema inconcinnum haud comparet in edit. Mediol, quae prodiit 1500.

1331. Clausula. Cf. Amph. 81.

ANNOTATIONES IN RVDENTEM.

PROLOGVS.

V. 5. Male interpungitur:

— — — — — — — suo,

Hic atque in coelo. nomen Arcturo est mihi.

quasi et in terra et in coelo exoriri dicatur signum Arcturi; quod absurdum est. Quidquid argutatur Acidalius Divv. in Plaut. pag. 434, probandae sunt vett. quaedam edd., in his primae, velut Sarracenia anno 1499 excusa, quas sequitur Aldus, in quibus verba Hic atque in coelo coniunguntur sequentibus nomen Arcturi est mihi, ut utrobique eodem nomine se appellari dicat Arcturus; quo commento Homerum mihi videtur ridere Plautus, Briareum, Scamandrum, alios, aliter apud deos, aliter apud homines vocari fingentem; ad quam faciem Naso quoque Metamm. 11, 640:

Hunc Icelon Superi, mortale Phobetora vulgus
Nominat;

ad quem locum vidd. interpp.

7. ambulod. Ita, vel

Interdius mortales inter ambulo,

reponi iubet C. Barth. Adverss. 16, 32, cum vulgo legatur inconcinne: ambulo Aliis, in his V. Reizio, editori doctissimo huius fabulae, placet: — ambulo autem interdius; quomodo usurpari Autem monuimus ad Cas. prol. 8. Sed violentior ea medicina neque necessaria. De d ephelcystico in ambulod vid. Amph. prol. 149.

10. Vulgo hiante versu:

Is nos per gentis alium alia disparat etc.

I Gulielmius Verisimill. 2, 25: „Magna," inquit, „mihi suspicio est, excidisse vocem antiquam, et scribendum esse alium aliuta disparat. Aliuta antique est aliter; unde hoc in legibus Numae regis: Si quis aliuta faxit, ipsos Iovi sacer esto " Hanc emendationem, exemplo Reizii, in ordinem recipiendam existimavi.

14. ábiuránt. Vid. ad Asin. 159 Cist. 69.

17. apisci. Ita Camerarius et Pareus, secundum Mss., ut videtur, Palatinos; nam alii et libri editi vulgo: a-

dipisci. Elegantius illud est et saepe cum hoc commutatum, quo et Epid. 654 Hic utitur.

18. Τὸ apud μονοσυλλάβως pronuntiandum u extrito. Vid. Amph. prol. 74. Nihil igitur indigemus Ritterhusiano ad apud Scioppium Suspp. Lectt. pag. 89, quo metro succurrebat vir doctissimus.

22. Vox Scelesti vocali sequente non eliditur, figura illustrata Amph. 341. Vel reponendum Scelestid, de quo vid. ibid. prol. 149.

23. Iovem pro monosyllabo. Vid. ibid. 90.

donis, hostiis. Asyndeton, nisi fallor, mirati, frustra turbarunt viri docti, de quo cf. Capt. 336.

24. Vulgo inconcinne: perduunt. Sequor cum Reizio Iunt. Ald.

35. Senex monosyllabum. Cf. 18.

39. Libri metro imperfecto: Huic. Vid. Amph. 128. Iunt. Ald.: Huic olim filiola etc.; unde Reizius: Huic filiola olim virgo p. p., ἐμμέτρως quidem, sed medicina minus probabili.

43. fidicinio. Ita Mss. et vett. edd. Huic formae cur alteram fidicino praetulerit Camerarius, cui adhaerent vulgo editores, nescio; nam quod in veterum librorum lectione ludo fidicinio dactylum sequitur anapaestus, quam pedum metricorum consecutionem minus probari secundum alios monui Poen. prol. 78, ea quidem de re ne per somnium quidem, opinor, cogitavit bonus Camerarius, et ferenda est eiusmodi negligentia in Plauto.

47. sc. II. e.: eo. Cf. Cas. 91.

51. Cum 53. denuo legatur Infit, propemodum inducor ut credam, inde arcessitum esse, et Nostrum reliquisse usurpato infinitivo historico, ut cum vulgo loquar, de quo cf. Ba. 32 Cist. 383:

Is illius laudare formam virginis etc.

54. U litera in voluptarios liquescit. Cf. 18.

55. ibi cum fieri. Ita Mss. et vett edd., posteriore syllaba τοῦ ibi, quae passim longa est, correpta ante vocalem, more graeco, de quo vid. Amph. 341. Hoc nescientes editores rescripserunt metro depravato:

Dicit: | potesse | ibí | fieri eum divitem.

Vid. R. Bentleii Schediasm. de mettr. Terentt. cap. ult.

61. Vulgatae edd.:

— — — — et eo ad prandium
Vocavit adolescentem huc. ipse etc.

quod est bis idem dicere. Edd. primae: Voc. adolescentem. hinc ipse etc.; Iunt. Ald. — adol. hunc, ipse etc., quam lectionem recte praetulit Clariss. Reizius.

63. Vulgo:

Conscendit navem, avehit meretriculas,

quae et ipsa lectio ferri potest non eliso verbo navem, sicut τὸ Scelesti non liquescere monuimus supra 22. Quia tamen vocibus transpositis auferri poterat hiatus, eam po-

tius rationem inii. Angelius et Aldus immiserunt: atque, quos temere secutus est Reizius.

70 sq. Bene Clariss. L. Ideler in libro laudato supra ad Amph. 119 pag. 300, ubi et hos versus profert: „Den Aufgang des Arctur in der Morgendämmerung setzte Eudoxus auf den 19ten, Euctemon auf den 20sten Tag der Jungfrau, den Untergang in der Abenddämmerung dieser auf den 5ten, jener auf den 8ten Tag des Skorpions. S. den Kalender beym Geminus. Der Aufgang erfolgte also etwa 12 Tage vor, der Untergang 35 bis 38 Tage nach der Herbstnachtgleiche, der erste um die Mitte des September, der andere am Ende des October. Diese Epochen waren für die Alten in der Regel mit einer sehr stürmischen Witterung begleitet, die man dem Einflusse des Sternes zuschrieb, bei dessen Auf- und Untergange sie sich ereignete. Horaz spricht von dem saevus Arcturi cadentis impetus Od. 3, 1, 28."

72. Vulgo inconcinne: leno. Cf. supra 7. Inepte Iunt. et Ald.: N. a. i. s., l. a. h. is simul. Reizius non male, verbis transpositis: N. a., leno atque hospes, in saxo simul etc:

73. iis. Sic Mss. et vett. edd. Vulgatum ibus male induxit Camerarius, cui obtemperarunt more suo recentiores. Refragatur enim metro huius versus, cum porrectam habeat syllabam priorem. Mil. 74:

Latrones, ibus denumerem stipendium.

Et sic passim. Vidd. Lucil. apud Varron. de L. L. 6, 80, Parei lexic. Plaut. voce Ibus, nos ad Capt. 477. Quomodo et Hibus pro His legitur Curc. 501.

77. Corrupte libri:

Ad villam illius, exul ubi habitat senex etc.

Hoc si voluisset Plautus, vel scribendum fuisset: Ad villam illius senis, qui hic exul. habitat; vel: Ad villam, ubi habitat senex ille exul. Sed sane illeipsus transiit in illipsus, illissus, illisus, illius. Ille ipsus significanter dictum, h. e. ille ipse senex, de quo antea narravi, Daemones.

79. Libri inconcinne: E. s. illic est eius, qui etc. Cf. Amph. 168.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 4. Euripidi. Vid. ad Ba. 894.

5. ómnis. Cf. Cas. 690.

6. Verbum fenestrasque primum e elidit metri gratia, non alterum corripit, sicut arbitrabatur Reizius. Vid. Amph. prol. 74. Nihil hic mutandum.

7. ábduxí. Cf. prol. 14.

9. Vulgo: N. q. len., ad portum prehendere. Mss.: N. q. ad portum lénonem preh. Utraque lectio numeros habet duriores, quos tamen tulissem, eorum memor, quae dixi Asin. 139 et Cist. 69, nisi verisimile esset, minus usitatum Adprehendere, quo boni scriptores utuntur μεταφορικῶς, tritiori Prehendere cessisse, sicut solet fieri. Illo igitur recepto in ordinem, iam optime habent numeri, accentu verbi lenonem retracto. Vid. Asin. 143.

11. détinuí. Cf. 7.

13 Vid ad 20.

16. Non haec interrogantur, sicut fit in editionibus, cum a Pareana discesseris, quam manu scriptos sequi puto.

17. usust. Mediol. anni 1500: usus.

20. Hic versus vulgo 13. inter et 14. exhibetur, ubi, quid de luto loquendum habeat Sceparnio, nemo dixerit. Id igitur primum vidi, forte transposita haec esse et ibi inculcanda, ubi lutum confodi iussit senex. Deinde cum legatur:

Si sapiam, hoc, quod me mactat, concinnem lutum,

quod nequit intelligi, non dubitavi sic rescribere:

Si sapiam, hunc, quo me mactat, concinnem lutum.

Secum haec, aversus a sene, servulus; h. e.: Si sapiam, hunc (Daemonem) conficiam, ut cum Nonio loquar v. Concinnem, h. e. reddam, lutum (seu terram), quo luto me mactat, quo confodiendo et aggerendo me excruciat. Mortis hanc esse descriptionem, nemo nescit. Erasmus Adagg. 4, 7, 48: „Ὕδωρ," inquit, „καὶ γαῖα γένοισθε, i. e. in terram vertamini aquamque, pro eo quod est Redigamini in nihilum ac pereatis. Hemistichium hoc sic refertur ab Hesychio, quasi proverbio iactatum. Sumtum est autem ex Iliados 7 (99): nam his verbis Menelaus increpat Graecorum ignaviam, quod nullus auderet cum Hectore provocante monomachiam suscipere:

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε,

Ἥμενοι αὖθι ἕκαστοι ἀκήριοι etc.

Interpretatur Plutarchus in vita Homeri, et Alexander Aphrodis. problemm. 1, 77 reddit causam physicam, cur ita locutus sit Homerus: Ex terra et aqua gignuntur, et in haec resolvuntur, omnia. Ab hac forma non abhorret, quod ex Epicharmo citat Plutarchus in Consolatione ad Apollonium: συνεκρίθη καὶ διεκρίθη, καὶ ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθε, πάλιν· γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δὲ ἄνω — M. Tullius libro Tuscull. Quaestt. 3. citat ex Euripide

Reddenda est terrae terra, tum vita omnibus
Metenda, ut fruges. Sic iubet necessitas etc."

Ridicule autem et se digne servus terram et aquam dicit lutum, quod iis mixtis constat. Nec novum est, mortem sibi invicem minari personas comicas. Epid. 580 sq.:

Pe. Si hercle te unquam audivero
Patrem me vocare: vitam tuam ego interimam!

Infra:

Ego iam hic te itidem, quasi peniculus novos exurgeri solet,
Ni hunc amittis, exurgebo, quidquid humoris tibi est!

Et sic passim. Quanquam et interpretari possis: Si sapiam, te reddam lutum, h. e. tam mollem (fuste), quam est lutum; quomodo fustibus mollior et mitis fustibus leguntur Aul. 573 Mil. 1409 et Persius dixit sat. 3, 23: Vdum et molle lutum es. Ceterum hunc vel honc (cf. Aul. 589) cum hoc, quo cum quod, saepe commutari in Mss., sciunt, qui eos norunt.

21. Vulgo invitis scriptis: sies. Vox salveto non liquescit. Vid. ad Amph. 341.

23. Quaere, vir, porro patrem. Iocus servilis, qui non decet Daemonem, cui tribuitur in libris.

24 sq. habivi. Vulgo minus concinne: habui. Cf. Epid. 354 Pseud. 543.

25. Inusitate Mss. vett. edd. et Priscianus pag. 653 Putsch.: Virile sexus.

27. Libri glossemate ἀμέτρῳ: O. or. hic nos o. o.

29. Vulgo putide atque inconcinne:

An quo furatum mox venias, vestigas loca?

Recte Douza fil. reposuit nox, h. e. nocte, quas voces saepius confundi monuimus Merc. 329. Sed praeterea reponendum venas, et huius verbi vocalis prior elidenda, de quibus vid. Aul. 109 et Amph. prol. 74. Quanquam nec male, τῷ venias haud mutato, mox omisit, tanquam interpretamentum, Reizius.

30. Codd. minus probo numero: Pecul. esse decet s. e. p. Scriptum more prisco adecet pro addecet facile degeneraverit in decet. Similiter autem in responsione servus:

Et inpudicum et impudentem hominem addecet etc.

Cf. Cas. 589 Most. 844, 856. Ceterum non mutanda haec, sed explicanda, ut placuit Salmasio ad h. l.

31. Vulgo: Quem hero etc. Acidalius Divv. in Pl. pag. 435 reponit Q. h. p. haud praetereat or., quod interpretatur Qui praesente hero orationem audeat occupare Sed hoc iusto audacius. Rescripsi, usurpata figura Colophonia: Quoi hero p. p. o, h. e. Cuius oratio praefestinet hero praesente, quomodo Virgilius Aen. 4, 157: — iam hos cursu, iam praeterit illos. Cf. simillima versu 37. Quoi liquescit, ut Capt. 79

36. Istĭ Vid. Amph. 341.

40 Vulgo exsicasque, quomodo haec et similia dicuntur Enico, Negligo pro Eneco, Neglego vel Neclego. Sed cf. Amph. 28.

45 Libri: Eequem tu hic hominem etc. Sed si hic intulit adolescens, locus non est responsioni Daemonis, qua tangit Athenienses. Immigravit vocula ex interpretamento. — Ceterum tu non eliditur: cf. 36.

46. Minus bene legitur: Hic dico etc.

47. Duas monosyllabum. Vid. Amph. prol. 90.

adornavit. Ita Mss., ut adduxit. Vulgo adornaret. Camerarius frustra: adornarit, quod nescio quomodo se probavit Reizio.

48. Reizius: faceret. Sed nihil opus.

56. 58. praehibes. circumis. Cf. 36.

61 sq. Vulgo:

Ille, qui vocavit, nullus venit. Pl. admodum.
Sce. Nullum 'st periculum te hinc ire impransum domum.

Sed absurde Pleusidippus ipse venisse lenonem negat, de quo modo quaesivit, an venerit. Absurde quoque servus nullum esse periculum dicit ne impransus redeat domum adolescens, quem certum est, a Labrace delusum, ibi non pransurum. Nam εἰρωνείας quidem nullum vestigium in omnibus his orationibus Sceparnionis. Distinxi igitur locum, sicut vides, ut primum ταυτολογίᾳ ἐμφατικῇ servus lenonem nullum venisse ad nullum modum dicat, h. e. nullo modo, qua forma loquendi usurpatur ad hunc modum pro hoc modo; deinde addat, verendum esse ne sine prandio abeundum sit Pleusidippo. — De pronuntiando Ille vid. Asin. 770.

64. Vulgo soloece: Amore haec curat etc. Mss.: Amorem haec curat Ceres, ex quo recte fecit Scioppius Suspp. Lectt. pag. 177, collato versu 98: Amori haec curat, tritico c. C., siquidem verisimilius est, alterutro horum generum loquendi per totam orationem usum esse scriptorem, quam utroque, cum praesertim elegans in hac phrasi sit dativus, ut accusativus interpretandi causa adscriptus esse videatur. Edd. vett.: Amorem h. c., triticum c. C.

77. Vulgo:

Quique hercule illi socius esse diceris,

quae lectio nive frigidior. Mss.: Qui herculis (Decurt. et edd. primae: hercule) socius e. d.; Iuntina et Aldina: Qui quidem hercule illi s. e. d. Sed τὸ illi a mala manu, neque dubium mihi est, quin vox sociennus, quo et alibi Noster utitur, interpretamento suo inconcinno cesserit. Iolaum autem intelligo, qui comes Herculis perpetuus et ipse σωτὴρ quidam et ἀλεξίκακος visus fuerit servulo, sicut ille. Diceris non est dubitantis. Vid. Bentl. Opp. ph. p. 217.

82. avortit. Mediol anni 1500 et Iuntina, quam saepe laudo; abvortit, quod fuerit advortit.

83. Vulgo sententia et versu imperfectis:

Neque gubernator unquam potuit.

Versum ἀκέφαλον arbitratur Gruterus, ego μείουρον; cumque illius commentum Non aeque gub. unq. pot. metri formam habeat nullam, certe concinnum est, quod reposui:

Neque gubernator unquam potuit rectius

(advertere ad littus scapham), quomodo legitur Asin. 383:

Non potuit pictor rectius describere eius formam.

91. Minus bene codd.: in undas.

101—104. Libri nullis numeris:

Nimio hom. f. m. m. m.
Quam reapse experiundo iis datur acerbum!
Hoc deo complacitum est? me hoc ornatu ornatam,
In incertas regiones, timidam, eiectam?
Hanccine — — — memorabo?
Hanccine ego partem — — praecipuam?

Verba Quam reapse primus inculcasse videtur Angelius, Iuntinae curator editionis, quorum τὸ Quam sane abesse nequit. Additis pol post Nimio secundum Iunt. et Ald. et multo post minus in 4 trochaïcos tetram. cat. et clausulam troch. haec digessit G. Hermannus De mettr. pag. 128, ut versus finiantur vocibus memorantur, complacitum est, eiectam, partem, praecipuam. Reizius haec et alia nonnulla in hac fabula pro anapaestis habet dimetris, Hermanno recte improbante.

108. Vid. supra pag. 53 verss. 15 sqq.

110 honōr. Cf. Amph. prol. 38 infra 118.

111 sqq. Dictum de hoc metro ibid. ad 422.

113. clausula. Cf. 119. Vid. ad Most. 331.

114. Cf. Most. 113 Stich. 685 sqq. Truc. 550 sq. nos supra p. 52.

115. Vulgo ex interpretatione, metro autem perdito: H. b. e. sunt reliquiae. Cf. Amph. 168.

117. mihi si. Ita Mss. et vett. edd., ut metro convenit, quod vidit etiam Reizius. Vulgo: si mihi, pro captu librariorum, trita sectantium.

121. Vulgo inconcinne:

Ita hic solis locis compotita sum.

Tὸ cum., Iuntinam et Aldinam secutus, recte omisit Reizius, ut hoc verbum saepe intelligendum esse monuimus Amph. 168. Ceterum minus probabiliter dedit: Ita hic misera solis l. c.

123. summa opes. H. e. totae, sicut dicitur Summa res, Summa respublica. Cf. infra 194.

125 sq. Vid. supra pag. 53. Praeter necessitatem Reizius:

Quae mihi est spes, qŭa me velim vivere?
Nec loci gnara sum, nec diu ante hic fui;

neque usitate τὸ qua in duas syllabas resolvitur.

127. Saltem non liquescit, animadvertente etiam Reizio. Cf. Amph. 341.

128. Vid. ibid. 81.

129. Vid. Aul. 92 sqq. Legitur autem contra Mss. et vett. edd.: — incerta sum consili. Cf. 121.

131. Vulgo:

Algor, error, pavor, membra omnia tenent.

Sed quomodo fieri possit, ut error membra teneat, cupio edoceri. Est autem haec mera coniectura Camerarii: nam Mss. et vett. edd. exhibent: A. e. p. me omnia tenent. Huic lectioni longe propior ea, quae mihi placuit: A. e. p.

mi omnia attinent, h. e. omina mihi ob oculos ponunt, improprie usurpato verbo Attinere, sicut proprie Capt. 197 Men. 657. Voces Omina et Omnia passim confusae.

152. mei haud Ita Mss. et vett. edd. (nam vulgo: haud mei:, τῷ mei non eliso, qua de re vid. supra 127. Putide autem et inconcinne libri: H. p. haud mei scitis miseri, me nunc miseram ita esse uti sum.

153. Vulgo utroque loco: fui, perdito metro trochaïco. Sensit Reizius.

154. Minus usitate codd.: Nunc qui minus etc. De metro cf. Amph. 422.

155. Τὸ quidquam non elidendum et profui contrahendum in διςύλλαβον metri gratia. Vid. Amph. 341 et ibid. prol. 74.

156. Inconcinne libri: Quid mihi melius est, quid etc.

157. | Ita male | — | ita mihi. | Cf. Amph. 356.

158. Vulgo contra fidem scriptorum et pridem excusorum, Camerario perperam obtemperantes, edunt: Nunc dein vitae h. p. Vulgo quoque: me, quod correxit Reizius.

159. Libri inconcinne: omnibus in latebris. Item correxit Reizius.

141. quae. Vid. Amph. 149 et de metro supra pag. 52; quod dum non intelligit et trochaïcos tetram. acat. effingere studet, male haec interpolavit Reizius, reponendo hoc versu quaeram eam, cons. est, et in sequentibus: responsorem, quemquam ego ullum interea invenio. — Neque magi' solae terrae solae (sic quidem edd. aliquot principes, in his Mediol. anni 1500; sed nihil opus) quam haec loca sunt a. h. r. — quin vivam inveniam des.

143. Vulgo refragantibus libris vett. et versu: an eximes ex hoc m. m.?

152. Vid. de hoc metri genere supra pag. 55. Item turbavit Reizius rescribendo: ego tua Pal. sum, scilicet ut efficeretur creticus tetrameter. Sed scena haec tota motoria, quam saepius mutata decent metra.

158 sq. Cf. Ba. 584 sqq. Male Reizius:

Pa. Cédo mihi manum. Am áccipe en. Pa. vícin', dic obs.?

160. Vulgo: Quando mihi te etc.; sed Mss.: Quam mihi, h. e Quom mihi. Hoc concinnius, producta posteriore syllaba τῷ mihi.

167. Delendum signum distinctionis post Hoc.

168 sq. Vulgo:

Sed quid hoc, obsecro, est? Pa. quid? Am. viden', amabo,
Fanum, videsne hoc? Pa. ubi est? etc.

Hoc balbutire est, non loqui. Reizius dum creticos arbitratur, audacius versus hos refingit.

170. Frustra Douza fil., quem sequitur Reizius: Videor d. d. l. tuerier.

172. Camerarius edidit: Nunc quisquis est deus etc., quem temere secuti sunt recentiores. Deum esse ait Ampe-

lisca propterea, quod se cum altera servatam videt ex periculo humanis auxiliis maiore. Plato apud Sextum Empir. adv. Mathemm. lib. 8, monente T. Magiro in Polymnemone v. Deus pag. 626 „ἅπαντες,“ inquit, „ἄνθρωποι σχεδὸν, Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι, νομίζȣσιν εἶναι τὸ θεῖον. Et similiter Hic ipse Capt. 245:

Est profecto deus, qui, quae nos gerimus, auditque et videt.

venerōr. Cf. Amph. prol. 38.

174. preces expetessunt. Vidd. interpp. ad h. l. et Pareus lexico Plaut. v. Expetessere preces. Lambinus: paces exp., quod probat Douza Centur. pag 488. Sed bene habet vulgata lectio. Pessime haec transformat Muretus Varr. Lectt. 14, 17, dum non animadvertit, versus esse bacchiacos.

179 sq. Vid. Capt. 428 sqq.

182. Vulgo duriore numero: — unde huc vectae sumus. Decurt. et vett. edd. τὸ huc non agnoscunt.

183. Vulgo minus concinne: caeruleas. Correxit Reizius.

187 sq. Vid. supra 125. Frustra Reizius:

Pa. Quaéne eiectae é mari ambaé sumus, te óbsecro,
Vnde nos hóstias ágere voluístī huc?

191. Eleganter Reizius, sed haud necessario:

In tua ut recipias tecta servesque nos.

Cf. Capt 153.

192 sq. Vid. supra 111 sq.

197. haec. Vulgo hic; et sic quidem V. C. a manu prima, sed post: hec. Vett. edd.: hae.

198 Clausula Cf. 203.

200 huius monosyllabum. Cf. Aul. 243.

201. Vulgo:

Comiter fiet a me, quo nostra copia
Valebit etc.

V. C. nor: nostra, sed: n̄c, h. e. non; Decurt. et vett. edd. non, quod eodem redit Vox forte transposita.

208 Hice. Sic bene Rezius, cum invenisset Hisce, errore tralatitio. Cf Mil. 485 Most. 496. — Similiter excudi iussi haec pro vulgato hae Cf. Epid. 207.

209. Quotidie. Probabiliter hoc additum a Lambino.

212. placusias. Bene sic Reizius secundum Salmasium, adiectivo derivato a πλακȣ̃ς sicut Ῥαμνȣ́σιος a Ῥαμνȣ̃ς. Vulgo voce nihili plagusias.

214. Si eventus non evenit dictum κατ' ἰδιοπάθειαν, de qua monitum Mil. 480 sq. Vulgo venit, ut misceri solent haec verba. Vid. supra pag. 251 verss 5 sqq. Male Reizius: sin éventús non venit.

218. coenati. Egregia haec est emendatio eiusdem viri docti, cum in libris legatur, parum quidem concinne et minus lepide: incoenati.

219. adiurit. Hoc versum exposcere pro vulgata lectione adiuverit, vidit Reizius.

226 sqq. Vulgo inconcinne:

— — — — fame sitique speque. Tr. ecquem adol: huc
Dum hic astatis, strenua facie, rubicundum, fortem, qui tres
Duceret chlamydatos cum machaeriis, vidistis venire?

Edd. quaedam primae, in his Mediol. anni 1500: machaeris, recte: nam alterum prorsus est inusitatum. Iisdem abest τὸ venire, petitum illud, ut videtur, ex proximis, et Mss.: — vidisti seni Nullum etc., quod initio fuisse puto: — vidistis pi. (piscator.) Nullum etc.: nam p et n literae similes in Mss. Cf. Ba. 107. Ceterum libri nihil iuvant. Sed facile, metro monitus, animadverti, in istis sitique speque asyndeton placuisse Comico, sicut passim, ut monui Capt. 336, et sequentem versum traiectione vocum laborare, quod neque Reizium fugit, qui ita haec refingebat:

— — — — fame sitique. Tr. ecquemnam huc,
Dum hic ădstás, vidisti strénua facié, rubicundum, fórtem
Veníre, qui tres dúceret chlamydátos cum macháeris?

232. Male distinguunt: hominum, malum. Ceterum vulgo legitur: — malum, mali vitii probrique plenum. Vocem inconcinnam, quae orta procul dubio ex praecedente, recte delevit Reizius.

244. proximă. Vid. ad Amph. 1. Frustra Reizius: — proxuma hic est etc. Sed bene dedit villa pro vulgato villam. Venerio pro Veneris, quae est lectio librorum, ipsi reposuimus, quod adiectivum frequentat Plautus: vidd. supra 242 infra 263, 379, 527 etc. Mil. 645, 1398, 1406.

246. qui. Ita Mediol. a. 1500, quod concinnius vulgato quis.

quĕm. Cf. supra 141.

250. tŭ. Vid. praeced. annot. Male transposuit Reizius: Quid agás tŭ? Am. aetatem etc.

256. Nempe. Cf. supra 61.

264. Pronomen te metri causa recte inculcavit Reizius. Pro amicula vulgo legitur amica, sed in V. C. Camerariano amicica, in quo illud mihi videbar reperire. Est autem blandientis, sicut saepe usurpantur deminutiva. Vid. Priscian. pag. 610 Putsch.

269. voluit. Vid. Amph. 235, 851.

276. anancaeo. Nonius ex Varrone: „Ad Sybaritanam praedam, in qua sunt tripodes, craterae, a n a n c a e a etc. Vide plura in hanc rem apud Taubmannum.

279. quia videmus etc. Cf. Amph. 503.

283. lactatae. Intellig. sumus. Cf. ibid. 168.

287. Vae capiti etc. Vid. Capt. 818.

288. Inconcinne libri: facere. Vid. Amph. prol. 149. Reizius: S. l. ego facere etc.

291. sī. Cf. supra 246.

292. Dies monosyllabum. Vid. Amph. prol. 74.

294. Scin' tu? etiam etc. Recte sic distinxit locum Reizius, cum τὸ etiam ad antecedentia perperam soleat referri.

Scin' tu? Vid. ad Cas. 374.

300. Tὸ tibi non liquescit. Cf. Amph. 341.

302. Libri ἀμέτρως posset, quod est interpretis. Sensit Reizius.

noscerē. Cf. supra 244, infra 305, 307, 320.

307. Vulgo minus concinne: abivisse. Sequor V. C. et edd. quasdam principes, in his Mediol. anni 1500. Decurtat. Iunt. etc.: abiisse. De metro cf. 302.

323. Vulgo: Vt eapse sic succincta aquam etc. Sed Mss. et edd. τὸ sic non habent.

327. mulierem. Libri inconcinne: mulier. Correxit Douza fil., quem recte secutus Reizius. Sic Poen. 962: Heu hercle mortalem catum etc.

329. nox. Ita legendum vidit Palmerius, cum libri errore tralatitio praeferant: mox. Vid. Merc. 329. Reizius probavit Lambinianum: — si mox venies vesperi, Item etc. Sed istud vesperi in libro nullo antiquo legitur.

330. Vulgo corrupte:

Item ut affectam: nam nunc nihil est qui te inanem.

Si affectam interpreteris affectam miseria vel naufragio, locus non est τῷ Item, siquidem revera malis affecta erat mulier. Quod autem secundum Festum explicant mulierem honoratam et spectatam, aliis, et validioribus, testimoniis, praesertim locis bonorum scriptorum, dum probatum fuerit, addubitare non est nefas. Dedi igitur Ita ut adfecta (i. e. ut a. es: vid. Amph. 168), ambiguitate lepida, ut et miseram dicat ancillam servus, quomodo affectos dicimus morbo, difficultate, malo denique, et venustam, sicut haec et similia leguntur apud Cic. Manus tua sic adfecta, Manus adfecta recte est, Oculus non est probe adfectus etc. Deinde ista qui te accepi pro quidē, h. e. quidem, sicut d et t literas misceri monitum Aul. 17 Epid. 279, et τὸ manem vel maneam (nam sic Mss. et vett. edd., non inanem) lenissima medicina mutavi in manum, ut noctu, h. e. vesperi, se hospitium praebiturum mulieri dicat servus: nam nunc quidem nihil sibi esse prae manu, coena nondum cocta et omni re convivii imparata. In manum pro in manu: vidd. Amph. 545 Cas. 368. Coniecturas virorum doctorum de hoc loco enarrare longum est.

Metrum hoc non nisi hic inveni, sed frequens est, praesertim apud Graecos, simile, ex trochaeo et iambo constans, de quo vid. supra pag. 56 infima.

331. Ah. Vulgo minus usitate: Aha. Sequor vett. edd.

332. Veneris effigia haec quidem est. Comparat Sciop-

pius Suspp. Lectt. 5, 5 illa Aristaeneti: Ὦ φύσεως τὸ κάλλιστον φιλοτέχνημα, ὦ γυναικῶν εὔκλεια καὶ διὰ πάντων ἔμψυχος τῆς Ἀφροδίτης εἰκών!

337. Vulgo: Sc. N. licet te sicce placide etc., quae lectio auctorem habet Camerarium; nam Mss. et vett. edd.: N. l. te sic placide etc. Quod quidam volunt, Sicce dici pro Sic, ut Hicce pro Hic, cras fortasse credam, non hodie. Repetitur adverbium παθητικῶς, quod non adverterunt scribae. Cf. Aul. 587. Poëta: Sic, sic iuvat ire sub umbras!

338. tibi. Cf. Mil. 61.

340. nunc: igitur. Vid. Ba. 73.

341. Hic rastrum aut aliquod instrumentum rusticum ostendit servus; nec negarim, nequitiam subesse.

342. Libri interpretatione inconcinna: Haec sac. Veneris hinc etc. Haec: vicina, sicut infra 383: hanc sacerdotem. Vid. ad Cist. 170.

350. mĕ. Vid. Amph. 149.

357. quam ratae. H. e.: q. r. sumus. Cf. Amph. 168.

360 sq. Vulgo:

Quam huc scelestus leno veniat nosque hic opprimat?
Confugiam hinc, res ita suppetit subito mihi.

Prior horum versuum plane inconcinnus est. Posteriore Mss.: C. h., ita res suppetit subito. Tò mihi additum a Camerario et Lambino expungendum esse vidi, et in superioribus reponendum Quamde, de quo dixi Amph. prol. 69.

363. Voluptatem o literam elidit. Vid. ibid. 74.

365 éxtraxí. Vid. Asin. 159 Cist. 69.

366 sqq. Vulgo:

Satis nequam sum: utpote qui hodie inceperim
Amare. hem tibi aquam, mea tu bella. hem, sic volo
Te ferre etc.

Versus Satis etc. metro caret. Addendum vidi verbum Amare ex sequente. Et ibi quidem Mss.: — mea tu belliata iam sic v., in quibus invenire mihi visus sum — mea tu bella tene iam. Sic v. Continue scriptum, more prisci seculi, bellateneiam facile transierit in bellateniam, bellateiam, belliataiam.

371. accept. ēs? Vid. ad Amph. 863.

373. Non recte libri continue: Commodule melius. Scripsi meliust, t literam a verbo sequente interceptum arbitratus: nam sic passim legitur Melius est pro Bene est, sicut monui Aul. 288.

375. iăm. Cf. supra 350.

376. Sed autem. Ἀλλά τοι. Compositio rarior, de qua vidd. Viger. de Idiotismm. 8, 1, 10 Vechneri Hellenolex. 1, 2, 6. Similiter Maro Aen. 2, 101:

Sed quid ego haec autem nequidquam ingrata revolvo?

381. Prius a in Magistratus eliditur. Cf. supra 363.

383. hanc. Vid. supra 342.

387. Lin-

387. Lineola perscribenda post detulit antecedente versu, quo recitato paulum expectat servus, ut prodeat a se vocata Ptolemocratia.

390. aetatem suam. Cf. Pseud. 109.

391. cum eo quid. Sic libri vett., τῷ cum non liquescente. Vid. supra ad 350. Hoc nescientes, τὸ quid primo loco posuere.

394. Nescio cum aliis, quis narraverit, noluisse navigare cum Hercule Libertatem. Mss. et vett. edd: hercle; edd. V. i. n. mecum h. u. i., quod propemodum approbaverim cum Meursio Exercitatt. critt. 1 pag. 224. ,,Iocatur," inquit vir doctus, ,,adhuc leno in miseria sua, dicens, se mendicum factum, amisisseque omnes fortunas suas naufragio praeter Libertatem, quae secum pedem navim inferre noluerit." Ridicule autem navigasse secum negat eam propterea, quod eam adhuc habet: nam cetera omnia, quae navi imposuerat, bona sua perdiderat in mari. Locus Luciani De mercede conductis (Luciani Opp. ed. Blaeu. vol. 1 pag. 463), quo loco vulgatam lectionem confirmari putabat Gruterus, sic se habet: — οὐ γὰρ ἐθελήσει ἡ Ἐλευθερία ξυνεισελθεῖν ἐφ' οὕτως ἀγεννῆ πράγματα καὶ ταπεινὰ εἰσιόντι. Sed nihil in his simile praeter personificationem libertatis.

396. Minus concinne libri: quam. Cf. 360.

398. perbiteres. Cf. Capt. 611 Pseud. 247, et de usu imperfecti pro plusquamperfecto subiunct. Aul 696.

406 sq. Vid. de forma loquendi Amph 363.

413. Libri inconcinne: Q. q. T. quondam a. e. e. T. Tò quondam est de glossa.

419. Dum — ausculto. Cf. Amph. 503.

423. Libri vett. corrupte: Das easque res ag. c., Da eas quae res ag. c. Iunt. et Ald.: Da quas res tecum in navi agebam commodum, unde faciebat Acidalius Divv. in Plaut. pag. 438:

Ch. Eas quidem res tecum agebam commodum.

,,Nam," inquit, ,,illud in navi aperte sensus aversatur et glossematis convincit. Ipse autem hic est: quod tu me in crucem ire iubes, eam quidem rem iamiam commodum uterque agebamus, cum naufragi in alto iactaremur, directi in omnium maximam malam crucem." Et eas res pro eam rem de industria posuisse censet Plautum eo consilio, ut τὸ Eas simul pro verbo, proprie quod dicitur, haberi posset, intelligique ex superioribus Eas in maximam malam crucem; quo de genere ambiguorum multus est ad Poen. 437. Equidem in scriptura codicum veterrimorum Das eas agnoscere mihi videbar Deliras, et eam interceptum arbitrabar ab huius verbi syllaba postrema, quidem vero scriptum per compendium itaque facile cum que permutatum. De sententia loci sto ab Acidalio.

432. postquam. Sic Mss. et edd. principes. Frustra fecerunt posteaquam, dum non vident, τὸ te sub ictu positum haud elidi (qua de re cf. Amph. 149), neque versum ullo modo periclitari.

433. Libri inepte atque inconcinne:

Ne thermopolium quidem ullum instruit.

Ne et Nae similiter scribuntur in codicibus. Thermopolium nullum est thermopolium nullius pretii, quomodo dicitur nullum argumentum, nulla res apud Ciceronem, Terentium, alios, et apud Graecos μηδεὶς, μηδὲν pro homine vel re nihili.

437. Edd. nullo numero:

Vtinam fortuna nunc anatina uterer.

Iunt. Ald.: V. f. n. ego a. u.

441. Vulgo versu μείζω:

Iure optimo me lavisse arbitror.

Angelius et Aldus pro arbitrio reposuerunt Sed nunc iure etc., quos nollem secutum esse eruditissimum virum, Reizium. Nos mō (h. e. modo, sicut supra 423 in re simili: commodum) ab antecedente syllaba raptum arbitramur. Quod vocabulum posteriorem o literam porrectam habet, sicut saepius, praesertim apud priscos. Cf. Amph. 475.

442. Inconcinne legitur: La. Qui? Char. Quia auderem etc. Cf. Mil. 1126.

445. Item inconcinne codd.: Illic esse etc. Cf. Amph. 596.

446. divitias τρισυλλάβως pronuntiandum metri gratia. Cf. ibid. prol. 90.

448. Soloece libri (postulabas, te) devoraturum.

455. Vulgo:

Vel consociare mihi quidem tecum licet.

Sed quid tandem consociare se posse dicit cum altero Charmides? Legendum Vae consociare etc. Asin. 288:

Li. Vae tibid! Le. Hoc testamento Servitus legat tibi,

ad quem locum vide, sis, quae annotamus.

459. acceperam. Cf. prol. 81.

463. Quid i literam elidit. Vid. supra 363, infra 530, 555.

465. vero. Sic vett. edd. Mss.: nunc, non.

467. Liquescere videtur τὸ e in Obsecro. Cf 463. Reizius priorem syllabam verbi istaec corripi arbitrabatur, quod durius, praesertim in medio versu. Sed omnino omnia ista, quae de correptis apud Comicos latinos syllabis verborum longis disputat, harum rerum auctor Reizio, Bentleius Schediasm. de mettr. Terentt. cap. 8, nobis minus probantur, cum longe verisimilius sit, vocales breves elidi, id quod saepe factum constat in lingua Latii, quam corripi haec et similia vocabula syllabasque Hinc, Hanc, Huic, -bent in habent, est- in Estne, -ni in Nemini, o- in Ostium, Nem- in Nempe, An- in Antipho, cuius rei opinionem multis attulit Anglus elegantissimus, a nobis l. l. aliquantum, nisi fallit animus, minutam.

469. Sce. Nempe. Cf. Asin. 770.

470. II. e. Vel utramvis ego amare possim etc. Vid. ad Amph. 378.

471. Vulgo hiante versu: — molestus es: vise etc.

482. Soloece legitur: exarescunt. Vett. edd.: exarescant; Mss.: exarescent, quod exquisitius. Cf. Amph. 833 Curc. 582.

483. Inconcinne codd.: ni. Correxit Reizius.

485. nīsi. Vid. Amph. 124. Frustra Reizius: — credam, non accepto p.

488. Iamne abis? Cf. Poen. 547.

491. Soloece libri: sententiam. Verbis animi sententiae personam homo περιφράζει, velut sententiam Catonis pro Catone dixit Horatius Sermm. 1, 2, 32.

496. quid agit. Vidd. Amph. 235, 851. Frustra sunt, qui reponunt q. agat.

497 sqq. Similia sunt Merc. 221 sqq.
ludos faciunt hominibus. Cf. Most. 416.

499. Τὸ quidem pro monosyllabo est. Cf. supra 363.

505. Videbatur τὸ i elidit Vid. ibidem. Nec tamen male Reizius: Videtur, sicut 511, nisi quod sequens darem τῷ Videbatur magis congruit.

508. Inconcinne libri:

Natas ex Philomela atque ex Progne esse hirundines,

nec multo melius Reizius: N. e. P. a. ex Procne ěsse h.

512. Vulgo item inconcinne: me. Reizius nimio conatu: Ibi tum ego etc.

517. Vulgo:

Sed quid hic in Veneris fano
Clamoris oritur? animus mirat,

quae in unum versum recte coniungunt edd. antiquissimae et Reizii, Lambino et Camerario male interpolantibus, ut iambi scilicet senarii effingerentur.

520. — pessumdate, Vindicate. Asyndeton, de quo cf. Capt. 336. Minus recte Reizius interpunxit: — pessum date. Vindicate, ne impiorum etc.

522. innocentum. Ita Mss. et vett. edd., merito probante Reizio. Vulgo minus concinne: innocentium, quod interpretis videtur.

524. vitam. Ita legendum coniecit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 439, cum vulgo legatur:

Facite hic lege potius liceat, quam vi, victo vivere,

quod libentius ferrem, si res Trachalionis ageretur, nec suppetias is ferri vellet pluribus, duabus meretricibus et sacerdoti. Scriptum forte geminata t litera vittā (h. e. vittam) pro vitā facile mutatum fuerit in victo. Vid. ad Most. 1080.

528. custodelam. Hanc Gruteri coniecturam bene in ordinem recepit Reizius. Inconcinne codd.: custodiam.

529. Bene item Reizius: pervenat pro perveniat, quod eodem nomine reprehendendum. Cf. Aul. 109.

530. Quid. Cf. supra 463.

532. Edd. inde a Camerario: Quid tumultues, quem soloecismum correxit Reizius. Cf. 541. Mss.: expedi multues,

expedi tues; edd. vett.: expedi, Et qui tu es primum. Tr. teque etc.

533. Codd. pravo numero: Hoc annó multúm futurum etc. Iam Multum non liquescit, quod venustum in voce gravissima. Vid. Amph. 341 Stich. 366.

540. Vulgo invitis libris vett.: Et tibi esse eventuram etc. Τὸ eventuram item non eliditur; vel reponendum est hoc annod. Cf. Amph. prol. 149.

542. optavi. Inconcinne libri: exoptavi. Correxit Reizius.

545. Duae monosyllabum. Vid. Amph. prol. 90.

551 sqq. Vulgo prorsus inconcinne:

Veneris signum sunt amplexae, nunc * * *
(nulla hic lacuna in Mss. Camerarr.)
Eas deripere volt. eas (hoc eas non comparet in Iunt. Ald.) ambas esse oportet * * *
(Hic quoque nihil deesse visum in V. C., verum in Decurtato. Sed vide supra pag. 220 infima.)
Dae. Quis istic (vett. edd. Quis hic, quod fuisse primitus videtur: Qui istic. Certe hoc metro convenit.) est, qui deos tam parvipendit?
Tr. Fraudis, sceleris, parricidii, periurii plenus,
Legirupa etc.

Lacunas dum hic somniat Camerarius, quae nullae sunt, temerariis locum vexavit coniecturis, addi iubens primo horum versuum vir sceleratissimus, vel vir audacissimus (unde Reizius: homo audacissimus); secundo liberas; tertio eloquere, obsecro (quod utrumque recepit Reizius); quarto autem τὸ plenus mutans in plenissimus, ubi audacius etiam Reizius:

Fraudis, sceleris, parricidi plenus, periurissimus.

Vana haec esse omnia, vel coeco apparere credo, cum sententiis ad integritatem nihil desit, modo recte condantur orationes, versus autem disiectos in numeros suos restituere facile sit negotium. Versu 552 Daemones, usurpato ἀποσιωπήσει valde apta ad exprimendam hominis iram, convicium lenone dignum non reperientis: Esse oportet . . . . prae quibus verbis frigent, quaecunque addant interpolatores. Cf. Terentii Eun. 741. Nihil de me addidi praeter que illud sequente versu, quod metro plane necessarium est.

555. Quid. Cf. supra 463.

557. Minus usitate libri: Qui sac. s. f. interpresserit. Cf. Aul. 388.

560. autem. Sic reponendum esse secundum edd. primas, non fugit Reizium. V. C.: haut; Decurt. et edd. sequiores: aut.

565. Inconcinne legitur: Sed ecce ipsae huc etc. Itidem correxit Reizius.

568—573. Locus lacer, quem maximam quidem partem prorsus non tangere quam vanis coniecturis explere malui-

mus. Versu 568 Mss.: cuia est, Iunt. Ald.: nec quoia est; unde fecimus: Nec via est. Sequentibus duobus fideliter expressa est veterum codicum scriptura. Versibus autem 571—573 facillimas et sententiae pariter ac metro congruentes Camerarii emendationes recepimus, sed diductioribus literis indicatas. In superioribus idem vir doctus, cuius vulgo vestigia premunt: Nec ulla specula est, quae salutem a.: Nec scimus quam in partem etc. Maximo miserae in metu etc. Sed nihil attinuit, negotiosum esse in re aliena.

575. suas. Ita vett. edd. H. e. sacerdotis, quae in eius sunt tutela, sicut usurpari solet Suus. Putide vulgatae: sua.

576. Codd. ἀμέτρως:

Sed nunc sese ut ferunt res fortunaeque nostrae.

Emendavit Reizius.

579 sq. Vid. de his metris supra pag. 53 et ad Aul. 92 sqq. Quibus non perspectis frustra hic novis rebus studuit Reizius. Minus concinne autem legitur: quis est, qui vocat?

583. Me vide! Cf. Mil. 376.

585. Clausula. Vid. ad Amph. 81.

588—590. Haec quoque, lacunosa ipsi visa, partim Angelium secutus et scutigerulum eius Aldum, ita explevit Camerarius, dux ille gregis:

Certum est moriri, quam hunc pati grassari in me lenonem.

(Puella ἀποσιωπήσει verecunda: C. e. moriri [potius: vid. Parei lexic. Plaut. Mantiss., ubi de Ellipsibus agit v. Potius], quam hunc pati lenonem in me . . . . . Intellige: moliri impudica, debacchari in me furore lenonio ita, ut populo me prostituat. Raro aposiopeses, praesertim in Comicis, ceperunt editores. Cf. Terentii Andr. 92, 437 Eun. 338, 354, 741 Ad. 108 Hec. 708, L. Hotibii Lectiones Aristoph. pag. 80. Ceterum istud grassari iam habetur in Iunt. et Ald.; id quod nescivere Taubm. et Par.)

Sed muliebri animo sum tamen: miserae ubi venit in mentem

(est tantum excidisse arbitror, cuius compendium ē a praecedente mentē intercipi proclive fuit. De forma loquendi cf. Amph. 545 Cas. 368.)

Mihi mortis metus membra occupat edepol. Tra. etsi hoc acerbum,

Bonum etc.

591. Vulgo: invenitur. Sequor Iunt. et Ald. Reizius secundum Acidalium Divv. in Plaut. pag. 439: — unde animus mihi? Th. invenietur. Sed nihil opus. Ceterum Mss. et edd. primae depravate: unde mus mihi inv.

593. Manu scriptis abest verbum plus, sed comparet in editionibus, et requiritur a versu, ut bene monet Taubmannus.

594. amplexae (sumus) —— abreptae (sumus). Cf. Amph. 163.

596. Vulgo versu manco:

Vobis pro castris: moenia hinc ego defensabo.

Mss. et edd. primae: V. p. c.: m. h. ego vos def. Τὸ vos omissum a correctoribus, ex quo continue scribi coepit illa moenia — defensabo. Recte, me iudice, Acidalius Divv. in Plaut. pag. 439.: — moenia hunc, ego vos defensabo. „Aram," inquit, „pro castris, se pro moenibus futurum ait." Hunc, i. e. me δεικτικῶς. Vid. Capt. 84. Reizius edidit: V. p. c.: moenia haec: hinc ego v. d.

598. Venŭs. Cf. Amph. 1, infra 603.

600. custodelam. Sic edd. aliquot principes, in his Mediol. anni 1500, quod metro magis congruit quam vulgatum custodiam, sentiente etiam Grutero. Vid. 528 et ad Amph. 555.

602. Vt ulciscare. Ita versum ἀκέφαλον restituit Camerarius: nam Mss. et edd. principes hoc tantummodo habent: are. Angelius et Aldus miro prolubio: — parvi et ausi sunt violare nos, Vt hanc tua pace aram amplexae miserae ambae sumus, Opera Neptuni eiectos, perditos hostes habeas, neve etc.

603. Mss. et edd. antiquae: autae ambae etc. Camerarius metro pessumdato: Patiare quae elautae etc.; nec probandus Reizius, qui delevit ambae.

sumŭs. Cf. supra 598.

604. Sic interpolavit, obtemperante vulgo editorum, Camerarius: Ne invisas habeas ets., sententia quidem minus concinna.

605 Inculcavit Camerarius tu inter lautum et arbitrare (nam sic vulgo legitur, sed in edit. Reiz. recte: arbitrere,) metri haud dubie sarciendi causa, dum non animadvertit, τὸ lautum ἀνεκθλίπτως pronuntiandum esse, quam figuram prosodiacam illustravi Amph. 341.

Caesuram huius versus in pede quinto ne mireris, faciunt similium exempla non ita rara apud Aristophanem et Hunc ipsum Asin. 482, 697 Mil. 402, 1202, 1206, 1233 Most. 214 Pers. 45, 293 Poen. 1087 etc.; quae caesura frequentior etiam in eiusmodi iambicis acatalecticis, ut videre licet Amph. 911, 913—922, Asin. 806—809, 812—815, 820, 824 etc.; nec desunt in utroque genere versus vel incisi quarto pede, sicut Asin. 709 Mil. 1231, vel omni caesura legitima carentes, qualis est Poen. 1085.

606. Libri: A. has petere int. Frustra Camerarius et alii: Aequom hasce pet. int.

607. Vulgo inconcinne: metus has id ut fac. s. Τὸ ut a glossatore est profectum.

613. Ita haec leguntur et distinguuntur:

— — — — — — — prope.

DAE. Tune legirupionem hic nobis cum dis facere postulas?

Aliquanto melius Reizius: — prope. DAE. Tun' leg. h. nobiscum d. f. p.? In Mss. et vett. edd. Lorario haec continuantur legiturque in edd.: prope Hunc leg., unde recte, nisi fallor, Acidalius Divv. in Plaut. 440: — prope Legirupionem hunc. Idem pronomen Tun' inculcavit, cui offecisse arbitror hunc antecedens. Est autem versui plane necessarium.

616 sqq. Verba Ergo dato et arbitrum bene addita a Camerario.

619. Neu. Ita Mss. et vett. edd., quod ferendum, si τὸ aequom non elidatur, qua de re cf. supra 605. Frustra editores: Nive te etc.

622. Tĕ. Cf. Amph. 149.

628. Non licet: ita. Haec ex veteri, ut ait, quodam codice addidit Lambinus, sicut legendum, sed omisso ita, coniecerat Turnebus Adverss. 21, 12.

629. Nihil est. Recte haec allevit Camerarius.

630. huic: mihi. Cf. supra 596. Ridicule autem se dicit aridum, cum udus totus sit: nam iungenda huic et arido, non arido et argento, quod perperam placuit viris doctis.

632. Det. Recte sic reposuisse puto Dissaldaeum, cum vulgo legatur ineptissime Do tibi arg. Alii: Dem tibi arg.? Eho, tibi arg.? Dea tibi arg.?

633. Libri praeter usum: pausillulum. Correxit Reizius.

635. Inconcinne legitur: — vobis, si ne ei c. e. Correxit idem.

636. Frustra repetito vos pronomine libri: Q. m. i., i. ego vos virgis c. Male τὸ item omisit Reizius.

637. Vĭ. Cf. 622.

642. ingenuis parentibus. Camerarii haec coniectura, minime spernenda. V. C.: Athenis in e tibus; Decurt.: Ath. sine tibus. Edd. primae: Ath. sine testibus; Brix. Iunt. Ald.: Ath. sincerissumis testibus.

647. Vulgo inconcinne:

— — — — — — — — filia

Mea, cum ego hanc video, mearum etc.

Reponi potuisset, usurpato proceleusmatico: Mea, cum hanc video ego, mearum etc., nisi verisimilius esset, τὸ Mea inculcatum esse a glossatore. Reizius;

— — tuas, senĕx. DAE. O mea filia,

Quom ego hanc video etc.

648. Haec ad colloquentes secum Daemones, ut non sit, quod rescribatur periisti secundum Reizium. Soloece autem esset legitur pro est, quod recte, aliis auctoribus, dedit idem vir doctissimus.

650. Libri inconcinne:

Quid mea refert, hae Athenis natae, an Thebis sient.

Tò mea ablativum esse in hac formula, non accusativum, intellexere Taubmannus et Pareus. Cf. Merc. 444.

haec. Sic reponendo homoeoteleuton vitavimus. Saepissime autem antiqua haec forma in libris est obliterata, de qua cf. Epid. 207.

654. Vulgo inconcinne: Nam huic alt. etc. Reizius: Namque huic a. Cf. Amph. 128. — Alterae. Vid. ad Mil. 356.

656. Edd. inepte et inconcinne:

La. Tuae istae sunt? Tr. contende ergo, uter sit tergo verior;

inepte, quia Trachalionis filiae esse non possunt mulieres, quarum altera ingenuis nata parentibus supra dicta est 642. Reposui: Tua sunt istaec (convicia, quale est inpuratissumus), tibi conveniunt, non mihi; vel Haec more tuo facis, ut aliis maledicas, de qua interpretatione vid. Pers. 485. Sed altera potior videtur.

Reliqua huius versus explicanda sunt per synchysin, de qua monui ad Amph. 378. Verbo refutatus a lenone servus, ut mendacem ostendat accusatorem suum: Contende igitur, inquit, (non verbis, sed) tergo, uter nostrum sit verior; fac inspiciamus tuum tergum, et ego meum ostendam, ut sciamus, utrius habeat melius, meum an tuum. Si tuum erit sincerum: tum ego ero mendacissimus; si meum: tum recte tu ipse pro mendace habeberis, qui falso me istis verbis (Tua sunt istaec) insimularis esse impuratum.

Ceterum libri vett. non verior, sed veri vel utri. Sequimur cum aliis Camerarium.

657. Nisi. Cf. Amph. 124. Inconcinne codd.: Ni. Reizius: Ni tu offerumentis etc.

662. Ita haec scribi volui: Q. c. est, quin virgis — te usque a. s. s.? Ioco inexspectato servus, si mendax deprehendatur, nihil se causaturum dicit, quin — leno probe deverberetur.

666 sq. Iocus servilis Trachalionem magis decet.

669. Cf Capt. 519 et ibi quae annotat Lambinus.

670. quaeritatum. Cf. Amph. 116, 341.

671. humanum. Intell. sacrificium, de quo Festus. Frustra hic turbatur.

672. Id volo. Minus recte Daemoni haec tribuuntur in codicibus.

677. Scin' quid? Cf. Cas. 374.

678. dūm. Vid. ad Amph. 149.

680. occentassit. Sic Douza fil., cum Lambinus reperisset in suis libris: occentarit, h. e. convicium fecerit. Quod merito placuit Grutero. Cf. 706, 712—716, 730. Vulgo: occeptassit; sed quo sensu dicatur Occeptare attingere aliquem, non intelligo.

681. abbitat (nam sic potius nunc legam). Cf. Capt. 611.

682. magnūm. Cf. Amph. 116.

686. ted. Ita edd. quaedam vett., in his Mediol. anni

1500; quod recte probavit Reizius. Ceteri libri inconcinne: te.

698. Item inconcinne legitur:

Minacias ego istas flocci non facio tuas.

Reizius iusto audacius: Minas ego etc. Potest et τὸ ego ferri, sed inter flocci et facio inculcatum. Quanquam temere addi solent pronomina, ut monui Asin. 843.

700. Sed scin', quomodo? Cf. Amph. 200.

701. Libri versu μειουρῳ:

I dum, Turbalio, curriculo affer etc.

Camerarius: I d., T., atque curr. a. huc; Reizius; I d. T. curr. affer huc domo. Saepe miscentur imperativorum tempora, et compendium τȣ mihi facile interciderit.

704. scelestus: infelix. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

715. quampiam. Ita vett. edd. Mss.: quempiam, quod inusitatum in feminis. Nam Palaestram tantum et Ampeliscam intelligi, ex sequentibus apparet.

718. Vulgo: E. amplectitote crura fustibus. Sed amplectere fustibus aliquid nemo potest, pectere sive ampectere potest, quomodo apud Hunc legitur Pecti fuste, Pectere pugnis, et apud Terentium Depexum, de quibus vid. Pareus lexic. Plaut. v. Pectere pugnis. Plane igitur assentior Acidalio, legendum esse h. l. ampectito timide coniicienti Divv. in Plaut. pag. 442. Frequentasse eiusmodi composita priscos, ex Festo inprimis colligas.

720. cŭm. Cf. 678.

724. Herculi. Cf. Ba. 894.

725. Ita. Vid. ad Capt. 393 sqq. Cf. 727. Male sic distinguitur: — fuit. Ita etc.

731. Inconcinne libri: Vt potest, ignavi etc. Vt potis est, ut fieri potest, ut ignavi recte moneant, ita hi quidem id faciunt. Qui sensus iam clarus et commodus, ut mirer cupidos hic novarum rerum.

735. Minus concinne legitur: hem. Iunt. Ald.: hehem, de quo cf. Asin. 24.

736. Vulgo:

Quaeso hercle, abire ut liceat. Lo. abeas, si velis.

Sed recte Acidalius l. l. ad 718: „Non," inquit, „mihi leno videtur abire voluisse, cui certum erat obsidione usque eas (mulieres) vincere." Cf. 740. Reponit igitur Q. h. adire u. l. Lo. adeas, si v., quod merito suo in ordinem recepit Reizius, neque ego repudiandum duxi. — Bene hercle factum etc. Cf. Capt. 776.

738. Vulgo nullis numeris:

Non. (vel,) accedam potius. Lo. illic astato illico.

Nec iuvat Acidalius reponens: Nunc, accedam? Lo. potius illic tu asta ilico. Reizii vero audacior est correctio: Accedam propius. Lo. illic etc. Primum adire mulieres suas cupit Labrax. Quod cum non permittitur (nam dictis istis Bene — gratiam adeuntem illas vibratis servorum clavis perterrefactum hominem fuisse liquet), iam de altero eum remedio miseriarum, abitu, cogitare consentaneum est. Et

providerat hoc senex supra 717 sq. Ipsa igitur sententia monente reposuimus: Nunc potius abscedam.

741. vi, violentia. Cf. Capt. 336.

744. Lege: fustem. Σφάλμα hoc typographicum.

749. profectus ire. Cf. Parei lexic. Plaut. h. v. Acidalius Divv. in Plaut. pag. 443: „Mutant quidam (Douza Centur. pagg. 497 sq.) ires. Male. Nec enim attendunt satis vim verbi proficisci, quod est non ire proprie, sed eundi facere initium, se commovere primum ad iter." Profectus: h. e. profectus es. Cf. Amph. 168. Ire: ad eundum. Cf. supra 12.

754. Salutem nil moror. Ita Mss. et vett. edd., nisi quod nihil ibi legitur, quod metri causa contrahendum in μονοσύλλαβον, ut passim. Moror posteriorem syllabam producit, quod nescientes Angelius et Aldus infersere tuam ante opta; alii transposuere: Nihil salutem moror. Cf. Amph prol 38.

758. Libri ambiguo non ferendo: in urbem. Arcessi iubet Pleusidippus servos alios, quos ante secum adduxerat ad portum, non autem invento lenone domum remiserat, quem nunc in ius parat rapere: ut si sequi nolit, clavis et fustibus eo adigatur. Vicina portus fanum Veneris et aedes Daemonis senis. Frustra haec mutantur.

761. scelestŭm — rapiăm —. Vid. Amph. 341. Reizius praeter necessitatem: E. h. s. rap. iam in ius ex.

763. Quia. Vulgo Quin; sed edd. aliquot primae, velut Mediol. anni 1500: Qui. Bis perscribere literas easdem haud soliti librarii pro Quiaarrhabonem exararunt Quiarrhabonem. De forma loquendi cf. Aul. 388. Minus recte alii Quine vel Quin' arrhab.

764. avexti. Vulgo: abduxisti. Sed recte Acidalius Divv. in Plaut. pag. 444: „Est," inquit, „qui elidit abduxti. Non improbo; sed aio aliud eadem forma verbum ibi fuisse, avexti. Eo enim respondet non avexi, in eademque persistit deinde semper."

774. melius est. Cf. supra 373.

781. Mss. et edd. primae, item Pareana, vitato homoeoteleuto: dum ego huc redeo; quod sero animadvertisse piget. Transposuere verba, qui vel nescirent, τὸ dum sub ictu positum non elidi, vel re - syllabam in redeo corripiendam esse perperam arbitrarentur. Cf. Amph. 149 Asin. 375.

782. recipis. Vid. Merc. 487.

787. Isti capiti. Tibi: ut promiscue usurpantur pronomina Hic et Iste. Cf. Cas. 592.

790. Libri inconcinne: Nam in columb. Vid. ad Ba. 897.

894. Mss. et edd. primae: me hodie; recte quidem. Τὸ me non liquescere nescierunt, qui verba haec transponenda sibi existimaverunt. Cf. 781. Hoc quoque sero intellexi.

797. Sed. Cf. Amph. prol. 74, infra 806.

801. Edd. Mediol. anni 1500 et Iunt.: sapuisset, numero deteriore. Vid. supra ad prol. 45.

802. danit. Mss. inconcinne; dat, h. e. mihi rete ludos dat, seu facit. Edd.: facit, quod videtur esse glossatoris.

Vulgo quoque retia; sed Priscianus lib. 7. pag. 759 Putsch.: „Quod (Verbum Rete) etiam feminino genere protulit secundum primam declinationem idem (Plautus) in Rudente:

Pol magis sapisset, si dormivisset domi:
Nam nunc et operam ludos facit et retiam.

Hanc lectionem vulgatae cur praetulerim, vid. Men. 754 Most. 456.

806. Sed. Cf. supra 797.

807. Bentleius ad Terentii Heaut. 20: „Lege," inquit, „certissime:

Iam meas opplebit auris sua loquentia.

ut illud Sallustii: satis loquentiae, sapientiae parum." Quam coniecturam consensu approbavit suo Reizius. Sed ea carere possumus, modo verba transponantur, quae vulgo sic habent: Iam meas opplebit aures sua vaniloquentia.

810. Inconcinne libri: me. Correxit Reizius.

811. rēducem. Cf. supra 781. Non opus scribi redducem.

814. Versum hunc esse anapaesticum, intellexit Reizius; sed in duos eum divisit eiusmodi dimetros, cum rectius una sententia uno versu comprehendi videatur. Vulgo autem hic versus τῷ mihi terminatur, et verba Lepide evenit ad sequentem referuntur.

815. Vulgo:

Lepide evenit: neque piscium ullam unciam hodie
Pondo cepi, nisi hoc quod fero hic in rete.

Reizius recte haec digessit, sed male omisit hoc, ut duo scilicet anapaesti effingerentur dimetri, quibus quidem peiores haud novit Graecia, nec Latium. Vid. ad Amph. 422.

818. praeposivi. Bene hoc reposuit Reizius, cuius vulgo obtinet glossema inconcinnum praeposui.

820 sq. Inepte libri: (experiri expetivi,) Paupertatem heri qui et meam sententiam tolerarem. Hac lectione offensi viri docti legendum coniecere meam servitutem, meam servientiam, heri ex mea sententia. Sed reponendum erat: sententiā, h. e. sapientia seu prudentia. Cicero De Senect. cap. 6: Non viribus res magnae geruntur, sed sententia.

821. tolerarem. Vid. Amph. 116. — fui pro monosyllabo, sicut infra 826. Cf. ibid. prol. 74.

823 sq. Monui de hoc metri genere ad Cas. 703—707. Hac autem ratione inita, ne unum quidem verbum transponendum est, quo redacti sunt Reizius in editione sua fabulae et G. Hermannus in libro de Mettr. pag. 124. Temperi habetur in manu scriptis, quod ut metro conveniat,

altero e extrito pronuntiandum est, qua de re cf. Amph. prol. 74. Frustra Reizius fecit tempore. — Vigila | ré decet etc. Vid. Asin. 159 Cist. 69. — Posteriore vesu τὸ suom pro monosyllabo est, ut saepe Meus, Tuus, Suus.

825 malo monosyllabum. Cf. Amph. modo l. l. Non igitur est, quod cum Reizio rescribas: — cúm malo et sine lucro quiescunt.

826. Nam. Cf. ibid. 149. De verbo fui vid. supra 821.

829. uti. Sic Reizius. Libri inconcinne: ut.

830. astu. Recte sic reposuit idem vir eruditus, cum ἀμέτρως legatur in codicibus astute. Saepe sic erratum: cf. Cas. 372.

832. demŭm. Vid. Amph. 116, 341. Male edd. Mediol. anni 1500 Iunt. Ald. Camer. Reiz.: Iam ubi liber ero (τὸ ero non comparet in Iunt.) igitur (tum inserit Reizius, sicut legitur Most. 668 et alibi) domum et reliqua. Bene Taubmannus: ,,Qui domum legunt, non advertunt putidam ταυτολογίαν: nam sequitur aedes."

833. ad. Ita Reizius. Concinnius hoc vulgato apud.

835. Inconcinne libri: circumvectabor. Vectito in usu fuit testibus Gellio N. A. 9, 6 Arnobio 5 et Velio Longo De Orthograph. pag. 2246 Putsch. Quidni admittamus compositum Circumvectito? Reizio placuit: Oppidaque circumvectabor. Sed copulas addere est librariorum, non omittere, ut monui Pseud. 171. Cf. etiam Capt. 336.

838 vidulum prius u elidit. Cf. Amph. prol. 74.

839. Tò Sed item liquescente vocali pronuntiandum est. Vid. ibid. — cŭm. Cf supra 826.

841. Inconcinne libri: At pol ego te adiuvabo. Reizius alterum pronomen expunxit. Legitur quoque: nam bonis quod etc. Sed τὸ nam additum a glossatore metro arguitur.

843. Tò vides i literam elidit. Cf. 838.

844 Retem. Fugitivum hoc Reizius retraxit ex vett. edd. et Prisciano pag. 759 Putsch. Vulgo metro corrupto: rete. Cf. 884.

846. Libri interpretatione inconcinna: quisquis es. Cf. Amph. 168. Reizius metris his non perspectis frustra turbat. Vid. supra pag. 52.

848. Vid. Amph. 422. Ceterum vulgo: — audies. Gr. quin post loquere quid vis. Sed Mss. et vett. edd.: — audies post. Gr. quin loq. q. v.

At pol quin, ut Amph. 540 Asin. 799.

850. Vulgo: Tr. vide num quispiam consequitur prope nos. Mss. et vett. edd.: vide nuspiam cons. prope nos (τὸ nos abest Iunt. Ald.). Intelligendum aliquis: cf. Asin. 433 et de metro 846.

851. Reizius metri, ut videtur, causa: E. e. q. mea id ref. Sed cf. supra 650.

853. dice. Sic reponendo versum sanavit Reizius; nam vulgo: dic.

854. Libri interpretatione, quam aegre ferat versus: si fidem modo das mihi te non fore infidum.

855. Vulgo: Gr. Do fidem tibi, fidus ero etc., quae simili vitio laborant. Reizius curis posterioribus haec in formam creticorum pentam. catalecticorum in disyllabum redigebat, ut legeretur:

Si fidem das modo, te mihi non fore infidum.

Gr. Do fidem, fidus esco tibi, quisquis es. Gr. audi. Sed eiusmodi versus cretici an usitati fuerint antiquitus, dubia est res, et sane praestat, recisis istis pronominibus, quae facile intelliguntur et temere addi solent, ut monui Asin. 843, verba Ecquid est — — infidum fore accipere pro creticis tetrametris, postrema vero Do fidem — Audi habere pro clausula cretica, qua transitus munitur ad versus trochaïcos, qui iam sequuntur.

856 sqq. Hos versus, in quibus anapaestos dimetros agnoscere sibi videbatur Reizius, revera esse trochaïcos tetram., vidit G. Hermannus De mettr. pag. 129.

860. Inconcinne libri et corrupte:

— quid inde aequum est dari mihi? dimidium (vel: dari mihi dim.? ut Camer.)

Volo ut dicas. Gr. imo hercle etiam amplius: nam etc.

Τὸ dimidium est de glossa.

862. Item inconcinne libri: Namque hoc attinet omne ad te.

863. Vulgo: V. i., cuius ille est, novi etc. Sed Mss.: V. i., cuius nest, n., neque vett. edd. habent ille.

865. est. Cf. Amph. 235, 851.

868. potius. Intellig.: quam alius. Vett. edd. divise: ne tu te sp p. Reizius: ne tu te speres ocius, et ita trochaïcum quidem effinxit tetram. cat.; sed eo nihil opus, cum mutare soleant, praesertim in hoc Comico, cum affectibus metra, ut monui Curc. 96 sq.

869 sq. Vulgo:

— Gr. dominus huic nemo, ne frustra sis,

Nisi ego, nemo natu'st, hunc qui c. i. v. m.

Prior horum versuum prorsus inconcinnus est, nec probanda traiectio verborum, quae Reizio placuit, haec:

— dominus huic, ne frustra sis,

Nisi ego, nemo natust, hunc etc.

siquidem Frustra pro spondeo semper est apud antiquos. Cf. Men. 599. V. C. ne frustra ses; Decurt.: ne frustrasses.

875. Edd. inconcinne: — certo'st omnibus. Tr. ass. Iunt. Ald. Reiz.: certost (Reizius: certumst) omn. esse. Tr. ass.

884. retem. Cf. supra 844. V. C. de glossa: rete.

887. vídistí. Cf. Cist. 69.

893. Libri inconcinne: audivisti. Correxit Reizius.

895. Vulgo soloece atque inusitate: Vero rare. Pareus tanquam ex Mss.: Vero raro. Recte Reizius secundum Iunt. et Ald.: Verum raro.

899. Libri immisso glossemate ἀμέτρων:

Tu hercle, opinor, in vidulum te piscem convortes, nisi caves.

Vel legendum, extrito u priore in vidulum, qua de re cf. supra 838:

Tu hercle, opino, in vidulum te convortes piscem, nisi caves.

De forma Opino cf. Cas. 424. Sane hoc nunc praetulerim: nam Reizius ferri non potest, qui sic reposuit:

Tu hércle te, opinor, ìn vídulum piscém conv., n. c.

903. Libri inconcinne: Arb. Tr. ita enim vero? stultus es etc. Reizius: A. Tr. ita. Gr. enimvero etc.

906. At. Hoc praeferunt vett. edd. V. quoque C.: ad ego. Vulgo omittitur.

914. gubernatōr. Cf. Amph. prol. 38. Male Reizius: gub. ei ero.

915. Libri: Mitte rudentem etc., inconcinne quidem: nam prima syllaba in Rudens brevis est. Cf. supra 906, infra 951, et Parei lexic. Plaut. v. Amittere; de metro autem supra 823 sq.

919. Ast. Bene hoc reposuit Reizius pro inconcinno At vulgatarum.

922. Mane. Cf. 926, 1059, Amph. 600.

925. quia. Vid. ad Capt. 136.

927. tŭ. Vid. Amph. 149.

932. Luditur verbis Referre et Auferre.

939. suo. Cf. Pers. 55.

941. tetulit. Bene sic reposuit Reizius, Graecorum more, de quo vid. Amph. 255, 851. In libris vulgo conspicitur eius verbi interpretatio minus concinna tetulerit.

945. Tò volo probabiliter additum a Grutero: nam in scriptis quidem desideratur, et edd. antiquae fere exhibent: Cupio edepol, quanquam vobis quae voltis mulieres. Illud volo forte exaratum post quanquam a simili voce, quae sequitur, vobis, facile potuit intercipi, ut observat vir doctus.

De formula loquendi cf. Ba. 735 Most. 719.

946. med. Recte sic repositum metri causa. Libri: me. Ceterum cf. Asin. 842.

947. adduxe. Bene sic eadem de causa rescribi iussit Camerarius, quem meliores editorum recentiorum sunt secuti. Vid. Parei lexic. Plaut. in Mantiss. v. Syncope.

948. quăm. Cf. supra 927.

949 sq. Ad Daemonem abierant Palaestra et Ampelisca 782. Quas iam domo sua rursus educit senex, prosequentibus praesidii causa ad aram Veneris, quo confugere eas iubet, lorariis. Sed hos, tanquam inutiles se ipso praesente, domum remittit Daemones. Hic sensus loci, quem sensum non perspexisse miror Taubmannum et Pistorem.

952 sq. Vulgo:

GR. O here, salve! DAE. salve, Gripe. quid fit? TR. tuusne hic servos est?
GR. Haud pudet. TR. nihil ago tecum. GR. ergo abi hinc sis. TR quaeso responde, senex.

Horum versuum posterior plane inconcinnus est, neque audiendus Reizius, qui sic rescribendum existimavit, τῷ sis omisso, de quo vid. Aul. 64:

GR. Haud pudet. TR. nihil ágo tecum. GR. ergo abi hīnc. TR. quaéso respondé, senex.

Prius Salve non Gripo tribuendum est, sed Trachalioni, praefestinanti loqui pariter atque infra 960 sqq.; unde est quod iterum se salutare dicit Daemonem 955; Gripus vero, interpellatione hac offensus: Haud, inquit, pudet? Cui Trachalio, deceptum se sentiens a Gripo, quia herus eius est, quem ignotum arbitrum supra vocavit homo pessimus 945: Nihil ago tecum. Nam sic sane explicanda verba Haud pudet, quae nescio quo modo adhuc acceperint editores, cum a Lambino discesseris, qui certe interrogationem hanc esse sensit: nam absurdi quid sonat, si Gripum dicentem faciamus, se non pudere servitii apud Daemonem. Ceterum hic verbo Salve respondet Trachalioni salutanti; Gripo vero, a quo appellatus fuerat, τοῖς Quid fit? qua formula utuntur, qui aut familiares aut certe notos ex intervallo primum conveniunt, ut monui ad Terentii Andr. 259.

Quod superest, priore versu nomen Gripi delendum vidi metri gratia, quod nomen adscriptum esse ab interprete, non est dubium. Cf. Amph. 456.

958. Minus concinne libri: V. s. illic est.

961 Libri:

GR. Imo ego eloquar. TR. ego, opinor, rem facesso. GR. siquidem etc.

Gronovius: „Sic," inquit, „Mss. et sic distinguendum. Argumentum dicit; collectionem ex hoc argumento, ut cuivis obviam, relinquit audientibus: nimirum Ergo priorem loqui me oportet. Facessere rem, ut facessere negotium. Non igitur opus qui rem, non qui reum, non Ego opinor. R. f." Sed ut concedamus dici Facessere rem, sicut Facessere negotium, nullo tamen artificio persuadebit nobis vir doctus, Trachalionis tantum, accusatoris, esse rem seu causam agere, non etiam Gripi, rei; sed utriusque scilicet hoc commune est. Locum igitur non habent verba rem facesso, cumque hoc quidem redeat in oratione Gripi, dicta adversarii saepius repetentis, ut mos est stolidorum et infantium, non alio quam ibi sensu accipiendam vocem existimarim, sed reponendum: Ego, opinor Enim facesse. Enim eleganter principio ponitur sententiae, praesertim in responsione, ut notum vel ex Parei lexico Plautino; cuius verbi compendium quam facile primum in em, dein adhaerescente forte praegressa litera in rem mutari potuerit, non est quod multis probem.

963. Inconcinne libri: Vtin'. Cf. Epid. 538.

964. orationēm. Cf. Amph. 116, 541. Frustra Reizius: — orationem? TRA. en, ut neq. etc.

965. Ita, ut occepi dicere. Cf. de hac formula Curc. 43. Dum autem hunc et sequentem versum habent pro trochaïcis tetram. catal., quibus fere continetur scena, lacunas nullas varie suppleverunt viri docti; Lambinus additis versiculo priore verbis e fano Veneris; Acidalius, Lambino fidem faciens, reponendo:

Ita ut occoepi dicere, illum, quem tu dudum Veneris e
Fano lenonem extrusisti, hic eius eccillum vidulum,

quorum versuum priorem e praepositio admodum ineleganter terminat; denique Reizius, ita haec rescribendo:

— — — — illum quem tu e fano Venerio
Dudum lenonem extrusisti, hic eius vidulum ĕccillum habet.

Si nostra placebit distinctio, vox dudum non liquescet, τὸ vidulum vero eliso u priore efferendum erit, figuris prosodiacis ad Amph. 541 et ibid. prol. 74 illustratis.

969. Vulgo:

Quomodo habeas, illud refert, iurene a. i.

Sed Mss. et edd. primae: Q. h. id refert etc.

973. Vulgo: Quoad primarius vir dicat, comprime hunc etc. Sed Mss., teste Pareo, et edd. primae: Quod primarius etc. Lectione Quoad approbata, primarium virum Acidalius Divv. in Plaut. pag. 490 interpretatur accusatorem, ut cuius primae sint agendi partes in iure, quas Trachalio sibi vindicet; Boxhornius autem sic dici Trachalionem censet propterea, quod prior loqui occoepit. Longe melius Gronovius: „Neutram," inquit, „placet; sed aut servus ridiculum se praebet primarium se virum appellando, aut scribendum Quod pro Quoad. Rogat Gripus: Quid tu ais? Ille respondet: nihil absonum nec absurdum, neque indignum quovis vel primario viro, si par eum occasio deprehendisset: nempe, ut tu, Daemones, hunc comprimas, si tuus est." Scilicet recte verba, in quibus litigatur, accipit vir doctissimus, sed in eo aberrat cum ceteris, quod reliqua Comprime hunc, sis, si tuus est, cum his coniungenda esse in unam sententiam arbitratur. Dixerat Gripus contemtim: Quid (quas ineptias, quae mendacia) tu (servus nequam) ais (igitur)? Cui alter magnifice: Quod primarius vir dicat, verum, et minime absurdum.

976. Verbo illo: Daemonem non solere comprimere suos servos.

977. Vulgo soloece: TRA. Equidem neque ego partem etc. Mss. TRA. Equidem ego neque partem etc.

978. Libri metro aegre explicando:

Neque meum hodie esse unquam dixi. sed istic inest cistellula.

Mss.:

Mss.: isti; edd. Iunt. Ald.: cistula. Hos codd. secuti sumus. De forma Isti pro Istic vid. inprimis ad Mil. 288. Cf. infra 982, 1009, 1033.

980. Inconcinne legitur: aiebas, quod emendavit Reizius. Cf, Poen. 770.

982. Itidem inconcinne libri: Istic in ista cist. i., quae istic i. i. v.

984. Minus eleganter codd.: Si id dederit. Tò id ortum videtur ex vocibus vicinis.

990. ted. Sic bene Reizius. Vulgo hiante versu: te.

991. Tò eius monosyllabum. Cf. Aul. 243.

992. Hinc: ea de re. Minus recte libri: Hic.

nisi. Vid. Amph. 475.

995. Haec. Ita Mss., cuius glossema est, quod vulgo legitur, Hae. Cf. Epid. 207.

1000. Omnia primam syllabam brevem habet. Cf. Cas. 690. — hic, Daemones.

1001. Ineptissime libri: Atqui (vel Atque) nunc abs te stat etc., siquidem non stat a Gripo Daemones, sed re nondum decisa a neutro sentit. Tralatitius error in verbis Non et Nunc inter se permutandis, de quo dixi Asin. 84 Most. 358.

ibit. Mss.: ibi, semel, more suo, t literam ponentibus librariis, quae bis perscribenda esset. Edd. fere: tibi. Sed recte ibit reposuisse puto Douzam Centur. pagg 505 sq., quod etiam aliis, in his Taubmanno, placuit. Hinc, a me. Minus autem subtiliter, utpote in mero arbitro, testimonium pro iudicio dixit servus. Acidalio Divv. in Plaut. pag. 447 in mentem venit: A. nunc abs te st., v. h. c i b i t test., „quod," inquit, „ad senem aeque referendum, ut prius s t a t. E vidulo Daemones testimonium cibat seu ciebat."

1002. postulas. Cf. Amph. 255, 851. Minus recte recentiores: — expedi, quid postulas?

1004. Hasce ambas, u t dudum dixi, i t a esse oportet liberas. Notanda syntaxis rarior.

1006. Libri inusitato genere loquendi:

Quid ista ad vidulum pertinent, servae sint istae an liberae.

nec iuvat Reizius, reponens:

Quíd ista ad vidulúm pertineat, sérvae sint an líberae.

V. C.: Q. ita ad vid. pertinet, s. s. i. a. l., in quibus erat agnoscere id, quod dedi. Vox vidulum pronuntianda, ut supra 966.

1009. Inconcinne libri: istic. Cf. supra 978.

1013. Quid vocalem literam elidit metri gratia. Cf. Amph. prol. 74.

1017 sq. Vulgo:

— — — — Dae. si praeter hac

Verbum faxis hodie, ego tibi comminuam caput.

Posteriorem versum imperfectum sentiens Camerarius reposuit: Si praeter hac Vnum verbum faxis etc. Sed verisimi-

lius mihi videtur, τὸ verbum iterare oblitos esse librarios, ut rescribendum sit: Si praeter hoc verbum verbum faxis etc. Saepe similia similibus offecerunt.

1020. ob eam: pro ea. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

1024. tamen. Cf. Amph. 386, infra 1096, 1101.

1026. Prorsus inconcinne libri:

Ego tacebo: si iste loquitur, sine me pro re mea parte loqui.

Nihil verius emendatione Gronovii, quam in ordinem recepi cum Reizio, cum sic, monente Gronovio, pars orationis dicatur Asin. 496 sq. Causam erroris attulit vicinitas verborum partem et pro re per compendium scriptorum, ut scribi solent in codicibus (ptē et pre cum virgula in pede utriusque p literae); unde factum, ut forte bis exaratis τοῖς meam partem, nec deletis supervacaneis (sicut nihil inducere solere librarios monui Most. 60), primum, gliscente corruptione, perscriberetur: — sine mea parte mea parte loqui, mox: — sine mea pro re mea parte loqui, quomodo revera, sed per compendia dictorum vocabulorum, legitur in editionibus Sarracen. et Mediol., quas contuli, ex qua lectione nescio quis corrector fecit, quod nunc obtinet, — sine me pro re mea parte loqui.

1032. Libri versu imperfecto:

Eum esse dixit! Pa. faciam ego hanc rem planam tibi.

Emendatorem haec invenerunt I. Gulielmium l. l. ad Mil. 1005, quem etiam Reizius est secutus.

1033. isti. Inconcinne libri: istic. Vid. supra 978.

1034. Delebis commata quae vocantur post dicam et inerit.

1035. Nullum. Ita Mss. et vett. edd., ut Nullus pro Non usurpari solet. Frustra reponunt Nullus, quod inconcinnum, vel Nihilum.

1036. Vulgo metro duriore: V. t. istaec, quicquid illic inerit, vobis hab. Veteres libri fere praeferunt istic pro illic, discrimine aut levi aut nullo. Obtemperavi Taubmanno et Gronovio, nisi quod reposui illi metri gratia, de qua forma vid Amph. 596.

1037. Libri immisso glossemate: sed si erunt vera, tum etc. Repetendum dicam ex versu 1035. Cf. 1040. Male Reizius τὸ mea induxit.

1038. Vulgo versu μείουρῳ:

Ius merum oras, meo quidem animo. Tr. ac meo, hercle.

Camerarius, recte probantibus Lambino Acidalio et Reizio: „Suspicor," inquit, „personam interponi debere non Trachalionis, sed Gripi, ut ἐναντίωσις constet; ac si tale esset: Gr. at meo hercle iniuriam meram. Quid si ista etc."

1042. Inconcinne libri: ut, quicquid sit verum. Item correxit Camerarius.

1043. Male haec personis dividuntur in hunc modum: Gr. Hoc habet: solutum est: ah perii! video cistellam.

Daf. haeccine est? Non convenit in Gripum exsultantis illud Hoc habet, quod cum alibi passim legitur, tum Most. 694; convenit in Trachalionem, victo adversario sic insultantem. Cf. infra 1078 sq. Sed Gripi sunt sequentia: Est solutum, quibus iussum domini se exsecutum esse ostendit. Minus autem commode rursus eidem tribuuntur verba: Ah, perii! video cistellam! nam cistellam aliquam vidulo inesse, non amplius dubitat Gripus, ut inepti sit mirari eam, tanquam rem novam et inauditam. Imo Palaestra, conspecta ea, recte exclamat, gaudio elata: Ah, perii! video cistellam! Vid. ad Amph. 139. Unde Daemones: Haeccine est (quam dixisti tuam esse)? Et puella: Istaec est et reliqua.

1045. opesque spesque. Vid. ad Amph. 888.

1052. haud ted orat. Ita Reizius secundum libros vett., qui: haut te orat. Vulgo pravis numeris: haud orat te.

1057. sit. Bene sic idem vir doctissimus. Vulgo inconcinne: est. Haec mixta passim. Cf. Men. 666, 803.

1059. Mane. Vid. supra 922.

1060. quod. Ita codd. quidam vett., in his Mediol. anni 1500 Minus recte ceteri: quid, neque audiendus Scioppius Suspp. Lectt. 3, 7. Cf. 1063.

1062. Tò malam μονοσυλλάβως pronuntiandum. Cf. Amph. prol. 74.

1063. quod. Vulgo: quid. Vid. ad 1060.

1070. Inconcinne libri: Sucula. Gr. quin tu i d. cum sucula e. c. p., nisi quis prioris Sucula syllabam extremam produci dicat vi duarum consonarum sequentium, quod nolim; quanquam cf. monita Aul. 108—111. Longa autem est huius vocabuli prima syllaba, ut quod Suicula sit contractum, quomodo dicitur Apicula, Securicula. Illud est ab hoc versu ad sequentem aberravit, ubi vulgo legitur pravo numero: Et bulla aurea est, pater etc.

1077. Inepte libri: si potes. Quidni id possit Trachalio vel quisquis alius, cum non de magno onere agatur? Legendum si pote, h. e. si potest, si fieri potest, si otium tibi est. Vid. Aul. 341.

1080. Vulgo: exquirere. Cf. Epid. 681 Pers. 607.

1082. Libri metro nullo: E. i. o., quando op. promiscuam d. Bene Acidalius Divv. in Plaut. pag. 448:

Eamus intro omnes, quando omnes operam promiscam damus,

nisi quod reliquisse Nostrum arbitror E. i. omnes, omnes quando o. p. d., et bis ponendum omnes semel, more suo, perscripsisse librarios. Promiscam etiam V. C.

1083. dl. Cf. supra 927.

1087. Quia i literam elidit. Vid. supra ad 1062.

1093. Satin'. Cf. Amph. 474. Legitur autem minus usitate: Satin' si quoi homini dei esse et reliqua: nam in eiusmodi sententiis non dici solet Homo aliquis, sed Homo simpliciter, siquidem id idem τῷ Aliquis. Ob non intellectum verbi compendium exaratum quom pro quando frau-

di fuisse scribis arbitror, ut passim haec misceri monui Men. 879. Ceterum Reizius quoque: — di esse b. v. Altera forma minus ex usu Comicorum.

1095. Tò qui abest libris vett. Addidit Camerarius, neque inepte, quod et Reizius probavit. Iunt. Ald.: Ego quod hodie neque s. n. c.

spéraví. Cf. Asin. 143 Cist. 69.

1100. servom eius. Ita Mss. et vett. edd., τῷ servom non eliso, qua de re cf. Amph. 341. Frustra recentiores: eius servom.

1108. Tò quid liquescit. Cf. supra 1062.

1110. Libri versu ὑπερμέτρῳ: Vbi ubi erit, tamen iam investigabo etc. Reizius τὸ tamen expunxit. Quod tam scripsi pro eodem, vid. ad Ba. 1135 sqq.

1111. obtigit. Cf. supra 1002.

1112. Inconcinne codd.: Eum rogato, ut relinquat etc. Edd. aliquot bonae notae, in his Mediol. anni 1500: linquat. Sed malui sequi Reizium. Vicina vera rogita et rogato.

1116. Sed scin', quid est quod te volo? Cf. Cas. 374.

1118. Tò manu recte addidit Camerarius.

1135. pius. H. e. pius es. Cf. Amph. 168. Frustra alii piu's.

1136. ubi. Vid. Aul. 152.

1138. pascit. Bene sic reposuit, probante etiam Reizio, Rich. Thomsonus, cum vulgo legatur inusitate: poscit. Confert Thomsonus Martialis epigrr. 9, 80.

1140. Ille. Vid. ad Asin. 770.

1145. voster. Ita Iunt. Ald., quas edd. merito probat Acidalius. Vulgo satis inepte: noster.

1147. Vulgo: maleficiis, τῷ s sequentis verbi ad hoc adhaerescente. Emendavit, probante Reizio, I. Gulielmius Quaestt. in Rud. cap. 4.

1148. Vulgo:

Ego mihi cum lusi, nihil moror ullum lucrum.

Explicant secundum Acidalium: „Postquam mihi lusi, seu postquam mihi non modo non damno, sed et usui fuit hic vidulus, inventa filia, nullum praeterea lucrum inde quaero.“ Haec sententia quomodo e verbis eliciatur, equidem non perspicio. Quae verba si ad verum exigantur, Sibi ludere nihil aliud sonabit, quam suo seu commodo seu damno ludere. Verum sic ludere solemus omnes, ut putidum sit id inculcare tanquam rem, quae non per se intelligatur. Subabsurdum vero est, quod secundum hanc codicum scripturam dicit Daemones, se lucrum qualecunque contemnere in ludo; nisi id eum significare putes, se omnino omni ludo abstinere, qui ludatur in pecuniam: nam id quidem si fiat, sane lucrum quamvis parvum quaeritur. Sed utro haec modo accipiantur, aliena sunt ab hoc loco, ubi id agitur, abstinendum esse a maleficio et lucro turpi. Genuina igitur existimari non potest lectio vulgata, cui quod melius sufficiam, nihil habeo, quam id, quod excudi iussi:

Ego, nisi cum lusi, nil moror ullum lucrum.
Fugere se omne lucrum dicit Daemones, nisi si quando in ludo quaerat parvissimum, more virorum proborum et severorum, qualis ipse est. Vocabula nisi et mihi quam inter se permutari proclive sit, sciunt, qui antiquos codices versarunt.

morōr. Cf. Amph. prol. 38.

1154. Vulgo:

Dae. Abi intro, ne molestus, linguae tempera.
Interpretantur: ne molestus sis, sed inusitate, sicut monui Mil. 554 sq. Non autem sic loquuntur ambigui causa, quod saepissime vitari non posset, si liberum esset vel indicativum vel subiunctivum intelligere. Scriptum igitur Abi intro nē (h. e. nunc): molestus (es), ita degenerasse arbitror. Cf. Amph. 168.

1158 sqq. Sententia horum haec videtur esse, servos a servis facilius in maleficia pellici, quam liberos, liberaliter educatos.

illic. Gripus.

1168. Inconcinna codd. interpretatione: opinor. Cf. Cas. 424.

1173. Sume quidem, ne censionem semper facias. Recte haec accepisse censeo Gronovium, quem vide.

1183. ŏmnes. Cf. Cas. 690.

1190. tundor. Bene hoc reposuit Reizius, cum vulgo legatur tundat. Douzae filio placuerat tundar; sed neque hoc sententiae satis aptum.

1192. vidulum, eī dare. Ita Mss. τῷ vidulum non eliso, qua de re vidd. Amph. 116, 541. Sine causa haec transposuit Camerarius, quem vulgo sequuntur editores.

1197. quĭ. Cf. Amph. 149.

1200. robiginĕ. Cf. ibid. 1. Frustra Reizius: N. h. q. p. e robigine est, et non e ferro factum. — Tò quidem pro monosyllabo est. Vid. Amph. prol. 74. Cf. 1202.

1202. Inepte legitur: Nam quidem hoc Vere natum est verum etc. Libri vett.: N. q. h. uenatust. Quidquid obloquuntur, reponendum est N. hoc quidem venenatum est verum: ita in manibus consenescit. Venenatum: fascinatum, ut apud Ovidium. Per iocum vero fascinatum dicit propterea, quod tandem multum terendo et fricando consenuit, h. e., colore suo naturali, qui et senum est, apparuit, sive, ut accipi quidem vocabulum vult ab audientibus μεταφορικῶς, debilitatum corruit, tanquam senex, ut concidere solent venenati. Hoc ambiguum in verbo Consenescere quaesivit Plautus.

1207. Vulgo inconcinne: in mari elavi; neque audiendi Angelius et Aldus, nam addentes, itaque metrum corrumpentes iambicum tetrametrum, quod in fine vel baccheum vel amphibrachum habere habet. Mss. et edd. primae: in mari et alii (vel elui), h. e. in marid elavi, sicut passim depravatum esse d illud ephelcysticum monui Amph. prol. 149.

1210. periit. Recte sic Reizius. Libri omnino male: qui perit.

1211. Inepte libri atque inconcinne:

La. Quid refert, qui periit? Gr. tamen si non hoc, aliud fabulemur.

Non alind scilicet, sed rem ipsam, de qua unice cogitat, fabulari interest Gripi avidissimi. Quod quibusdam placet, in Iunt. et Ald. repertum: — periit? Gr. nihil, tamen etc. non proficit, neque sibi constant in hoc loco interpretes atque editores. Nunc cum non, aliud cum illud, saepe commutatum esse, observavimus Most. 535 Mil. 1335. Tamen in extremis sententiis elegans est: vid. Amph. 386. Circa nomina autem personarum subinde errari a librariis, monitum Amph. 456.

1213. Inconcinne codd.: octingenti. Cf. 1207.

1214. Itidem ἀμέτρως libri:

Praeterea centum denaria Philippea in pasceolo seorsus.

Mss.: P. centum mna Philippia in p. s., et similiter vett. codd.

1216. Codd. hiulce et imperfecto numero:

Di homines respiciunt. bene ego hinc praedatus ibo.

Frustra autem tentarunt Dii omnes hom. r. etc., Dii me hominesque r., Di me respiciunt et homines. Ter ponendum procul dubio τὸ Bene, de quo genere repetitionum patheticarum dixi Aul. 587 Curc. 274.

1219. Vulgo invitis Mss. et editionibus principibus, metro autem pessimo:

Praeterea sinus, epichysis, cantharus, gaulus, cyathusque.

Prior syllaba in Sinus producitur: cf. Curc. 81, 108.

1220. quidĕm. Cf. 1192.

1226. Minus usitate libri: frigidefactas. Mss.: frigefactas, ut Poen. 629. — Nunc, igitur: vid. Ba. 73.

1231. Male legitur continue: Quid istic necessum est etc. Neque hoc fugit Reizium. Vid. de formula Quid istic? Merc. 992.

1236. deiera. Sic Reizius. Libri corrupto numero: deiura. Cf. Asin. 416.

1237. sies. Inconcinne libri: sis. Frustra alii, in his Angelius et Aldus: Eodem ipso die etc., alii, inprimis Camerarius et Reizius: Eodem illo die etc.

1246. Codd. numero duriore:

Tum ego huic | , Gripó | dico, inquito et m. t.

De forma Huiic monui Amph. 128. Promiscue autem imperativorum tempora usurpari solent: vid. Pseud. 1071.

1250. Libri numero asperrimo atque ταυτολογικῶς:

Gr. Si fraú | dassís, | dicíto u | ti te in quaestu tuo

Venus eradicet caput atque aetatem tuam.

Istud te malae notae esse, iam aliis suboluit. Verbis Caput et Aetas personam describi, notum est. Cf. Parei lexic. Plaut.

his vv., nos Pseud. 109. Sed a simili voce, quae sequitur, interceptum est. Cf. Curc. 43.

1253. Vulgo: Et illum ego adversum si quid et reliqua. V. C. Illa egat vorsum —; Decurt. et edd. primae: Illa negat uorsum —; Iunt. Ald.: Illa neget uorsum —.

1255. Minus concinne libri: Tamen fiet etc. Cf. Ba. 1135 sqq.

1262. Verbi ubi prior vocalis liquescere videtur. Cf. Amph. prol. 74. — tŭ. Vid. ib. 116, 341. — hĭc. Vid. ibid. 136.

1265. Inconcinne legitur: O di immort. Correxit Reizius.

1270. mĕhercle. Cf. Amph. 341.

1274. Vulgo: — vero. Gr. heus tu, iamne habes vid.? Mss. et vett. edd. — iam habeas vid. Reizius: heus, iamne tŭ habes vid.

1275. Reddere. Vid. ad Poen. supposit. 44.

1278. Τὸ voluptati o literam elidit. Vid. Amph. pr. 74.

1282. Tun' meo pontifex periurio es? In his explicandis sto a Gronovio.

1284. Hunc. Ita Mss. Vulgo inconcinne: Istum, quod ut servarent, verba sibi transponenda Angelius aliique existimarunt.

1286. nive etiamdum etc. Praeter exspectationem se 25 annos natum dicit leno, ubi contraria ratio afferenda erat. Quod quibusdam placet: nive etiam dum haud siem etc., iocum penitus exstinguit, qui ad Gripi derisionem pertinet. Nam revera lenonem se negare 25 annos natum, nimis absurdum est. Cf supra 230.

1287. Τὸ cum non liquescit, qua de re cf. Amph. 341. Vel legendum: cum istoc. Cf. Pers. 571.

1288. Inepte libri: Iam ab isto auferre etc.: — nam quomodo auferre dicatur a Gripo Labrax, quod ille non amplius habet, sed hero tradidit, vidulum cum crepundiis et argento? Legendum vocibus divisis: Iam abis? te auferre etc. Vid. de hac formula Poen. 547.

1289. Inconcinna est vulgatarum lectio Promisisti, quam emendavit Reizius.

1293. mĕ. Cf. supra 1197.

1294. fuvi. Ἀμέιξως libri: fui.

1297. Nempe. Cf. Asin. 770. Ceterum haec interrogari dum non vident, male novaverunt, reponentes secundum Iunt. et Ald.: nempe pro tuo iure oras, qua lectione immissa omnis horum lepos et gratia perit. Argute enim leno: Nempe, inquit, pro meo iure hoc oras? h. e. An oras, ut haec res pro iure lenonio, i. e. fraude et malitia, agatur? Cui senex respondet, tale se ius nolle suo periculo expetere.

1302. Quod liquescit. Cf. supra 1278.

1304. Libri depravate: — agere, tibi mu. Varie suppleverunt: tibi mutuas; agere, tuam agis; tibi nunc commodas. Rectius, ni fallor, nos: — agere, tibi . . . . Additurum agis, h. e. tuam ipsius rem agis, interpellat iratus Daemones. Amph. 364:

Quoid ego hoc iam scipione . . . . Al. Ah noli! Iv. Muttito modo!

Et sic passim. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Mutire. Non autem insuavis gradatio minarum senis: Tacen', an non? — Mutti modo! — Vapulabis etc.

1306. Vel liquescit, sicut Quod supra 1302. Male priorem syllabam τῦ hercle elidi arbitrabatur Reizius, quod fieri nullo modo potest.

1308. Inconcinne et ambigue libri: Concede hoc tu leno. Correxit Reizius.

1313. Similiter Terentius Ad. 2, 2, 33: dividuum face. Ad quem locum Donatus: Hoc est divide. Figura μακρολογία etc. Vid. ibi etiam Lindenbrog.

Bene facis. Recte sic reposuit Reizius, qua de formula vid. Capt. 776. Minus usitate libri: Bene facias. Cf. 1316.

1314. Libera. Ita Camerarius et Pareus, tanquam ex Mss. Palatt., item vett. edd. Vulgo, nescio quo auctore: Liberta.

1315. Edd. quaedam vett., in his Mediol. anni 1500, quas sequitur Reizius: Gripum ego, nomine servi sub ictu posito. Hoc nunc praetulerim.

1319. Minus bene distinguitur: — habeo. Gr. hercle, at ego me in. Ast reponendum fuit metri gratia.

1319. Prius i in tibi elidendum est. Cf. supra 1278.

1325. Nive. Bene sic Douza fil., probantibus aliis, in his Acidalio et Reizio. Vulgo: Neve.

1326. Libri pravo numero:

Vos hic hodie coenatote am | bó. La. Fi | át. plausum date.

Τῷ Iam a me inserto offecisse puto simile, quod praecedit, Fiat.

ANNOTATIONES IN STICHVM.

ARGVMENTVM.

V. 1. eae. Sic Mss. Vulgo: hae.

3. Ita improbantis videtur esse, ut Sic Asin. 773 Terentii Heaut. 406 et in formula Sic sum, de qua cf. Aul. 275.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

Huius scenae versus 35 primos in 33 iambicos trimetros hypercatalectos redigere sibi visus est secundum Reizius G. Hermannus in libro de Metris Graecorum et Romanorum pagg. 173 sqq.; et nonnulla quidem vel bene digessit ipse, vel recte descripta in codicibus suo assensu comprobavit; sed in plerisque a vero aberravit, ut qui omnia, etiam asperrima, licere in hoc genere metri perperam existimarit. Velut ipsum fabulae principium cum vulgo sic legatur, inconcinne quidem, sicut labi solent librarii in minus tritis:

Credo ego miseram fuisse Penelopam
Soror, suo ex animo; quae tam diu vidua
Viro suo caruit. nam nos eius animum etc.

Hermannus traiecta voce soror et excluso nos pronomine duos eiusmodi iambos effinxit, quorum prior et legitima caesura caret, et frequentioribus contractionibus offendit aures. Sic autem legi haec iubet vir doctissimus:

Credo égo miseram, sorŏr, fuisse Pe | nelopám suo ex animo,
Quae tám diu vidua suó viro | caruít; nam eius animum ete.,

cum facile intelligatur, non iambicis trim. hypercat., sed tetrametris catalectis conscripta esse, quae versuum genera etiam alibi simul inferuntur, velut Aul. 108—114, ad quem locum vide, quae annotamus.

Sed iam singula perlustremus.

V. 1. ex animo. Libri inusitate: suo ex animo, quod correxit Muretus l. l. infra ad 34 sq. Tò suo ex sequente versu videtur irrepsisse, neque huc pertinent Homeri illa πάλιν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμὸν, quae comparat Lipsius Epistt. Quaestt. 3, 17.

2. hinc viri. Ita Reizius apud G. Hermannum De Mettr. pag. 175. Ipse Hermannus vulgatam lectionem viri hinc ita servat, ut hinc particulam corripi arbitretur, cum potius prior vocalis in viri elidenda sit, quo genere contractionis nihil frequentius apud Hunc et priscos, ut multis exemplis probavi Amph. prol. 74. Sed sane Reizii placet transpositio verborum facillima et elegans.

6. Vulgo:

Nostrum officium nos facere aequom est: neque
Id magis facimus —

quae verba eodem ordine in unum iambum trim. hypercat. coniunxit G. Hermannus, sed pravis accentibus verbi officium (ófficium) et quarta versus sede posito spondeo, quod insolens in hoc metri genere, peccantem. Cf. infra 15.

7. huc. Minus recte libri hic. Idem valet Huc adsisdum atque Huc advorte animum. Cf. Amph. prol. 151.

8. Vulgo:

— — — — multa volo tecum
Loqui de re viri. Pa. salvene, amabo?

Verum non de marito tantum quaeque suo loquuntur fere hae mulieres per totam scenam, sed de utriusque communiter, sicut decet sorores. Ergo primum rectius erit virûm, cuius compendium (virū) in viri facile transierit. Quanquam de hac emendatione si quis dubitarit, non multum repugnabo. Sed id pro certo habeo, transponenda esse verba metri gratia; quae medicina saepe adhibenda in Plauto minus usitatis versuum generibus, nisi cui placeat Hermanni ratio, de se additis verbis nam et mei, ita reponentis:

Nam multa volo tecum loqui de re viri mei.
Salvene? Cf. Men. 683.

9. Tò soror prius o elidit. Cf. Amph. prol. 74.

10. unus unice. Vid. Asin. 192.

12. Inconcinne libri: uti. G. Hermannus:

— — — — — perhibetur,
Nunc ímprobi viri officio u | ti, virís qui tantas
Abséntibus nostris fácit iniu | riás immerito etc.

correpta prima syllaba verbi officio, quod fieri nullo modo potest, et metro utriusque versus durissimo.

14 iis. Itidem inconcinne legitur his; sed in V. C. is, alterum i lucrifacientibus, more suo, scribis. G. Hermannus: illis. Sequor Muretum l. l. infra ad 34 sq.

Haec. Vulgo: Hae, quod interpretis, ni fallor. Cf. Epid. 207.

vitai. Libri metro corrupto: vitae, de glossa hoc quoque, ut opinor.

15. Τὸ dividiae u litera elisa τρισυλλάβως pronuntiandum est, ut metrum constet. Cf. Amph. prol. 90. Insolentes enim quarta sede huiusmodi versus iambici pedes τετράσημοι, quales sunt anapaestus et spondei, nisi accentu occultentur. Cf. supra 6.

17. Codd. immissis tribus interpretamentis, quibus metrum pessumdatur:

— quod tibi tuus pater facere minatur.
Spes est eum melius facturum.

G. Hermannus hunc locum sic digessit:

Nosque áb illis volt abducere. hae | res mé, soror, vitae
Saturánt: hae mihi divídiae et seni | o sunt. Pa. Ne lacruma,
Sorór, neu tuo id animó fac, quod | tibí tuus facere
Patér minatur. Spés est eum | meliús facturum.

de quibus versibus lectorum potius eruditorum iudicia expectabo, quam meum interponam, cum laudare eos nequeam.

18. Itidem ἀμέτρως libri: Novi ego illum: istaec ioculo dicit etc. Pareus tanquam ex Mss.: ioculo istaec.

19. Cf. Aul. 652.

20. Tam. Vid. ad Ba. 1135 sqq. Minus concinne libri: Tamen, quod formae priscae interpretamentum.

21. ĭd. Cf. infra 28, 31, 33 et Amph. 1. Frustra G. Hermannus metro sustentando p o l inseruit hoc modo:

Minume írasci decét: neque id | pol ĭmmérito eveniet.

22. Tò viri prius o elidit. Cf. supra 2. E vocalis in abierunt corripienda est metri gratia. Vid. supra 15 et annotata ad Poen. prol. 21.

23. Codd. hiulce: Ita ut memoras. Pronomen tu a vicinis vocibus interceptum. G. Hermannus durissime:

Ita ŭt mémoras. Pa. quum ipsi intérea vi | vant, váleant, ubĭ sint etc.

24. Vbī. Vid. Aul. 152. Litera i in ecquid elidenda, ne anapaestum habeamus sede quarta. Cf. supra 15 et 9.

26. Itā. Cf. Amph. 475.

27 sq. Cavĕ. Cf. Asin. 731. — audiăm. Vid. Amph. 1 et 341.

28. Quiă. Cf. supra 21. Vel a litera in hoc verbo accipienda pro porrecta, qua de re vid. ad Ba. 759 sq.

30. Q u a m o b r e m primam syllabam non elidit. Cf. Amph. 396, 341.

31. tuŏm. Cf. supra 21.

32. quamde. Libri minus concinne: quam. Cf. Amph. prol. 69.

33. Per iocum ita loquitur Pinacium: nam contra sentit, videndum sibi esse et sorori, ne quid m i n u s obnoxiae sint omnibus opibus maritis suis propter ea, quae ipsi in se admiserint. Intempestivarum eiusmodi facetiarum non

immunis Plautus. Nam quod affines culpae interpretantur, non congruit verbis omnibus opibus. Male autem Decurt. et vett. cdd.: obnixae.

omnibŭs. Cf. supra 21.

34 sq. Ita haec describuntur in vulgatis; neque desunt exempla singulorum versuum anapaesticorum, aliis insertorum, velut Aul. 679, ubi similiter antecedunt iambi trim. hypercat., Cas. 535 sq., ubi vidd. annotata, Pseud. 1236 sq. Posterior autem versus ex iis clausulis, de quibus monui Epid. 197 sq. G. Hermannus haec una cum maiore parte antecedentis versus in duos iambos trim. hyperc. constipat, qui sic habent:

Magis símus ŏbnoxiae ómnibus o | pibus, nóstrum officium
Meminísse decet. placét: taceo, at | memíneris facito.

Verum nec prima syllaba τῦ obnoxiae recte corripitur, et displicet altero versu anapaestus, caesuram praegressus, quod vix unquam fieri in hoc metro significavi ad 15.

Ceterum Muretus Varr. Lectt 5, 6, dum Camerarium sugillat, ab his emendandis pro infantia tunc rei metricae prudenter abstinentem, ipse se traduxit, principium huius fabulae demendo, addendo, mutando denique in iambos senarios, eosque maximam partem prorsus intolerabiles, redigendo; quomodo etiam Gulielmius Acidaliusque non semel lapsi sunt. „Principium," inquit, „Stichi, quod in omnibus libris corruptissime legitur, describam ita, uti legendum censeo; in quo optima fide affirmare possum, voculas aliquot, quas sustuli, auctoribus antiquis libris esse sublatas; in ordine ipso verborum et in versibus distinguendis fateor me coniectura tantummodo esse usum. Cum enim quidam homo eruditus tradidisset, versus illos esse numeris permistis, τριμέτρȣς et διμέτρȣς, ἀκαταλήκτȣς, καταληκτικοὺς et βραχυκαταλήκτȣς, putavi hanc confessionem potius quandam esse ἀμηχανίας, quam certi atque explorati iudicii professionem. Itaque qui omnes senarios esse crederem, ita distinxi:

Pa. Credo ego miseram fuisse Penelopam, soror,
Ex animo, quae tam diu suo caruit viro.
Nam nos eius animum de nostris noscimus,
Quarum viri nunc hinc absunt: quorumce nos
Negotiis, ut aequom est, absentium
Solicitae noctes et dies, soror, sumus.
Ps. Semper nostrum officium nos facere aequomst: neque
Id faciemus magis, quam nos pietas monet.
Sed hic, mea soror, assis: multa dum volo
Tecum loqui de re viri. Pa. Salvaene res?"

et reliqua. Hanc emendationem non erat quod in editione sua exprimendam putaret Lambinus, tanquam Delphis responsum, ut recte monet Acidalius Divv. in Plaut. pag. 458.

37. Malim propemodum versus causa: Neque eos honores etc., excluso ille, tanquam glossemate; vel Neque ille honores etc.; quod nisi placeat, dicendum, priorem e literam in Neque liquescere, more prisci aevi, de quo egi Amph. prol. 74. Sed sane durissimus pes ob duas vocalium elisiones [Neque ille eos.]

40. Inconcinne libri:

Neque est cur nunc studeam has nuptias mutarier.

Tò nunc perperam arcessitum ex antecedente versu.

42. Faciundum. Ita Pareus, tanquam ex Mss., item vett. edd. Vulgo: Faciendum, ut communia sectantur scribae.

43. in cogitando moerore augeor. Scio, qui haec mutarint. Sed recte Gronovius: „Sic et in Trin. 2, 1 (202 sq.): Multas res simitu in meo corde vorso, multum in cogitando dolorem indipiscor. Gellius 11, 16: cum diutius tacitus in cogitando fuissem. Dicit se scire, quae dixerit soror, et crescere sibi moerorem, dum cogitet.“

47. Vox voluntate efferenda τρισυλλάβως o eliso. Cf. supra 2.

49. Vulgo minus recte: quod opus sit. Certum est, quid in quaque domo faciendum sit: ergo locum non habet modus potentialis (opus sit), sed dicendum definite: quod opus est.

50. Tò quidem pro monosyllabo i eliso, et similiter u litera in supellectilis liquescit. Cf. 2.

57. Idem patitur quod: cave enim priorem syllabam τῦ illic elidendam putes ex aliorum ratione minus probabili.

59. aétatís. Cf Asin. 159 (ist. 69.

60. arbitror. Sic Mss. et vett. edd., neque opus rescribi cum Camerario et aliis, qui eum sequuntur, arbitrer.

62. ratiociner. Bene sic Acidalius Divv. in Plaut. pag. 461, quem recte sequitur Pareus; h. e.: Sed mihi hoc optimum factu arbitror, ut ratiociner id principium, quo pacto ego cum illis occipiam, sicut passim Vt coniunctionem intelligendam esse monui Amph. 142. Vulgo sensu obscuro:

— — — — — — sed hoc mihi optumum factu arbitror,
Principium ego quo pacto cum illis occipiam, id ratiocinor:
Vtrum etc.

64. in eas simulem. Tmesis. Cf. Ba. 518 Mil. 914 Pers. 705. Lucretius 6, 962 facit are pro arefacit.

65. ac. Ita Acidalius l. l. ad 62. Vulgo: an; sed bene vir sagacissimus, probante etiam Pareo: „Duos,“ inquit, „init modos, utrum leniter filias tractet, an minaciter: atque in priori includit istum, num perplexabiliter et ex obliquo. Sic enim leniter eas adoriatur. At contra minaciter, si directe et aperta incusatione. Quamobrem pessime erat

scriptum an potius, quasi diversum hoc a praecedentibus caput deliberationis: ubi, ut idem videatur, ac potius nunc substitutum."

66. meas novi. Similiter Pinacium 71: Novi ego nostros. Cf. Epid. 140.

67. Libri vett. hunc versum seni tribuunt, merito improbante Acidalio Divv. in Plaut. pag. 462.

71. Novi ego nostros. Cf. 66.

74. id. H. e. id, quod iam dicturus sum, quomodo etiam Hic pronomen usurpari monitum Curc. 401. Frustra argutatur Acidalius l. l. ad 67.

77. Ferre — occupemus. Cf. Parei lexic. Plaut. v. Occupare, φθάνειν.

78. patēr. Vid. Amph. prol. 38.

79. Osculum. Additura hoc vel simile quiddam ferre tibi volo, interpellatur a sene.

Quĭ. Vid. Amph. 149.

83. Inconcinne libri: — An. quid opus est? Pi. opus est. An. morem etc.

86. Codd. immisso glossemate inconcinno: Viros nostros, quibus etc.

88. Vulgo:

— — — — Pi. Pudicitia est, pater,
Eos magnificare, qui nos socias sumserunt sibi.

Versus Eos est μείουρος. Atqui Mss. non Eos, sed E nos, hoc est haud dubie ē (est) nos, unde rescribendum vidi, metro restituto: Pudicitiae, pater, Est, nos magnicare etc.

90. Minus concinne legitur: Numquis hic est alienus etc.: nam raro Hic adverbium corripitur. Cf. Amph. 140.

92 Nàm. Cf. supra 79.

95. Rectius hic versus habebitur pro iambo tetram., qualis iuvabit etiam affectum. Quod nisi placeat, Quid est elidendum metri gratia. Cf. 2.

exquaesitum. Cf. Epid. 681 Pers. 607.

99. Vulgo: exquiro. Vid. annot. praeced.

105. Quom. V. C. Quoi; vulgo: Cui. Nostram lectionem potiorem esse intellexit Acidalius Divv. in Plaut. pagg. 463 sq. „quia," inquit, „praecedente versu Vbi fuit: Vbi facillime spectatur mulier? etc. cui melius hoc respondet Cum malefaciundi est potestas etc.

106. Tò a in male eliditur. Cf. 2.

108. Vid. de eiusmodi inexpectatis Plauti iocis Muretus Varr. Lectt. 14, 5.

109. Libri numero duriore: Qui potest. Ceterum vulgo legitur: Q. p. m. v., vitet: ut q.; sed in Mss.: Q. p. m. v., vitiis: ut q., in quibus deprehendere mihi visus sum id, quod dedi.

113. Tȣ̃ sibi vocalis prior eliditur. Cf. 2. Novi, qui corripi malint priorem syllabam verbi esse; sed absque omni ratione.

115. hŏc. Cf. Amph. 136. Prius quod liquescit. Cf. supra 2.

116. Mĭ. Cf. 79.

126. Minus recte distinguitur: Quid? illos exsp. etc. Sequor vett. edd. — Quid item eliso i pronuntiandum. Sed qui non liquescit. Cf. supra 2 et 79. Frustra hic turbatur.

134. Vulgo: Nunc placet. Sed recte I. Gulielmius Quaestt. in hanc fabulam cap. 1: „Consuevit," inquit, „alias Plautus nunc places, et nescio, an unquam aliter. Rudente (942):

Fiat istuc potius, quam nunc pugnem tecum. Tr. nunc places.

[Cf. et Epid. 143, ubi sic Stratippocles: Nunc places, nunc ego te laudo. Bo.] Illi respondet et tanquam adversatur Non places. Truculento (785):

Non places: in mutum confers culpam, quod nequit loqui."

140. herĭ. Cf. Amph 341.

141. Tò apud u elidit metri gratia, siout saepe. Cf 2.

142. atque. Ita Brix. Sed Iunt. et Ald.: — propera actutum, atque huc redi. Camerarius ac inseruit, obtemperantibus, more suo, recentioribus, cum sequente vocali satius esset poni atque. Vidd. grammatici et lexicographi. Ceterum nihil horum praeferunt Mss. et edd. principes, coniunctione a sequente al- simili intercepta.

145. Vulgo:

Quam ego matri meae retuli invitissumus, etc.

Istud retuli a quo primum invectum fuerit, nescio. Mss. et vett. edd.: refero, quod recte probant interpretes meliores Gratiam pro Quam reponendum esse, vidit Gronovius, et sane ex gr̄am (quod est compendium verbi gratiam in libris) facile potuit fieri quam, ut monet vir eruditissimus.

146. Vulgo:

Eam mihi nunquam retulit mater gratiam.

Ita rescribendum pronuntiavit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 465, cum in veteribus quibusdam edd., velut Iunt. et Ald., invenisset Ea mihi nunquam retulit mater gratiam. Sed aliud cantant Mss. et edd. principes, hoc: (quam hae male addunt) Neque retulit, quam (hoc perperam omittunt edd.) ego refero meae matri fami (gratiam eaedem addunt), sicut plane edidit Camerarius. Haec lectio bene habet, intellecto quisquam in verbis Neque retulit, de qua ellipsi dictum Asin. 433; in quam vero ex superioribus gratiam. Recte Gronovius: „Tò Fami," inquit, „tollendum non fuisse ostendit Sosipater Charisius, qui annotavit, Plautum in Sticho dixisse fami."

147. Malim metri gratia: Nam illaec me in alvo m. g. d., vel, secundum Iunt. et Ald.: Nam me illa in a. etc.

151. Inconcinne libri: pauxillulam.

152. Codd. immisso glossemate ἀμέτρῳ:
Vteri dolores mihi oboriuntur cotidie.

155. Vulgo versu pentametro:
Audivi saepe hoc volgo dicier.

Interpolarunt A. s. h. v. a multis dicier, A. s. h. v. dictum dicier. Taubmanno repeti τὸ volgo placet, quod ineptissimum. Vide, an rem tetigerimus. Dictitare etiam alibi legitur apud Nostrum, velut Trin. 78.

163. Tò Quia i literam elidit. Vid. supra 2. Hoc non advertens Acidalius, vocem puero perperam expungit Divv. in Plaut. pag. 465.

165. vid. forem. Vt intelligendum, sicut supra 62.

166. Mss. adtigit, haud male.

167. Per liquescit. Cf. supra 2.

168. Codd. hiante versu: esurio. Cf. Amph. prol. 149.

170. Item inconcinne legitur: si quis esum me vocat. Tò me additum ab interprete, non esum, ut placet Gulielmio Verisimm. 1, 18.

173. E litera in Veni eliditur. Cf. 167 et de formulis hisce invitantium ad coenam Most. 1080.

177. Tò verbum non liquescit. Cf. Amph. 341. Non indigemus Taubmanniano verbulum, quo ille metrum sarcire sibi videbatur.

180. Vulgo:

Ni vere perierit, si coenassit domi.

Pistoris apud Taubmannum (nam ipsas viri in Plautum annotationes, ab hoc cum alibi tum ad Rud. 4, 4, 7 (951) commemoratas, mihi videre non magis contigit, quam Gronovio) sed is locum sic interpretatur: „Velim huic verbo Vocem te ad coenam, nisi egomet coenem foris lumbos defractos esse, nisi ille, qui id usurpat, continuo pereat, si me eo delusit, et domi nihilominus coenat.“ Quam explicationem ineptam ineptius refutat Boxhornius. Corruptum esse τὸ perierit, nemo facile dubitabit, cuius loco Mss. exhibent perlerit, edd. aliquot primae pleuerit. Reponendum vidi periuret, vel potius peieret, quod saepissime cum illo commutatum. Quoniam periuri, quales sui seculi homines putat parasitus, quidquid dicunt, peierant, ioco inexpectato homo infert Ni vere peieret pro eo quod est Ni vere dicat, ut qui fieri non posse arbitretur quin peieret, quicunque hac excusatione utitur; quomodo fere leno Lycus Poen. 551: Perge, inquit: optume hercle peieras. Quod additur, si coenassit domi, sententiam meam confirmat, explicandi quippe causa inculcatum, quasi dicas: Nisi vere peieret, id est: si coenassit domi.

181. me uti mores. Vel me ut mores edd. aliquot, antiquae, in his Mediolanensis, quae anno 1500 prodiit, Iunt. Ald. Sed hae quidem duae male inserunt nunc post subigunt, quod additamentum cave probes cum Acidalio Divv. in Plaut. pag. 466; sed legendum est: me uti mores.

Tò

Tò me, sub ictu positum, non liquescit; qua de re cf. Amph. 149.

182. Libri numero pessimo:

Discam, atque ut faciam praéconís compendium.

183. Sic Acidalius l. l., nisi quod τò ipse cum praecedentibus coniungit, quomodo fere legitur in Iuntina:

Itaque auctionem praedicem ipse, ut ueniem.

Mss.: — ipse ut me veni item; edd. primae: — ipse ut venire item. Ex illo Gruterus faciebat me venitem, vel venditem. Si quid mutandum, malim equidem:

Atque auctionem praedicem, ipse ut venditer.

193 sq. Etsi non indignos istos iudicet, qui laborent, ut multum miseri sint (h. e. qui multum, sed frustra, perquirant, quid sit, quod ipse auctionem faciat): tamen nihil id (ut ita laborent et miseros se praedicent, ubi verum non investigarint) se morari dicit, sed auctionis causam velle indicare.

197. Ipsus. Ita edd. antiquissimae, in his Mediol., quam versavi; quod versui magis congruit Plautoque dignius est quam vulgatum Ipse.

199. Ridicule sua Mancipia vocat Potationes, quasi quae sui iuris sint, quorum ipse sit dominus ac rex, ita ut sine se haberi non possint.

201. Minus recte libri:

Quot adeo coenae, quas deflevi, mortuae!

Non alia de causa deflevit coenas istas, quam quod mortuae essent. Ergo reponendum quas deflevi mortuas. In vulgata ista lectioni otiosi ac frigidi quid habent verba quas deflevi, ut quae ad sententiam aut nihil aut non multum conferant.

202. quot autem p. Tò quot liquescit, neque aliter constat metrum, nisi quis posteriorem syllabam vocis mulsi corripi iubeat, id quod fieri nullo modo potest. Cf. supra 2.

203. inter triennium. H. e. in triennio. Cf. Poen. 1022 Meursii Exercitt. critt. 1 pagg. 231 sq.

205. Inconcinne libri: fame. Cf. supra 168. Frustra Iunt. Ald.: — fame ipsa emortuus, nec melius coniiciebat Taubmannus: fame semortuus pro semimortuus, quomodo dicatur selibra pro semilibra.

212. Crux haec interpretum. Legitur autem vulgo:

Hercules te amabit prandio? coena tibi?

neque iuvant antiqui libri. Deventum igitur est ad coniecturas H. t. a. prandio, coena? tibi (Ehem, annuisti?) nemo —, H. t. amabit: prandium, coenam mihi. Ehem —, Hercule iste iam. tibi prandio? coena tibi? - H., te ama. tibi prandio? coena tibi? quo quidem commento infelicissimo ad genuinam, ut ait, Plauti lectionem proxime se putat accessisse Acidalius Divv. pag. 467, germanumque ipsum sensum non acu, quod dicitur, sed stilo fere tetigisse. „Ridicule," inquit, „hic omnia parasitus: itaque et suavis in numinis invocatione, quam lepide reliquis anxiis interrogationibus inserit. Herculem enim precatur, ut in

auctione sibi praesto sit. ita autem precatur, quasi non tam sibi ab illo, quam ipsi a semetipso velit beneficium praestari. ideoque ait: non me, sed te ama. Quorsum vero ita? Nempe decimam partem ex auctione voverat Herculi, quod e praeconii extremo patet et inferiore scena Quisnam (373):

Hercules decimam esse adauctam, tibi quam vovi, gratulor.

Ibidemque (378):

Hercules sane, qui Deus sis, discessisses non male.

Eum ut pollucere possit, opem ipsius sic implorat, ut iubeat ipsum sibimet non deesse. Ni iuvaret enim, polluctum non auferret. Amaret igitur seipsum et lucrum suum, sibique daret operam, dum alii ferret opem. Id quod est tam profecto venustum, ut eo tota ista auctio singulariter commendari, et ipsa scena mirifice collustrari videatur." Sic sumus: amamus interdum nostra affectu tam coeco, ut in nos conveniat, quod dicit ille Curc. 174 sq.:

— Bonum est pauxillum amare sane; insane non bonum est;

Verum totum insanum amare, hoc est, quod meus herus facit.

Nam quis non videat, durissime mutari a viro optimo τὸ amabit in ama tibi, itemque durissime explicari verba Hercules te ama; ut taceam ellipses in verbis tibi prandio? coena tibi (me addici iubes)? quibus verbis ad caveam spectatorum subito converti parasitum fingit Acilius, cum modo Herculem sit allocutus. Sicut passim c et t literas inter se permutatas monui Most. 1080 et circa extremas voces, praesertim in finibus versuum, haud raro errasse librarios in confesso est (cf. Amph. prol. 87), sic etiam hoc loco factum, ut tibi exararetur pro cibo, itaque locus elegantissimus pessime deturparetur. Nam legendum sine controversia:

Hercules te amabit prandio, coena, cibo,

h. e. H. t. a. ob prandium, coenam, cibum denique. Sic passim cibus commemoratur, vel ingenuis, vel servis, parasitis et eius farinae hominibus praebendus. Infra 529 sq.:

Pam. Videlicet parcum fuisse illunc senem, qui dixerit;
Quoniam ille illi pollicetur, qui im cibum poposcerit.

Capt. 712:

Speroque me ob hunc nuntium aeternum adepturum cibum.

Et ibidem 758:

Tantus ventri commeatus meo adest in portu cibus.

Cas. 140 sq.:

— — — — detur nuptum nostro villico,
Servo frugi, atque illi ubi bene sit ligno, aqua calida, cibo,
Vestimentis etc.

Menaechmus de parasito suo Men. 804: Meo cibo et sum-

tu educatust. Ceterum sane amaturum emtores istos dicit Herculem ob decimam auctionis partem, heroi a se promissam, ut probe animadvertit Acidalius.

213—220. Hic locus ita habet in codd.:

Ehem, annuistin'? nemo meliores dabit.
Nullis meliores esse parasitos sinam. (vett. edd.: — sinam,)
Vel unctiones Graecas sudatorias,
Vel alias malacas crapularias,
Cavillationes, assentatiunculas,
Ac periuratiunculas parasiticas,
Rubiginosam strigilem, ampullam rubidam,
Parasitum inanem, quo recondas reliquias.

Sed probabiliter Acidalius Divv. in Plaut. pagg. 467 sq.: „Non recte," inquit, „multi accipiunt istum versum

Nullis meliores esse parasitos sinam.

idque facit scriptura non recta; quam tamen pridem Gulielmius noster (Quaestt. in Stich. cap. 1.) bene corruxit, parasitis legens; et melius nuper optimus editor et censor Plauti Dousa F.

Nulli meliores esse parasito sinam.

De logorum enim bonitate, non de se ipso, quanquam et ita de se, promittit: quos nemini alii parasito passurus est esse meliores, ipse optimos omnium daturus. Ne iam et veterem Lambini interpretationem, et novitium docti alterius commentum pili facias, qui, diligentissimus alioqui et in Comicis bene versatus, ad Theophrastum exstruere hinc morem solennem voluit antiquis, ostentare solitis suum quoque parasitum. id quod fieri potuit, huc tamen nihil spectat. [Haec pro arbitrio dicta videantur. Sed fallitur Casaubonus: nam Theophrastus Charact. 20 hoc tantum dicit, τὸν Ἀηδῆ, h. e. ineptum, quem eodem loco quo τὸν μωρὸν ponit Priscianus lib. 13 pag. 963 Putsch., hoc moris habere, ut convivis parasitum suum exhibeat, tanquam hominem magni pretii, cuius facetiis inter bibendum delectentur. Bo.] Non autem nihil est amplius eodem in loco, de quo moneamus. Turbatus etiam porro versuum ordo videtur mihi; certe confusa oratio est, logos, cavillationes, periurationes, balnearia instrumenta et ipsas unctiones incerta ratione miscens; has denique postremas non apte in auctionem arcessens. Vide, in quem alium sensum quam aliam seriem ego cogitarim:

— — nemo meliores dabit.
Nulli meliores esse parasito sinam
Cavillationes, assentatiunculas,
Ac periuratiunculas parasiticas.

quibus inter se mutuo cohaerentibus subditur aliud caput auctionis deinceps:

Rubiginosam strigilem, ampullam rubidam
Vel ad unctiones Graecas sudatorias,

Vel ad alias magis malacas crapularias:
Parasitum inanem, quo recondas reliquias etc.

quae et ipsa pendent a se invicem, peculiari structura sermonis connexa. Iamque non ipsae lavationes atque unctiones venditantur, sed ad eas instrumenta, strigilis et ampulla, quae solenniter a parasitis gestari solita docet locus ille Persâ (123 sqq.):

Cynica esse e gente oportet parasitum probum:
Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium,
Marsupium habeat etc.

item Pollux: τοῖς δὲ παρασίτοις πρόσεστι καὶ στλεγγὶς καὶ λήκυθος. In hunc sensum nihil nisi ad praepositionem adiecimus, vitio traductionis amissam; cui indicio vel id quoque sit, quod mancus absque ea versus

Vel ad alias magis malacas crapularias."

Haec ille, quorum pleraque omnia perspicue esse vera, quis non fateatur? Sed caudam trahit versus Parasitum inanem etc., homine ipso inter instrumenta artis suae subabsurde recensito. Cui versui aptiorem ego locum vidi supra post 213, ut legatur, τῷ meliores verso in meliorem, de qua mutatione vid. ad 212 et Amph. prol. 87:

— — — — Nemo meliorem dabit —
Parasitum inanem, quo recondas reliquias.

Ioco inexpectato Gelasimus, ubi promissurus videtur optimam copiam dictorum ridiculorum et facetiarum, se ipse promittit, tanquam eum, quo commodissime recondantur ciborum reliquiae; ad quam faciem alumnum se spondet Phaedromo et Therapontigono parasitus Curc. 663, si verum divinavi. Neque vero haec pugnant cum superioribus, in quibus Logos vendere se dixit homo: siquidem eos non separatim venditurus est, sed se ipsum una cum illis, sicut ait supra 159 sq.:

Nunc si ridiculum quaeret hominem quispiam,
Venalis ego sum cum ornamentis omnibus:
Inanimentis explementum quaerito;

et 183:

Itaque auctionem praedicem, ipse ut veneam.

Deinde versu 220 verisimilius mihi videtur, male a simili, quod sequitur, malacas esse interceptum, quam excidisse magis, quod placet Acidalio. Male autem pro Valde tam est ex usu Comicorum, inprimis Plauti, quam quod maxime. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v. Ad praepositioni ab Acidalio insertae eodem modo offecerint voculae vicinae Vel et alias. Itaque hic locus, nisi fallor, est constitutus.

222. Tò partem non liquescit. Cf. Amph. 341.

223. Idem patitur vox auctionem.

231. Libri, immisso trochaïco tetram. cat. loco iambi senarii:

CRO. Heu ecastor risi te hodie multum. GE. quando, aut quo in loco?

Scriptum Hecastor pro Ecastor degeneravit, sicut alibi quoque, in Heu ecastor. Vocabulum multum nescio quis ineptus inculcavit.

233. Codd. soloece: Ehon' audivisti? Ne particula interrogativa sic praeponi solet apud priscos. Cf. Aul. prol. 39.

235 sq. Vulgo nullis numeris:

Rogare iussit te opere maxumo,
Mecum simitu ut ires ad sese domum.

Mss. et edd. primae: R. i. te ut o. m.; unde reponendum intellexi R. iussit ted ut o. m., et altero versu adires pro ut ires, sicut a et u, d et t literas misceri constat; qua de re vidd. Mil. 11, 450 Aul. 17 Epid. 279 Scioppii Suspp. Lectt. pag. 13. Pessime interpolavit Angelius:

Mea hera rogare iussit te opere maxumo
Vt mecum simitu ires ad sese nunc domum;

nec placet Acidalianum R. i. te multum op. m.

338 fecerat. Cf. Amph. prol. 81.

239. Quomodo? Cf. infra 330, Amph. 200. Similiter nostrates: Was?

242. Soloece libri: dares. Cf. Amph. 332.

243. Edd. inepte atque inconcinne:

GE. Negato esse, quod dem, nec mu, nec mutuum.

Mu minimum quid notare docet Varro, monente Grutero ad h. l.; sed hoc non recte opponitur mutuo et alii cuiquam. Neque id volunt Mss. et edd. principes, in quibus: N. e. q. d. nec mihi nec mutuum. Legendum: Nega e. q. d. nunc mihi nec m. Nega requirebat metrum. Cf. Pseud. 1071. Compendium τῦ nunc haud semel sic corruptum. Vidd. Asin. 647 Aul. 16 Mil. 926.

245. Haud melius nomine utroque libri:

Linguam quoque etiam venditariam.

Si non modo pallium, sed etiam linguam reliquam habet parasitus, quid est, quod miratur Crocotium, nullam ei linguam esse? Nempe haec ἀσύστατα. Ergo genuina esse non potest haec scriptura. Atqui V. C.: L. q. e. vendiditariam, h. e. procul dubio vendidi datariam, quomodo Pseud. 971 legitur: Nulla est mihi salus dataria, pro eo quod est: N. e. mihi salus, quam dare possim. Sed ancilla h. l. linguam datariam per iocum interpretatur linguam, quae aliquid se dare velle significet. Syllaba da- a praecedente simili facile est intercepta. Cf. Poen. suppos 1. Bonus vir Angelius: Praeter unam linguam quoque etiam venditariam, unde Acidalius Divv. in Plaut. pag. 469: Praeterque linguam unam, etiam venditariam. Sed hoc est hariolari.

246. Hau. Mss.: au. Fuitne: an? Edd. primae: Haud.

249. iturus (es). Cf. Amph. 168.

255. Pinacium. Vulgo Dinacium lapsu proclivi: nam vicinae P et D literae in scriptis; sed V. C.: Piacium,

h. e. Pinacium, quod praefert etiam 266, 275 et 317. Versu autem 279 uterque liber Camerarii Ms. et edd. principes similiter: Pinacium. Convenit hoc metro 521, ubi nomen extremo trochaïco tetram. catal. positum est, tanquam id, quod paeone quarto constet, ut constat πινάκιον, cuius prima syllaba corripitur, cum Δινάκιον, a δῖνος (parum quidem ἀναλογικῶς) derivatum, τὸ Δι- necessario producat, itaque ab eiusmodi versus fine penitus abhorreat. Simile autem pueri nomen habemus in Persa, Paegnium. Quod idem gerit altera feminarum in hac fabula, nihil ad rem: nam sic geminus Strobilus servus est in Aulularia, neque harum mulierum, quae fere nihil nisi προτατικὰ πρόσωπα, magna ratio est habenda.

puerŭm. Cf. 222.

256. Satin' ut. Vid. ad Amph. 474. Inconcinne autem codd.: pictura. Vid ibid prol. 149. Frustra Angelius aliique: — pictura hic astitit?

260. quamde. Vulgo minus concinne: quam. Vid. Amph. prol. 69 Quanquam ferri potest vulgata lectio, si posterior syllaba τοῦ ego pro longa habeatur, de quo vid. Amph. 475. Cf. infra 315.

263. atque. Edd. aliquot antiquae, in his Mediol. anno 1500 excusa et Iunt.: et

264. Ripasque. Recte hoc repositum a Lambino, nec sine causa, ut videtur Taubmanno festinanti. Libri prorsus inusitate: Ripisque superat Quod miratur Taubmannus, quas edd. laudet Acidalius Divv. in Plaut. 470, dum Nimisque pro Ripisque rescriptum eat, poterat istam lectionem reperire in Iuntina; sed eam haud nosse Gruterum et Taubmannum, monui Merc. 476, 748. Ceterum eo commento nihil opus.

265. Hic versus vulgo post sequentem inculcatur, cum appareat, uno tenore dici pedes hortare, honesta dicta factis, Heraeque egenti subveni etc. quae hisce pessime interrumpuntur.

266. Vulgo versŭ nihili:

Propterea, Dinacium, pedes hortare: honesta dicta factis.

Propera bene Acidalius. Nomen autem Pinacium (nam sic legendum monui supra 255) metro monitus posui extremo versu.

267 Ita Mss., nisi quod tuorum pro tuum exhibent, metro quidem laeso, id quod pridem intellexit Acidalius l l. ad 264. Quod edd. exhibent, versu itidem enormi:

Heraeque egenti subveni: (,) benefacta maiorum tuorum exauge,

scriptis non confirmatur, neque dubium est, quin istud exauge ex versu 289 petitum fuerit a nescio quo, accusativum benefacta haud concoquente. Sed intelligendum in eo quod attinet, verbaque Herae egenti subveni benefacta maiorum tuorum nihil aliud sonant quam

hoc: H. e. s. benefactis m. t., h. e. eo genere beneficiorum, quo iam maiores tui afficere heros suos consueverunt, currendo, nuntiando. Illustratus est hic hellenismus a Vechnero Hellenolex. 1, 2, 16 et a nobis ad Sophoclis Aiac. 42.

272. prius. H. e. potius, quam ei decedas de via, sicut passim usurpatur Prius.

273. Libri immisso glossemate ἀμέτρῳ:

Ge. Quidnam dicam Dinacium
Lascivibundum tam lubenter currere,

quae verborum divisio auctorem habet Camerarium, iambos senarios, ubicunque videtur fieri posse, effingentem: nam edd. vetustae continue:

Ge. Quidnam dicam Dinacium lascivibundum tam lubenter
Currere? etc.

ubi vides, verba tam lubenter ad marginem interpretandi causa adscripta esse τῷ lascivibundum.

279. nihili. Codd. incongrue: nihil. Acidalius l. l. ad 264: nihilque, quod minus placet.

281. sciăt. Cf. Amph. 1.

282. neque id vero officium arbitror. Ita libri. Sed I. Gulielmius Quaestt. in Stich. cap. 2: „Sententia," inquit, „magis requirit neque id viri officium arbitror. Puer tam laetae rei nuncius magnifice se infert, et parum virile arbitratur, tantum gaudii ultro propalare. Et sic, ut emendavi, Terentius Phormione (103 sqq.):

Quid te futurum est? Ge. nescio hercle. unum hoc scio:
Quod fors feret, feremus aequo animo. Da. placet.
Hem, istuc viri est officium!

de quo loco quid alii censeant nescio; mihi liquet asseverare, de Plauto esse adumbratum." Huic recte suffragatur Acidalius l. l., Gruterus perperam obloquitur, quasi non conveniat virum se dicere, qui sit puer. Vir et Homo promiscue usurpari, monitum Curc. 372.

283. Vulgo: Hic hoc videtur etc. Acidalius ταυτολογικῶς: Sic hoc videtur etc. Cf. Aul. 587 Curc. 274.

284. Vulgo: impertiam, quod est glossatoris. Vid. ad Amph. 28.

285. Sententia gravis, proprio metro conscripta, discriminis causa. Cf. Epid. 197 sq. Suavius autem fluerent numeri, si sic rescriberetur:

Superbiae secundas fortunas decent.

289. Putide et ἀμέτρως libri:

Exaugeam, atque illam augeam ex insperato opportuno modo.

Bono pro modo reposuit Gulielmius Verisimm. 1, 24, adstipulante Acidalio Divv. in Plaut. pag. 471, qui metri gratia ex praepositionem expungebat, cum delendum esset

a glossatore inculcatum istud atque, quod neglexit, asyndeton amans, Plautus. Cf. Capt. 356, et de emendatione Gulielmii supra 280, infra 325.

292. Vulgo: Sed spacium hoc occidit: breve 'st curriculo etc.

quae lectio frustra exercet viros doctos: nam corrupta est; id quod animadvertit etiam Acidalius, sed minus commode rescripsit: S. s. hoc (occidi!) breve est etc. Legendum procul dubio accidit, cuius glossema existimandum τὸ est inter breve et curriculo, sicut usurpari solet Accidere pro Esse in rebus fortuitis.

brevĕ Cf. supra 281.

294. Habes hoc metrum etiam Cas. 599 (vid. supra p. 211) Rud. 814 et Trin. 1079 sq cum anapaestico dimetro, qui pro clausula usurpatus est.

296. Codd. metro nullo (nam durissimus hic sit versus anapaesticus tetrameter, elisis prioribus vocalibus verborum fores et pedes, quales elisiones admittuntur quidem, sicut monui Amph. prol. 74, sed ea lege, ut modeste adhibeantur; nec placent in extremis syllabis acutae voces operam, Experiar, valeant):

Somnon' operam datis? experiar, fores an cubiti, an pedes plus valeant.

Τὸ fores a nescio quo adscriptum, qui significare vellet, dici haec foribus a Pinacio: nam vocativus casus est, neque hoc expertum it puer, fores an cubiti et pedes sui plus valeant, sed utrisque illas est percussurus. Digito et hoc et sequente versu monstratur ostium; quod sufficit in scena. Ceterum bene comparant pessulos dormientes Curc. 151.

297 Item ex interpretatione legitur:

Nimis vellem hae fores herum fugissent: ea causa ut haberent malum,

quae sic in trochaïcum tetram. acat. cogit, pravis quidem numeris, G. Hermannus De Mettr. pag. 130:

Nímis vellem hae forés herum fugissént, ea causa utí malum haberent.

298 sqq. Ita descripti hi versus in veteri codice Camerariano, Pareo teste, quos pro anapaesticis recte habet Douza Centur. pag 519. Cf. Cas. 652. Quod argutatur Acidalius Divv. in Plaut. pag. 475, „plerosque omnes aut longis syllabis aut longas aequiparantibus constare," fugit eum ratio: nam sic solent et Tragici veteres et inprimis Comici Latinorum, ut docet R. Bentleius Schediasm. de mettr. Terentt. cap. 6, quocum cf. dissertationem, editioni nostrae Anacreonticorum praefixam. Quod vero addit, versuum 304 et 306 alterum iusto longiorem, alterum breviorem esse, fallitur, ut iam videbimus.

301 Cf. Cas. 104.

304. Τὸ Vnde ad sequentem versum referunt, quem propterea ὑπέρμετρον male existimat Acidalius l. l. ad 298 sqq.

305 sq. Vulgo perverso et manco numero:

Di. Tua quod nihil refert, ne
Cures. Ge. quid istic inest?

quem locum vituperare quam emendare maluit l. l. Acidalius. Vocem Tua posteriore syllaba porrecta efferes, qua de re cf. Merc. 444. Nihilum passim legitur, velut ibid. 592 etc.

312 sq. Recurrit hoc metrum Truc. 85, 545.

314 sq. Cf. Ba. 1160.

315. Egō. Vid. supra 260.

316. Libri soloece: Nam equidem harum miserebat, unde Nam me quidem h. m. facit Ritterhusius apud Scioppium Suspp. Lectt. pag. 83. Sed hoc vix recipit versiculus. Passim confusa Quidem et Equidem: vid. Men. 451.

317. Nomen Pinacium haud liquescit. Cf. Amph. 341.

321. Pinacium. Libri: Dinacium. Vid. supra 255.

326. Vulgo:

Nimio impertior multo tanta plus, quam speras. Pa. salva sum.

Impertior inconcinnum est. Mss. imparti; edd. vett. impartior. Cf. Amph. 28. Quod reposui tanto, auctoritate Acidalii feci, qui Divv. in Plaut. 473 sq.: „In aliis [velut Iunt. Ald.]," inquit, „tanto, rectius. sed foede Lambinus interpunctis ita disparat:

Nimio impertior, multo: tanto plus quam speras.

Cohaerent omnes particulae, quas tam multas non miraberis in unum sensum constipatas. Iunctim inquam efferenda Nimio multo tanto plus. in qua forma sunt aliquot gradus augmenti: Plus, Tanto plus, Multo tanto plus, Nimio multo tanto plus. Cuius non dissimili Bacchidibus scriptum memini (630) Nimio minus multo parum. Alibi non tam multa iunguntur simul; frequentius haec tantum Nimio multo aut Tanto plus, ut aeque Bacchid. Sc. Iamdudum (116):

Video nimio iam multo plus quam volueram.

Frequentissime vero Multo Tanto cum addito gradu, quem vocant, comparativo. Apuleius Apologia: Accipe aliud, pari quidem stultitia, sed multo tanto vanius et nequius excogitatum etc."

330. Quomodo? Cf. supra 239.

331. Libri versu ἀκεφάλῳ:

Iamdudum ego istum patior dicere iniuste mihi.

334. Vox simulque quomodo pronuntianda sit, ut metrum constet, vid. Amph. prol. 74.

335. araneorum. Sic Mss. et vett. edd. Vulgo: aranearum, quod magis usitatum.

336. eorum. Vulgo: earum, ex illorum haud dubie correctione, qui aranearum invenissent.

337. cum. Cf. Ba. 565. Hic versus et sequens rectius habebuntur pro iambicis tetram., quod et affectum iuvat.

339 Versui magis conveniret Ecqui.
cŭm. Cf. Amph. 149.

341. To quidem i vocalem elidit. Cf. Amph. prol. 74.

344. Codd. hiante versu: N. f. h. venturi sunt. Tò si interceptum a sequente verbo.

350. ēs. Cf. Amph. 863.

354. Vulgo: Ex Asia; negant venisse: conspicatus etc.; quae est arena sine calce.

355. Codd. pravo numero: Cércurúm, quo ego me maiorem etc. Vid. Mil. 501. Vocis Cercurum iam sequente vocali accentus retrahitur. Cf. Asin. 143.

359 elocutus (es)? Cf. Amph. 168.

360. Libri corrupto versu: — Di. Ita ego, libens. Reposui facillima emendatione: I. e., ac lubens, sicut est Terentii Andr. 309 Heaut. 711. Cf. nos ad Andr. 354. Tò ego non liquescit. Vid. Amph. 341. Durior est ratio Acidalii, secundum edd. aliquot vett., in his Iunt., reponentis: Ita ego, et quidem lubens.

361. Vulgo pessimis accentibus:

Argenti aurique ádvexít multúm. Pa. nimís factum bene.

363. conchyliata. Vulgo: consutaque. Sed recte Gronovius: „Mirum," inquit, „est, in suendis tapetiis istis potuisse occupari magnos etiam viros, Scaligerum et Salmasium. Ecce tibi [Meurs. Exercc. critt. 1, 233.], qui in vet. ed. reperit Sella et tapetia, et inde constituit solla et tapetia. Liber optimus: peristromaton silla et tapetia. Alter eodem modo, nisi quod sella, ut et Academicus. Quis hinc non videat faciendum peristromata, conchyliata tapetia? ut Pseudolo 1, 2, 14 [143] belluata, conchyliata tapetia. Vbi item castissimae membranae alterae consiliat appetia: alterae consilia tappetiae. Et item frustra est Gruterus cum consutis suis. Qui autem consiliata fecerunt, tenebantur errore plusculorum doctorum virorum, consilium nescio quid esse in tingenda purpura: a quo semper facile cavi, et poterant cavere illi, si Salmasium ad Tertulliani Pallium legissent."

366. Edd. τῷ Advexit perperam acuto:

'Advexít nimium bonae rei etc.

Iam vox Nimium non liquescit, qua de re cf. Amph. 341 Rud. 533.

368. Vulgo corrupto numero: Sambucinas. Sambucas Mss. et vett. edd. Vidd. lexica.

Tò eximia non eliditur; vel legendum: eximiad. Vidd. Amph. 341 et ibid. prol. 149.

330. Vulgo numero frustra asperato: Postea unguenta etc.

371. Libri versu manco: Iam non facio etc. Eadem bis perscribenda semel ponere solent librarii: hinc factum, ut alterum iam omitteretur. Cf. Aul. 388 Rud. 763.

obtigĭt. Cf. Amph. 483.

375. Ἀμέτρως libri: Ridiculosissimos. Correxit Acidalius Divv. in Plaut. pag 476. Cf. 369. Pessime Taubmannus: ridiclosissimos, invecto amphimacro pro trochaeo vel pede τετρασήμῳ.

376—382. Hic locus vulgo sic constitutus est:

— — — — — converri modo.
1. PA. Vidistin' virum sororis Pamphilippum? DI. Non. PA. Adest?
2. DI. Imo aiebant eum venisse simul. sed ego huc citus
3. Praecucurri, ut nunciarem nuncium exoptabilem.
4. GE. Vénalés logi sunt illi, quos negabam vendere;
5. Illico et meo malo est quod malevolentes gaudeant.
6. Hercules sane, qui deus sis, discessisses non male.
7. PA. I, i intro etc.

cum appareat, in eandem sententiam dici a parasito illa Heu, perii miser! — Reverram hercle hoc, quod converri modo, et sequentia Sunt logi venales etc.: nam propterea se miserum clamat et reverrere vult pulverem rursusque vendere suos logos, quia Epignomum alios parasitos secum advexisse dixit Pinacium. Quae postquam continue omnia est elocutus, tum demum Panegyris, quae adhuc miris a puero enarratis obstupefacta stetit et incerta, iocone an serio dicta essent, tandem vero, mentione facta parasitorum a viro advectorum, quorum etiam absque eo tanta copia, Gelasimum his ludi intellexit, eiusmodi nugis servuli silentio praeteritis, ut decet matronam severam, infit quaerere de viro sororis, Pamphilippo, et ut simul advenisse hunc comperit, iam non amplius morata, rem divinam sibi apparari iubet. Vnde coniicias, similiter coniungenda esse versus Vidistin', Imo, Praecucurri et I intro.

Legitur autem 2. horum versuum numero turbato — simul sed ego huc citus. Simitu pro Simul frequens est in scriptis Huius et priscorum, quod glossemati h. l. cessit. Citius pro citus suppeditabat editio Sarracenia anni 1499, quo recepto metrum versus restitui. Sexto magis ἐμμετρον est Hercule quam vulgatum Hercules. Verba qui deus sis explicanda quamvis deus sis (tanta enim fuisset decima illa pars hereditatis meae, quam partem tibi vovi, ut vel deus, et tam vorax, quam tu esse diceris, ea contentus esse potuisset. Denique septimo gulam interstringit versui alterum illud i, quod ad sententiam nihil confert. Liquescit autem, ut saepe fieri monuimus Ba. 716.

385 ille. Pamphilippus, de cuius adventu dubitanter locutus erat puer 380.

396. potest. Cf. Amph. 235, 851, Rud. 1002.

397. bene re gesta. Sic Mss. et vett. edd., sicut 388. Elegantius hoc vulgato re bene gesta.

405. si. Ita Mss., ἐμμέτρως quidem. Vulgo: sive, quod interpretis, de metro securi. Cf. Men. 700.

406. Quam multas tecum miserias multaverim. Recte habet haec lectio. Ridicule verbum Multare a Multus finxit servulus pro eo, quod est Frequentare, Frequenter sustinere. Confirmat hanc explicationem denuo illatum in sequentibus verbum multis, et similiter dicta Oppugnare Cas. 296, Verberare Mil. 792. Vid. nos ad priorem horum locorum.

407 sqq. Nihil mutandum. Ipsum hunc diem tanquam eleutheriam, h. e. libertatem, capere vult Stichus. Unde et 410 rectius legi intelligitur Istunc diem, quam, quod vulgo exhibetur, in hunc diem. Sic etiam 418: Hunc tibi dedo diem.

413. institas. Edd. metro perdito: instituis, quod interpretamentum prisci verbi, hoc loco confirmati. Amare autem veteres frequentativa, monui Merc. 641. Mss.: instit amicam, ubi vides, -as syllabam a sequente simili amesse interceptam. Vid. ad Amph. prol. 87.

415. eae condixi. Vulgo: eo condixi; sed non apud ancillam Stichus coenaturus est, verum apud Sagarinum: ergo reponendum ei (vel, quod vulgato similius, eae) condixi; quomodo Cicero Epistt. ad Famm. 1, 9: Cum mihi condixisset, coenavit apud me. Ei iam aliis in mentem venit. Eae pro eodem dixere prisci, velut Cato de R. R. 46, 142.

419. habeto: putato. — perexcruciavero. Ita Decurt. et edd. vett.; V. C. pro excruc. Vulgo: probe excruciavero. Sed non desunt compositorum eiusmodi exempla.

Nescio quis ad h. l. recte: Metaphora ab iis, qui hostes deditos inclementer habent. Horatius Odd. 2, 7:

Cum quo morantem saepe diem mero
Fregi.

Dixit enim Epignomus: Hunc tibi dedo diem. Similiter infra Stichus 432: Ego hunc lacero diem!

420. Ad praepositio, quae vulgo desideratur sententia manca, recte addita est ab Acidalio Divv. in Plaut. pag. 478. Taubmannus: „Ordo," inquit: „Ego per hortum transibo occupatum amicam meam hanc noctem etc." Sed talis synchysis inaudita.

427. Vulgo recepto glossemate ἀμέτρῳ:

Potius quam in dividiam veniam, est etiam hic
ostium etc.

Potius intelligendum, non perscribendum. Vid. vel Parean. lexic. Mantiss. v. Potius. — Quod reposui Quamde, cf. Amph. prol. 69.

in dividiam. apud spectatores Romanos, talia servis non permittentes, ut recte interpretes.

428. Vulgo:

— — — — — — — aedium,
(Posticam — — — — aedium)
Ea ibo etc.

quam parenthesin suasit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 478; sed praestat addere coniunctionem, quae facile intercidere potuit, praesertim per compendium scripta, ut duas causas afferat servulus, quamobrem per posticam aedium partem obsonatum iturus sit, alteram invidiam Romanorum, alteram, quod ea parte magis utatur familia.

432. Ego. Malim: Ergo. Cf. Men. 570.

lacero. Vid. supra 419. Quanquam nec male Acidalius l. l.: ,,Non bene," inquit, ,,lacerare diem (explicatur) excruciare aut conterere potando, epulando; tantum imo perdere garriendo. quo sensu perspicue idem est Asin. sc. Vbi ego (273):

Quin ego hanc iubeo tacere, quae loquens lacerat diem.

ubi simpliciter etiam accipiunt conterere, non satis interiorem verbi vim assequentes." Non male, inquam, ita haec accipit Acidalius; sed altera quoque, quam supra 419 significavi, facile tueri se potest explicatio, cum variis modis lacerare diem seu tempus perdere liceat, potando, scortando, ambulando, garriendo denique, ut loco Asinariae, ubi, ne aliquid intelligatur, additum est verbum loquens. Quae ratio cui placebit, is praesens lacero accipiet pro futuro, qua de re cf. Cas. 230.

434. regem. Cf. Men. 801.

435. interviso. Hoc ipsa sententia requirit, et sic legitur in editionibus vett. Vulgo: intervisi; sed si iam intervisit homo, sciat nimirum necesse est, iamne advenerit Epignomus, necne; id quod non est, ut ex versu 443 intelligitur.

438. Libri versu pentametro:

Auspicio hodie optumo exivi foras.

Interpolant Angelius et Aldus: A. huc hodie ego o. e. f.; sed frustra; nec melius Pareus: A. h. hercule o. e. f. Cf. Amph. prol. 149. Men. 410.

439. murem. Vid. Amph. 341. Male Camer. et Pareus: M. murem mihi a. p. p.

440. Libri et obscura sententia et metro nullo:

Cum strena obscaevavit, spectatum hoc mihi est.

Mss.: Quom strena etc., sicut commutari solere verba Quom, Quando, Quoniam monui ad Men. 879. Deinde Obscaevare nihil aliud est quam Scaevam obferre sive adferre (vid. Capt. 553 Most. 350), Scaeva autem sonat Omen: dicendum igitur Aliquid (non aliquo, de re, quae portenditur) obscaevare, sicut dicitur Aliquid, non aliquo, ominari, neque dubium, quin recte h. l. reposuerint viri docti strenam, h. e. quasi omen cibarium, ut bene explicat Gronovius. Dicit parasitus, quia tale omen sibi fecerit mustela, se rem dignam iudicasse, quam spectaret sive attentius consideraret, id quod facit in sequentibus. Perperam hic turbatur.

442. haec pro hoc, ut τάδε pro τόδε usurpare mos est

poëtis graecis. Mss. hac; vett. edd. hoc, quod interpretamentum censeo.

443. Tò quidem i literam elidit metri gratia. Vid. Amph. prol. 74.

445. Vulgo prorsus inusitate: praesiliunt. Similia praepositionum Per Prae Pro compendia in libris.

446. Cf. Curc. 16.

447 sq. Vulgo continue:

Ge. Bene atque amice dicis. di dent, quae velis.
Propino etc.

Sed verbis Di dent, quae velis vel Di te ament vel Fortunatus sis respondere solent salutati. Epid. 4:

— — — Th. Salve. Ep. Di dent, quae velis.

Poen 554 sqq.:

— — — — Hospes hospitem
Salutat. Salvom te advenire gaudeo.
Co. Multa tibi di dent bona, quom me salvom esse vis.

Trin. 1112 sq.:

— — — — Ly. Charmiden socerum suom
Lysiteles salutat. Char. Di dent tibi, Lysiteles, quae velis.

Aul. 136 sq.:

Me. Salvos atque fortunatus, Euclio, semper sies!
Ev. Di te ament, Megadore!

quocum loco cf. Curc. 452 Most. 1031. Poen. 490 sqq.:

Ad. Aetoli cives te salutamus, Lyce,
Quanquam salutem ferimus inviti tibi.
Ly. Fortunati omnes sitis etc.

Et sic passim. Epignomo igitur tribuenda ista Di dent, quae velis, quibus parasitum resalutat. Ceterum Gelasimus Bene atque amice dixisse ait alterum propterea, quod is solenni formula respondit, sedulo sustentatum esse, quod verbum ridiculi causa eo sensu accipere videri vult parasitus, quo sensu dicimus sustentari moerorem, miserias et similia, quasi vero invitissimus domo sua et ab se abfuerit Epignomus.

449. Coenem illi apud te. Ita Mss., recte. Submissa voce haec Gelasimus, ut auditores tantummodo exaudiant, Epignomus vero solennem illam formulam audire se putet, qua peregre advenientes compellabant, Coenabis hodie apud me, de qua cf. Ba. 148 sqq. Epid. 5 sq., quamque etiam hoc loco inculcaverunt editores male feriati, excudentes:

Coenabis apud me, quoniam salvos advenis.

Mox 462 aperte suam sententiam dicit homo, itemque apertiore ioco Astaphium Truc. 103: Peregre quoniam advenis, coenetur, ubi τῷ coenetur aeque stolide suffecerunt coena detur.

450. tam. H. e. tamen. Cf. Men. 296.

451. Sic fac. Cf. Most. 1080.

454. Mss. et vett. edd.: — gravare? censeas. Nescio etc.

Τὸ eas a praecedente simili interceptum puto. Aliis placuit Censeo eas.

460. Libri vett. metro pessumdato: Ge. Certum est?

461. operam. Hoc iisdem male abest, sed comparet in Iunt. Ald. etc. Vulgo quoque: non vis, ex interpretatione, ut opinor.

462. possit. Sic Acidalius Divv. in Plaut. pag. 479, recte: cf. Aul. 541. Codd. ingrato homoeoteleuto: Si possim, velim, h. e. Si possim velle, velim, quod absurdum est. Fefellerunt librarios illa Non edepol possum, Non graver, si possiem in superioribus.

464. med. Ita Mss., quanquam id negat Taubmannus. Certe sic legendum est. Accipi vult ut servus, non in lecto, sed in subsellio iuxta lectum sedens. Frustra fecerunt — equidem summo in lecto a., — equid. medio in l. a. Cf. infra 674 sq. Capt. 401.

465. imi subselli. Vidd. annot. praeced. Legitur autem nullo numero:

Scis tu me esse imi subsellii virum.

Med et Tute passim reponenda, ubi Me et Tu sunt in libris. Cf. Amph. prol. 149 Ba. 684 sq.

471. sed procedit parum. Facete: quia dictis eius non persuadetur Epignomus, ut eum invitet.

472. volo. Coenare, ut recte interpretes. Notanda haec ellipsis, quae decet sermonem inter familiares, et de re, cuius saepissime mentionem inter eos fieri consentaneum est.

473. Acidalius Divv. in Plaut. pag. 479 sq.: „Paullo," inquit, „citat aliter Gellius (N. A. 7, 17), ubi de significatione vocis Obnoxius disputat, nihil magis ipse nos certi docens, quam illum grammaticus in id consultus. Sed ita citat:

Ge. Nunc ego hercle perii plane, non obnoxie.

non peius, et vero paullo ἐμφατικωτέρως. Obnoxie hic autem est quasi clementer: ut et obnoxiose Epidico (680). — Obnoxius proprie, qui ob noxiam aliquam suam alteri concedit, suo iure non utens, animi conscientia fractus. Ad quam originem Plautus allusit Truculento Sc. Egone tibi (790 sq.):

Scio equidem, quae nolo, multa mihi audienda obnoxio:
Ego me tibi obnoxium esse fateor, culpae compotem.

Hinc ad alia transfertur, et obnoxii dicuntur a similitudine quadam affectus et conditionis etiam, qui alicui aliquid debent, tanquam devincti. Sic Asinariae loco (266):

Adeo ut aetatem ambo ambobus nobis sint obnoxii,
Nostro devincti beneficio.

Et hinc Virgiliana ab eodem ibidem laudata. Qui autem tales, lenius scilicet ac lentius agunt plerumque cum iis,

quibus obnoxii, nec pro suo iure, cedentes et parcentes ac plane velut secundas agentes. Inde iam istae locutiones omnes, quas facillimum est huc μεταφορικῶς interpretari etc." Cf. etiam, quae Salmasii hic profert Gronovius.

477 sq. Vulgo omnino male:

Quae ne (vel Quaene) et ipsa decies (Mss. deciens, ut totiens etc.) in die mutat locum.
Eam — — — — mea.

Correxit Acidalius l. l. pag. 479.

480. Lineola vulgo abest. Vid. ad Ba. 468.

481. meas | qué mihi |. Cf. Asin. 159 Cist. 69. Tò meas μονοσυλλάβως efferendum.

487. Vulgo numeris durioribus:

Te apud se coenaturum esse hodie, cum me ad se ad coenam vocat.

Typographorum autem socordia alterum ad omissum. Te iam non liquescit. Cf. Amph. 149.

489. Codd. ἀμέτρως:

Quam me ad illum promittere, nisi nollem ei adv.

Ei pronomen de glossa est.

491. apud monosyllabum. Cf. infra 510 Amph. prol. 74.

492 sq. Inconcinne libri:

Et apud me perendie. nam ille heri me iam vocaverat
In hunc diem. sed etc.

Possis etiam reponere Indu hunc diem, reliquis immutatis; sed elegans verborum transpositio, quae nobis placuit, et lectiora in trita mutare solent scribae.

Vocaverat. Vid. Amph. prol. 81.

494. Itidem ἀμέτρως libri: — amicos atque addecet.

495 sq. Vulgo arcessitis ex margine interpretamentis, quae metra perdunt, et depravate:

Pax commerciumque est vobis mecum. nam etc.
Vt cuique homini res parata est, firmi amici sunt: si res lassa labat,
Itidem etc.

Decurt. et edd. vett.: lassae labant, recte.

498. Tò diu monosyllabum. Cf. supra 491.

499. Libri ex interpretatione, quam versus respuit: Domum si redieris, si tibi etc. Tibi familiariter additum: cf. Mil. 61.

502. E vocalis in Sed eliditur, qua de re vid. Amph. prol. 74. Vel habebis versum pro iambico tetram.

503. agitŭr. Cf. ibid. 38.

Inepte autem libri: quamdudum in portum venis Huc? Iam heri ambo fratres in portu fuerant (402), neque est quod rem sibi notam alter ab altero exquirat. Verba a portu habuerunt pro similibus horum compendiis τῶν in portum.

505. Facis, ut alias res soles. Cf. Amph. 380.

506. exoneramus. H. e. exonerabimus. Cf. Cas. 230.

507. Vulgo pravis numeris:
Nosmet potius oneremus viciss. volupt.
Mss. et vett. edd.: N. p. o nosmet vic. vol.

509. M o d o prius o elidit. Cf. 502.

510. 'Αμέτρως libri: eccilla. Similiter supra 502:
Sed eccum fratrem Pamphilippum, incedit cum socero suo.
Poen. 75:
Sed Adelphasium exit, eccam, atque Anterastylis.
Et sic passim. Quod de absente sic loquitur, vid. Amph. prol. 120.

512. ted. Libri itidem ἀμέτρως: te; nec placent, qui reponunt: P. a., p. te huic a. me agere u. v.

516 Esse. Mss. corrupte: Aere; sed ae et e, r et s, miscentur, ut de illis quidem literis in vulgus notum est, de his vero monui Men. 590 De forma loquendi cf. Ba. 52 Cist. 383. Vett. edd.; — apologus. AN. Minori illi (vel ille) adolescenti etc.

517. T Sed liquescit. Cf. 502, infra 553.

526. Vulgo: — quasi tu; tum senex etc. Sed vocula tum abest manu scriptis et editionibus vett.
quăsi tu. Cf. Capt 956.

528. Soloece libri: Dum equidem hercle, quod edant, addas etc. Dudum correxerat Lambinus Cf. Men 451

529. Eleganter Videlicet infinitivo iungitur, sicut Scilicet et Fortasse, de quibus monui Merc. 771 Pseud. 1180. Cf. 531.

530 qui im. Libri durissima contractione: qui eum Cf. Mil. 1409.

531. Mire Mss.: Videlicet non fuisse illum nequam ad. etc. Gronovio in mentem venit: Videlicet imo fuisse.

533. Vulgo: Hercle quia aequom post. etc, loquendi forma prorsus insolita. Emendavit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 483.

534. ille. Vulgo: illae, quasi alteri filiae dotem dedisset, alteri non dedisset, senex; quod ineptum est.

535. Libri minus probo numero: Hercle ille quidem etc, Tò quidem pro monosyllabo. Cf. supra 491.

538. Hic versiculus rursus troch. tetram. cat.

539. Facis benigne. Similia sunt Bene facis, Lepide facis, de quibus vidd. Capt. 776 Mil. 1145.

542. Codd. ἀμέτρως et omnino male:
Postea ibo lavatum in Pilum: ibi fovebo s. m.
Recte Lambinus pyelum pro Pilum. Pollux 10, 16: „Πύελος vas amplum, in quo veteres lavabant,

545. Codd. inepte:
Vt iam nunc scelestus esse ducit p. a.
V. C.: it iam, Decurt. et vett. edd.: id iam. Legendum: Etiam. Cf. Capt. 840. Sese pro esse dedit Douza Centur. 528. Acidalii Vt etiam nunc etc. ἄμετρον est

546. occentet: ut quae sit tibicina. Bene sic Pistoris.

Vulgo accendet, quod verbi quid sibi hic velit, nescio cum aliis.

553. Libri soloece: Sed ita quod occoepi etc. Id, quod occoepi etc., sicut alibi Ita, ut occoepi etc. Vid. Curc. 43. Non est, quod reponamus Est ita, ut occ., vel St. ita ut occ.

Tò Sed liquescit. Cf. 517.

555. Cŭm. Vid. Amph. 149.

565. Vulgo: Quin tu. stans obstrusero etc. Quae lectio quid sibi velit, scio cum ignarissimis. Saepius confusa tū (h. e. tum) et tu. Vid. Cas. 207.

569 sq. Foras hercle v. O vocales in Foras et Foris eliduntur, sicut et τὸ a in malum. Cf. Amph. prol. 74.

570. Iubĕ. Vid. Asin. 731. Cf. infra 603.

575. Non tu hinc abis? Vidd. similes loquendi formae Mil. 1097.

578. quamde. Codd. ἀμέτρως: quam. Cf. Amph. prol. 69.

580. Vulgo:

Ep. Non it, non it: quia tanto opere suades ne ebitat etc.

Quid hoc? ut respondere pro fratre praefestinet Epignomus, eumque exiturum (domo) neget, cui certum est foris coenare; et hoc suasu parasiti, quem uterque contemnit? Nugae. Legendum:

Ge. Non i! non i! Epi. Quid tanto opere suades, ne bitat?

sententia aperta et aptissima, mutationibus facillimis et fere nullis. Literas d et a quam misceri proclive sit, ostendi ad Cist. argum. 7, unde factum, ut quia pro quid exararetur. Bitat iam Camerarius reposuit. Libri vett.: ne evitat, e litera male geminata, vel ne vetat, de quibus scripturis cf. Men. 736 Mil. 313.

583. Per. Cf. Epid. 315, 329.

584. Apud monosyllabum. Cf. supra 569 sq.

588. Tuā — rĕfert — meā. Cf. Merc. 444. Verba enim et quidem itidem pro monosyllabis.

589. conspicŏr. Vid. Amph. prol. 38. Libri fere ἀμέτρως:

Posce. Ep. edepol tibi, opinor, etiam uni locum conspicor,
Vbi accubes.

Sed recte haec descripta in Iunt. et Ald.

592. Tantulum. Codd. pravo numero: Tántillúm.

595. Legitur corrupto metro: D. s. m., postea ad te c. t.

transeo. Cf. Cas. 230.

596. si. Recte hoc ex Iuntina arcessiverunt Camerarius, Pareus, alii; quod verbum dum omittit Taubmannus, versum ruere non intelligit, ut securus est harum rerum.

598. potis. Minus ἐμμέτρως libri: potest.

600. Vulgo:

Pa. Non ergo is tu? apud | me satis specta | ta est mihi iam tua | felicitas.

Vel metrum indicio esse poterat viris doctis de mala fide vocis felicitas, ut quae vox quartam dipodiam efficiat versus troch. tetram. catal., quo loco non nisi amphimacer eique compares pedes metrici, proceleusmaticus vel paeon quartus, usurpari possunt, cum verbum felicitas epitrito constet tertio. Deinde Mss.: Non ego isti apud te (vel apute, ut V. C.) satis etc. Vide, an recte coniecerim, legendum esse:

Epi. Novi ego: ista apud me satis spectata est mihi iam tua facilitas.

nam me imprudente mansit nota personae Pamphilippi, quem recitato versu 595 abiisse recte monet Acidalius Divv. in Plaut. pag. 486, ubi et reponere suadet vel: Novi ego ista apud me: satis etc.; vel; Novi ego ista: apud me etc.; vel denique: Novi ego: ista apud me etc., quae quidem ratio verissima. Sed corruptionem τȣ̃ felicitas ne hic quidem, criticorum Plauti omnium sagacissimus, est odoratus, itaque locum ille sanavit, ego persanavi. Quia enim dixerat parasitus, quocumvis se pugnare facilius, quam cum fame, subiratus adolescens: „Novi," inquit (de qua formula cf. Aul. 195); „ista tua facilitas mihi iam satis apud me spectata est; scio, quam facile, h. e quam difficile (nam εἰρωνεία haec) satiari possis, ne praedices: nam tecum rem dilapidavimus, ego et frater meus.

602. Ἀμέτρως libri:

Nunc ego nolo e Gelasimo mihi te Catag.

603. Iamne abis tu? Inepte libri: Iamne abisti? nam quid est, quod hoc quaerat parasitus, quod optime per se ipse scire potest? Vid. ad Poen. 547.

Gelasime. Proceleusmaticus. Cf. Amph, 356.

vidȇ. Cf. supra 570.

604. Ineptissime libri cumulatis interrogationibus:

Egone? tune? mihine? tibine? vides etc.

Interpunctionis fere arbitrium est editorum, ut quae aut nulla sit, aut ea, quae sit nullius instar, in libris veteribus. — Formula Tu nae saepissime corrupta. Vid. ad Capt. 790. Lepidum autem hoc colloquium tanquam animae cum corpore parasiti. — Tò Vides pro monosyllabo. Cf. supra 569 sq.

606. ipsos. dominos. Cf. Aul. 307 nos ad Terentii Hec. 272.

607. inspiciet. Ita V. C.; ceteri libri ἀμέτρως, certe κακομέτρως: prospiciet.

612. Simili vitio hic versus laborat in vulgatis, ubi sic legitur:

Qui hercle illa causa nihil ocius venit;

neque omnino quidem placet Acidalius, reponens Divv. in Plaut. pag. 487:

Qui hercle illa caussa nihilo citius advenit.

Aptior fortasse modus potentialis veniat, de quo vi . Aul. 42.

614. Hic quoque ἀμέτρως libri:

Qui nihil ocius venit tamen hac gratia.

In veteri cod. factum olim, teste Taubmanno: Q nihilo citius v. t. h. g., quod expressit Camerarius.

617. Minus apte edd. et metro asperrimo:

Postea accumbam. quasi senex tabescit dies.

Mss. et vett. edd.: P. a. qua senex t. d., h. e.: P. a., quasi nix tab. d. Lucretius 6, 735 sqq.:

Forsit et Aethiopum penitus de montibus altis
Crescat, ubi in campos albas descendere ninguis
Tabificis subigit radiis Sol omnia lustrans.

et ibidem 962 sqq.:

Principio terram sol excoquit et facit are.
At glaciem dissolvit et altis montibus alte
Exstructas ninguis radiis tabescere cogit.

Similiter autem Noster Merc. 200 sq.:

CHAR. Edepol cor miserum meum,
Quod guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem.

Vtendum die dicit servulus sibi donato propterea, quia tam cito transeat, quam nix tabescat (in Graecia et Italia), qualibus sententiis abundant poëtae. Insulsum istud senex a Grutero est invectum. Quod superest, Quase pro Quasi scripsisse veteres, auctorem habemus Quintilianum; quanquam et forte factum esse potest, ut e pro i perscriberetur, sicut nex pro nix, de qua literarum commutatione monui Mil. 313.

619. Pessima operarum oscitantia excusum terri pro terra.

629. Codd. nullo numero:

SA. Stiche. STI. hem. SA. quid fit? STI. euge, Sag. lep.

632. apud nos. Tò apud monosyllabum. Cf. supra 569 sq.

635. Ineptum Quis somniavit aurum? (nam hoc praeferunt libri) ineptius explicat Turnebus Adversarr. 20, 14: quis furatus est aurum? nam somniatorem nihil aliud esse quam dormitatorem; dormitatorem autem dici furem nocturnum Trin. 827 et 949. Facile obtemperavi Meursio, Exercitatt. critt. 1 pag. 234 reponenti: Quis summanavit aurum? sub qua voce eadem, quam Turnebus voluit, subiicienda est sententia. Curc. 411 sqq.:

— — — — Qui Summanus, fac sciam.
CVR. Quia vestimenta, ubi obdormivit ebrius,
Summano: ob eam rem me omnes Summanum vocant.

637. Libri versu imperfecto et κακομέτρως:

Sequere ergo hac me intro. SA. ego vero sequor.

640. Vulgo: redeundi. Sed bene Acidalius Divv. in Plaut. pag. 488: „Emendo," inquit, „redeunti. Iam

enim redibat, imo redierat: non redire incipiebat. Adveniendi principium placet, quia tam bonum auspicium fecerat Stichus; id quod statim ultimo versu declaratur:

Bona scaeva strenaque obviam occessit mihi."

647. Vox inter τὸ e elidit. Cf. Amph. prol. 74.

tam. Vulgo: tamen, quod minus ἔμμετρον. Cf. Ba. 1135 sqq.

651. Clausula, qualis etiam infra 663.

653. Omnimodis. Libri interpretatione, quam aegre fert metrum: Omnibus modis. Cf. Ba. 350. Legitur quoque temperare, sed in V. C. et editionibus antiquissimis temptare, in Decurtato tempere, quod eodem redit, in Iunt. etc. tentare, recte: h. e. experiri.

654. dī. Cf. Amph. 149. Ἀμέτρως autem libri et minus recte:

Ita me di ament, lepide accipiemur (Mss. et vett. edd.: accipiamur), cum hoc recipiamur in loco.

Et haec Stichus dicit, ut qui accipiatur a Sagarino, cum vulgo omnia usque ad verbum Convenit versu 655 huic male tribuantur.

657. Vulgo:

— — — — nam hinc quidem
Hodie polluctura, praeter nos, iactura dabitur nemini.

quae intelligi non possunt. Gronovius: „Polluctura nihil est aliud quam epulum vel convivium. Quia enim qui decimam pollucerent Herculi, coenam popularem dabant, ideo in Rudente extrema pollucti nihil est dicit pro eo, quod est: nihil apparati ad coenam; et hic polluctura convivium. Iacturae autem est, ubi significant largitiones et liberalitates in publicum gratiam plebis promerendi ergo: quo in genere omnia erant proprie dicta pollucta: dei Herculis nomen praetexebant, ceterum homines colebant. De his iacturis vide 4. de pecun. vet. cap. 4." Hactenus recte vir doctissimus; sed fallitur, cum addit: „Sic igitur iacturam dixit pro sua cuiusque portione de illo, quod in commune conferebatur ac praebebatur. Iam intelligis rem plane, non obnoxie: Hac [nam sic reponendum censet] quidem hodie polluctura praeter nos iactura dabitur nemini, id est: Hac coena vel epulo praeter nos pars dabitur nemini." Nullo enim modo sic accipi potest vox iactura, neque opus rescribi hac pro hinc; sed videtur legendum esse minima mutatione: nam hinc quidem hodie pollucturae praeter nos iactura d. n., h. e. a nobis (hinc) hodie nemini praeter nos concedetur seu permittetur (dabitur) iactura (h. e. iacturam facere) pollucturae.

658. monotrope. Sic reposui, h. e. μονοτρόπως, simpliciter, sumtu simplici, quales in sequentibus describitur, quod malim; vel modo solitario, quia solus cum solo Sticho et ancilla epulaturus erat Sagarinus. Alienum et inu-

sitatum monotrophe, quod in libris exstat, nec placent, qui corrigunt monostrophe, allegoria a more scenico in orbem euntium cantionum. Perperam scriptum monostrophe pro monotrope, sicut vulgo trophaeum pro tropaeum. — Verbum ministremus prius i elidit. Cf. Amph. prol. 74.

661. Clausula. Cf. Ba. 953.

663. Vid. supra 651.

664. O litera in domi elidenda. Cf. 647.

batiacis. Vulgo batiolis; sed Mss. et vett. edd.: batiochis vel batiohis, unde istud nobis ortum. Turnebus Adverss. 16, 11: „Nomina," inquit, „poculorum graeca sunt in hac fabula, scaphium, cantharus, batiola. sed hoc postremum sic appellatum a Nonio Athenaeus lib. II (pag. 484) batiacam vocat et batiacium. affert enim e Diphilo:

Πρίστις, τραγέλαφος, βατιάκη, λαβρώνιον.

(Libri vitiato metro: *Τραγέλαφος, πρίστις, β., λ.* *Λαβρώνιον* olim vulgato *λαβρώνιος* iam alii suffecere. Bo.)

et mox subiicit: *Δίδυμος δὲ ὅμοιον εἶναι φησὶν αὐτὸ* (minus recte Turnebus: *αὐτῷ*. Bo.) *βομβυλίῳ ἢ βατιακίῳ.* et libentius assentiar Athenaeo quam Nonio, praesertim cum quaedam etiam Plauti edd. (velut Iunt. Bo.) batiocis hodie exhibeant."

Ceterum nunc magis probo vulgatum bibunt, quod fortius *τῷ* bibant, a me reposito.

665. tam. Minus apte ad metrum: tamen. Vid. ad Ba. 1135 sqq. Cf. 673.

666. Clausula. Cf. Epid. 197 sq.

668. Perperam interpungitur:

Atque adeo ut tu scire possis, factum ego tecum divido.

669 sq. provinciam. provinciae. Cf. Pseud. 144, 154.

672. Codd. metro nullo:

Sed amica mea et tua dum comit, dumque se exornat, nos volo atc.

Τὸ comit pro monosyllabo. Cf. supra 664.

673 Tam. Vulgo tamen. Cf. 665.

674. in subsellio. Vt servi et interdum Cynici. Cf. supra 464.

675. Vulgo:

Cynice accipiemur, quam in lectis etc.

Sed Mss.: accipimur, ut supra quoque 654 reponendum vidi. Quod in iisdem et editionibus vett. legitur, lecticis, depravate scriptum pro lecteis. De forma Quamde cf. Amph. prol. 69.

mage dulcius. Cf. Mil. 609.

679. Edd. inepte et in ordinem recepto glossemate *ἀμέτρῳ*:

Cantio est Graeca: *ἢ π. π., ἢ τ. π., ἢ μὴ τέτταρα.*

Cum olim graeca latinis literis scriberentur in codicibus, nescio quis ad vocem Cantio adscripsit graeca, ne pro

latinis aut barbaris perperam haec haberentur. Vitio autem iotacismi factum puto, ut ἢ μὴ pro εἰ μὴ exararent. Certe sic optimam habemus hanc sententiam: Vel quinque (pocula) bibe, vel tria, si quidem (vel quandoquidem) non quatuor, τοῖς εἰ μὴ acceptis pro ὅτι μὴ, de quo usu harum particularum vid. Vigerus de Idiotismm. graecc. 8, 6, 8. Fugiebant numeros pares in bibendo. Plinius H. N. 28, 6: ,,Numerum quoque quaternarium prodidit Demetrius condito volumine, et quare quaterni cyathi sextariive non essent potandi.“ Plura in hanc rem videbis apud interpretes ad h. l., et conferes, si vacabit, Erasmi Adagg. 2, 3, 1. Minime autem male Turnebus l. l. supra ad 664 reponendum censet ex Athenaeo ἢ πῖνε τρία, quo admisso habebimus iambum senarium, Comicorum licentia anapaestum quarta sede usurpantem pro pede legitimo:

Ἢ πέντε πῖν', ἢ πῖνε τρί', εἰ μὴ τέτταρα.

Quia tamen versus veterum Latinorum longis syllabis scatent, et eorum iambici acatal. non nisi ultimo loco excludunt spondeum, fieri quoque potuit, ut ista verba transponerentur a poëta nostro eo consilio, ut sub ictu collocaretur vox gravior.

679. Vulgo:

SA. Tibi propino decuma fonte: tibi tute inde, si sapis,

in quibus vel explicandis vel emendandis ne ipsi quidem sibi satisfaciunt interpretes, nisi quod posteriorum sensum perspexit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 489, ubi corrigere suadet: — a fonte tibi tute inde, si sapis. Ceterum neque sic haec legenda, neque rescribendum, ut quidem placet viro docto: Tibi propinod eccum: a fonte etc. Legendum:

Tibi propino decuma. Fontem tibi tute inde, si sapis.

Fontinali provinciae praefectus erat Stichus. Recte igitur alter: Ego tibi vinum propino; fontem (h. e. aquam) tute tibi inde. Et decuma se propinare dicit, h. e. decumana (quod interpretandi causa adscripsere, unde V. C.: decum ama), quae eadem magnis, magnum poculum, sicut passim haec verba usurpantur. Hinc infra Stichus 691: Nolo ego nos pro summo bibere.

680. Bene vos, bene nos etc. I. Lipsius Antiqq. Lectt. lib. 3 pag. 384 edit. Vesal. ,,Ita,“ inquit, ,,loquebantur concise pro eo, quod esset Bene nos vivere precor, bene valere.“ Cf. etiam Turnebi Adverss. l. l. supra ad 664.

681. Bibe, si bibis. Similis loquendi forma illi Age, si quid agis, de quo cf. Mil. 215, infra 686.

med. Ἀμέτρως libri: me. Vid. ad Amph. prol. 149.

683. Vinum. Sic Pareus, tanquam ex manu scriptis; item vett. edd., quod praestat vulgari, sublestae fidei, lectioni vini.

685. Melius dicis. Vid. ad Aul. 288.

686 sqq. Vid. de hoc metro Rud. 114.

687. Vulgo, sentientia minus concinna:

Quid hic fastidis? quod faciundum vides esse tibi, quin bibis?

Sequor Camerarium. Verbum Quid eliditur metri causa. Cf. supra 647.

688. Recte interpretatur Gronovius: „Non hoc, quod sumti facimus, impendet, erogabit, publicum: non respublica gravabitur hac impensa: non aerario aut rebus populi decedet hic sumtus, ut sine metu peculatus capere possis."

689. Haud tuom istuc est etc. Similiter Trin. 102:

Cal. Quid feci? Me. Quod homo nequam. Cal. Non istuc meum est.

Vid. etiam nos ad Terentii Andr. 891. Bene item Gronovius: „Haud tuum istuc est te vereri; non decet neque personam neque ordinem tuum, qui tibicen es, genus merobibum et multibibum, verecundari ad sumenda pocula." Minus autem ἐμμέτρως libri et ex interpretatione, ut opinor: Eripe ex ore tibias

690 Vbi u vocalem elidit. Cf. Amph. prol. 74.

691. Recte Turnebus Adversarr. 9, 21: „H. e. Nolo immani nos poculo et oppleto, quantumque quis ducere potest, bibere: ut facere solent interdum, qui ita provocant et poscunt, quasi ultimum sint poturi, neque postea cadum aperturi vinumque hausturi, sed postrema invitatione usuri: sic enim plerumque fit, ut subito exhauriatur totus vini cadus."

nulli re erimus postea. Vulgo minus apte et ἀμέτρως: nulli relerimus (Mss.: rel erimus) p. Optime Gruterus: nulli rei erimus p., id est: fiemus ad alia omnia inutiles; quod commentum merito suo receptum est in ordinem a Pareo.

692. Libri: quando bibisti. Sed produci solet apud veteres syllaba posterior τοῦ quando. Fefellisse videtur compendium: cf. Men. 879.

696. uter demutassit. Vter non bibere perrexerit, ut coepimus Inde mox Sagarinus: Si peccassis: multam (poculum vini) hic retinebo eloco; quia vinum homo infundebat. Non placet Sagarino moderate bibere; nec Stichus amplius adversatur.

697 qui aequom postulat. Recte hoc repositum ex Mss., cum vulgo, Angelium secuti, exhibeant: quia aequum postulas.

704. Inepte libri et ἀμέτρως:

Tecum ubi autem est, mecum ibi autem est: neuter utri invidet.

Camerarius: — neuter alteri inv.

705. Itidem ἀμέτρως legitur: Ohe iam satis! nolo etc. et soloece: obcaedes. Rescripsi obcaedas, h. e. occidas (loquendo), de quo scribendi modo veteri cf. Amph. 28. Sic passim Occidere, Interimere, Perdere: vid. ad Merc. 318.

Catuli ut ludunt, nunc volo. H. e. volo catulire. Verbum servo dignum.

710 sq. Vid. de hoc metri genere ad Cas. 703—706. Simile est illud, ab Archilocho inventum, sed brevius, apud Victorinum pag. 2590 Putsch.:

◡ ◡ – ◡ ◡ — | — ◡ — ◡ — ◡
Age nunc, comites, | ferte sacra Baccho.

715. nàm. Cf. Amph. 149.

716. inficta. Vulgo exstincta παρονομασία: infecta.

717. Nimio|qué sibi. Vid. ad Asin. 150 Cist. 69. Cf. 726.
rĕperit. Cf. Asin. 375. H. e. reperire solet, quomodo aoristi adhibentur apud Graecos. Vid. Vechneri Hellenolex 1, 2, 14, 3.

720. Totus doleo. Cf. 724. Nequiter hoc interpretatur Sagarinus.

723. Putide libri:
— — — — siquidem placeo: tum mihi
Cupio cum utroque mihi esse bene.
Tum ibi τῷ m forte geminato facile mutatum in tum mihi.

724. Dispereo, ut ante Totus doleo exclamat Stichus, libidine perpruriscens, quam nisi saltatione lasciva sedari posse sperat, itaque adduci nondum potest ad accumbendum.

Quid ais? Cf. Merc. 481. — Quid ergo? Vulgo subobscure et ἀμέτρως: Quid, ego? Vid. ad Men. 570.

725 Tò enim liquescit. Cf. supra 690.

726. Age, mul|sá mea. Cf. 717.

727. med — ibidem. Libri ἀμέτρως: me — ibidem. Hoc quidem recte exhibent edd. vett.

737. Euge - datur. Haec vulgo, nescio quo sensu, continuantur sub persona Sagarini. Si me audis, Stichus simulata ira, quod osculantes videt amicum et amicam, Euge, euge, inquit (hoc bellum est! hoc mihi placet!), iamque accurrens et colaphos non colaphos Sagarino ducens: Sic furi datur! sic fur accipitur! sic punitur! de qua forma loquendi dixi Men. 506

Quae hunc versum inter et proximum leguntur, uncinis a me inclusa, ea ex versu 693 perperam petita esse, facile intelligitur.

739. Redde pro monosyllabo. Cf. Asin. 770.

742. tute. Ἀμέτρως libri: tu.

743 sq. Vulgo depravate:
Sa. Nunc pariter ambo. omnes voco cinaedos, contra
Satis esse nobis non magis potis est, quam fungo imber.
Mss. et vett. edd.: — cinaedos contra statis esse etc., τῷ satis a sequente simili statis intercepto, et pro imber quaedam edd., in his Sarracenia anni 1499, imbri. Vide, an recte divinarim. Potus est genitivus singul.

ANNOTATIONES IN TRINVMVM.

ARGVMENTVM.

V. 1. abstrusum. Cf. Amph. 541. Veterum enim morem et licentiam in hoc genere imitatur harum periocharum scriptor, quisquis fuit. Cf. Capt. argum. 1.

9. Mss. et edd. primae corrupte: — nubuntur eri. — nubuntur ire. — nubunt heriles. Inepte C. Barthius Adverss. 16, 29: — nubunt subheri.

ANNOTATIONES IN PROLOGVM.

V. 1. Codd. *ἀμέτρως*:

Sequere me, mea gnata, ut munus fungaris tuum.

Et ita quidem Mss. Plauti; sed veteres edd. Nonii: Sequere hac me nata ut munus fungas tuum (Paris. a. 1511 fol. 53, a), S. haccine gnata ut m. fungas tuum (Nicol. Perotti Cornucop. edit. Ald. a. 1513 pag. 1412), S. hac me, gnata, ut munus fungaris tuum (edd. Plantin. a. 1565 Paris. 1583 Mercer. pag. 497); omnes me, non mea, et hac, quod addi solet in ea formula, ut videre licet Asin. 786 Capt. 696 Pers. 397, 742, planeque similiter legitur Asin. 850: Sequere hac me modo, 914: Imo potius intus sequere hac me, Capt. 223: Sequere hac me igitur, Pers. 743:

Sequere hac, mea nata, me usque ad praetorem. Vir. Sequor.

Ba. 461 et Poen. 371: Sequere hac me, Rud. 100: Sequere me hac ergo, Truc. 604: Sequere me hac, Terentii Heaut. 4, 1, 51: Sequere me intro hac, et ibidem 4, 7, 4: Sequere hac me ocius. Iam cur grammatici libros ipsius Comici praetulerim in hac causa, vid. Men. 754 Most. 456. G. Hermanno in editione Trinumi, quae prodiit 1800, reponere placuit:

Sequere hac, mea gnata, ut munus fungaris tuum.

3. illaec. Vid. Poen. 991. Vulgo: illae, ex interpretatione, ut videtur. G. Hermannus:

Adest. én, illae sunt aédes etc.

male correpta posteriore syllaba in Adest, et en reposito pro hem, quod etiam demonstrantis esse, multis ex locis poëtarum colligas, ubi alterum istud metro adversatur, velut habes Merc. 308:

Ly. Si unquam vidistis pictum amatorem, hem illic est!

et Poen. 79:

Ag. Quid istuc tumulti est, Milphio? Mi. Hem amores tuos etc.

5. si quidem. Recte sic Hermannus. Libri sensu alieno et depravato metro coniuncte: siquidem.

6. igitur primum. Sic V. C., quem exprimunt Taubmannus et Hermannus. Vulgo minus ἐμμετρως: primum igitur. Quanquam vid., quae nos Amph. 341. Totus autem versus in editionibus sic habet:

Nunc primum igitur, quae ego sim, et quae illa haec siet,

quae cum sic dimensus esset pro captu suo Angelius:

Nunc pri|mum igitúr, | quae ego sim ét | quae illa haéc | siét, |

versum pede defectum ratus, etiam inculcavit inter haec et siet, quem sublestae fidei auctorem nollem secutum esse G. Hermannum, dum sic reponit:

Nunc ígitur primum, quae égo sim, et quae haec etiám siet.

Plane otiosum h. l. et vix latinum est τὸ etiam. Versus autem sic scandendus, τῷ quae non eliso, qua de re cf. Amph. 149:

Nunc ígi|tur pri|mum, quaé e|go sim et | quae illaéc | siet.

nam illaec pro illa haec rescribendum esse, ὁ τυχὼν intelligat, cum haec quidem lectio merus sit error librariorum, gliscente corruptione ill aec, ill haec, denique illa haec exarantium, sicut h literam male addi solere monui Asin. 24.

9. Vulgo difficiliore metro (quanquam vid. Amph. l. l. ad 6): Tum hanc mihi etc. Repositum a me illanc, sicut modo legimus quae illaec siet, quod quam facile in hanc transire potuerit, norunt, qui codd. norunt Mss. Angelius Aldus et Lambinus nimio conatu: T. mihi natam (Angel. Ald. gnatam) hanc is esse vol. In., nec melius secundum istos G. Hermannus: Tum mi hanc is esse gnatam vol. In.. Prorsus autem inepte Taubmannus auctoritate codicis decurtati: T. h. m. gnatam gnatam esse v. I. Forte bis τὸ gnatam perscripserat in eo codice librarius, neque alterum delevit, ne litura emtores offenderentur, sicut mos est in hoc genere eius nationis. Cf. Most. 60 Rud. 1026. Ceterum vel posteriorem syllabam τῶ mihi pro porrecta habebis me-

tri gratia, vel verbum gnatam non elides figura prosodiaca illustrata Amph. 341.

10. Vulgo ἀμώτερως: Sed ea huc quid i. i. m. Transponere maluimus verba huc quid, quam rescribere immisso d illo, de quo dictum Amph. prol. 149, introdierit; nec tamen refragabimur, si quis, positu verborum immutato, hanc rationem potiorem existimarit. G. Hermannus miro prolubio:

Sed húc nunc ea quid ímpulsu introierít meo,

siquidem nunc istud in nullo libro antiquo exstat, verbaque sic traiecta naturalem illam gratiam, qua pollet Noster, prorsus auferunt.

14. alat. Soloece libri: aleret. Saepe sic errari, monitum Amph. 332. Tò me non liquescit. Vid. Amph. 149.

15. V. C. Dedi e' meam g., unde Pareus et Hermannus fecerunt D. ei m. g. Sed nihil opus, neque est quod cum hoc reponas: quicum is act. ex., cum absque isto pronomine constet metrum τῷ quicum non eliso, qua de re cf. supra 6. Male enim editionis Hermannianae censor in ephemeridd. Ien a. 1805 pag. 587 verba sic acuenda censet: Dedí | meám | gnatám |, quicum etc.

16 sq. Imitatus haec est Terentius Ad. prol. 22 sq.

18. Libri perverso metro, nisi rescribatur graeced, de quo cf. 10:

Huic nomen Graece est Th. f.

G. Hermannus iambico senario minus probo:

Huic Graéce nomen ést Th. f.

Vid. Bentleii Sched. de mettr. Terentt. extremum. Iam et gravissima vox Thesauro sub ictu, et praecipuo quidem, posita.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 1. Vulgo:

Nae amicum castigare ob meritam noxiam,
Immune est facinus etc.

Aliud cantant Mss., hoc: e amicum cast. ob merita (solus V. C meritam) non mala noxia (V. C. noxiam). Illud e principio versus recte acceperunt pro Ne, h. e. Nae, sicut saepe addere obliti sunt scribae literas initiales, pulcriore colore post appingi solitas. Sed verba non mala, quae pro non malam perperam scripta existimarint, dum haud concoquunt, confidenter expunxerunt et pro eis ex proximis petitum verbum noxiam inferserunt, quod supposititium esse metrum arguit. Nisi quis verba non mala pro glossa habeat cum bono viro Pareo. Lepidam vero glossam, cui nihil sit quod utcunque respondeat in verbis scriptoris! Excluso igitur τῷ noxiam legendum vidi:

Nae amicum castigare ob merita, nunc male
Inmoene est facinus etc.

ob merita, h. e. ob delicta, sicut passim adhibetur Meritum. Verba Non et Nunc haud raro inter se permutari, monitum Asin. 84 Most. 335 Tῷ mala autem vicinum, quod rescripsi, male, h. e. valde, de quo usu vocabuli vid. Stich 220. Denique Mss. et edd. vett. non Inmune, sed praeferunt illi Immene, hae Immane, h. e. Inmoene, sicut promiscue scripsisse priscos Oisum oesum usum, Poenos Punos, Coiravit curavit, Moenera munera, Moeros muros, monet I. Lipsius De recta pronunciatione latinae linguae cap. 11. Valde inurbanum nunc quidem videri ait Megaronides, si quis amicum ob merita castiget; sed interdum id esse utile. Cum autem dicit nunc, non sic olim fuisse significat se puero, ut „acti temporis laudatores" sunt, auctore Flacco, senes.

Si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti; si non, his utere mecum.

19. evenat. Bene sic reposuit G. Hermannus: nam Codd. ἀμέτρως eveniat, quod illius interpretamentum. Cf. Aul. 109.

20. Haec solus secum Callicles, quod addita lineola indicavi, de qua vid. Ba. 468.

21. Prius e in senecta elidendum est metri gratia. Vid. ad Amph. prol. 74. Minus recte G. Hermannus:

Hic ille ést, senecta aetate q. f. p.,

correpta voce gravissima ille et acuto est, verbo nullius ponderis.

23. Quoia vox prope me sonat. Verba haec, nescio qua de causa, transponit G. Hermannus: Quoia prope me vox sonat? Carpit hanc mutationem etiam censor eius in ephemeridd. Ienenss. l. l. supra ad pr. 15, nisi forte acui voluerit Hermannus verbum prope. Sed hoc fieri, minime est necesse.

24. sid. Codd. ἀμέτρως: si. Cf. Amph. prol. 149. G. Hermannus interpolavit: T. b. si ita es, ut ego te volo.

26. O interiectio liquescit. Vid. Ba. 716. Tò salve sequente vocali non eliditur, figura illustrata ad Amph. 341. Vel legendum: salved, de quo vid. annotat. praeced. Frustra G. Hermannus: O a., salve mi, atque etc.

28. rectius. H. e. recte. Cf. Aul. 288.

30. Vulgo numero durissimo, vel potius nullo:

Me. Bene hercle est, illam tibi bene valere et vivere.

nam ferri non potest Hermanni ratio, versum ita dimetientis, correpta voce hercle:

Bene hèrcle ést, | illam | tibi béne | valere etc.

Alterum bene de glossa est. Similiter infra 737: Illum bene gerere rem et valere et vivere. Ba. 211: Vivit, valet. Et sic passim. Cf. etiam nos ad Ba. 154.

31. G. Hermannus, cumulatis monosyllabis: si quid mi est mali.

32. item. Minus usitate libri: idem. Cf. Cas 83.

36. Tò quidem i litera elisa pronuntiandum. Cf. Amph. prol. 74.

39. Nam quidem. Libri putido pleonasmo, cui male dissimilem formam Quia enim praetendit Gronovius, de qua vidd. interpp. ad Vechneri Hellenolex. 1, 2, 6, 1: Namque enim. Quod reposui, priscis in usu fuit (vid. Parei lexic. Plaut. h. v., Colum. 1, 1, 10 etc.), et vicinum est scripturae vulgatae. Vett. edd.: Neque enim etc., Camerarius et Lambinus: Nunquam tu, credo, etc.

40. Vulgo, adhaerescente versu: faxo. Cf. supra 24. Egeris positum pro agas vel ages, sicut futurum indicativi ac subiunctivi promiscue usurpari solet: vid. G. I. Vossii Lat. gramm. pag. 99. Callicles fore dicit, ut nesciat Megaronides, quid agat, quove se vertat, si uxores suas commutaverint; neque ab eo dissentit Megaronides versu 42. Quae sententia tam clara est atque apta huic loco, ut mirer, qua fiducia rescripserit in editione sua G. Hermannus:

Nae tu hercle faxo tunc scias, quam rem egeris.

Scias quidem pro scies edd. vett., sed minus eleganter et procul dubio ex interpretatione: vid. Amph. 833 Curc. 582.

41. ut nactus (es). Cf. Amph. 168, et de hac formula loquendi proverbiali Truc. 800.

43. Sic omnes libri vett. „Sed pessime,“ inquit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 498, „et peius etiam explicat interpres (Lambinus): Non vivit, qui misere vivit: nedum diu vivat. Enimvero si sit ea lectio vera, verior haec interpretatio, et philosophica quidem prorsus. Etenim Sapientiae scitum est, longissimam etiam vitam, si male agatur, brevem esse: contra brevissimam etiam, si bene, satis longam. quod unus Seneca multis locis egregie disputat, illustrans pluribus aliis hoc genus sententiis, quibus non modo elegantius, sed et sanctius dici nihil potest. Et profecto quam optime, tam diutissime vivimus: quando non refert, quam diu vivamus, sed quam bene. Verum gravis ista et velut in cothurnis ambulans sententia nihil ad soccum; minus etiam ad hunc locum. Est enim alienissima a mente Megaronidis et ipsa re: ubi non de longitudine vitae aut brevitate agitur, sed commoditate. Commodissime autem vivi affirmatur, ut dixi, diuturnae et inveteratae consuetudinis, id est assueta et cum suetis ratione: in qua vel non optima, tamen periculosissimum sit aliquid mutari: quippe cum sit metuendum semper, ne eveniat in peius. atque idcirco habendas uxores utrisque decernitur, ut eas sint nacti. Transpositione levi [Proinde ut diu vivitur, bene vivitur: nam τῷ Edepol praegressam sententiam claudit vir doctissimus. Bo.] sumus hoc assecuti: qua minore tamen assequi possis etiam idem, si scilicet verba scribas:

Proinde bene vivitur, ut diu vivitur.

sed alteram illam malui, quia sic numeri simul nitescere viderentur magis." Sic ille, cui nimis patientem aurem commodantes Pareus et G. Hermannus, alter alteram eius coniecturam acciverunt, nisi quod Hermannus, servata interpunctione veteri:

— — — — — — — nesciam.

CALLICLES.

Edepol, proinde ut diu vivitur, bene vivitur.

Nam Calliclem haec dicere facit satis inconsiderate, cum is commutare uxores velit, cui sic respondet alter ex sententia Acidalii, quem sequitur Hermannus, ut dicat, ignotam rem peiorem esse nota, et proinde diu vivi, ut bene. Quae si pronuntientur a Callicle, sibi non constat homo, sed pugnantia loquitur. Verum hoc misso, sententiam ipsam expendamus. Quae profecto nescio cur alienissima a mente Megaronidis et re ipsa videatur Acidalio. Non omnia enim diserte dicere solemus in colloquiis familiaribus, sed multa intelligenda relinquere, quibus sententiae graviores coniungantur; velut hoc loco Megaronides ubi dixit, notam rem malam esse optimam, seque nolle ignotam capere uxorem, omisso hoc tanquam intermedio membro orationis, rem quidem salutarem esse bonam coniugem et vitam prorogare, infert, quod ex eo sequitur, sane, ut bene vivatur, sic diu vivi (itaque si melior sua sit uxor Calliclis, se eam sibi capere nullum dubitaturum), quo sane nihil dicere poterat vel aptius rei, quae agitur, vel convenientius personae senis prudentis, nec nisi rationibus veris refellere adversarium studentis, qualem per omnia hic se praebet Megaronides.

56. Prius i in tibi eliditur. Cf. Amph. prol. 74.

57. ŏmnis. Vid. Cas. 690.

59. Codd. duriore numero et de glossa, ut opinor: Non potest utrumque etc.

64. Q u o d liquescente vocali pronuntiandum. Vid. ad 56.

67. Simile quid patitur τὸ Sed hoc versu.

71. Libri ἀμέτρως:

Sunt, quorum ingenia atque animos non possum noscere.

Camerarius τὸ sunt omisit; sed ignotorum ne suspicari quidem possumus ingenia. Acidalio igitur Divv. in Plaut. pag. 501 placet: S. q. i. a. a. nequeo noscere, quod probat Bentleius ad Terentii Ad. 3, 1, 10. Accessit G. Hermannus cum novo commento hoc:

Sunt quorum haud possum ingenia atque animos noscere.

Probabilior, ni fallor, nostra ratio propterea, quod sequente versu V. C. non p e r v e n i a n t, ut vulgo, sed exhibet p e r v e n a t, a quo hic quidem nomina singularis numeri requiruntur.

72. pervenat. Ita V. C. Vulgo metro pessumdato: per-

veniant, sed in Hermanni editione: pervenant. Vid. annotat. praeced.

75 Vulgo itidem ἀμέτρως:

Si id me non accusas, tute ipse obiurgandus es. Me. scio.

G. Hermannus: S. id non me acc., tu ipse obiurgandu's. Me. Scio. Sed tute idem τοῖς tu ipse: quare hoc pro glossemate habendum, neque scribendum obiurgandu's, sed es intelligendum, ut saepe fieri monui Amph. 168.

77. Libri homoeoteleuto insuaviore: Primumdum. Cf. Capt. 92.

79 Turpilucricupidum: αἰσχροκερδῆ. Vid. de eiusmodi compositis ad Mil. 14.

81. comedis. H. e. comedas. Cf. Men. 14.

82. Edd. ἀμέτρως:

Haec cum audio in te dicier, excrucior miser.

Codd. et edd. vett. non dicier, sed dicif, h. e., nisi fallor, dicid, sicut d et f literas misceri proclive est, et saepius corruptum constat hoc d ephelcysticum. Sed reponere malui usitatissimum illud ted, quod tanquam opicum quidam nimis fastidiose aspernantur. Cf. Amph. prol. 149. Quid autem G. Hermannus? Nempe sic rescripsit:

Haec quom audio in te dici, ego excrucior miser.

„Critici," inquit praefat pag. 16, „male dicier scripserant. Haec forma infinitivorum numquam in versibus iambicis et trochaicis dactylum constituit." Vellem haec probare placuisset viro docto. Quod dum fiat, interim licebit nobis non omnino improbare er illud paragogicum, sive cum eo compositi infinitivi dactylum sive alium pedem metricum efficiant in versibus iambicis et trochaïcis. Et hic quidem pro dactylo futurum non fuisse vocem dicier, quisque videt, ut mirer, quid sibi voluerit emendator noster. Vid. Parei lexic Plaut. Mantiss. v. Paragoge.

85. Fuitne pro δισυλλάβω est. Cf. Amph prol 74.

88. (postquam) videt. Cf. Amph. 503.

91. Bene sic reposuit G. Hermannus. Libri metro sequiore:

Quoniam hinc iturus est ipse in Sel.

94. crederet. H. e. credidisset. Cf. Aul. 696.

95. Minus recte distinguitur: Quid tu adolescentem, et parum placent vulgata: quem esse corruptum vides, cum sequatur: qui tuae mandatus etc. Cum causale cum indicativo neque rarum est neque malae notae, ut quibusdam videtur. De formula Quid tu? vid. Aul. 137.

102. meum est. Cf. 689.

108. Ἀμέτρω libri interpretatione;

Dedistine hoc pacto ei gladium, qui se occideret?

nam quod secundam syllabam in Dedistine corripi posse censet G. Hermannus, fallitur; quomodo etiam 106 male reposuit invitis codd. Dedistine argentum? Hoc pro eo quod est Hoc modo vel Hac de causa passim legitur. Vid. Horat.

Horat. Tursell. h. v. Noster Pers. 133: Hoc tu reperire mi argentum potes.

116. Ille. Cf. Asin. 770.

118. Libri numeris horridioribus:

Credo huic tute: suam iam (vett. edd. iam suam) melius rem gesserit.

neque sibi constat sententia, Callicli aliquid credendum esse propterea, quod suam ipsius rem melius (h. e. bene: vid. Aul. 288) gerere soleat; nisi ioco inexpectato suam pro tuam dixisse Megaronidem existimes; quod nolim, cum et iratior et minime faeetus sit hic senex. Non male igitur, me iudice, Lambinus:

Crede huic tute: tuam iam melius rem gesserit,

ad quam faciem Terentius Ad. 3, 3, 18:

Huic mandes, si quid recte curatum velis;

et secundum Lambinum, meliore quidem numero, G. Hermannus:

Crede huic tute: hic iam tuam rem m. g.

Sed iam huius loci non est, neque hic placet, quod metri gratia infersit Hermannus. Quibus exclusis, huiic excudi iussi, de qua forma monitum Amph. 128. Sed unde illud suam? inquies. Dicam, quod sentio. Cum edd. vett exhibeant C. h. tute: iam suam m. r. g., primitus scriptum tutetuam, altero tu- a syllaba proxima intercepto, degenerasse puto in tuteam, mox tute iam. Tò suam vero sedulo inculcatum arbitror a correctore, vel postquam obliteratum esset tuam, ut laborare sibi viso versui succurreret, vel etiam τῷ tuam adhuc conspicuo, quia scilicet suam potius quam alterius rem agere videbatur Megaronidi Callicles. Perscripsit is igitur in libro, qui ad manum fuit, suam, quod deinde magis magisque propagatum est; nec dubito quin exstent codd., in quibus utrumque, et tuam et suam, legatur, sicut vulgo Ba. 468 legitur Nae illa illud hercle cum malo fecit suo, meo, ad quem locum vide quae annotamus.

120. Codd. incassum repetita ut coniunctione:

Novo modo adeo, ut quod meae c. e.

125. Male pleraeque edd. divise: Circumspice dum. Vid. ad Aul. 285.

128. Vulgo: Q. hinc est prof. per Ch. Praeter necessitatem G. Hermannus: Nam quoniam hinc etc. Transponenda erant verba hinc est profecto. — Quoniam. Vid. Aul. prol. 9. — profectus est. Vid. Rud. 749.

129. demonstravit mihi. Sic Mss. et vett. edd. Vulgares numero pessimo:

Thesaurum mihi demónstravit in h. a.,

nec multo rectius G. Hermannus: Th. in hisce dem. mi aedibus.

131. Tò Philippeum prius i elidit. Vid. Amph. prol. 74.

134. Mss. vitiose: permanescere.

135. sibi. H. e.: ei. Cf. Cas. 91.

137. dotem. Vid. ad Amph. 341. Frustra G. Hermannus: Q. m. m. e., h., dotem illi unde dem.

141. Sed ut occepisti. Vid. ad Curc. 43.

148. Codd. ἀμέτρως:

Me. Adesurivit magis et inhiavit acrius.

G. Hermannus fuga, ut opinor, anapaesti post dactylum (-vit mage et inhia-):

Adesurivit mage, inhiavit acrius.

Sed vide, quae monemus ad Rud. prol. 43, a quibus non dissentit censor editionis Hermannianae in ephemeridd. Ienenss. a. 1805 pag. 585.

130. Vulgo ταυτολογικῶς:

Gregem universum voluit totum avortere.

Rescripsi G. universim v. totum a., quomodo dicitur Omnino omnis et Apuleius habet Metamm. 7 pag. 189, 30 ed. Elm.: universim omnes adsensere. Edd. aliquot antiquissimae, quas sequitur Camerarius, tecum male exhibent pro totum. Aliquanto melius aliae, in his Sarracenia anni 1499, Iunt. Ald., quas laudare soleo: G. u v. secum a , quam lectionem probant Acidalius Divv. in Plaut. pag. 502 et G. Hermannus. Nam ferri non potest Scioppius Suspp. Lectt. 5, 13, recte dici existimans h. l. universum totum, et infra 1011 omnibus univorsis, ut ibi quidem legendum censet secundum Mss. Palatt., tanquam haec similia essent τοῖς totae perpetuae Most. 143.

152. Debilibus hic versus incedit pedibus et caesuram invenustam habet, fateor, nec tamen propterea quidquam mutandum censeo; id quod fecit novissimus fabulae editor, reponens:

Sed nunc rogare hoc ego vicissim te volo,

quandoquidem non desunt alia eiusmodi versuum exempla apud utrumque Comicum. Si quid novandum est, malim equidem:

Sed nunc rogare ego te vicissatim volo.

Vicissatim etiam alibi poëta, quod solenniori formae facile concesserit.

153. face. Frustra fac dedit G. Hermannus: ne tribrachum quinta sede haberemus iambi senarii. „Plautum," inquit praefat. pag. 16, „Terentiumque legenti sponte se offert observatio, in quinta sede trimetrorum tribrachum et dactylum, si qua fieri possit, maximeque in bisyllabis vocabulis, vitari." Sed recte criticus laudatus supra ad 148, quem praematura mors rapuit reipublicae literariae, pagg. 575 sq.: „Das si qua fieri possit ist eine heillose Einschränkung, welche man bey widerstrebenden Stellen immer als Entschuldigung bey der Hand haben kann. Herr H. hat dieser Bemerkung zu Folge viele Stellen geändert: 1, 2, 137

Quid fúit officium meúm me facere, fáce sciam.

Hier hat er den Tribrachys aus dem 5ten Fuſse gebracht, indem er fac schreibt. 1, 2, 15 [31]:

Credo hércle te gaudére, si quid mihi mali est.

Hr. H. tilgt den Daktylus, und schreibt:

Credo hércle te gaudére, si quid mi ést mali.

3, 3, 49 [744]:

Dicát, patremque id iússisse aurum tíbi dare.

Hr. H. entfernt auch hier den Daktylus:

Dicát patremque id tíbi iussisse aurúm dare.

Aber alles dieses ist unnütz, und man möchte sich wohl die Vulgata zurück erbitten: denn der Daktylus im 5ten Fuſse, selbst in vocabulis bisyllabis, ist bey Plautus und Terenz so häufig, daſs wir gar nicht wissen, wie Herr H. auf jenen Einfall kam. Erstlich ist selbst noch einigemal im Trinummus nach Hrn. H. Recension im 5ten Fuſse der Daktylus, nämlich 1, 2, 13 [29]:

Quid agít tua uxor? út valet? Plus quám ego volo.

2, 4, 38 [406]:

Nequam íllud verbumst, béne volt, nisi qui béne facit.

Wir wollen aus dem Plautus gar keine Verse gegen Hrn. H. anführen, sondern nur aus einem Stücke des gereinigten Terenz. Man findet den Daktylus Eun. 1, 1, 20:

Egone íllam? quae illum? quaé me? quae non? síne modo.

1, 2, 33:

Neque scíbat, neque per aétatem etiam pótis erat.

1, 2, 61:

Sesé relinquam; vélle se illam míhi dare.

1, 2, 106:

Faciúndumst quod vis. Mérito te amo, béne facis.

So ist es auch im Prolog 28 und 1, 1, 83. 1, 2, 117 und 120. 2, 3, 60. 5, 2, 12. 5, 2, 28. 5, 2, 68. Dieſs sind allein 12 Stellen aus dem Eunuchus, und eben so häufig findet man ihn in den anderen Stücken des Terenz. Warum sollte man nun den Daktylus aus der 5ten Stelle verdrängen? Anders verhält es sich mit dem Tribrachys; diesen findet man selten. Allein der Tribrachys in bisyllabis ist überhaupt selten, auch in den übrigen Füſsen des Trimeter. In der Andria des Terenz kommt der Tribrachus unter der angegebenen Bedingung nur 7mal vor, 2mal im 2ten, 2mal im 3ten, eben so oft im 4ten und einmal im 5ten Fuſse, nämlich Act. 5, 3, 2:

Rem pótius ipsam díc, ac mitte mále loqui.

Hier geht also der erste Fuſs leer aus [neque ibi facile haberi potest per indolem latinae linguae, monosyllabis brevibus carentis, cum a praepositionibus quibusdam discesseris, quae rursus quos casus regunt nominum, fere mensuram tribrachi excedunt. Bo.]; und man möchte mit eben so vielem Rechte folgern, der Tribrachys in zweisylbigen Wörtern könne im Trimeter gar nicht Statt finden. Denn der Daktylus im 5ten Fuſse ist im Eunuchus häufiger, als in der Andria der Tribrachys in allen zusammen genommen. — Von eben der Art ist, was Hr. H. gleich darauf bemerkt: Contra primus pes trimetrorum pondus ac multitudinem syllabarum desiderat. Daher fügte Hr. H. Act. 3, 3, 32 [727]:

Mihí quidem hercle nón est quod dem mú-
tuom

Pol im Anfange hinzu: und ibid. 41 [735]:

Quasi ád adolescentem á patre ex Se-
leúcia

schrieb er quasi si. Dieſs hieſse also, der erste Fuſs sollte kein Jambe und kein Tribrachys seyn. Zunächst wird man sich wundern, warum Hr H. den Jamben nicht überall aus dem ersten Fuſse entfernt hat: denn dieser findet sich doch noch in seiner Ausgabe. Prolog. 2:

Sequór: sed finem fóre quem dicam néscio,

und so an mehreren Stellen; dann aber, woher diese Bemerkung gekommen, da der Jambe im ersten Fuſse bey Plautus und Terenz [neque aliter res se habet apud Comicos Graecorum, Latinis harum rerum omnium auctores Bo.] so häufig ist, daſs wir es für unnöthig halten, Beyspiele anzuführen, die sich beym ersten Blick Jedermann darbieten. Aus solchen Gründen den Text zu ändern, ist doch in der That eine übergroſse Willkühr."

155. Advorsum quam. Ita Mss., quomodo dicitur Contra quam eodem sensu. Sed Acidalius Divv. in Plaut. pag. 505: „Veteres [edd.]," inquit, „omnes Adversum quod: et accipio sic dictum scilicet, ut Praeter quod, Prae quod, et plura similia ellipticae formae." Huic obtemperans G. Hermannus edidit:

Advorsum quod me eius obs. p.

156. Minus eleganter libri nec voce gravi dominum sub ictu posita: dominum paterer.

160. neque usurae. Vulgo: nec usurae; sed assentior G. Hermanno, ita scribenti praefat. Trin. pag. 14: „Numquam aureae aetatis, quae vocatur, scriptores ac et nec ante vocales ponunt. Nec magis neu: quare v. 756 [721] ne corrigendum fuit." Confirmatur haec observatio pluribus scriptorum locis et fidei spectatissimae codicibus.

162. Legitur:

Haec sunt, seu recte, seu pervorse facta sunt;
Egomet etc.

in quibus verba Haec sunt nihil prorsus habent, quo re-

ferantur, nisi accipias pro eo quod est Tantum est, de quo usu mihi non constat.

163. Non male G. Hermannus:

Egomet confiteor fecisse haec, Meg.

Sed vid. ad Asin. 159 Cist. 69.

164. Frustra G Hermannus: En m. tibi m.; en meam avaritiam tibi. Codd. ἀμέτρως: hem mea mal., hem m. av. tibi. Vid. supra ad 3.

165. Bene sic idem vir doctus, cum vulgo Camerarii obtineat coniectura haec:

Hascine me propter res maledicta differunt?

Mss. et vett. edd.: H. me propter res maledictas famas ferunt.

171. Numquid vis? Cf. Aul. 129.

175. Sed quid ais? Vid. Merc. 481. Male autem haec ita personis dividuntur:

Me. Sed quid ais? Ca. quid? Me. nunc virgo nempe apud te est. Ca. ita, est?

Iuxtaque etc.

Nusquam nisi per iocum, velut Men. 85, qui aliquid novi se quaesituros significant formula Sed quid ais? ita interpellantur a colloquentibus, nolentibus quippe praefestinare loqui, ubi alterius ea est provincia. Parum igitur est reposuisse cum Acidalio Divv. in Plaut pag. 502: S. q. a.? Ca. quid nunc? Me. virgo etc. Sed verius, ni fallor, nos: S q. a.? quid nunc virgo? nempe apud est? Ca. Ita est etc h. e.: S q. a.? quid nunc virgo agit? quem modum loquendi ellipticum illustravi Aul. 137. Ita est coniuncte placuit etiam Hermanno.

177. Vox priusquam non elidenda metri gratia. Vid. Amph. 341. Vel, quod nunc malim, rescribendum: Num, priusquam abbito, me rog. etc., de quo vid. Epid. 295. Eius glossema est vulgatum abeo. Male G. Hermannus de se infersit etiam hoc modo: Num etiam, p. a., me rogitaturu's? Me. Vale. Neque perscribendum es, quod fecit vir doctus, sed intelligendum, sicut passim fieri monuimus Amph. 168. Ceterum vulgatae edd.: rogaturus, sed veteres pleniore numero: rogitaturus.

179 sq. mendaciloquius — confidentiloquius. Cf. Epid. 340.

185. Vulgo flaccidioribus numeris:

Quod quisque in animo habet aut habiturūs est, sciunt.

Vid. ad Amph. 355 Bentleius Sched. de metris Terentt. cap. 8:

Quod quísque in animo hábet aut habiturús, sciunt,

hiante quidem versu, nisi aut non liquescere dicatur τὸ animo, aut reponatur animod, quibus de rebus vid. Amph. 341 et ibidem prol. 149. Sed elegantior nostra lectio, et verisimile est, alterum aut omisisse scribas tanquam supervacuum. Hermanni liber haud melius quam vulgati:

Quod quisque habet in animo, aut habiturus est, sciunt.

186. Recte sic Hermannus, cum Bentleio placuisset l. l.: Sciunt, quod in a. r. r. d., quod soloecum est aeque ac vulgatum Sciunt id, quod in a. r. r. d. Sed hoc etiam parum ἔμμετρον.

187. Vulgo minus apposite ad praecedentem phrasin: Sciunt, quod Iuno etc. Quod requiri visum fuerit librariis ab indicativo fabulata est; sed cf. Amph. 235, 851, Rud. 1002.

188. Ἀμέτρως libri:

Quae neque futura, neque facta sunt, tamen illi sciunt.

Bentleius l. l. ad 185:

Quae neque futura, neque sunt, tamen i. s.

G. Hermannus, excluso Quae:

Neque facta, neque futura, t. i. s.

Lenior nostra medicina, quae si placebit, sunt intelliges in verbis futura et facta, de quo vid. Amph. 168, et tam accipies pro tamen, usu veteri, de quo vid. Ba. 1135 sqq.

192. Vulgo:

Indignum civitate hac esse et vivere.

Sed hoc nimium, non modo civitate, sed etiam vita indignum visum fuisse Calliclem. Satis poenae exilium. Terentius Phorm. 5, 7, 85 sq.:

Non hoc publicitus scelus hinc deportarier
In solas terras?

Et sic passim. Atqui Mss.: I. c. h. esset v.; et vett. edd.: I. c. h. esse vivere, inducta copula, quae forte nata videtur, cum vel apex se agglutinasset τῷ esse, ut essē scriptum pro essest, mox esset, acciperetur a librariis, vel iunctim exarata esseuiuere sic degenerarent. Quam editionum lectionem recte explicat Acidalius Divv. in Plaut. pag. 503: Indignum esse ut viveret hac civ.; neque aut cum Gulielmio Verisimm. 1, 24 reponendum censeo I. civitate ac sese vivere, vel eodem sensu cum ipso Acidalio: I. c. h. et se vivere, quam coniecturam in ordinem recepit G. Hermannus.

196. Vulgo exquiratur. Cf. Epid. 681 Pers. 607.

197. Vnde. Vid. ad Asin. 770.

quidque. Ita Mss., recte probantibus Acidalio et Hermanno. Edd ἀμέτρως: quicquid.

198. Bene Gulielmius Quaestt. in Trin. cap. 1: „Res," inquit, „mihi cum eo est usitatum loqnndi genus, et frequentatum in litibus et iudiciis maxime. de quibus hic Plautus cum ageret: occasionem sumsit lepidissimi ioci Res cum malo ei sit; pro quo usitate dicimus malum habeat."

204. Ἀμέτρως libri: egomet me concoquo etc. Egregie correxit G. Hermannus, qui et 10 primos versus huius scenae recte descripsit, innumeros eos quidem in vulgatis.

205. Male Hermannus: exercitorque, dum nescit, or syllabam finalem nominum et verborum saepenumero por-

rectam legi ante vocales, quam rem monui Amph. prol. 38. Magister exercitor nihil aliud est quam magister exercens. Vid. Vechneri Hellenolex. 1, 2, 8. Frustra quoque idem secundum alios hic pro hinc reposuit. Hinc, ab hac parte. Tanquam irruere in se fingit animum προσωποποιούμενον.

209. Ἀμέτρως legitur: amorin me. Sequor cum Hermanno edd. vett. Decurtatus quoque: amor ire me, h. e. amorine me.

212 sqq. Novissimus fabulae editor dum hos quoque versus usque ad 222 habet pro bacchiacis, temere addit, demit, mutat denique,

— — — — neque proficit hilum,

ut cum isto loquar apud Ciceronem Tuscull. Quaestt. 1, 5. Scilicet hoc Hermanni est opus, ut quam plurimos semper possit versus in eandem formam metricam redigat; quae ratio si vera est, eo tandem devenietur, ut optemus cum Quintiliano l. l. supra 267, stetisse Comicos Latinorum intra iambos senarios. Imo varianda sunt metra cum affectibus, praesertim in canticis, cum aliud ex alio cogitatur neque certus aequabilisque est animi status nunc sperantis, nunc desperantis et diversis perturbationibus subinde incitati, ubi unum idemque per omnia genus versuum poëtis inculcare nihil aliud est quam finire velle infinita et omnino omnem metrorum vim atque gratiam exstinguere. Plura in hanc sententiam vid. l. l. ad Curc. 96 sq. Nunc singula huius loci percenseamus.

212. Frustra G. Hermannus, transpositis quibusdam verbis et invecto ni pro nisi:

De hac ré mi haud liquét satis: ni hoc síc faciam, opínor.

213. Male idem delevit τὸ Vtramque, ut versus bacchiacus efficeretur, cum manifesta sit in his iambicorum forma tetram. catal., sicut in sequentibus trochaïcorum. Quod in quibusdam edd. vett., velut Mediol. anni 1500, desiderantur verba utramque rem, forte accidisse puto.

214. Clausula. Vid. ad Epid. 197 sq. Male Hermannus:

Ita fáciam: ita placét mi. omniúm primum amóris etc.

215. Τὸ quem- in quemadmodum non liquescit. Vid ad Amph. 341.

216. cupidŭm. Cf. Amph. l. l. et 116.

218. Libri minus ἐμμέτρως et disiunctis verbis, quae componenda sunt: nam blandiloquentulus rectius refertur ad blanditur, et illa ab re consulit ad sequentia harpago, mendax etc.; sed ita libri:

— — — — blanditur: ab re
Consulit blandiloquentulus, harpago, mendax etc.

220. nam quomodo quis adamat. H. e.: nam quomodocunque quis adamat, sive amare occipit. Hanc lectionem deprehendere mihi visus sum in hisce manu exaratorum et

editionum principum scripturis depravatis nam quam ad quod damat, namque (vel nam qui) ad quod clamat, nam quam ad quod clamat, nam cum quis clam amat. Verborum quis, quam, quod compendia saepius inter se permutata. Quomodo autem sic usurpatum legitur etiam apud Ciceronem ad Divv. 5, 20 init., Senecam Epist. 54 extrem. aliosque.

221. Vulgo minus usitata formula Quam extemplo et metro pessumdato:

Quam extemplo saviis sagittatis percussus est, illico res foras etc.

Vid. ad Curc. 80. Hermanno haec ita digerere placuit, de qua ratione quid mihi videretur significavi ad 212 sqq.:

— — — — — — amóris
Artís eloquár, quemadmodum éxpediant; númquam
Amór quemquam, nísi cupidum hominém postulát se
Ceniícere in plagás: eos cupít, consectátur,
Ab ré consulít, subdolé subblanditur,
Blandíloquentulust, harpagó, mendax, cúppes,
Despóliator, látebricolarum hóminum corruptor,
Celátum indagátor. nam quóm quisqúam amát quam,
Quam is éxtemplo sávi sagíttis percússust,
Illico etc.

de quibus temerariis mutationibus ipse praefationis pag. 11: „Haec," inquit, „avarus, elegans, deinde blandus, inops, quae metrum prorsus ab se segregat, ut interpretationes expuli, quarum avarus ad harpago, elegans ad cuppes, blandus ad blandiloquentulus, inops ad despoliator pertinet." Sed haec minime speciem interpretationum prae se ferunt, ut quorum ne unum quidem plane eandem cum altero potestatem habeat, neque tam exclusas istas voces ab se segregat metrum, quam tales correctiones Plautus et ipsa artis criticae via et ratio.

222. Hunc versum recte descripsit idem vir doctus: nam in vulgaribus editionibus verba Illico res foras ad antecedentem versum, et reliqua ad sequentem, referuntur, sicut haec ἄμετρα ibi omnia iacere iam supra dixi.

223. si me amas, si audes Male Hermannus, creticum tetrametrum efficturus: — sí me amas, aúdias. Est haec clausula. Vid. ad Amph. 81.

224. Cf. de hoc metri genere, quo saepissime Plautus utitur, supra pagg. 52 sq. Versus 227 eiusmodi clausula est, de qua vid. ibidem. Pessime Hermannus, de se additis verbis ecce et etiam, τῷ ibi vero post illa posito, quod inusitatum:

'Ibi ille cucúlus eccé, ócule mi, fíat et
(hic versus ne sanis quidem pedibus incedit: nam prima syllaba in cuculus brevis: vid. Horat. Sermm. 1, 7, 30.)

'Istuc et si ámplius tíbi etiam vís dari,
Dábitur: illa ibi pendentém ferit etc.

De significatione vocis Cuculus conferes sequentia.

225 Libri immisso glossemate ἀμέτρῳ: et si amplius vis dari, Dabitur! ibi illa pendentem etc. Non male Acidalius Divv. in Plaut. pagg. 504 sq.: ,,Saepe Plautus amatores stupidos cuculorum appellatione ferit. Exemplo sit unus Asinariae locus, ut aliis afferendis parcam. Sc. Agedum (897):

At etiam cubat cuculus. surge, amator, i domum.

[Communi hoc convicio iactari stolidos vel stolide se gerentes, indicio sunt Pers. 280 Pseud. 94, Horatii l. l. ad 224, et inprimis Persae 172 sq., ubi sic legitur:

Nam equidem te iam sector quintum hunc annum, quom interea, credo,
Cucus si in ludum iret, potuisset iam, ut literas probe sciret,
Quom interim tu ingenium meum fans non edicisti atque infans. Bo.]

Pendentem hic autem quo sensu? an suspensum cura et incertum, ut vult Lambinus? an allusione imaginis, quae Rudente sc. Exi e fano (625 sq.):

La. Quid, si attigero? Tra. Extemplo hercle ego te follem pugilatorium
Faciam, et pendentem incursabo pugnis, periurissime.

[Cf. etiam Amph. 124 Asin. 540 Men. 845, qui locus sic habet:

Men. At ego te pendentem fodiam stimulis triginta dies.

Truc. 733. Bo.] An simpliciore intellectu pendentium, dum virgis caeduntur? ut extremo Casinae:

Nulla caussa est, quin pendentem me, uxor, virgis verberes.

Sed simplicissime potius est ex Interpretis opinione."

226 sq. Haec vulgo sic leguntur:

— — — — — — non sat
Id est mali, ni amplius etiam, quod ebibit, quod comest,
Quod facit sumpti, nox datur? ducitur etc.

Turbatum hic esse, iam aliis suboluit, nec tamen placent vel reponentes Quod facit sumpti, datur: nox ducitur: familia etc., vel Quod facit sumti, nox datur. munitur familia etc., quomodo dicitur Truc. 280 sq.; suam non enim ille meretriculis Muniendis rem coëgit; vel denique: Quod facit sumti, datur. Nox ducitur, id est Si nox impetratur, omissa particula conditionali (vid. ad Pseud. 640) et verbo Ducendi ita usurpato, ut Truc. 28 et passim apud Nostrum. Id tamen probe animadverterunt, qui sic rescriberent, pendere in vulgatis verba ni amplius etiam; et recte τὸ da-

tur ad haec retulerunt; sed in eo lapsi sunt, quod vel verbum nox ab iis segregarunt, vel non emendatum ad eadem adiunxerunt. Verbo rem dicam: forte sunt traiecta illa ni amplius etiam, et cum τοῖς mox datur (nam sic legendum, sicut mox et nox saepius confusa monui ad Merc. 329) copulanda. Haud investigatum hoc vitium scripturae sententiam totius loci obscuravit: nam quid est, quod sibi dari velle dicatur meretrix, nisi quo cibum, potum, sumtum denique paret? Non igitur amplius quid orat, si vulgo libri veri sunt, sed idem, quod iam quod iam impetravit ab amatore, denuo postulare fingitur, neque locum habet vocabulum amplius. Deinde non recte nox tum demum dari dicitur, cum rem amator iam magna ex parte dilapidavit; id quod nusquam gentium fit, neque hic factum significari cogitandum est, ubi ante saviis sagittatis percussus dicitur amator, quam donare incipit. Sed ita haec se habent. Principio meretrix pro copia sui facta poscit tantum, quo suum ipsius cibum et sumtum coëmat, id quod ei merito praebeatur ab amatore. Verum mox, ubi perdite amari se videt: iam amplius orat, secum ducens totam suam familiam, quam satiet et vestiat infelix cucus. Sic Chremes ille Terentianus Heaut. 3, 1, 42 sqq. de Bacchide:

— ancillas secum adduxit plus decem,
Oneratas veste atque auro: satrapa si siet
Amator, nunquam sufferre eius sumtus queat,
Nedum tu possis. Me. estne ea intus? Chre. sit, rogas?
Sensi: namque unam ei coenam atque eius comitibus
Dedi: quodsi iterum mihi sit danda, actum siet etc.

Et Men. 284:

— — — — — — Folia nunc cadunt
Praeut si triduom hoc hic erimus: tum arbores in te cadent:
Nam ita sunt hic meretrices omnes elecebrae argentariae.

Hanc igitur emendationem certam puto, neque assentiri possum G. Hermanno, vulgatam lectionem sic fucanti:

— — — — — iam ámplius
'Orat, non sát mali est, ni ámpliust, quód bibit,
(bibit etiam vett. edd.)
Quód comest, quód facit súmtuis. nóx datur,
Dúcitur fámilia ei tóta, vestíspici, etc.

Sumpti ex hoc loco bis profert Nonius vv. Comest et Vestispici, quod minime fuit immutandum. Sed cretico pedi syllaba deerat scilicet. Si me audis, verba comest et facit μονοσυλλάβως pronuntiabis, ut metrum constet; qua de re vide Amph. prol. 74.

228. vestiplici Mss. vestiplice, quod eodem redit. Edd. vett., in his primae: vestipicii. Vestiplici metro con-

gruit, quod evertitur vulgato vestispici, nisi quis creticos somniet versus, quorum hoc loco nec vola nec vestigium.

229. cántricés. Cf. Asin. 159 Cist. 69. G. Hermannus ita haec digessit:

— — — — — vestíspici,
'Vnctor, auri cústos, flabellíferae, sandalígerulae,
Cántrices, cistéllatrices, nuncii, renúntii,
Pánis et pení raptores: ípse, dum illis cómis est,
Inóps sit amátor.

in quibus nec traiectiones verborum placent, et ἀπροσδιονύσως infertur iste creticus Inops sit amator. Nobis ne una quidem vox transponenda fuit, et rite sequitur ponderosos trochaïcos tetram. acat. eiusmodi versus cat., sicut supra 221, quem excipit iambus trim. hypercat., clausulis iis adnumerandus, de quibus exposui ad Epid. 197 sq.

232. Proceleusmaticus recolo, ubi pro trochaeo vel spondeo positus est, ut passim: vid. Amph. 356. Qui non magis liquescit, quam prius te sequente versu: cf. ibid. 149.

233 sq. Male interpungitur:

— — — — quanquam illud est dulce, esse est bibere.
Amor amara dat tibi satis etc.

Non de edendo et bibendo, quod vulgo dicitur, hic sermo est scilicet, verum de amoris prandio et poculo, ut cum Nostro loquar Truc. 22, 183, quae hic quoque in animo habens poëta dixit: Esse et bibere Amor amara dat, tibi satis quod sit aegre, h. e. Amor amara dat ad edendum et bibendum, quae tibi satis aegre sint, quomodo infinitivum pro gerundiis passim esse, Graecorum more, docent Vigerus de Idiotismm. 5, 3, 7, Vechnerus Hellenolex. 1, 2, 17, 3; et pronomina relativa libere usurpari monitum ad Aul. 724. G. Hermannus ulcus hoc non tetigit, et ago mutando in agito, pro apage te autem reponendo a me apage, verbisque divulsis, quae eiusdem versus ambitu comprehendenda sunt, ut metris congruant sententiae (nam haec praecipua venus est et gratia carminum, inprimis scenicorum), nescio quos bacchiacos nobis effinxit, quos Plauto condonare poterat, hos:

Haec égo quom agi | to cúm meo ani | mo et récolo ubi | qui egét, quam
Pretí sit | parvi, á me apa | ge, amór: non | placés, nil
Te ego útor: | quamquam íllud | dulce ést, es | se et bíbere.
'Amor amara etc.

Ceterum hoc Quanquam illuc (amare) est dulce quam dictum sit ἐμφατικῶς, nemo erit, quin sentiat. Et notabis παρονομασίαν haud illepidam in verbis Amor amara.

Amōr. Cf. Amph. prol. 38.

235. V vocalis in Fugit et priore fugat elidenda est metri gratia. Cf. ibid. 74. Pro ipsus libri minus concinne: ipse.

Quae hunc versum inter et sequentem leguntur, uncinis a me inclusa, frigide et ἀμέτρως explicant Plauto digna illa in superioribus fugat tuos cognatos. V. C.: Neque eum sibi amicum volunt dici, omisso enim; quam primam huius glossematis formam puto. G. Hermannus hic propinat nobis trochaïcum tetram. cat. et duos bacchiacos tetrametros, qui versus sic se habent:

'Amor amara dát tibi, satis quod aégre sit; fugít forum,
Fugát tuos cognátos, fugát sese ipse á suo
Contútu: neque eum sibi volúnt dici amícum.

Miror, non primum quoque horum versuum levibus quibusdam mutationibus in eiusmodi bacchiaci formam, constantiae causa, vel hoc vel simili quodam modo redegisse virum doctum:

Amór ama | ra dát tibi, | sătĭs quae aegre; | fugít fora.

Certe hic versus non deterior multis, quibus ditavit Sarsinatem.

236. Libri immissa copula ἀμέτρω, quam neglexit, asyndeti amans, Plautus, de qua figura dictum Capt. 336:

— — - — Mille modis amor ignorandust:
Procul adhibendus est atque abstinendus:

Quis aure tam obtusa, ut trochaïcum in his numerum non agnoscat? Noluit G. Hermannus, sed rursus, addens, demens, mutans, bacchiacos nobis fabricavit:

Modís mille amórem ignorándumst, procúlque est
Adhibéndum.

de quo commento ita rationem reddit praefat. pagg. 11 sq., ut abstinendum explicationem esse dicat difficilioris locutionis procul adhibendum. Sed fortius quid sonat Abstinere quam Procul adhibere, estque haec gradatio.

237 sqq. Dixi de hoc metri genere ad Ba. 1160. Hoc autem modo nihil omnino hic novandum fuit, nisi quod versu 239 tibi quos reposui pro quos tibi. Nam quod fuas pro monosyllabo usurpatur u litera elisa, more fit aevi prisci, ut monui Amph. prol. 90; et similiter tam rescriptum pro vulgato tamen, de quo cf. Ba. 1135 sq. G. Hermannus haec partim ad bacchiacorum, partim ad creticorum modulum sic dimensus est:

Adhibéndum: nam quí praecipitávit in amorem,
Is péius períit, quam si dé saxo sáliat.
Apáge sis, amór: res tuas tíbi habe: mihi, amór, ne
Fuás unquam amicús.
Súnt tamen, quós misere et mále habeas, quós tibi
Fécisti obnóxios.

in quibus quod misere dedit pro vulgato miseros, Aci-

dalii suasu fecit (Divv. in Plaut. pag. 506), ceterum suo Marte rem gessit, sicut solet in canticis.

240—243. Neque nihil neque omnia hic vidit G. Hermannus: nam pedes creticos in his latere, probe animadvertit; sed puros creticos dum concinnare nobis studet, operam lusit. Nempe hi versus procul dubio sunt ex illis asynartetis, de quibus supra monui pag 53, sicut eiusmodi metris scatere utriusque linguae Comicos poëtas, pluribus suboluit, in his censori Trinumm dd. Herm. in ephemeridd. Ienenss. anni 1805 pag. 584.

Tò frugem non liquescit (cf. Amph. 341): nam sic ille versus scandendus est, recepto molosso Certum est ad pro cretico, qua de re vid. Capt. 153:

Cértum est ad | frugēm ani | mum ádplicare.

Boni versu 242 μονοσυλλάβως efferendum o extrito: vid. Amph. prol. 74; neque opus reponi cum Hermanno: sibi boni. 243 clausula est, more asynartetorum ex eiusmodi versu dimidio constans. Vid. ad Most. 331.

244 sqq. Vid. de hoc metro ad Ba. 584 sqq.

245 'Ακεεργως libri: quam. Cf. Amph. prol. 69.

246. Clausula. Cf. monita ad 240—243. G. Hermannus dum creticos puros somniat, ita haec more suo reformavit:

Cértum ad frugem ápplicare ánimum, quanquam íbi animo
Grándis capitúr labos.
Síbi boni haec éxpetunt, rem átque honorém, fidem,
Glóriam et grátiam. nam hóc probis ést preti.
Eo mihi mágis lubet cúm probis pótius quam
Cúm ímprobis vívere et vánidicéntibus.

Postremum hoc verbum Vanidicere praeter analogiam fictum est, siquidem non licet dicere Vaniloqui, Multibibere, Omnivagare, sicut Vaniloquus, Multibibus, Omnivagus.

247—249. Vid. supra pagg. 52 sq. Versus 249 clausula est: vid ibid. et ad Most. 331. G. Hermannus ex penu suo promit unum creticum et duos bacchiacos tetram. huiusmodi:

PHIL. Quo íllic homo sé foras pénetrat ex aédibus?
LY. Pater, ássum, imperá, quod vis, néque ero in morá, nec
Latebróse me ego ábs tuo conspéctu occultábo.

E nostra ratione nihil hic mutandum, nihil addendum, nisi quod verba latebrose me transponenda sunt metri gratia.

250 sq. Singuli venire solent huiusmodi cretici, tanquam clausulae acatalectorum. Cf. supra 223 et notata ad Most. 315. G. Hermannus addendo tuam creticos duos extudit tetrametros:

Féceris pár tuis caéteris fáctis, si
Tuum patrem pércoles. pér pietatém tuam,
Nólo ego etc.

Iudicium de his versibus meum non interponam. Id tantum monebo, verba per pietatem recte accipi pro pietate, quomodo dicitur per fidem, per gratiam, per iocum, per tempus, ut non sit, quod ad sequentia referantur, id quod placet novissimo fabulae editori. Neque sic obtestari solent, ut simul imperent (Nolo etc.), quippe illud obnoxium spreturi, si arbitrarium hoc liceat. — Pro Patrem si reponere potuissem numero meliore Si patrem; sed praestat acui vocem graviorem. Ceterum vid. ad Capt. 153.

252. Hic versus recte descriptus in editione Herm.

253. Verbi Neque vocalis prior eliditur utroque loco, sicut Capt. 716, ubi vide quae annotamus, et in versu Attii, quem laudavimus ad Amph. prol. 74. Carere igitur possumus Hermanni hac correctione:

'In via néque foro ullúm sermonem éxsequi.

254—256. Codd. ἀμέτρως: Novi ego hoc seculum, m. q. s. G. Hermannus haec redegit in duos creticos et totidem trochaïcos tetram.:

Nóvi ego saéculúm, mótibus quíbus siet.
Málus bonum málum esse volt, símilis ut sít sui.
(Creticus mălum ĕsse volt prorsus intolerabilis. Ferri posset talis malum ésse volt, ut τὸ a in malus liquescere diceretur; sed eiusmodi elisiones non sunt ex viri huius docti ratione.)
Túrbant, miscent móres: malus, rapáx, avarus, ínvidus:
Sácrum profanum, públicum privátum habent: hiúlca gens.

Pedem trochaeum, qualis hic est Sácrum pro- in tota antiquitate non invenias; sed pro iambo tetrametro haec habenda forent, si recte descripta essent ab Hermanno. Nos, omnino nihil mutantes, tres effinximus trochaïcos tetrametros, quorum postremus catalecticus est et pro clausula usurpatus. Vox mali versu 255 μονοσυλλάβως efferenda est τῷ a eliso, qua de re vid. locus Amphitruonis laudatus ad 253.

257 sq. Vid. de hoc genere versuum asynartetorum ad Amph. 422. Versus 258 clausulae loco est adhibitus. G. Hermannus, omisso me et repetito haec pronomine, ut trochaïci efficerentur:

— — — — — — hiúlca gens.
Haéc ego doleo: haec súnt, quae excruciant: haéc dies noctisque haéc tibi
Cánto ut caveas.

259 sqq. nequeunt. Libri difficiliore numero: non queunt. Τὸ manu a literam elidit: vid. ad 253. G. Hermannus pro arbitrio:

— — quód manu haud queunt tángere, tantum fás habent,

Quó manus abstíneant: caeterá rape, trahe, fuge, ét late.
(nos verba rape, trahe, fuge, late pro duobus proceleusmaticis accipimus, de quibus pedibus metricis vid. Amph. 356)
Lácrumas haec mihí, quom video, elíciunt, quia ego ad hóc genus
Hóminum duraví. quin prius me ad pluris penetraví'? nam ii
Móres maiorúm collaudant: eósdem, quos laudánt, lutant.

Me penetravi. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v. Cf. supra 247, infra 281.

263 sq. Vocales priores in verbis colas et modo eliduntur, sicut et τὸ i in gratiam, quam figuram prosodiacam illustravi Amph. prol. 74. Similiter alterum u in vivito liquescit, de quo vid. ibidem 90. Legitur autem soloece: hisce ego te artibus gratiam facio, neu colas, et ἀμέτρως: neu imbuas, nisi fieri potest, ut neu cum sequente im- in unam syllabam coalescat, de quo vehementer dubito, nec similis elisionis exemplum scio, nisi huc trahatur quoi illud Capt. 626. Hermannus quoque: ne colas. Ceterum pessime haec interpolavit, creticos fabricaturus:

Hísce ego te ártibus grátiam fácio, eas
Né colas, neu tuum ingénium iis ímbuas.
Meó modo et móribus vívito. quae égo tibi
Praécipio, eá facito.

Mire vir doctus praefat. pag. 12: „Antiquis," inquit, „adscriptum fuerat ad meis." Quem refellens criticus laudatus supra ad 240 sqq. pag. 583: „Es ist hier gar keine Spur einer Glosse. Philto sagt zum Lysiteles:

— — — Meó modo et móribus vívito
'Antiquis.

Wer findet hier wohl eine Glosse? Hr. H. sagt nichts weiter als: antiquis war zu meis geschrieben, und mufste fort. Aber hier ist kein meis. Doch Hr. H. meint ohnstreitig, diefs habe man erst zu moribus geschrieben, und dann antiquis wieder zu meis. Da haben wir also Glosse auf Glosse" Legitur autem in libris meo modo et moribus, sicut statim fatuos mores et turb. et 269: imperiis et praeceptis. Ἄμετρα haec omnia. Cf. Capt. 336.

26?. sq. Vid. de hoc metro supra pag. 53. Digessit haec et interpolavit G. Hermannus in hunc modum:

— — — — — níhil ego istós moror
Facétos morés turbidós, quibus boní se
Dedécorant. haec tíbi, si capésses mea impéria,
Bona múlta in tuo péctore consídent consília.

Facetos Camerarii coniectura est: nam Mss.: faceos, vett. edd. fatuos. Inficeta est profecto ista facetia, quae nusquam, quod sciam, vitio vertitur, quo dedecoremur. Suavis autem est G. Hermannus cum suo consilia, de quo addita-

mento suo sic scribit praefat. praef. pag. 14: „Vt hic (versu fabulae ego huius edit, quem sic refinxit:

Nísi etiam labórem ad damnum appónam in apothecam ínsuper?)

sed „Vt hic," inquit, „in omissum fuit propter similitudinem praecedentis m, ita v. 299 (267 nostrae edit.) consilia propter consident."

Euge, euge! lepide! laudo commentum tuum!

Ceterum cf. annotat. extrem. ad 263 sq.

269. Ἀμέτρως libri: — imperiis et praeceptis, nec melius Hermannus: imperio et praec. Vid. modo laudatus locus harum annotationum.

270. tuom. Recte hoc reposuerunt viri eruditissimi, cum codd. praeferrunt tuo. Frigidi enim quid habent haec: pro imperio tuo tibi servire animum meum, aequom censui, cum ex illa emendatione elegantissime opponantur pro ingenio liber et pro imperio patris. Quae oppositio clarius ut appareat, haud nolim emendari:

Pro ingenio ego meum med esse ratus sum; pro imperio tuom,

ut liberum habeatur pro glossemate τȣ meum, quomodo Terentius dixit Phorm. 4, 1, 21: ego meorum solus sum meus, et Persius 5, 88:

Vindicta postquam meus a praetore recessi.

Cum autem tuom scribi soleret pro tuum, verisimile est, τὸ m a sequente vocabulo esse interceptum.

272. Qui. Cf. Amph. 149.

273. Vulgo: Vtrum is itane esse mavelit etc. Τὸ is non legitur in codicibus antiquis, nec placet tmesis Vtrum itane pro Vtrumne ita, quae Acidalio in mentem venit Divv. in Plaut. pag. 507; placet, quam idem suadet, τȣ ne in se mutatio elegans. G. Hermannus libris, ut dixi, refragantibus: Vtrum is ita esse mavelit etc.

275. pepulit. Recte sic editor fabulae novissimus, quomodo sequente versu uterque Ms. Vulgatum perpulit est in editionibus vett., quod posteriore loco respuitur a metro. Item recte Hermannus servit reposuit pro vulgato servibit, quae Gulielmii coniectura ἄμετρος Verisimm. 1, 3. Mss. et vett. edd. forte geminato ui-: seruiuit.

276. Itidem ἀμέτρως libri: Sin ipse etc. Mss. recte: Si. Vid. Horat. Tursell de particc. lat. orat. h. v. 83. Male G. Hermannus, τῷ dum expuncto:

Sín ipse animum pépulit, vivit, víctor victorúm cluet.

277 sq. Frustra haec transponit idem vir eruditus, improbante etiam eius censore, quem laudavi ad 240 sqq.

280. Hermannus: mihi ego. Sed recte proceleusmaticum defendit idem criticus. Vid. ad Amph. 356.

285. Hermannus hunc versum pro trochaïco venditat, correpto ex- in exprobras, quod fieri nullo modo potest, ut

ut monui ad Rud. 467. Bene senis affectum exprimit mutatum metrum.

286. refert. Frustra Hermannus: reffert Vid Asin. 375.

287. Bene | factá bene | factis. Vid. ibid. 159 Cist. 69. Male autem versus post 289 positus in vulgatis, cum haec referantur ad illa in superioribus Quid exprobras, bene quod fecisti? Tibi fecisti, non mihi, neque ab iis seiungi debeant; rursusque idem sit tenor versuum 288 — 290.

288. Vulgó:

Is probus est, quem non poenitet, quam probus sit et frugi bonae.

Sed recte Gronovius: „Dicimus," inquit, „aliquem poenitere, quam sit, vel quantum fiat, qui non est contentus eo, quod est, vel quantum fit: non poenitere, qui satis eo contentus est. Sic Terentius in Heaut. (20): At enim te [leg. me cum Mureto, Bentleio et nobis. Bo.], quantum hic operis fiat, poenitet. [ad quem locum vidd. interpp.] — Idem Eun. 5, 6 [957] An poenitebat flagitii, te auctore quod fecisset adolescens. — Noster Pseud. 1, 3 [298]: An poenitet te, quantúm hic fuerit usui? Truc. 2, 6 [498]: Poenitetne te, quot ancillae sunt iam? Mil. 3, 2 [733]: Nil me poenitet, iam quanto sumtui fuerim tibi. quod recte explicat Lambinus: Non parvo sumtui iam videor tibi fuisse. — Ba. 5, 2 [1138]: Satis iam iam vostri est convivii: me nihil poenitet, ut sim acceptus. Cicero lib. 1. de Officiis [1, 3]: tamdiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non poenitebit. id est: — dum satis hoc praeceptore te proficere senties. [vel interprete Heusingero: Non poenitebit. Non parum videbitur, interprete Servio ad Virgil. eclog. 2, 34 et lib. 1. Aen. 552. Ita et Livium locutum 1, 8 extr. observatum est aliis.] — Ergo quem non poenitet, quam probus sit et frugi bonae, est, qui satis sibi videtur probus et frugi bonae. At haec sententia prorsus est contraria illi, quae sequitur: Qui ipsus sibi satis placet, nec probus est, nec frugi bonae. Hoc versu improbat φιλαυτίαν, priore probat. Imo, si quid video, nec priore probavit; sed invitis omnibus libris expungenda est particula negandi. Scripsit enim Plautus: Is probus est, quem poenitet, quam probus sit et frugi bonae. Hoc est, qui, utcunque probus sit, nondum sibi satis placet, non satisfacit sibi, sed studet usque et laborat, ut se probiorem etiam praestet. Hoc et duo alii, qui sequuntur, versus sanciunt."

Sic ille, cui obtemperavit etiam fabulae editor Lipsiensis.

292. Veniam dare iam. Ita Mss. In vulgatis homoeoteleuton est veniam iam dare, quod ab Angelio accepisse videtur Camerarius. Scriptis etiam Hermannus auscultavit.

295. Nempe. Vid. Asin. 770.

297. Quî. Cf. Amph. 149.

302. Recte, me iudice, Acidalius Divv. in Plaut. pag. 507: „Praedicatum," inquit, familiariter eo dicit, quia turpem decoctionem aequalis sui valde amice et leniter et comiter extulerat adolescens, ut appareret, amicissimum et plane familiarem illi esse. [quomodo Terentius Andr. 84: Huius mortem tam fert familiariter. Bo.] Nam sic interpretari malim, quam cum Lambino, familiariter esse libere, ut familiares solent: etsi vocem eandem hoc sensu Epidici principio fuisse scio:

Ep. Heus, adolescens. Th. quis properantem me reprehendit pallio?
Ep. Familiaris. Th. fateor: nam odio es nimium familiariter.

[Terentius quoque Heaut. 6: ut te audacter moneam et familiariter. Et Phorm. 813:

Familiariorem oportet esse hunc: minitatur malum. Bo.]

Minus id huc convenit. Non enim libere et sine circuitione, sed timide et verecunda circumlocutione caussam egestatis amici sui Lysiteles protulerat, asperam per se nec probam satis mitigans et fuco quodam excusationis exornans. Sic enim aiebat:

— — — — — — Per comitatem edepol, pater;
Praeterea aliquantum animi causa in deliciis disperdidit.

[Et 294: Minus qui caute et cogitate suam rem tractavit. Et similiter per totam scenam. Bo.]"

306. edit. Frustra Hermannus secundum Pareum et Reizium: edat. Vid. ad Men. 14. Improbat hanc mutationem etiam criticus laudatus supra ad 240—245.

308. prodit. Ita Servius ad Virgilii Aen. 4, 231, recte probante novissimo fabulae editore. Codd. ἀμέτρως: producit.

308. Libri numero duriore: Non eo hoc dico etc.

311. deiuvare. Male desivare legitur ex Festo. Docet quidem Meursius Exercc. critt. 1 p. 259, dixisse veteres Desinare et Desinere, Fodare et Fodere, Vellare et Vellere, Fallare et Fallere, et alia multa eiusmodi; nec tamen Desinare h. l. probat, sed retinet Deiuvare, tanquam στερητικόν. Similia sunt Deplere, Detumere, Desugere, Deludere apud Plinium et alia nonnulla, quae proferunt interpretes ad Epid. 62.

312. Pseud. 274:

Nimio id, quod pudet, facilius fertur, quam illud, quod piget.

313. deum virtute. Cf. Mil. 672.

317. Vulgo:

Ly. Minus, pater. sed civi immunifico scis quid cantari solet?

Sed recte Taubmannus: „Ms. pr. civi inmuni inmunificos scis. sec. inmini [vel immimi] inmunificos [vel inmunifico] scis. ut videatur Grutero illud inmuni recipiendum in contextum, eiecto inmunifico, tanquam alterius scilicet interpretamentum, quodque alioquin officiat numeris." Et ad inmuni respondet Philto: Is est inmunis, etc. Gruterum sequitur etiam G. Hermannus.

318. Asperiores numeri huius versus, et minus recte ἐμφατικὸν illud ne ita eliditur, ut vix audiri possit, τὸ nunc vero non modo otiosi quid habet, sed concinnitatem etiam membrorum sententiae huius turbat, cum non Quod nunc habes, ne habeas, sed dixerit poëta, Quod habes, ne habeas. Orta autem videtur vocula ex sequente, sicut misceri passim Non et Nunc monui Asin 84 Most. 335. Legendum igitur censeo, τῷ ne non liquescente (vid. Amph. 149):

Quod habes, ne habeas, et id, quod non habes, habeas, malum.

Id quoque et Illud non semel inter se permutata.

325 Charmidai. Ita legendum senserat Taubmannus. Cf. Epid. 497. Vulgo ex interpretatione: Charmidae Putide et praeter libros Pareus et Hermannus:

Lesbonico huic adulescenti, Charmidae huius filio.

328. Multa homini eveniunt, quae volt, quae nevolt. Proverbium, ut videtur.

329—336 Hi versus hoc ordine legi solent: Ly. Ne opprobra — Ph Agedum — Sapientiae aetas — Ph. Mentire — Nam sapiens — Eo nemulta — Multa — Vide — Ph. Non aetate —. Sed Acidalius Divv. in Plaut. pagg. 503 sq.: „Cedo," inquit, „quis haec intelligere se commode aut intelligi posse, quamdiu sic scribuntur, affirmabit? Contra quis omnia apta invicem et plana non fatebitur post hanc nostram restitutionem?" Iamque versus ita perscribit et ordinat, ut hic et in editione Herm. factum est, et deinde sic pergit: „In eundem locum retractos esse vides utrosque aberrantes versus [334 sq], qui quidem vulgato etiam ordine se consequuntur, sed illo inverso. Praecedit enim, qui posterior esse debet. quam commutationem evenisse in traductione mirum nihil est; illud valde mirum, cum unius sedem legitimam vidisset Muretus [Varr. Lectt. 15, 13], alterius simul non vidisse. Sed non potuit, cum caligaret in sententia versus nostri de condimento sapientis et cibo aetatis. in quo ex sapiens faciebat etiam sapientia, cum contra debuerit sapienti ex sapientiae: nam diphthongus ultima adhaesit fini prioris huius vocis a principio sequentis aetas. Germanus autem sensus in eo hic est: Aetas sapienti velut pro condimento est, qui ipsius aetati pro cibo. Sapiens non ab aetate sapit, ut cibus a condimento non est cibus: sed aetas accedens hoc sapienti

praestat, quod condimentum cibo. Sapientia ab ingenio est: aetas autem illam mitigat, ad maturitatem perducit, meliorem molilioremque reddit, plane ut cibus a condimento perficitur et gratior efficitur tantum, ipse alias per se constans. Ita quod condimentum cibo est, id aetas sapienti aut sapientiae. Nam non pugnem de mea ibi lectione [et librorum omnium, quotquot innotuere: sapiens aetati cibus est, ubi Muretus: sapientia ae. c. e.] contra Muretinam; et videri potest elegantius [imo etiam verius], si ipsa sapientia cibus dicatur, et eius condimentum, non sapientis, aetas. [Sane sententiam huius loci perspexit Muretus, sed frustra reposuit sapientia, cum idem sonet, pro neutro acceptum, sapiens, τὸ σοφὸν, de quo usu verbi vid Vechneri Hellenolex. 1, 2, 9, :. Vir sapiens quomodo cibus aetatis dici possit, non intelligo Bo.] Vtrum males, sententia manet eadem; et res ipsa clamat, hunc adeo versum respicere ad istum, imo ex isto duci:

Non aetate, verum ingenio adipiscitur sapientia

Quia enim sic filius sodalem suum excusabat, adolescentulum eum esse et proinde non sapere satis: pater infert contra, non ab aetate sapientiam proficisci, sed esse ab ingenio, neque qui sapiens sit, ei quidquam aetatem conferre praeter aliquod condimentum. Atque ibi comparationem hanc mutuam facit cibi ad sapientiam, condimenti ad aetatem; ac rursum sapientiae et aetatis ad cibum et condimentum."

Acidalium secutus est etiam G. Hermannus in editione sua fabulae, qui et apiscitur reposuit pro vulgato adipiscitur, ex more quidem veteri et numero probiore. Vid. ad Rud. prol. 17.

338 ei. Hoc velle mihi videtur manu scriptorum lectio depravata: et. Vett. edd. tu; vulgatae inde a Camerario: eius.

341. Ἀμίτρως libri: — Ph. Vxorem? Ly. Ita. Correxit G. Herm.

342. Minus bene libri, utpote voce graviore summam non acuta et homoeoteleuto insuaviore: — ab illo inibis summam gratiam.

345. Vulgo: Egone indotatam te uxorem etc. Sed Mss.: Ego indotatam etc. Ted pro te metrum poscebat. Cf. Amph. prol 149.

347. Libri minus concinne:

Ph. Multa ego possum docta dicta, et quamvis facunde loqui.

Nostram lectionem sic accipies per synchysin, de qua dixi Amph. 378. Possum ego loqui dicta multa quamvis docte et facunde.

355. tuom erit. Sic Hermannus, voce tuom sub ictu posita; recte. Vulgo: erit tuum.

357. vivis. H. e.: es. Cf. Men. 119.

Haec. Vulgo ex interpretatione, ut opinor, Hae. Cf. Epid. 207.

359—368. Recte haec cum superioribus in unam scenam iunxerat scriptor veteris codicis Camerariani. Vulgo novam hic incipiunt.

359 ego ut. Ita vett. edd., quod ἐμφατικώτερον vulgari lectione ut ego, quae sapit glossam.

361. hŏc Cf. Amph. 136.

366. Vulgo secundum Camerarium, corruptis quidem numeris:

Cum illanc importunam tempestatem conciet.

Pareus tanquam ex Mss. edidit Quom illam imp. t. c., sicut legitur in editionibus vett.; sed nec placent continuae voces 4, m litera finitae, quae terminationis similitudo fugitur, ut monui Capt. 60, et rectius verbi gravis importunam syllaba acuta sub ictu ponitur, quam prima quae accentu caret, qui iam, vocali litera sequente, retrahitur, qua de re cf. Asin. 143.

373. exunctum. Vulgo exutum; sed rectissime Gulielmius Quaestt. in Trin. cap. 1: „Correxerim," inquit, „exunctum, elotum. Magnum luxus instrumentum cotidianae veterum unctiones, lavationes, unde decoctorum verba eluere, exungere, pro patrimonium luxu lancinare. Exungere ergo unguentis absumere est, et ea vox myropolas eius argenti, cuius rationem sero insistit Lesbonicus, bonam partem abstulisse significat." Secutus hunc est etiam G. Herm.

376. obicias Ita Mss. et vett. edd. Vulgo autem hic obtinet verborum ordo: Quam si tu obiicias formicis papaverem; sed apud Nonium v. Papaver, omisso pronomine, sic legitur in editionibus Mercerianam praegressis: Quasi formicis obiicias pap., quo positu verborum approbato id assequimur, ut ne duplici accentu vitietur vox formicis. Ceterum nihil opus arcessi ex grammatico quasi vel quasi si, quod in mentem venit Acidalio Divv in Pl. p 511, quanquam absurdum illud alterum haud putanti, si vel intelligatur magis, quae etiam Douzae ratio Centur. pag. 546, vel, quod aeque usitatum, tam particula. Hermannus tamen:

Quasi sí formícis tu óbicias papáverem.

377. Hunc versum aptissime hic legi, in oculos incurrit. Infertur autem vulgo inter 381 et 382, ubi videbis annotata.

381. Vulgo: Non tibi illud apparere, si sumas, potest. Verum si fieri non posse dicit servus, ut illud appareat adolescenti, dum argentum istis rebus insumat, quid est quod sero consultantem vituperat et culpam rei a necessitate seu fato ad hominem transfert? Haec pugnantia, neque igitur dubium, quin per irrisionem quaerat Stasimus, an id tam difficile intellectu videatur Lesbonico, cum in eo sit, ut rem confringat? nam prius quam id fiat, cavendum esse, non argento dilapidato, qui mos sit stultorum.

Quam ratiocinationem importune turbat versus 377, qui vulgo hic inseritur. Illud autem interpretaberis illas res, quas supra dixit, suis ipsius defraudationibus oppositas, quas leviores homo videri vult, et earum rerum sumtus maximos. Si sumas valet Cum insumas, quo tempore insumas, quomodo Si particula passim usurpatur; id quod sensit etiam Pistoris; nam absurde emendandum coniecit Is. Pontanus N. t. i. a., si summes, potest, quod ne latinum quidem est, neque adeo stolidum dixerit herum suum servus, ut ne facta quidem summa (nam hoc est, quod a Pontano repositum, summare appareat illi, quantum argenti perdiderit. Ceterum non malus homo Stasimus: cf. 386.

385 putet. Intellige: Aliquis. Vid. Asin. 435.

388 opino. Recte hoc suadet Acidalius Divv. in Plaut. 512, auscultante etiam Hermanno. Libri interpretatione ἀμέτρως: opinor. Cf. Cas. 424.

390. in ventrem. Quia is tam capax, ut qui ipsas aedes in se receperit.

393. Nempe. Vid. ad Asin. 770.

394. Vulgo:

Quas sponsione pronuper tu exactus es.

Sed Acidalius l. l.: „Ambigunt," inquit, „viri docti de germana lectione. Quam sponsionem non accipio: non enim et pronuper. facilius Qua sponsione [sicut Mss.] pro. Sed id nondum plenae germanitatis. Adde literulam unam, a simili proxima interversam:

Quas sponsione pro nuper tu exactus es.

quas minas nuper exactus es pro sponsione. [Vid. de hac anastrophe praepositionis ad Aul. prol. 39.] Locutio alibi eadem, et ex Caecilio affert Nonius [imo Gellius N. A. 15, 14]:

Ego illud nihilo minus exigor portorium."

Obtemperat Acidalio etiam Pareus. Hermannus vero edidit:

Quas sponsione nuper tu illa exactus es,

frustra inculcato illa; de qua correctione sic loquitur praefat. pag. 12: „Pronuper, inauditum vocabulum, et quidem media syllaba brevi, ex addita praepositione natum erat, quam quis ad sponsione adscripserat." Recte, quod τὸ Pronuper reprehendit tanquam inusitatum, recte quoque de media eius syllaba non corripienda, quod vitium nullo negotio evitavimus; sed male fraudis insimulata praepositione, quam si quis interpolator addidisset, procul dubio scripsisset pro sponsione, non sponsione pro, quod est in libris.

397. Vulgo: N. n. e. v. miserum, et m. e. m. e.; sed exulat copula a scriptis. Cf. Capt. 336.

400. nae. Vid. ad Amph. 149.

403. Di duint etc. Vid. ad Stich. 447 sq.

407. Libri in thesi occultato magni ponderis pronomi-

ne: Ego quoque volo etc. Vid. ad Asin. 191 Mil. 1161 Pseud. 1161.

412. tuom. Cf. Stich. 689. Ceterum edd.: — Les. hau! nosco tuum. Sed libri vett., tam scripti quam excusi: haut (vel haud) nosco tuum, unde haec interrogari colligas eodem sensu, quo formulam illam notam Non te ego novi? de qua monui ad Amph. 362.

414. homō tu es. Cf. Amph. 475.

413. Codd. pravo numero, quem correxit editor Lipsiensis:

Mearum rerúm me novisse aequom est ordinem.

423. Ferentaneum. Ita Mss., quomodo dicuntur Praesentaneus et Praesentarius, Subitaneus et Subitarius, et alia eiusmodi. Vulgo secundum edd. vett.: Ferentarium.

425. Nisi me aliud quid vis. Bene sic Hermannus, τῷ aliud posito sub ictu. Vulgo: Nisi quid me aliud vis.

431. Hercle quin. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v. Similia sunt Hercle certe, Hercle vero, Edepol certe, Edepol nae, Edepol profecto, Edepol quin, si recte divinavi Pers. 559. Male Hermannus disiuncte: Hercle: quin dicam tamen. Nusquam sic seorsum Hercle.

433. Quid nunc? Id est Quid igitur? Vid. ad Ba. 73. Recte sic Pareus et Herm. Formulam ignorantes vett. editores, quibus male morem gessit Camerarius: Quid tunc, i etc., nec melius Valens noster Divv. in Plaut. pag. 512: Quid tu.

436. tibi par. ordine et loco. Summo genere Lesbonicus, ut supra legimus 293. Nihil hic mutandum, siquidem apposita coena fingitur, postquam venerit iste opulentus, quem honoris causa expectarint.

439. Tò quod liquescit. Vid. ad Amph. prol. 74. Cf. 443, 449.

441. Libri turbatis numeris:

Edim nisi (si addunt vett. edd.) ille vetet. St. at pol ego, etiamsi vetet.

G. Hermannus: E. nisi si ille vetet. St. A. p. e., etsi vet.

443. quod. Cf. 439.

444. Neque. Vid. ibid. et supra 253.

449. quod. Vid 439.

450. Non hoc longe. Cf. Most. 583.

451. sine sacris hereditas. Vid. ad. Curc. 126.

459. Vulgo:

Salillum animae, qui cum extemplo amisimus.

Bene G. Hermannus: animai. Quam cum pro qui cum pluribus in mentem venit. Minus concinne Lipsiensis editor: Salillum animaī: qui eam quom e. e.

462. sq. Vulgo:

Mirum, ni tu illuc tecum divitias feras, (Herm.;)
Vbi mortuus sis, ita sis, ut nomen cluet.

H. e. τῷ feras accepto pro eo, quod est sis laturus: Auferes sane tecum illuc divitias; Vbi mortuus sis, ita

fueris, ut nomen cluet (Philto, amans hominum vel amatus ab iis); quae est arena sine calce, ut ille ait. Mss. non illuc, sed illum, h. e., nisi omnia me fallant, illuc ni. Alterum ni abundare visum, itaque omissum est et tu versus sarciendi causa inculcatum. Ridicule servus, cum laudare videretur velle Philtonem ob prudentem, quam habuit, orationem, mirum esse ait, ni aliquando in morte fuerit vere Philto, h. e. acceptus hominibus, nisi secum ad inferos auferat divitias suas. Iocus servilis. De locutione cf. infra 587. Secum autem haec homo, ne exaudiantur a sene parco.

469. Di bene vortant. Vid. ad Aul. 210.

470. Lege: usus. Σφάλμα hoc typographicum. Vulgo autem pravis numeris:

St. Eheu, ubi usus nihil erat dicto, spondeo;

nec multo melius G. Hermannus:

St. Eheu, ubi nihil | erát | dicto usus, sp.

474. Sed liquescit. Vid. ad Amph. prol. 74. Hermannus secundum Lambinum praeter necessitatem: S. e. h. g. cecidi it. m. Stultitia mea personam περιφράζει, sicut sententia Catonis apud Horatium, Graecorum more. Vidd. Vechneri Hellenolex. 2, 8, nos ad Ba. 1011.

481. Etiam tu taces. Vidd. Curc. 187, 607.

484. Si quid vis. Cf. Asin. 615.

493. coctum. Bene sic secundum alios editor Lipsiensis; h. e. maturum. Vid. Parei lexic. h. v. Libri inusitate coactum pro eo, quod est vindemiatum.

501. quorum. Soloece libri: quoium. Acidalius Divv. in Plaut. pag. 515: cuius. Facillime r et i literae misceantur.

506. Vulgo invitis scriptis et vett. edd.: N. f. sunt hic a. a., quae emendatio videtur cuiusdam de metro perperam solliciti. Vox alternae non est elidenda, qua de re cf. Amph. 341.

507. Ἀμέτρως libri:

Sues moriuntur angina acerrume,

sicut tritum ordinem verborum amant librarii. Camerarius interpolavit: S. m. a. hic a., quem sequuntur Pareus et Herm.

513. Syrorum. H. e. genus Syrorum, quod nunc barbare dicturi essent: illud Syrorum (das der Syrer, celui des Syriens). Ita Cicero De Officiis 2, 25 §§. 2 sq.: Nam et corporis commoda cum externis, et externa cum corporis, et ipsa inter se corporis, et externa cum externis comparari solent. Cum externis corporis hoc modo comparantur: valere ut malis, quam dives esse. Cum corporis externa hoc modo etc.

517. Tu egerunt syllaba media corripitur. Cf. Poen. prol. 21. Frustra G. Hermannus: egerint.

521. quaeras. Sic V. . et antiquae edd., quas sequitur etiam Hermannus. Vulgo: quaerens.

522. Vulgo:

Ph. At tu hercle et illi et alibi. St. cave sis dixeris etc.

Sed falsum est, et illi (in agro Lesbonici) et alibi, hoc est ubivis gentium, quamvis malam rem posse reperiri. Deinde sibi non constant libri in persona verbis At – alibi praescribenda; sed vett. edd. Lesbonico haec attribuunt, unde iam olim hic erratum esse colligas. Nempe Stasimus omnia haec dicit, et legendum est alii pro alibi, quae vocabula et apud Livium 2, 59 § 3 mixta monui in Animadversionibus critt. in eum scriptorem, quas Commentariorum Societatis philol. Lips. voluminis 3 particulae 1 inseruit vir eruditissimus Christ. Dan. Beckius. Nec cum domino minori suo nec cum alio haec vult communicare Philtonem servus, ne vel castigetur ipse a Lesbonico ob mendacia, quibus oneravit senem, vel alii deterreantur ab emendo isto agro, quem abalienare velle fingit adolescentem, ut ex sequentibus intelligitur. Saepissime labi in nominibus personarum librarios, monui ad Amph. 436.

524. Libri numero asperrimo:

Quin hic quidem cupit illum ab sese abalienarier,

nec multum iuvant, qui reponunt Q. h. q. c. i. a. se ab. Passim confusa Is, Ille, Iste pronomina.

525. quoid os sublinat. Vulgo: cuius os s.; sed in Mss.: cuius s., unde recte cui os et quoi os fecerunt Camerarius et Pareus. De d interposito vid. Amph. prol. 149.

Quod Si quem reperire etc. reponi iubet Acidalius Divv. in Plaut. 513, „ne bis uno loco sit idem quidem," fallitur: nam id ipsum voluit poëta, et ita eadem verba saepius inferre per iocum solet, ut docui ad Cas. 485 sqq. Sic igitur τὸ quidem quater positum est hoc loco. Cf. 549 sqq.

526. Vulgo immisso versu septenario:

Ph. Meus quidem hercle nunquam fiet. St. Si sapies quidem.

nisi creticum (Meus quidem her-) vendere nobis velis pro pede τριτήμω vel τετρασήμω, verbo quidem gravissimo Meus pessime deproperato: nam priorem syllabam τοῦ hercle corripi velle, quod quibusdam placere video, ineptum est, ut monui ad Rud. 467. Quamobrem aut quidem aut hercle delendum fuit. Cur autem illud potius expunxerim, vidd. annotata ad praecedentem versum. Τὸ hercle ex sequente videtur irrepsisse.

533. quom. Bene sic Hermannus. Codd. ἀμέτρως: quoniam, sicut hae particulae misceri solent. Cf. Men. 879.

535. Vulgo minus probo numero: Si antea voluisses etc. Vide ad Poen. prol. 78 Rud. prol. 45. Audacius editor Lipsiensis: — dixti modo, Voluisses antea, esses etc. intellecto si, de qua ellipsi cf. Pseud. 640.

536. Vulgo: — convenire nihil potes. Sed recte Acida-

lius Divv. in Plaut. pag. 515: „Veterum alii potest, alii conveniri. Vtrumque simul recipio. Elegantius id vulgato." Sic et Herm.

537. Soloece libri: Quid tibi lubet. Correxit idem editor.

540. Quid istic? Cf. Merc. 992. Male Angelius, Aldus, Camerarius, Pareus, Hermannus denique, haud perspecta vi formulae: Quid istuc? quod prorsus alienum ab hoc loco.

541. tam. Hoc in scriptis desiderabatur, interversum procul dubio a syllaba simili, quae antecedit; exstat autem in editionibus principibus, quae scriptorum instar, ut non sit, quod voculam deleamus cum Gronovio, quamvis saepius ea non perscribatur, sed intelligatur, et omissa illa versus sustentari possit, si ecthlipsis cesset in quoiquam, de qua figura prosodiaca dixi ad Amph. 341.

544—558. Hi versus hac serie leguntur in vulgatis, praemature illato 557:

— — — — — — Ph. ita volo.
Les. Sed, Stasime, abi huc ad meam sororem: ad Calliclem:
(melius editor novissimus: — sororem, ad Call.)
Dic hoc negoti quomodo actum est. St. ibitur.
Les. Et gratulator meae sorori. St. Scilicet.
Ph. I hac, Lesbonice, mecum, ut coram nuptiis
(Τὸ I liquescit. Vid. ad Ba. 716. Cf. infra 677.)
Dies constituatur: eadem haec confirmabimus.
557. Le. Tu istuc cura quod iussi: ego iam hic ero.
(Versus ἄμετρος. G. Hermannus:
Tu istuc curato, quod ego iussi. iam hic ero.
quam correctionem ex parte recipiendam mihi vidi in ordinem. Sed Tute meum aeque probabile atque Hermanni vocato. Cf. Ba. 684 sq.; Pseud. 1071 Stich. 245.)
Dic Callicli, me ut conveniat. St. quin tu i modo.
(Male Hermannus:
Et Callicli dic, me ut conveniat. St. i modo.
quod commentum sic asserere conatur praefat. pag. 19: „Legebatur:
dic Callicli, me ut conveniat. St. quin tu i modo.
Conveniat in hac sede debebat in secunda syllaba, non in prima et quarta, acui. Quin tu autem ex v. 584 [551 nostrae edit.] additum erat ad explendam lacunam, postquam et in principio versus exciderat." Improbat hanc correctionem etiam censor Trin. Hermann., quem saepe laudo, pagg. 577 sq. Ceterum de

sententia minime male Acidalius l. l. ad 536: „Indecore," inquit, „adolescens cupit ad se venire senem Sed eam sententiam non esse puto. Nam alia fuit fortassis additurus, nisi servus interrupisset, in hanc mentem: Dic Callicli, ut seu quomodo me dotem sorori quaerere conveniat, atque ut ipse de eadem videat: quod quidem diserte subiungit. Quin imo nihil defuerit, et ut me conveniat valere potest quomodo me deceat. Nam sic Noster alibi verbum id cum accusandi casu iungit. Mercatoris ultima scena [972]:

Itidem ut tempus anni, aetatem aliam aliud factum convenit.

Atque idem hic esse, iam mihi persuasi." Sic ille, quem cum verum vidisse et sic intelligerem, et collato loco simillimo, qui est infra 648 sqq., rescripsi mi ut convenat et haec ad sequentia De dote etc. pertinere significavi: nam vulgatum me ut conveniat et versui minus aptum est, ut observavit editor Lipsiensis, et ambiguitate premitur, quam fugiunt probi scriptores. Calliclem igitur de dote videre iubet Lesbonicus, quid opus sit facto, ut sibi conveniat, ut se dignum sit, et ne damno sit sorori sua negligentia, quod in sequentibus habetur. De forma Convenat vid. Aul. 109.)

Les. De dote ut videat, quid opus sit facto. St. i modo!
Les. Nam certum est me sine dote haud dare. St. quin tu i modo!
Les. Neque enim illi damno unquam esse patiar. St. abi modo!
Les. Meam negligentiam. St. i modo! Les. o pater!

(Versus pede truncus. „Quem versum," inquit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 513, „facile expleveris: St. quin i modo. Aut potest iterato scriptum fuisse alterutrum horum i modo vel o pater. Vtrumque enim valde servierit vehementiae affectus et orationis" Bis igitur τὸ i modo intulit Hermannus; nos τῷ Stasime offecisse arbitrabamur eius personae notam. Cf. Amph 436. Sed patris quoque invocationem h. l praematuram sensi, ut quae nihilo vel aequiorem vel iniquiorem reddere possit rem, de qua consulit secum Lesbonicus, ut vix dubium sit, quin verba o pater ex sequentibus huc sint illata ad versum sarciendum. Pro iis suffeci Neque, quod a verbo proximo Aequum interceptum puto: nam A H et N

literas misceri monuimus Men. 883 Poen. 259. Plane autem requirit eam voculam sententia, τῷ quin accepto pro quam ut, usu quidem trito, neque audiendus Hermannus, qui reposuit per ἀνακόλουθον:

— — — — Les. O pater,
Aequom videtur, qui, quod peccarim, St. I modo.
Les. Potissimum mihi id obsit.)
Aequum videtur quin quod peccarim. St. i modo!
Les. Potissimum mihi id obsit. St. i modo! Les. o pater!
En unquam adspiciam te? St. i modo! i modo! i modo!
Tandem impetravi etc.

Hanc versuum distributionem in eo peccare aio, quod disconvenientia iungit, convenientia disiungit. Nam convenit, postquam spopondit Lesbonicus, statim eum invitari ad se a Philtone, ut nuptiarum dies constituatur *); neque vel decet, antea, tanquam acto iam negotio, nuncium ad sororem mittere Lesbonicum, vel cum servo colloquium incipere praesente sene summi generis et locuplete et quocum affinitate iam sit coniunctus. Sed postquam, omnibus, quae voluit, dictis, domum abiit Philto, Lesbonicum apud se expectaturus, versu 545: tum demum solus cum servo Lesbonicus infit: Sed, Stasime etc. qua particula orationes copulari observavimus ad Amph. 938. Nec priusquam mandatum dedit, quod ei maxime cordi est, ad Calliclem de dote, curare iubere existimandus est Lesbonicus servum, quod imperarit; sed postquam rem omnem elocutus est, versu 557. Quales versuum traiectiones non semel fraudi fuisse Nostro, monitum Asin. 18 sqq.

562. Sed si alienatur. Bene sic Camerarius. Quod praeferunt Mss. et vett. edd.: Sed id si al., et κακόμετρον est et haud dubie corruptum, τῷ id nato ex antecedente -ed simili; quod nescio quo pacto placuit Pareo et Hermanno.

565. istac. H. e. istuc. Terentius Heaut. 3, 3, 27:

Abi sane istac, istorsum, quo vis.

Praeter necessitatem Douza Centur. pag. 548: istinc, quem tamen sequitur editor Lipsiensis.

568. Sic idem: nam vulgo legitur:

Postquam exturbavit hic nos ex nostris aedibus.

Et sane interpretandi causa τὸ ex adscriptum videatur; quanquam nec male reposueris:

Postquam hic exturbat nos ex nostris aedibus,

ut τὸ exturbat vel pro praesente habeatur, vel pro contracto exturbavit. Vid. ad Amph. 503 Aul. 575. Haud concoquentes hoc librarii facile inducti fuerint ut mutarent. Eam rationem iam veriorem puto.

---

*) Cf. Aul. 208—216 Rud. 1110—1115 etc.

569. dixti. Ita Herm. Codd. immisso glossemate ἀμέτρως: dixisti. Ceterum absurde verba Nostrum — despopondisse Callicli tribuuntur in libris vulgatis. Stasimi herilis filius Lesbonicus, non Calliclis; id quod sensit etiam Lambinus, et legenda haec esse sine interrogatione, secus atque fit in iisdem codicibus.

571. Quoï. Vid. ad Amph. 149.

572. Sine do | té. Sine | dote. Cf. Asin. 159 Cist. 69, infra 596.

573. tute. Ἀμέτρως libri: tu. G. Hermannus: At tu nullus edepol. Sed pronomen sequi solent verba, Edepol, Hercle, Profecto et similia. Cf. Ba. 684 sq.

574. Inficeta haec facetia. Sed dormitat interdum bonus Plautus.

576. Similiter Praenestinorum barbaries carpitur Truc. 649, et vana gloria Bacchidum fragmento decimo. Cf Scaligeri Poët. lib 7 cap. 6.

578. quidem. Soloece libri: equidem. Vid. adMen. 451.

580. egō. Cf. Amph. 475. Vulgo ἀμέτρως:

Postremo edepol ego istam rem ad me attinere intellego.

Possis etiam reponere med, reliquis immutatis ét verbis edepol ego pro proceleusmatico acceptis, de cuius pedis frequentia in versibus iambicis ttochaïcisque dixi Amph. 356. Et haec alteri rationi praestiterit. Hermannus fecit:

Postremo edepol ad me ego istam rem a. i.

581. quid eliditur. Cf. Amph. prol. 74.

582. Sentio et subolet mihi Saepius haec tanquam ex formula iunguntur. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Subolet etc.

584. Libri metro nullo:

O here Charmide, quam absente te hic tua res distrahitur tibi.

V. C non quam, sed quom; Decurtatus et edd. vett.: quoniam, sicut haec vocabula misceri proclive est, qua de re vid. Men. 879; neque eo adducor, ut quom reponam cum Hermanno, ceterum recte eum rescripsisse puto: O. h C., q. absenti hic tua res d. t. Te pronomen ortum procul dubio ex syllaba praecedente.

585. Frustra verba transposuit Hermannus:

Quoi tuam quom credideris rem, sine omni cura dormias.

Τὸ omni priore syllaba brevi est h. l. Vid. ad Cas. 690.

491. Sunt. Pareus ad h. l: „Ego,“ inquit, „sic fuisse in utroque Ms. Pal., serio pertendo: neque quicquam demuto. Ita enim habent: celeri gradiiscunt. — Certe non habent celeri gradu eunt, uti fingitur falso [Taubmannum tangit, qui „ita Mss. et omnes ab omni aevo codices“ praeferre ait, quod quidem verum de editionibus], sed τὸ f signum est, excidisse ex seq. dictione, plane ex

consuetudine Mss. nostrorum. vide Lex. Plaut. v. G r a d u e s s e. " —

591 illic. Bene sic reposuit Hermannus, cum vulgo, debiliore quidem numero, legatur i l l e.

592. Vulgo: Haud illi euscheme astiterunt. Sed cur, quaeso, ἀνευσχημόνως adstiterint Lysiteles et Lesbonicus? Imo εὐσχημόνως se gerere est actorum. Senex ille de Palaestrione secum consultante Mil. 213:

Euge, euge, euscheme adstitit hercle, dulice et comoedice!

Stich. 255 sq.:

Sed eccum Pinacium, eius puerum! Hoc vide!
Satin' ut facete atque ex picturad adstitit!

Atqui Mss.: Haud in euscεme astitit, h. e.: Haud aneuscheme a., sicut a et i literas confundi solere monui ad Poen. suppos. 1 Stich. 245: nam ineuscheme eadem potestate barbarum quid sonat, utpote ex duabus linguis mixtum. Ἀνευσχημόνως, unde Aneuscheme, dictum ut Ἀνευλαβὴς, Ἀνευφράντος. Edd. vett. ineptissime: Haud iuxta me astiterunt.

595. Vulgo: Si in rem tuam, Lesbonice, esse videatur gloriae aut famae: sinam. Non male Brantius: „Lambinus," inquit, „g l o r i a m a u t f a m a m Placet vulgata lectio, ut ad r e m referatur." Sed hoc ut fieri possit, reponendum: t u a e. Cicero pro Cluent. 69: Summa est hominis in communem municipii rem diligentia. Et sic passim.

596. es|sé vide|atur. Cf. supra 572.

598. meum. Cf. Stich. 689.

601. Egone? — Tu nae Vid. ad Capt. 790. Vulgo autem: Quid male facio? Sed bene Acidalius Divv. in Plaut. pag. 514: „Rectius et venustius sit detracta literula q u i m a l e f a c i o? non alia ratione, nisi quia responsio magis interrogationi tali apta."

602. Minus bene libri: Les. Tu mihi es melior, quam egomet mihi? Sic Cicero Epistt. ad Att. 10, 8 extremo dixit: bonus in me etc, et Virgilius Aen. 12, 647: Este mihi boni. Est autem hic versus trochaïcus tetram. acat., quod genus versuum in magna animi commotione usurpari monuimus ad Amph. 556. Hoc nesciens Hermannus eiusmodi versum catal. effinxit, quo nihil opus, hunc:

Ly. Tuaé rei bene consulere cupio. Les Melior tu es quam egomét mihi?

Forma m i pro m i h i ante consonam non magis offendor, quam Bentleius et Reizius, neque intelligo, cur veteribus tragicis et comicis eam abiudicet Hermannus praefat. Trin. pagg. 14 sq. Vid. ad Amph. 556.

quam. Cf. ibid. 149.

604. Obscure libri:

Ly. An id est sapere, ut qui beneficium benevolente repudies?

Lambinus *a* infersit, quod propagant edd. Pareanae et Hermanniana. „Camerarius," inquit Taubmannus, „notavit in postumis: posse etiam esse benevolentis, et elisa b litera mutatam esse scripturum." Haec non improbo, nec tamen de sententia demoveor mea, reponendam esse potius — beneficum, benevolentem, repudies. Altus est et irritabilis Lesbonici animus, ut supra vidimus 412 sqq.; quem animum probe perspiciens eius sodalis Lysiteles, ubi beneficum se dixit erga eum, ne beneficii in se conferendi mentione homo offendatur, quasi se reprehendens, lenius verbum addit benevolentem. Verba beneficum benevolentē quam vicina sint vulgatis, nemo est quin videat. Et Asyndeton amat Noster, ut monui Capt. 556. Ceterum ἐλλειπτικῶς haec dicta sunt pro eo, quod est: An id est sapere, beneficum, benevolentem repudiare? Cf. Aul 299.

606. Ἀμέτρως libri:

Scio ego et sentio ipse quid agam, neque a me officium migrat.

Et ita quidem edd. vett.; sed Mss.: neque *m* se officium m., h. e., opinor, neque nunc offic. migrat, neque nunc aliud meum est officium, quam antea, quomodo Lucretius 5, 828: omnia migrant, h. e. mutantur, et Titinnius in Veliterna apud Nonium v. Senium: Quot pestes senia et iurgia sesemet aedibus emigrarunt. G. Hermannus secundum Reizium edidit:

Scio ego, et sentio ipse, quid agam, neque se a me officium migrat.

609. Vett. editores numeris asperrimis:

Itane tandem máiorés famam tradiderunt tibi tui,

nec placet Hermanni ratio, sic rescribentis:

Íta tandem maiores famam tradiderunt tíbi tui.

In nostra lectione tradiderant penultimam syllabam correptam habet, de quo vid. Poen. prol. 21.

611. Vulgo:

— — — — — — perderes?
Atque honori posterorum tuorum ut vindex fieres?

Quicquid moliuntur, non convenit τὸ vindex in hominem, qui nihil commune habet cum vindice, sed ipse potius ita se gessit, ut alio sit opus vindice rei et generis, ad incitas ab ipso redactorum. Atque V. C. non vindex, sed undax. „Tinea erosit τὸ i," inquit Pareus. At ego: „Tinea erosit e literam, et vox Catoniana vendax in tritiorem vindex abiit." Sic auro patriam vendere habes apud Virgilium, et similia passim apud hunc et alios, μεταφορικῶς dicta omnia. Vendax honoris, ut tempus edax rerum dixit Naso. Minus recte G. Hermannus secundum Gronovium:

Atqui honori posterorum tuorum ut vindex fieres,
Tibi paterque avosque facilem fecit et planam viam
Ad quaerendum honorem etc.

quae non cohaerent.

615. Κακομέτρως libri:

Praeoptavisti amorem tuum uti vírtutí praepóneres.

G. Hermannus: P., a. t. virtuti uti p.

619. Frustra idem:

'Atque ego istunc tibi agrúm relinqui a me ób eam rem enixe éxpeto.

627. Libri immisso in ordinem glossemate, quod metro adversatur:

Ly. At operam perire meam sic, et te haec dicta corde spernere.

Servandum sibi τὸ dicta putavit Lipsiensis editor, itaque verba sic rescripsit: At meam sic perire operam et t. h. d. c. s.

631. Libri nullis numeris:

Pernovi equidem, Lesbonice, imperitum tuum ingenium admodum.

nec melius Hermannus, correpto im- in imperitum, quod fieri non potest:

Pérnovi ego imperítum, Lesboníce, tuum ingenium ádmodum.

Hic quoque versus troch. tetram. acat. Vid. supra ad 602.

639. Ille. Cf. Asin. 770.

640. indu. ἱμετρων libri in, nec suaviter ad aures accidit versus Hermannianus:

'Insanum est malum devorti in hóspitium ad Cupídinem.

De forma Indu, quae passim reponenda est apud veteres, vid. ad Ba. 897.

642. conari. H. e. conaturum. Cf. Curc. 662 Viger. de Idiotismm. ling. graec. 5, 3, 7 Vechner Hellenolex. 1, 2, 17 extrem. Male codd.: conare; male quoque Hermannus:

Si istuc conare, ut facis mi indicium, t. i. g.

643. aquae. Bene hoc dederunt pro insulso isto aqua; quod vulgatas obsidet edd. Scripti: tibi aquerit, tibi querit, et similiter cusi ex vetustis. Vides erroris incunabulum. Sententia haec est: Ardebis infamia, et ad restinguendum incendium clamabis aquam, h. e. cupies ignotus esse.

644. At qui erit (aqua)? H. e. At unde, at quomodo tibi erit? unde sumes? sicut Qui usurpari solet. Cf. Men. 356. Libri nullo sensu: Atque erit, si nactus, etc. Hermannus iusto audacius: Atque si eris nactus, proinde, etc.

Si nactus (es). Vid. ad Amph. 168. Cf. infra 681.

646. tametsi. Mss.: tamenetsi, quod ut locum habere posset, ita haec rescripsit Lipsiensis editor pravo accentu vitians ignem, vocem totius sententiae gravissimam:

Fácile inventu est: dátur ignis, tamenétsi ab inimicís petas.

Ferrem: F. e. inv.: d. i., tamenetsi inimicos petas; hoc non fero, sed sequendas puto vett. edd.

647. a peccatis, h. e. propter peccata, vel: quod attinet ad peccata. Vidd. Horat. Tursell. de particc. lat. orat. v. A §§. 4,

A §§. 4, 5, 10, Aul. 140 Curc. 51 Epid. 122 etc. Non igitur opus, ita haec distingui, ut placet Hermanno: Sed tu obiurgans me a peccatis rapis deteriorem in viam.

648. Libri ταυτολογικῶς et numero corrupto:

Meam vis sororem tibi dem: suades sine dote. Hoc etc.

Τὸ vis tanquam glossema delevit editor fabulae novissimus; sed non est verisimile, vocem minime obscurae potestatis, suades, declarandam sibi aliquem sumsisse; illud verisimile, insolentius visum esse dici vis pro eo quod est censes, vel postulas, praesertim in persona obnoxia. Frequens autem hoc sensu Velle. Mox 663: Neque volo neque postulo neque censeo. Capt. 281:

He. Mittam equidem istunc aestumatum tua fide, si vis. Tyn. Volo;
Quam citissume potest, tam cedere ad factum volo.

et ibid. 288 sq.:

— — — — — — praecipe,
Quae ad patrem vis nuntiari. Vin' vocem huc ad te? Tyn. Volo.

Most. 574: Da. Imo foenus: id primum volo. Truc. 818 sq.:

Phro. Scio mecastor, quid velis, quid postules et quid petas.
Me videre vis; me amare postulas; puerum petis.

Et sic passim. Ceterum nunc legam potius meliore numero:

Meam tibi vis dem sororem sine dote. Hoc non convenit etc.

649. Libri minus eleganter et male acuto verbo tantam: Me, qui abusus súm tantám rem patriam etc. Inusitate autem ditiis pro vulgato divitiis rescripsit editor Lipsiis. Perscribenda h. l. u litera in ea voce, sed elidenda, sicut saepius. Vid. Amph. prol. 90.

650. autem. Cf. Cas. prol. 8.

658. dedidisse. Bene hoc metri causa primus reposuit Camerarius. Vid. ad Curc. 543. Ἀμέτρως libri: dedisse.

660. Tĕ. Vid. ad Amph. 149.

664. Libri numero asperrimo: Is est honos homini etc.

666. intér nos. Encliticum h. l. est pronomen; quod genus quam late pateat, quidque de accentibus efficiat, vid. Terentii Andr. 667 nostrae editionis.

669. Cógnatós. Vid. Cist. 69.

671. Perperam Hermannus hunc versum inter et sequentem denuo intulit ista Quis me improbior perhibeatur esse? — obiectent sient, nisi quod loco verborum si sine dote duxeris de se infersit ex superioribus si ego abs te agrum acceperim. Recte haec leguntur supra 659 sqq., hic autem in nullo codice comparent manu scripto; sed primus, quod sciam, Angelius, qua saepe est oscitantia, ita edidit:

— — — — induxeris, quis me

Improbior perhibeatur esse? haec famigeratio te honestet, me autem
Conlutulet, etsi sine dote dixeris, tibi sit emolumentum honoris.
Mihi autem quod obiectent, siet. St. non enim possum etc.

Quonam igitur colore hanc vel recentiorum librariorum vel ipsius Angelii fraudem fucat Hermannus? Evolvamus ipsius librum neque virum inauditum damnemus. Praefationis Trin. pagg. 12 sq.: „Interpolationibus," inquit, „male adnumerarunt critici versus 704. 705. 706. [qui sic habent apud Herm.:

Quis me improbior perhibeatur esse? haec famigeratio
Te honestet, me autem collutulet, si ego abs te agrum acceperim:
Tibi sit emolumentum honoris; mihi, quod obiectent, siet.]

quos quum in veteribus libris [hi quales sint, vidimus: nam in Mss., ut dixi, istorum nec vola nec vestigium. Bo.] errore librariorum e v. 691 [659] et seqq. repetitos putarent, eiecerunt. Errori librariorum, ac perfacili quidem, nihil nisi repetitio verborum si sine dote duxeris debetur. Horum loco reposui, si ego abs te agrum acceperim, quod petitum est e v. 694 [662]. Etenim recte istos versus in antiquis libris [nempe editione Iuntina et eius ordinis. Bo.] repeti clarum est ex iis, quae statim Stasimus dicit, cuius singula verba totidem pro hac repetitione argumenta sunt. Vt unum commemorem, quod is dicit, versus meliores facit, prorsus inficetum foret, nisi in eo ipso lepor et iocus inesset, quod, quum Lysiteles ipsis Lesbonici verbis usus esset, meliores tamen, quam ille, versus facere diceretur." Sic ille. Sed non is hic lepor et iocus, si iocus dicendus est, ut dignus videatur Comico lepidissimo, nec quid sibi velit Hermannus cum ista sua argumentatione, intelligo. Plaudit Lysiteli Stasimus, et metaphora a scena eius comoediam vicisse ait Lesbonici. Deinde ad hunc conversus: Hic (Lysiteles), inquit, agit magis ex argumento et versus meliores facit; quibus verbis laudari solebant poëtae dramatici, qui vicissent. Quid, quaeso, hic eorum argumenti, quae vult Hermannus? hoccine est nodum in scirpo quaerere? Redeant igitur isti versus, unde malos pedes tulerunt! Ceterum in nostra editione forte lineola perscripta est in extremo versu 674, quae claudere debebat praecedentem. Corriges vitium typographorum.

674. Hic. Cf. Amph. 136.

676. Prius i in tibi elidendum metri gratia. Vid. ibid. prol. 74. De forma hac loquendi prisca cf. Amph. 363.

677. I. Vid. supra ad 544.

681. abiturus (es). Cf. 644. Frustra Herm.: abituru's.

654. Libri nullo numero:

STA. Abiit hercle ille quidem. ecquid audis, Lysit. etc.

Hermannus: A. h. quidem: ecquid etc., excluso ille. Sed verisimilius, τὸ quidem ortum esse ex sequente voce simili.

689. Vt. H. e. Postquam. Hoc reponendum vidit Gruterus sententia ipsa duce, cum inepte legeretur: Aut. Caculam militarem se futurum ait Stasimus, ubi militatum aliquo abierit herus minor, quod fore iam supra auguratus est 565 sq. Cf. Terentii Heaut. 65. Clarissima haec et aptissime ex se nexa dum non capit Lipsiensis editor, temerariis locum vexavit coniecturis versuumque traiectionibus, de quibus sic rationem reddit praefat. pagg. 20 sqq.: „V. 722 [687] sqq. loquitur Stasimus:

fulmentas iubeam suppingi soccis: non sisti potest.
video caculam militarem me futurum haud longius:
aut aliquem ad regem in saginam herus se coniecit meus.
credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore:
et capturum spolia ibi illum, qui meo hero advorsus venerit.
egomet autem quom extemplo arcum mihi, et pharetram, et sagittas sumsero,
cassidem in caput, dormibo placide in tabernaculo.

In his coniexit Pareo [priore edit.] debetur: sed si quoque addere debebat. Verum cur fugitor futurus est Lesb., si se ad al. r. in s. coniecerit? An quia otio milites effeminantur? At hoc sic demum dicere Stasimus potest, si herum suum inter fortes et strenuos numerat. Nunc id non facit. Omnino enim ignavum fore dicit. Quare quid vereatur, ne ille virtutem suam amittat? [Quasi vero non ita iocari soleant servi de dominis in comoediis. Vide vel unam Epidicum principio, et fatebere, nihil tam invitis Gratiis unquam scripsisse emendatorem nostrum. Bo.] Non magis quadrant, quae de se addit Stasimus. Dum herus fugiat, se placide dormiturum in tabernaculo dicit. At, ut eum hero non oporteat praesto esse, num quisquam, praesertim ignavus, placide dormire potest instante hoste? [Hoc aegri somnium item uno exemplo refellam servi Sosiae Amphitruonis 271 sqq., ubi sic legitur:

Si tu Sosia es, legiones quom pugnabant maxume,
Quid in tabernaclo fecisti? Victus sum, si dixeris.
MER. Cadus erat vini; inde inplevid hirneam . . .
So. Ingressust viam!
MER. Eam ego, ut matre fuerat natum, vini eduxeram meri.

Ibi igitur non modo instante hoste, sed iam consertis manibus, bibit Sosia, ac totam quidem hirneam, quo facto suaviter eum credo obdormivisse. Nam quid vetat? Atqui idem faciet Stasimus noster, si per eum steterit. Bo.] Mutato versuum ordine sua huic loco virtus atque elegantia redit:

fulmentas iubeam suppingi soccis: non sisti potest.
credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore,
et capturum spolia ibi illum, qui meo hero advorsus venerit.
video caculam militarem me futurum haud longius.
aut aliquem ad regem in saginam si herus se coniexit meus,
egomet, quam extemplo arcum mi et pharetram et sagittas sumpsero,
cassidem in caput, dormibo placide in contubernio.

Illa, non sisti potest, quum de fortibus dicantur, facete ad ignaviam detorquet iis, quae sequuntur. [Imo Gronovius recte haec explicavit: „Id est actum est, periimus. Neque enim ceperunt interpretes. Vide ad Livium lib. 4 cap. 12." Bo.] Deinde, cedens necessitati, caculam militarem se futurum dicit. Quod quamvis ei non placeat, hac tamen spe erigitur, fore, ut herus ad aliquem regem in saginam concedat. Ibi vero se strenue armatum somno operam dare posse sperat. Clarum est, ab sensu verborum emendationem nostram efflagitari. [Quin sensum eorum pessime turbat ista emendatio: nam primum cur clavis fixa cupiat calceamenta servulus, iam nemo divinet, seorsim positis illis, quibus causa, cur id velit, redditur, quia caculam se fore auguratur, cui ultro citroque cursandum sit, ut fieri solet in bello, propterea que solidioribus utendum soccis. Deinde apud nescio quos bellatores fugiturum dicit Lesbonicum, item pessime traiecto versu, quo res declaratur, Ut aliquem ad regem (in Asia) in saginam herus se coniexit meus: nam apud reges istos stipendia mereri solebant, et saginati divitesque facti domum redire, vanis gloriis quorumvis obviorum aures obtusum, ut videre est in Plauti et Terentii fabulis. Sed aliam atque ceteri omnes interpretes sententiam subiicere videtur Hermannus verbis Aut (nam hoc retinet) aliquem ad regem etc.: nam manifesto iam haec opponuntur superioribus, ubi de bello sermo est. Ergo existimemus necesse est, non militandi, sed ventrem distendendi causa in Asiam profecturum dici Lesbonicum, id quod absurdum est, regibus scilicet non nisi praestita officia cibo et argento remuneraturis. Et fac, meram ibi saginam fuisse tanquam bestiarum, quid tunc Stasimo cum arcu et pharetra et casside? et cur in tabernaculo, sive, ut placet Hermanno, in contuber-

nio potius dormiat, quam domi? Nempe haec omnia ἀσύστατα et ineptiarum tam plena, ut mirer, cuivis, nedum Hermanno, in mentem venire potuisse. Servemus igitur nos veterem horum versiculorum ordinem, neque quidquam in verbis mutemus praeter alienum istud Aut versu 689: nam quod contubernio pro tabernaculo rescripsit noster criticus, causam prorsus ignoro, nisi fortasse metro prospexerit, quod absque eo sartum tectum, ut aiunt, si vel τὸ placide non elidatur et contra tabernaclo sit pro τετρασυλλάβῳ, priore a litera liquescente, de quibus figuris prosodiacis monitum Amph. 341 et ibid. prol. 74; vel reponatur: placide indu tabernaculo, de quo vid. ad Ba. 897. Sic autem hallucinanti viro docto quis non insusurrarit verba censoris eius in ephemeridd. Jenenss. anni 1805 pag. 592 haec: „Hr. Hermann äufsert de metris S. 195: der Rudens sey von Reiz noch nicht vollkommen emendirt. Dieser Meinung ist Rec. auch, aber er mufs zugleich aufrichtig bekennen, dafs ihm Plautus Hand im Rudens noch viel richtiger hergestellt zu seyn scheint, als im Trinummus." Ceterum ne quid omittentes calumniari videamur virum non tam ad iudicandos natum poëtas quam ad emendandos grammaticos et prosa oratione utentes: age adscribamus etiam postremam eius in hunc locum animadversionem. Sic igitur Hermannus praefat. Trin. pag. 23: „Sed praeterea eam [emendationem] firmat versus iste [692], in quo autem delevi. Id necessario addendum fuit turbato semel verborum ordine. Nec qui versum iusto longiorem corrigere conati sunt, Acidalius [imo Taubmannus. Bo.] et Reizius, omittere potuerunt: sed alter et sagittas, alter et pharetram delebat: quorum neutrum facile pro interpretamento haberi potest." Haec aeque vana ac reliqua, quae de hoc loco disputavit, de quibus „non verbum amplius addam," ne rem actam agam. Rectius autem, me iudice, ista et sagittas deleri iussit Taubmannus, quam et pharetram Reizius, siquidem sagittarum mentio longe frequentior est apud scriptores quam pharetrae, ut illa his, non haec illis, verisimile sit adscripta esse pro interpretamento. Quod dedi quom extemplo pro vulgato quam extemplo, cf. Curc. 80.

697. Pote. Libri minus ἐμμέτρως: Potest, quod glossema puto.

701. Paranda. Inepte codd.: Parata. Non iam parata dos erat scilicet, sed paranda vel, quod 722 dicitur, depromenda.

709. Vulgo pravis numeris:

Ex ea largitari te illi; neque ita, ut sit data, in-
Columem etc.

Mss. et vett. edd.: Ex ea largitate illi n. i. u. s. data columem etc., quod antea fuisse mihi videtur: E. e. largitare te illi etc., τῷ illi interpretandi causa addito. De forma activa Largitare vid. Nonius c. 7. Hermanno placuit: Ex

ea largitari illi etc. Columis idem τῷ Incolumis, teste Isidoro in Originibus.

712. Male interpungitur secundum Scioppium Suspp. Lectt. pag. 64, nec dos abscedere dicitur Lysiteli puellam ducenti h. e. ducere cupienti, de qua forma loquendi cf. Cas. 198 (nam d u c e n t i pro olim vulgato d u c e n d i recte reposuit Scioppius), sed perlongum visum iri Lysiteli putat Megaronides, si adventus Charmidis sit expectandus, ut, talis morae impatiens, potius abscesserit, h. e. abstinuerit ab his nuptiis. Melius fecit Hermannus reponendo:

Perlongumst ducenti; hic interea abscesserit.

Sed non quemvis ducentem seu procum verendum erat ne eius procrastinationis ita taederet, ut potius consilium nuptiarum abiiceret, sed de h o c, Lysitele, id metuendum erat, utpote divite et eo, quicum nemo non facile affinitatem iuncturus esset, quales plerumque sunt fastidiosi et superbi. Quanquam alio modo, sed inepto, haec explicat Hermannus praefat pag. 18, ut „d u c e n s sit Lysiteles; h i c Lesbonicus, peregre profecturus.“ Neque hoc se velle, in superioribus significavit Lesbonicus, neque tale quid facile in mentem venire poterat Megaronidi. Et fac, peregre abire voluisse adolescentem et senem rem vel rescivisse vel augurari, quid id, quaeso, ad has nuptias? Ergo legendum:

Perlongum est h u i c ducenti: interea abscesserit.

715. Vulgo:

Vt adeam Lesbonicum, edoceam ut res se habet.

Recte Acidalius Divv. in Plaut. pag. 518: „Ex olim casis restitui debet:

V t a d e a s L e s b o n i c u m, e d o c e a s, u t r e s s e h a b e t.

Consilium Megaronidae est, non ut ipse, sed Callicles adeat et edoceat adolescentem. Ipsi enim cum illo nihl rei. Et huic ita suasisse, patet ex eius responsione:

Ca. V t e g o n u n c a d o l e s c e n t i t h e s a u r u m i n d i c e m.

E d o c t u m pro e d o c e a s metri gratia rescriptum.

721. Ne. Codd. ἀμέτρως: Neu. Correxit editor Lips.

722. ergo igitur. Accipi potest τὸ e r g o pro revera; sed friget, malimque haud ineleganter:

Me. Quo pacto ergo? Cal. Igitur clam dos depromi potest.

de quo usu τοῦ Igitur in primis sententiis vide vel Parei lexic. Plaut. Nam pleonasmus formae E r g o i g i t u r parum exploratae mihi videtur fidei.

724. Mancus versus in codd.:

Ab amico alicunde argentum roges.

Camerario audaciori placuit: A. a. aliquo alicunde argentum in dotem roges; mihi: Ab amico a m i c o d (cf. Amph. prol. 149), h. e. eo, qui „ita sit, ut nomen cluet,“ quod supra legimus 587. Simile simili offecit, sicut passim.

728. Edd. vulgatae absque sensu idoneo:

Malim hercle ut verum dicas, quam ut des mutuum.

Imo mutuum dare Megaronidem quam verum dicere maluerit alter senex, neque lucem his afferunt, ut videtur Taubmanno, illa 1015:

Si quis mutuom quid dederit, fit pro proprio perditum.

Peius etiam Mss.: — quam uides mutuum, vett. autem edd.: — quam fides mutetur; pessime Lambinus: — quam ut det m. Reponendum, si quid sentio: Malum hercle — ut verum dicas, quam ut des mutuum, h. e. Malum hercle est (quae clara voce Callicles, ad Megaronidem conversus, tanquam malum esse dicat, quod significavit Megaronides, nusquam inveniri posse mutuum; iamque secum loquens haec addit), te verum potius (vid. Pareani lexici Mantiss. v. Ellipses in Potius) dicere, quam mutuum mihi a te ipso dare; quomodo Vt cum subiunctivo pro accusativo cum infinitivo passim usurpari, Graecorum more, in vulgus notum est, et Noster dixit Poen. prol. 16:

Bonum factum est, edicta ut servetis mea

pro eo, quod est Bonum factum, vos edicta servare mea. Pullulat eiusmodi iocis Plautus, sed subinde aut non intellectis, aut scripturae vitio obscuratis.

732 sqq. Hic locus vulgo sic se habet:

— — — — — — — quantum potest,
Quasi sit peregrinus. Ca. quid is scit facere postea?
Me. Is homo exornetur graphice in peregrinum modum,
Ignota facies, quae non visitata sit,
Falsidicum, confidentem. Ca. quid tum postea?
Me. Quasi ad adol. — — — —
Veniat — — — — — —
Illum — — — — — —
Et eum — — — — —
Duas — — — — — —
Dare — — — — — —
Me. Seque aurum etc.

Sed versus Is homo, Ignota et Falsid. confid. (pro quo plerique vett. editores Falsidicus confidensque, quod ad nominativum Facies retulere) tam male ex se invicem nexi, ut alium alio loco inserendum esse mihi persuaserim; quae res an mihi successerit necne, periti iudicabunt. Ignota facie edd. aliquot antiquae, in his Sarracenia anni 1499. Versu 733 miro Hermannus prolubio:

Quasi sit peregrinus. Cal. Quid istoc facere postea?

Cf. Pers. 676. Merc. 678: Nimium scis sapere.

741. Vulgo;

Det alteram illi, dicat alteram tibi.

Sed Mss. et vett. edd. numero meliore, de quo vid. Amph. 355: D. a. i. alteram dicat tibi; unde reponendum vidi, hiatus vitandi gratia: illice. Minus recte Hermannus: Det alteram illi, atque alteram dicat tibi.

748. Vulgo:

CAL. Scite hercle sane. ME. hoc, ubi thesaurum effoderis,
Suspicionem etc.

quae est arena sine calce. In unam sententiam coniungenda verba Tum tu igitur demum id adulescenti aurum dabis, Vbi erit locata virgo in matrimonium, Vbi thesaurum effoderis, et continue scribendum Scite hercle sane hoc! Thesauro effodiendo non erat quod amoveri ab adolescente suspicionem speraret Megaronides, sed argento tum demum ei tradendo, tanquam modo allato, ubi locata virgo esset in matrimonium.

756. Etiam tu taces? Cf. Curc. 187, 607.

757. Cf. Mil. 250.

758. Ἀμέτρῳ libri interpretatione:

Illum, quem habuit, perdidit, alium post fecit novom.

quae sic dimetitur bonus vir Hermannus, correpta utraque syllaba τῦ Illum, id quod fieri nullo modo potest:

Illum, quem há|buit per | didit, áli | um etc.

De forma Habivi vid. ad Epid. 354 Pseud. 543.

760. Apud pro monosyllabo est. Vid. Amph. prol. 74. Cf. infra 776.

766. Libri turbatis numeris:

ME. Vxorem quoque ipsam hanc rem ut celes, face.

Nimia largitate Lipsiensis editor:

Vxórem quoque etiam ípsam hanc rem ut celés, face.

767. Synchysis. Cf. Amph. 378.

768. demoves. Codd. lapsu proclivi: te moves, quod frigidissimum, siquidem moveri, qui amoveatur, per se intelligitur. Amoves et demoves dictum ταυτολογία ἐμφατικῇ, quae decet familiares.

770. Male Hermannus, asyndeto offensus:

Continuoque operi denuo: s. c.

Vid. ad Capt. 336.

772. Hermannus, novarum rerum cupidissimus:

CAL. Faciam. ME. 'At enim nimis hic lónge sermone útimur.

Quid sibi voluit? qua tandem re offensus mutavit scripturam codicum? Anapaestum post proceleusmaticum intulit poëta, posuitque continuos duos anapaestos. Quid postea?

773. Obscure libri:

Diem conficimus, quod iam properato'st opus.

774. Me vide. Cf. Mil. 376.

776. Apud. Vid. supra 760.

777. quid item liquescente vocali pronuntiandum. Vid. ibidem.

781 Conduco. Cf. Ba. 859.

782. Putide libri: Epistolasque iam c. d.

783 sq. Frustra Hermannus:

Eumque huc ad adulescéntem meditatúm probe
Mittam. CAL. Eo ego iam igitur intro ad o. m.

Tè iam nusquam nisi apud eum legitur.

785. Mss.: Tu istuc age. ME. actum reddam nugace sunt nisi, T. i. a. ME. a. r. nugaces sunt nisi. Tria postrema horum verborum cum non intelligerent, omiserunt vett. editores, etsi satis appareret, primum nugacs, deinde nugaces, pro nugax scriptum esse modo simili atque Obhaerentes pro Obhaerens in priore argumento Militis, ubi vide annotata; id quod pridem animadvertit Scioppius Suspp. Lectt. pag. 65, nec male coniecit legendum esse: — nugas sum nisi, quomodo, testantibus Charisio et Prisciano, veteres dixerint Hic haec et hoc Nugas: h. e. Nisi tibi hoc impetratum et effectum lepide dedero, nugas ero; nisi quod nugas pro eo quod est nugax non immerito dubium videtur viris doctis. Certe h. l. id nolle manu scriptos, sed nugacs, h. e. nugax, manifestum est. Sed neque vocem reddam vitio carere puto propterea, quod insipida ταυτολεξία onerat poëtam: nam verbis nugax sum nisi idem dicitur quod τοῖς actum reddam, et longe quidem fortius lepidiusque dicitur, ut recte me reposuisse arbitrer, usurpata etiam παρονομασία non inficeta, quae inest verbis age actum:

Tu istuc age actum reddas. ME. Nugax sum nisi.

Extremas literas vocabulorum saepius corruptas monui ad Amph. prol. 87.

786. Corrupte Mss. et vett. edd.:

Salsipotenti et multipotenti Iovis fratri et Nerei Neptuni.
Laetus, lubens, laudes ago etc.

siquidem in his neque vox Neptuni habet quo referatur, neque, etiamsi facias Neptuno, recte is dicitur frater Nerei. Quod vero maximum, alienus ab hoc loco Nereus, deus is quidem maris, sed in otio fere vivens et vates nec cum Neptuno comparandus, „fluctuum salsorum" summo arbitro, et cui gratias agere solerent feliciter eos pervecti. Ita hoc toto loco Charmides. Et simili Epignomus Stich. 383 sq.:

Quom bene re gesta salvos convortor domum:
Neptuno gratis habeo et Tempestatibus etc.

Neque aliter est, ubicunque de navigationibus agitur. Vide Rud. 271, 275, 285, 390, 431 etc. Hoc sentientes, ut opinor, ablegarunt bonum senem Nereum, alii reponentes: Iovis fratri Taenario Neptuno, alii: I. f., Nereine Neptuni, id est Nereine Neptuni uxor; quae commenta

vel metrum falsa arguit. Tutius agi visum Lambino, quem sequitur G. Hermannus, si retineretur Nereus, et in hunc modum locus legeretur:

Salsipotenti et multipotenti Iovis fratri Neptuno et Nereo.

Sed praeterquam quod parum placet verborum et Ner. Nept. transpositio, misere etiam hic caudam trahit Nereus et dignitate ac potentia Neptuni prorsus deprimitur. Id tantummodo viderunt omnes Neptuni mutandum esse in Neptuno. Rescribendum sine controversia:

Salsipotenti et multipotenti Iovis fratri aetherei Neptuno
Laetus, lubens, laudes ago etc.

Sicut salsipotens dicitur Neptunus, ita Iupiter recte audit aethereus, cognomine satis usitato eius dei, ut docet Gyraldus Synt. 2 pag. 87. Literas autem H et N, item h et n, quam vicinae sint in scriptis, monui Capt. 812; neque est quod multis probem, e- fere ibidem legi pro ae-, de quo scribendi genere cf. Stich 516. Quibus positis, nemo est quin videat, τὸ ETHEREI sive etherei, usurpata, more prisci seculi, scriptura continua, facillime degenerasse in ETNEREI sive etnerei, pro quibus mox corrector intulit, ipsa, ut videbatur, sententia id postulante, et Nerei.

787. Inepta libri ταυτολογία et κακομέτρως:

Laetus, lubens, laudes ago, et grates gratiasque habeo, et fluctibus salsis.

Grates gratias etiam Poen. 6 legitur in libris antiquissimis, sed in Iunt. Ald. etc. recte: gratas gratias; nisi quis audiat Taubmannum, haec annotantem ad eum locum: ,,Grates gratias. Ita Mss. ambo et vett. edd. pleraeque. Vulgo gratas gratias, quod invitis libris Pareus in textum recepit. Cur? Quia, inquit, alterum manifeste praeferret scribae errorem: neque enim ullum occurrere exemplum, quo posset defendi. Quasi non esse debeat exemplo ipsamet Vetustas. quaenam istaec est argumentatio?“ Imo quaenam est haec tua, mi homo? Quae si vera est, omnes omnium librariorum in codicibus scribendis peccata pro oraculis habere necesse fuerit. Sed non concedendum erat scilicet, verum vidisse adversarium Pareum. Sic igitur et h. l. reponendum gratas gratias; quod neque Hermannum fugit, sed patienter tulit, amphimacrum (-des ago et), pro trochaeo vel spondeo invectum, vitiare versus numeros, dum sic reponit:

Laétus lubens laudés ago, et gratis grátas habeo e. f. s.

In nostra lectione gratas gratisque accipiendum pro gratasque gratis, sicut traiici solet apud poëtas Que encliticum, docente Horatio Tursellino h. v. §. 5: nam παρονομασίας causa haec potius coniunxisse videtur Plautus, quam laudes gratas.

788. Insulse edd.:

Quos penes mei potestas, bonis meis quid foret, et meae vitae.

V. C.: Quo (sicut et sequente versu) penes me post bonis mis q. f. et mea iuite. Decurtatus: Qm̄ (h. e. quoniam) me potestas bonis mis quid f. et meae uitae. Edd. vett.: Cum penes te potestas omnis quidem foret etc. Ex utrisque lectionem nostram concinnavimus. Boni pro bonis reponendum esse, dudum alii intellexere. Ipse dedi fuit pro foret, cum non de re futura, sed acta loquatur Charmides. Hermannus ταυτολογικῶς:

Quos penes mei fuit potestas, quid bonis meis foret et vitae.

789. Vulgo:

Quom suis me ex locis in patriam urbisque moenia reducem faciunt.

Loco verborum urbisque moenia, quae non leguntur in editionibus vett., Mss.: urbis cumam, ex quibus illa nobis exsculpsit Camerarius; sed rectius, puto, Gronovius: urbē icolumem, unde mox exstiterit urbīcolumem, h. e. urbem incolumem, quod apprime huc facit. Hermanno placuit, de se addito atque:

Quom suis me ex locis in patriam atque urbem usque in meam r. f.

790. Libri nullis numeris:

Atque ego, Neptune, tibi ante alios deos gratias ago atque h. s.

Gratis recte reposuit Hermannus, sed iterum cretico (-tis ago at-) admisso pro pede τρισήμῳ vel τετρασήμῳ versum deturpavit, sic haec describi iubens:

Átque ego tibi, Neptúne, ante alios deós gratis ago atque hábeo summas.

791. Vulgo:

Nam te omnes saevomque severumque atque avidis moribus commemorant,

quod ferri fortasse poterat: vid. ad Asin. 159 Cist. 69. Sed atque vel ortum mihi videtur ex antecedente verbo, vel a sciolo inculcatum. Minus probabiliter Hermannus:

Nam te omnes saevom severum atque avidis moribus comm.,

siquidem elegans illud que in saevomque non est pro captu librariorum.

792. Codd. bis acuto τῷ vesanum: S. i. i. vésanúm; contra o. p. Correxit editor Lipsiensis.

793. meo modo. Cf. Pers. 357. — ut volui. Vid. ad Mil. 117. Duriore autem numero et ex interpretatione, ut opinor, libri: — usus sum in alto. Vid. ad Amph. 168.

794. Ἀμέτρως legitur:

Atque hanc tuam gloriam iam ante auribus acceperam, et nobiles apud homines.

Nobilem legendum esse, dudum coniecit Brantius (cf. supra 785 Amph. prol. 87): nam quid hoc sibi vult, eam Neptuni gloriam iam ante accepisse Charmidem, et (quidem) apud homines nobiles? Maris pericula aeque norunt nobiles atque ignobiles, neque eo magis verum est, quod audieris, si apud nobiles audieris, praesertim talis sententia, qualis haec est, quam vulgo dictitari ait h. l. senex. Repositis igitur nobilem et metri gratia ad pro apud, deleto autem et isto irreptitio, facili verborum transpositione locum restitui, quem pessime truncavit atque interpolavit G. Hermannus in hunc modum:

'Atque ego, hanc tuam glóriam auribús quidem iam accéperam ante.

„Addita," inquit, „erant haec et nobiles apud homines, quae, utcumque explicata ab interpretibus, quid isto loco sibi vellent difficile erat assequi. Mox autem versui 832 [797] dimidium deerat, cui loco illa apprime conveniunt, vel versu 830. [795] monstrante. Istuc igitur reduxi." Quasi vero novum esset, trochaïcos dimetros immisceri tetrametris, tanquam clausulas, quem locum induxi Ba. 1114 Curc. 112. Dimeter autem troch. est versus 797, modo reponas modici pro modesti, quod illius interpretamentum: nam priscis modicum idem modesto, unde Noster Persa 344, ταυτολογίᾳ familiari:

Modice et modeste meliust vitam vivere.

Charisius pag. 184 sq. Putsch.: „Modice. Tullius. de Senectute: Etsi te quidem id modice ac sapienter, sicut omnia, et ferre et laturum esse certe scio. Plaut. in Bacchid. (fragm. 2): Ingenium in animo utibile et modicum est" et reliqua. Cf. vel lexica, inprimis Parei Plautinum v. Modice. Apte autem clausula haec infertur in sententia gravi, qua recitata paulum taceat actor, ut altius, quod dixit, auditorum subire possit animos. Apage igitur istam emendationem a Plauto nostro!

795. Vox divites δισυλλάβως efferri potest, u litera liquescente, ut nihil opus sit reponi cum Hermanno: dites. Cf. Amph. prol. 90.

796. Abi, laudo. Cf. Asin. 680.

797. Vid. de hoc loco ad 794. Inepte Hermannus:

Semper mendicis modesti ut sint, secus nobiles apud homines.

798. absque foret te. Synchysis, de qua vide ad Amph. 378.

799 sq. 'Αμέτρως libri:

Distraxissent, disque tulissent satellites tui me miserum foede,
Bonaque omnia item una mecum passim caeruleos per campos.

Hermannus, perperam deleto verbo miserum:

Distraxissent, disque tulissent tui satellites me foede,
Bonaque item omnia una mecum passim c. p. c.

I breve in satellites liquescit. Vid. ad Amph. prol. 74. — Disque tulissent. Cf. Ba. 518 Mil. 914 Pers. 705 Stich. 64.

801. navem pro monosyllabo. Cf. supra 795. Turbo ventus est etiam Curc. 540, ut non fuerit, quod reponeret G. Hermannus: turbine venti.

802. Libri:

— — — — — — turbines venti:
Imbres fluctusque atque procellae infensae frangere malum.

Pes deest huic versui. Sed verbis turbines venti mensuram dipodiae trochaïcae excedentibus, quam habere debebant, si cum illis Ita iam, quasi canes, haud secus, navem circumstabant in trochaïcum tetram. acat. coniuncta essent a poëta: difficilene erat videre, verbo turbines finiendum esse alterum versum, et τῷ venti incipiendum alterum, ut utriusque numeri restituerentur? Non vidit editor Lipsiensis, cumque in veteribus editionibus reperisset fregere pro frangere, haud reputans, eodem tenore de iisdem dici frangere malum, ruere antennas, scindere vela, confidenter reposuit:

— — — — — — turbine venti,
'Imbres, fluctus, átque procellae inféusae confregére malum.

Τῷ Venti metri gratia d illud addendum fuit, quod opicum Hermanno videtur, grammaticis doctissimisque Comici interpretibus non videtur, de quo dixi ad Amph. prol. 149.

803 sq. Libri inepte et metro pessumdato:

Ruere antennas, scindere vela, ni tua pax propitia foret praesto.
Apage me sis. deinde hinc certumst otio me dare. satis partum habeo.

Ineptum Apage me sis, ineptum item deinde hinc, quod conflatum arbitror ex dein et dehinc, h. e. glossemate et verbo genuino, quod isto nescio quis explicavit. Acidalius Divv. in Plaut. pag. 519, τῷ dehinc tacite accepto ab aliis:

„Apage me sis. dehinc certum est otio me dare: satis partum habeo.

Legendum aut Apage te sis, aut inserta praepositione a me. Vulgatum nugatorie Lambinus interpretatur. Abire Neptunum iubet, cum quo nihil deinceps sibi futurum.“ Recte quidem, nisi quod Apage a me tanto verius altero viri commento, quanto scripturae membranarum vicinius id quod sensit etiam Taubmannus. Editor Lipsiensis, excluso verbo tua, quod servandum est, cum non generatim pax dicatur, sed pax Neptuni, sicut passim deorum, ita haec rescripsit:

Ruere antemnas, scindere vela, ni pax propitia foret praesto.

Apage a me sis. deinde hic certumst me otio dare:
satis partum habeo, etc.

Foret: h. e. fuisset. Vid. ad Aul. 696.

805. Tò filio pro διυλλάβῳ est. Cf. Amph. prol. 74. Hoc nesciens Hermannus, fecit audacissime:

— — — — — — — — habeo,
Dum hisce aerumnis deluctavi, et filio divitias
quaero.

Haud concoxit, ut videtur, Graecorum more concise dicta Dehinc certum est me otio dare, quibus aerumnis deluctavi pro eo quod est D. c. e. m. o. dare iis aerumnis, quibus d., h. e. propter eas aerumnas, q. d. Sed hocne est emendare, an hariolari? Vanitatem eiusmodi coniecturarum ipse, credo, sensit Hermannus, cum ita scripsit praefat. pag. 24 sq.: „Si qui forte sint, quibus quaedam audacius mutasse videar, ii velim non ante iudicent, quam veteres libros consuluerint, in quibus plurimarum lectionum etsi saepe tenuia, aliqua tamen vestigia reperient. Quae quis non amplectatur in tam corrupto scriptore?" Usurpavi equidem libros veteres, et scriptos et excusos, sed plurimarum huius viri emendationum aut prorsus nulla aut tam tenuia ibi reperi vestigia, ut si amplexus ea fuerit, ut cum ipso loquar, noster emendator, recte dici possit nubem pro Iunone amplexus esse.

807. Simitu. Ἀμέτρῳ libri interpretatione: Simul. Ceterum Donatus ad Eun. pag. 497:

Quanquam domi cupio, operiar tamen,

quod in ordinem recepit editor fabulae novissimus. Sed aeque bona lectio codicum Plautinorum, et pluribus gravioribusque deturpatus ad nos pervenit Donatus interpolationibus, quam ut ei per omnia talis fides haberi possit, quam aliis grammaticis recte haberi monuimus supra 1 Men. 754 Most. 456.

811. nec pedibus. Ita Mss. Vulgo, cumulatis syllabis brevibus, quod invenustum: neque pedibus.

812. mali. Male Hermannus: male.

813. Hermannus, nesciens, Qui omnibus generibus utroque numero convenire, quod secundum alios monui ad Curc. 696, pro vulgatis Qui ego subigor, quod, etiamsi hoc negaveris, accipi tamen potest pro eo quod est quo ego subigor, libero usu pronominum relativorum, de quo dixi Aul. 724, sed pro illis dedit nobis Quom ego nunc subigor, quae reddamus ei suadeo.

818. Ille. Cf. Asin. 770.

826. haec. Recte hoc ex Decurtato et veteribus edd. receptum ab Hermanno.

829. nox. In hanc sententiam senex 835 sq.:

Ad nostras aedis hic habet rectam viam:
Hercle opinor mi advenienti hac noctu agitandum
est vigilias.

Codd. lapsu proclivi: mox. Vid. ad Merc. 329.

834. Agitandum est vigilias. Graecismus, quem illustrat Taubmannus ad hunc locum.

835. Minus ἐμμέτρως libri: ecquis hic.

836. Heus, senex. Ita vett. edd., quas recte sequitur etiam Hermannus. Heu vulgatum loco haud convenit.

837 Hiulce libri vett.: Census cum iuratori etc., recentiores: C. cum iurat. Comparat Acidalius Divv. in Plaut. pag. 519 Poen. prol. 55 sq.:

Nomen iam habetis; nunc rationes ceteras
Accipite: nam argumentum hoc hic censebitur.
Locus argumento est suom sibi proscenium;
Vos iuratores estis.

„Aperte," inquit, „luditur in comparatione censionis. Argumentum fabulae quasi censetur: censendi locus proscenium est: Censores sive iuratores populus et spectatores. Hi rationes accipiunt, ferente et dedicante Prologi actore. Pariter iam in Trinumo, cum rationes adventus et petitionis a sene posceretur Sycophanta, velut indigne ferens in se inquiri, Quid tu, inquit, me rationes poscis? Cum census sum, tum iuratori recte dedi. neque minus dat tamen statim. Haec loci germana sententia est, quam facile verba conficient, in hunc modum leviter etiam correcta:

Census cum sum, iuratori recte rationem dedi.

Quo iure cum alii fecerunt, eodem ego sum addo." Ita vir doctus, cui plane assentior, cum praesertim c et s literas misceri norim, ut verisimile sit, pro sum forte cum exaratum ex industria omisisse correctorem, tanquam frustra repetitum. Cf. Capt. prol. 5 Merc. prol. 16. Minus probabilis Hermanni ratio, sic legentis:

Census sum, quom iuratori r. r. d.

940. Hermannus libris refragantibus:

Calliclem quem aibat vocari, has mihi qui dedit epistulas.

Sed recte censor Trinumi Herm., quem saepe laudo, pag. 589: „Gegen die Richtigkeit des Verses nach dem gewöhnlichen Texte läſst sich nichts einwenden, und Hr. H. kann daher aus keiner anderen Ursache, wie sich aus ähnlichen Stellen schlieſsen läſst, corrigirt haben, als, weil er glaubte, ajebat wäre, einer Bemerkung Bentley's ad Terent. Heaut. 5, 1, 51 zufolge, immer zweisylbig. Aber Bentley redet bloſs vom Terenz, und beym Plautus kommen zu viel Beweise vom Gegentheil vor, als daſs Rec. diese Veränderungen billigen konnte." Frustra quoque verba qui has mihi dedit epistolas traiecit vir doctus, credo, ut τὸ mihi acueretur, quod fieri minime est necesse; et videbis monita nobis ad Asin. 159. Epistulas, quod eidem placet, haud magis unquam scripsisse veteres puto pro epistolas, (ἐπιστολάς) quam urnatus, ut legitur 822 in V. C. pro ornatus. Nam quod codd. sic passim, error est librariorum, de quo vid. Mil. 170. Sed fac

ita scripsisse Latinorum antiquissimos, sibi nôn constat vir doctus, ut qui sic scribat praefat. Trin. pag. 25: „Morem scribendi in veteribus libris usitatum, quem Bentleius servavit, reieci. Videbatur enim, praesertim in comico poeta, illa maxime adhibenda scripturae ratio, quae ad pronunciationem proxime accederet." Verum sic etiam adulescens et subripuerit infra 988 et huiusmodi quaedam alia reliquit, ut inconstantes esse solent vani: nam male recentiorem verborum pronunciationem et scribendi modum obtrudi scriptoribus vetustis, nemo est quin intelligat.

841. quidem pro monosyllabo. Vid. ad Amph. prol. 74.

843. Haud male Hermannus secundum Mss.: hosce homines. Quanquam ortam hanc scripturam putem ex corrupto Hisce editionum vett., de quo vidd. Mil. 485 Most. 496. Non noluit hosce etiam Taubmannus.

pater. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

845. Hermannus frustra asperato versu: Múlta rogitas símul: nescio etc.

848 Libri male: — nomen tuum primúm t. m. m. Hermannus: — nomen mémora tuum primúm mihi. De qua correctione censor Ienensis pag. 589: „Dieses ist abermals eine unnöthige Versetzung; wahrscheinlich deswegen, damit kein Daktylus pro Trochaeo in trisyllabis sey, welches Praef. S. XVI verworfen wird. Ueber Subtilitäten dieser Art, welche einem Heere von Versen das Verdammungsurtheil sprechen, würde sich Plautus entsetzen." Recte dactylum pro trochaeo probat vir doctus; Ceterum transponenda esse verba, τȣ̃ primum accentus pravus erat indicio. Sed eius loci incuriosus hic censor.

851. Codd. pravo numero:

Concubium sit noctis, priusquam ad póstremúm perveneris.

de qua lectione G. Hermannus praefat. Trin. pag. 19: „V. 886." inquit, „in libris omnibus et apud Varronem sic scriptus invenitur:

concubium sit noctis, priusquam ad postremum perveneris.

Verum nulla unquam librorum auctoritas vincet, ut postremum in illo quidem versus loco prima et ultima syllaba acuta a Plauto adhibitum credam. Si ultima non elideretur, ictus in mediam syllabam; si elideretur, in primam incidere debebat: ex qua regula ingens locorum multitudo corrigenda est. Grex in Cistellaria:

more maiorum date plausum postrema in comoedia.

Itaque tu addidi, et scripsi pervenas, cui perveneris aut ut notius, aut versus caussa, postquam tu excidisset, substitutum fuerat." Sic ille suo more, dum aut nescit aut non meminit, istas regulas saepenumero migrare Nostrum, sicut

sicut monui ad Asin. 159 Cist. 69, neque secundum eas plurimos corrigendos esse scriptorum locos, sed paucissimos et eos, in quibus suo se quasi ipsius indicio prodat emendatio. Iis hunc quidem adnumero, ut in quo exaratum mihi videatur errore facili postremum pro rariore postumum. Frequentant hoc antiquitatis, et inprimis Plauti, studiosi Apuleius et Sidonius, nec male Caesellius Vindex, frustra in eo reprehensus a Sulpicio Apollinari, Gellii N. A. 2, 16: „Postuma," inquit, „prolis [apud Virg. Aen. 6, 763] non eum significat, qui patre mortuo, sed qui postremo loco natus est, sicuti Silvius, qui, Aenea iam sene, tardo seroque partu est editus."

852. Ita Mss. et vett. edd., quod cur spernamus, nullus video, cum similiter dicatur Facere argentum. Certatim tamen correxere Opus farto est, Opus sacco ést, Opus facla, Opus face est, quae hodie vulgata lectio, quam probavit etiam Hermannus, nisi quod verba sic transposuit Face opust etc., ut vox Face acueretur.

853. Ridicule nomen Pax vel Tax minusculum dicitur (h. e. minutum seu parvum), quasi vasculum vinarium, quia tale vas ob vini cupidinem parvum videri, quamvis sit capax, solet potatoribus.

854. Quid ais? Cf. Merc. 481.

856. duas. Vid. ad Amph. prol. 90.

857. Vulgo: Lesbonici. mihi est amicus. Sed V. C.: Lesbonicis, unde recte Pareus et Hermannus: Lesbonici. is mi est am.

863 sq. Pessime Hermannus hos versus habet pro trochaïcis tetram. cat., correptis prioribus syllabis vocum Ipse et Ipson', sicut harum Atque, Hercle, Nempe etc., de quibus monet praefat. p. 15; quam rationem refutavi ad Rud. 467. Sed sic solet hic Criticus. Vid. supra ad 212.

864. Male, fuga anapaesti post dactylum, mi pronomen expunxit idem fabulae editor.

864. Frustra idem: — quidem is est. quidem non liquescit. Cf. Amph. 341.

homō. Cf. ibid. 475.

869. Recte illi quater posuit Hermannus metri gratia: nam vulgo sic legitur: — ille edepol! illi illi! vae m. m.

871. H. e., qui eos vel rem eorum devorat.

874. Deum me hercle. Bene sic Hermannus, ut plene exaudiatur vox gravis Deum. Vulgo: deum hercle me. Ex interpretatione autem libri ἀμέτρως: Iamne commentatus es nomen. Cf. Amph. 168. Hermann.: I. commentatu's n.

875. Frustra idem vir doctus: — noris. Sy. Tanquam memet. etc.

876. Libri duriore numero: Quod in manu teneas etc.

878. Vulgo: Char. Callicias? Sy. Non est. etc. Callicias inauditum apud Graecos nomen, pro quo Callias se-

cundum Palmerium Spicilegg. pag. 757 recte reposuit Hermannus.

879 Nihil agis. Ita Mss. et vett. edd. Vulgo: Nil a.

880. Inepte libri: — quando egomet memini mei. Sequor cum Hermanno manu scriptos.

982. Ἀμέτρως codd.: D., n. m. possum istos h., q. t. q. Hermannus nimio conatu: D. n. m. possum hos hom. et reliqua.

884. Itidem ἀμέτρως legitur:

Sy. Ad hoc exemplum est, Char. Ch. an Chares? an Charidemus? num Charmides?

Mss. et vett. edd.: A. h. e. est. Ch. an Ch.? an Charmides? num Charmides? Haud difficile erat videre, reponendum esse: Sy. Ad hoc exemplum est Ch. —. Ch. An Chares et reliqua. Nam et ἔμμετροι hoc est, et illud Ch — a simili, quae sequitur, personae nota interceptum esse, quis neget? Apage igitur Palmerianum illud Char! Sed Acidalii commentum Charidemus divinitus cogitatum arbitror, neque assentiri possum viro docto, de eo sic scribenti Divv. in Plaut. pag. 520: „Visum mihi olim non bis repetendum nomen Charmidis, sed altero loco supponendum: an Charidemus? ut tertio demum suum ipsius nomen sit elocutus, neque se prodiderit statim senex. Nunc iteratio illa venustissima videtur, qua dedita opera sic reminiscentiam iuvare studeat hominis obliviosi praeter morem contraque dictum vulgi, quo Mendacem Memorem esse oportere fertur. Ita igitur relinquatur."

885. erit. Vid. ad Cas. 230. Pro hoc nollem Acidalio in mentem venisset supponere: erat; quanquam neque vulgatum damnat.

886. Minus recte libri, bene in thesi occultato: Te potius bene dicere. Correxit Herm.

888. i in Quid liquescit. Cf. supra 864.

889. Hermannus:

Látitabat mihi? Char. Réspondisset, si áppellasses nómine.

de quo loco sic ipse praefat. pp. 14 sq.: „Mi," inquit, „apud veteres tragicos et comicos nunquam ante consonantem invenitur: ne quis v. 924 [889] 970. [933] cum Reizio mi scribere, quam, quod ego feci, vulgatum verborum ordinem mutare malit. Hoc non observaverat Bentleius. Sic in Phormione 1. 3. quinquies male mi pro mihi est v. 1. 4. 6. 13. 24." Respondebimus mutatori verbis critici in ephemeridd. Ienenss. a. 1805 pagg. 578 sq.: „Nach p. XV. der Vorrede soll mi bey den alten Tragikern und Komikern nie vor einem Consonanten gefunden werden. Rec. blättert bloſs im Amphitruo, und findet Act. 1, 3, 14:

'Experiri istúc mavellem mé, quam mi memorárier,

Act. 2, 2, 124:

Néque tu illi, neque mí viro ipsi crédis? eo fit, quía mihi.

Solcher Fälle möchten sich mehrere finden [vide nos supra ad 602], und der Editor mufs daher seine Bemerkung genauer begründen, wenn sie Glauben finden soll. Herr H. führt dieses übrigens deswegen an, damit keiner Act. 4, 2, 82:

Mihi latitabat? si appellasses, respondisset nomine

und ibidem 126:

Adolescens cedo dum istuc aurum mihi. Quod ego aurum dem tibi,

lieber mit Reiz mi schreiben, als, was er gethan, die gewöhnliche Ordnung der Worte verändern wolle. Allein man braucht weder das eine, noch das andere: denn in diesen beiden Versen ist statt des Trochäen ein Proceleusmaticus, was nichts ungewöhnliches ist, und selbst Reiz und unser Editor citiren uns mehrere Stellen dieser Art De metris p. 120 und 125 sq." De proceleusmatico in versibus iambicis et trochaïcis vid. etiam nos ad Amph. 356. Quod verba Si adpellasses, respondisset, nomine transposuit Hermannus, aeque male fecit, haud attendens synchysin, qua figura gaudere Nostrum monui ibid. ad 378.

890. Libri turbatis numeris:

Sed ipse ubi est? Sy. pol illum reliqui ad Rhadamantem in Cecropia insula.

Recte monet Taubmannus, συκοφαντίζειν hominem: nam nusquam esse eum locum. Addo, neque hunc Rhadamantem fuisse in vivis; sed finxit Plautus nomen Rhadamas, ut liberrimum eum esse in hoc genere monui ad Most. 1119. Iamque sua sponte se praebet loci emendatio: nam haud dubie reponendum Rhadamam, quod alterius intrepretamentum est. Priscianus pag. 702 Putsch.: ,,In os," inquit, ,,terminantia genitivum graecum, o in i mutata faciunt latinum genitivum, ut Καλχας Κάλχαντος [male inculcatur hic, quod ex sequentibus petitum. Bo.], Calchas Calchantis. quamvis hic Calchas huius Calchae antiquissimi declinabant. Plautus in Menaechmis [655]: Novistin' illum? novi cum Calcha simul." Rhadamam autem scribas an Rhadaman, non multum inerest, etsi Calchan dixisse Pacuvium et Plautum monet Charisius pag. 50 Putsch., et ibid. pag. 8 haec tradit: ,,Incusativus primae declinationis aut per am exit aut per an. Per an erit [leg. exit. Bo.] ex nominibus graecis, ut hic Callias hunc Callian. Per am ex latinis, quae aut in a aut in es exeant, ut hic Seneca, hunc Senecam." Praetulisse autem am terminationem alteri priscos illos arbitror propterea, quod Calchan Pallan et similia etiam pro vocativis haberi potuissent, qua de re vid. Priscianus l. l., ubi leges vel similem pro vulgato et similem. Hoc quidem loco Nostri formam Rhadaman ne metrum quidem admittit. Lapsos autem in hoc nomine potius existimo, quam in reliqui, ut placet G. Hermanno, qui sic edidit, correpta prio-

re syllaba in ipse, quod fieri nullo modo potest, et numeris parum venustis:

Séd ipse ubi est? Sr. Pol illúm liqui ad Rhadamántem in Cecropia ínsula.

Ceterum V. C.: — reliqui adi hada mante in Cecropio.

892. Vulgo:

Sed nihil disconducit huic rei. quid ais? Sr. quid? Ch. hoc te rogo.

Haud equidem nescio, quomodo ista quid ais? explicari possint, quam formam illustravi ad Merc. 471. Sed ab hoc loco alienam ut putem, facit laborans metrum, quod loco alterius quid, quod vocali sequente breve est, longam syllabam desiderat: nam quod Hoc quod te rogo excudi iusserunt veteres quidam Plauti editores, in his Angelius, et ex recentioribus Camerarius Pareus et nuper Hermannus noster, qua fiducia id fecerint, parum exploratum habeo. Certe de hac lectione altum silentium apud Pareum et Taubmannum, levissimis de causis sibi invicem insultare solitos. Igitur verba illa sycophantae tribui, mussantem senem ita interpellanti; cui Charmides: Quin hoc te rogo et reliqua. Si quis tamen est, cui arrideat Angeliana lectio, ei auctor sum, ut reponat continue: — rei. quid ais? quid hoc, quod te rogo? De proceleusmatico (quid ai'? quid vid. supra ad 889; de forma Quid hoc ad Aul. 157. Sed magis dramatica et motoria nostra ratio, et vicina vocabula mutata.

893 mirimodis. Libri ἀμέτρως: miris modis. Correxit Hermannus. Vid. nos ad Ba. 350.

895. Omnium prima syllaba correpta. Cf. Cas. 690.

896. Eho. Dubium non est, quin eiusmodi epiphonemata sive interiectiones interdum extra versus ponantur a poëtis utriusque linguae, sicut monui ad Mil. 951; sed h. l. et 907 sine causa id fecit novissimus fabulae editor, cum verba Eho, an etiam efficiant proceleusmaticum hypercat seu choriambum soluta prima syllaba longa in duas breves, quos pedes locum habere in versibus trochaïcis notum est.

Pessime vero idem servavit creticum Non illaec, ubi opus est trochaeo vel spondeo. Emendavit criticus Ienensis l. l. ad 889 pag 579.

898 insipientior. Cf. Aul. 288.

900. Frustra Hermannus: Nisi quia hunc lubet. Improbat hanc mutationem idem vir doctus pagg. 589 sq.

904. isti. Ita Mss., quod metro convenientius quam vulgatum iisti. Sensit etiam Herm.

906. Ita dico. Sic infra 934: Ita loquor. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v.

909. Vulgo:

Sr. Alii dii isse ad villam aiebant s. d. c.

Sed V. C.: Callicli se ad —; Decurtatus, qui liber altero Camerariano correctior, ut observatum ad Asin. 632: Calli-

clis ad —, sicut et Iunt. Ald.; nam vetustissimae edd.: Callidis ad —, unde quidam inepte fecerunt Callicli isse ad —; aliquando melius Valens noster Divv. pag. 521 Charmidi isse ad —, „quasi (inquit) amicus ipsius, quem esse praedicabat, et a quo literas afferre se fingebat, in coelo uni fuerit, atque huic dictum sit, iisse Iovem ad villam, cum forte non offenderetur," vel, quod ipsi unice placet, Alii dii isse ad —, quod commentum imposuit vulgo editoribus, ipsique novissimo Lipsiensi, qui ad hanc faciem reposuit:

Eum alii di isse ád villam aibant s. d. c.

Legendum, si quid video:

Sy. Callide. Isse ad villam aiebant s. d. c.

Callide assensum significat, sicut haec et similia Recte, Probe. Terentius Andr. 1, 2, 30:

Quid? hoc intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem? Da. Imo callide.

et Adelph. 3, 3, 63 sqq.:

Hoc facito. S. Recte sane. D. Hoc fugito. S. Callide.
D. Hoc laudi est. S. Istaec res est. D. Hoc vitio datur.
S. Probissume.

Vid. etiam Parei lexic. Plaut. v. Callide nosse. Quanquam et Callide ad vidisti referri potest, ut callide, h. e. bene, se Iovem vidisse dicat sycophanta.

910. Sic inde ab aevo Camerarii legitur Mss. et vett. edd.: Mande porro. Char. D. p. — An fuit hoc: Char. Manta. Sy. Porro . . . . . Char. Deinde et reliqua? Sane t et d literae facile miscentur, sicut monui ad Aul. 17 Epid. 279, quod cum h. l. accidisset, alienum visum Manda magis magisque mutatum ac corruptum fuerit. Certe haec lectio et veterum librorum vicina est, et optimum habet sensum. Nam Charmides, nugarum sycophantae impatiens: Manta, inquit, h. e. Mane, de quo vid. ad Amph. 600, iamque parat id quaerere, quod 915 sqq. legitur, an norit Charmidem, si forte conspexerit. Quem interpellans alter et propositi sui tenax infit: Porro . . . . ., et additurus dicam tacere iubetur; ad quam faciem habes Curc. 450:

Cur. Imo etiam porro, si vis, dicam. Ly. Nil moror.

Non de nihilo esse hanc coniecturam, colligas ex verbis Quid ais tu nunc? h. e. Quid ais tu igitur? (vid. ad Ba. 73) quibus interruptam suam orationem repetit senex: nam ei usui servire Ergo, Igitur, Sed particulas, nemo nescit. Sic igitur nunc rescripserim.

911 sq. Ineptissime et ἀμέτρως legitur:

Sy. Ego hercle, si es molestus. Ch. nam pudicum neminem
Esse oportet, qui abs terra ad coelum pervenerit.

Nam quid sibi vult haec minatio sycophantae, porro se narraturum, si molestus sit Charmides? Molestum homini non fuisse senem suis quaestionbus, tota scena est indicio, et inprimis versus 846 sq. 894 sq. 929; neque igitur est quod de hoc cogitet homo nugax. Contra senem taedere mendaciorum sycophantae, ostendunt verba Deinde porro nolo quidquam praedices versu 910. Iam ista Nam pudicum — pervenerit quo sensu dicantur, nemo facile exputet, nisi fortasse εἰρωνικῶς accipiantur, quomodo nusquam, quod sciam, usurpatur Nam particula. Reponendum igitur mihi visum est:

Sy. Ego vero hercle. Char. Si es molestus? nam pudicum neminem
Se praebere oportet, qui abs terra ad coelum pervenerit?

Sycophantae porro narraturo senex: Si es molestus? h. e. Porrone sic nugabere, si es molestus, ut te mihi esse significavi? Et in eandem sententiam addit: an neminem pudere oportet, qui in coelum escenderit, ut tu ita impudentem adversus me praebere te posse putes? In qua lectione vero inculcandum vidit metri gratia Acidalius Divv in Plaut. pag. 522. Quod autem Se praebere reposuimus pro vulgato Esse, vestigia secuti fecimus scriptorum, quocum V. C. Pre oportet, Decurt. . . . . ere oportet: nam iunctis istis truncatis Pre et ere quasi sponte exstitit Praebere, quod ex quo concessit vulgatae lectioni Esse, Se, abundare visum, sedulo omiserunt. Ortum autem istud ese sive esse ex corrupta scriptura ere, sicut passim r et s literae confunduntur: vid. Men. 590. Pre et prae similiter scribuntur in codicibus, qua de re cf. Stich. 516 Vox coelum male acuitur in posteriore syllaba; sed videbis monita ad Asin. 159 Cist. 69. Hermannus hic nihil mutavit, nisi quod alterum horum versuum, de se addita propter metrum voce hominem, sic rescripsit:

Esse oportet hominem, abs terra ad caelum qui pervenerit.

Altero dedit eadem causa: Ego quidem hercle, quod non minus usitatum quam Acidalianum Ego hercle vero et nostrum ἄμετρον: Ego vero hercle.

914. Putide vulgatae atque inconcinne:
— — — — — — — mihi.
Hos ego quaero etc.
Correxit Acidalius.

915. Ἀμέτρως et ταυτολογικῶς libri: Q. a. t. n.? si forte eum ipsum etc. Delevit eum G. Herm.

917. Nescio qua largitate idem vir doctus: Noverisne hominem? Sy. Hem, nae tu etc. Hem nae nusquam sic coniuncta memini me legere. Noverisne etiam vulgo libri, sed minus ἐμμέτρως.

919 sq. Hi versus rectius habebuntur pro iambicis tetram., affectum quoque adiuvante mutato metro. Hermannus hic et 930: Philippum, quod eodem redit. Cf. 924.

922. Vulgo: M. c., nisi me ille et ego —. Mss.: ni. Hermannus, cui med opicum videtur scilicet: M. c., ni et me ille et reliqua.

924. Mss.: Philippo, sed vett. edd.: S. h. p. illis m. nummis Philippeis c., quae correctoris, numerum singularem illo mille n. haud concoquente, de quo cf. infra 968. Praetuli Philippeo constantiae causa. Cf. 920. Decurt.: nummos.

925. Quod. Vett. edd.: Quos. Vid. praeced. annotat.

927. Ἀμέτρως libri: siet. Sensit Herm.

928. Frustra Hermannus, mihi transposito: A. mi hic homo astu.

929. Libri: id aurum, quod ferri potest, quod liquescente, qua de re cf. Amph. prol. 74. Non igitur erat quod auscultarem editori fabulae Lipsiensi.

930. Philippeum prius i elidit. Vid. ibid.

932, Cf. Most. 481 sq.

933. Frustra novissimus fabulae editor: Quod ego dem aurum tibi. Vid. supra ad 889.

936. Ἀμέτρως libri: auro huic. Correxit Herm.

937. Abi. Cf. Asin. 731.

939. Codd. hiante versu: argute. Vid. ad Amph. prol. 149. Frustra Hermannus: Nimis argute mi obr.

940. Male Hermannus hic et 945: factu's, et 947: Fassu's. Cf. ibid. 168.

941. Male item Hermannus: P. non tu is eras. Tu pronomen non elidendum, qua de re cf. ibid. 149. Viderunt hoc et alii. Neque opus rescribi Nil agis.

942. Haud male Hermannus:

Proinde tu itidem, ut charmidatu's, rursum te recharmida.

Sed ferri potest lectio vulgata.

944. Vulgo: quem égo esse nolo, correpta priore syllaba in esse, quod fieri non potest. Cf. Rud. 467.

946. Age, si quid agis. Cf. Mil. 215.

948. Ἀμέτρως libri: P. a. n. properas abire. Propere properare non semel Noster. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v. Minus recte Hermannus: P., a. n. properas ire.

950. Quia liquescit. Cf. 929.

951. Pessime Hermannus: Q. t. epistulas dedisse mi aibas. Vid. supra ad 840.

954. Ἀμέτρως legitur: Abi hinc ab o. Correxit Herm. Legitur quoque: Enimvero sero quoniam advenis; sed in Mss. et vett. edd.: E. serio q a., ridicule, ut plagas ab Aedilibus, ludorum scenicorum curatoribus, actori, qui personam Charmidis sustinebat, sycophanta optet propterea, quod serio seu revera adveniat. Solet ita iocari Plautus: cf. Cist. 509 sq. Poen. 419 sqq. Vid. etiam ad Merc. 308. Frustra Hermannus: sero quoniam huc advenis, quasi necessario elidendum esset quoniam. Cf. Amph. 341.

956. Male vulgo: — advenis, Di etc. Propterea se ma-

ledicere ait sycophanta Charmidi, quia salvus revenerit. Ergo plene distinguendum post advenis.

957. Ridicule nugator, cum dicere velle videretur Dii me perdant et reliqua, intulit Di te p. Iocum non sentiens Hermannus illud lectoribus obtrusit, cuius ei gratiam facimus. Male autem secundum Acidalium Divv. pag. 523 editur: D. te p., etsi fl. etc. De constructione verborum cf. Amph. 552.

962. Praeter necessitatem editor Lips.: Quo. Vid. vel Parei lexic. Plaut. v. Quod, propter quod.

963. Haud male codd. divise: post loquendi, sicut supra 940:

Postquam ego me aurum ferre dixi, post tu factus Charmides.

Sed ridicule mihi videtur dixisse Plautus Postloqui, ut Proloqui.

973 Frustra Hermannus, cumulatis homoeoteleutis: face. Mss. et vett. edd.: fac.

976. Cavĕ. Cf. supra 937.

979. ĕs. Vid. ad Amph. 863. Ceterum vulgo creticum pro trochaeo inferunt, excudentes thermopotasti, quae praesentis est interpretatio. Vid. ad Amph. 503.

981. Intelligo cum aliis parasitum Curculionem in fabula cognomine 278 sqq.

982. tribŭs. H. e. paucis, sicut dicunt Tribus verbis, Tribus bolis.

983. Memoriae. Male libri Memoria, e finali a sequente voce intercepto. Correxit Gulielmius Quaestt. in Trin. cap. 2. Male quoque iidem: frugi. Legendum potius frugid, de quo vid. ad Amph. prol. 149, quam cum Hermanno: — an verŏ, quoniam cum frugi hom.

985. Recte sic idem editor. Vulgo: Crinnus, quod nomen inauditum.

986. Cf. Epid. 340.

988 Soloece libri: Quorum eorum unus et reliqua. Correxit Herm, sed sine causa reposuit subripuerit, quod longe debilius vulgato, dum nescit, Quorum non liquescere, qua de re cf. supra 954.

989. dĭ. Cf. Amph. 149.

990. epithecam Hoc suspicatus est Camerarius, qua quidem coniectura nihil certius et sensui convenientius esse ait Pistoris. Mss. quidem et vett. edd. praeferunt apothecam. Hoc servato Hermannus:

Nisi etiam laborem ad damnum apponam in apothecam insuper,

quam lectionem ita defendit praefat. Trin. 14 „Versu 1027 in addendum fuit. Critici epithecam correxerunt, quo nihil frigidius. Nemo ignorat, quid sit apotheca. In meam, inquit Stasimus, apothecam damnum pro vino apposui: quid etiam laborem apponam?" Sane apotheca est quodvis repositorium seu locus, quo aliquid conditur; neque dissimiliter dici videantur, quae leguntur apud Hunc

et alios, thesaurus copiarum, thesaurus malorum. Neminem tamen scio ex veteribus, qui cellam nobis struxerit miseriarum, in quam aliud super aliud malum recondatur; et frigidum atque absurdum est, me iudice, seorsim a nobis reposita, tanquam vina, fingere mala et dolores, quibus quasi interius, ut cum Hoc loquar Asin. 632, corpus nostrum premitur. Persto igitur in lectione vulgata inde a Camerario, et damnum non elido metri gratia, qua de re vid. ad Amph. 116.

993. Edd. versu manco:

Vtinam veteres mores, veteres parsimoniae.

Mss.: V. veteres homines, veteres pars. Homines perperam scripsisse arbitror pro omnes, quae voces non semel mixtae in codicibus, qua de re vid. infra 1011 et Asin. 24; iamque in ordinem receptis scriptorum omnes, cusorum mores, versum redintegro; quem sic explet Hermannus:

Vtinam veteres mores, utinam veteres parsimoniae.

Sed hoc est hariolari.

995. Quidem pro monosyllabo. Cf. Amph. prol. 74.

996. more maiorum. Librarii lapsu proclivi: morem maiorem. Correxit Douza Centur. pag. 555, probante etiam Hermanno.

997. Inepte et nullo metro libri:

St. Nam nunc mores nihil faciunt, quod licet, nisi quod lubat;

nec melius Hermannus:

St. Nam nunc mores nihili faciunt, quod licet, nisi quod lubet,

quae quid sibi velint, haud facile, opinor, ipse dixerit. Reponendum hic quoque more, et nihilum pro nihil, quod illius interpretamentum. Nihil more facere dicuntur homines, quod liceat, nisi (h. e. sed) quod lubeat. Et sic perpetuo in sequentibus: Ambitio more sancta est, Scuta iacere fugereque hostes more habent licentiam, Petere honorem pro flagitio more fit, Strenuos praeterbitare more fit.

1001. Ἀμέτρως libri:

Sta. Strenuos praeterire more fit. Char. Morem improbum!

nec placet Hermanni ratio, iam post Strenuos infercientis. Legendum praeterbitare, sicut perbitat Capt. 611, ubi vide quae annotamus.

1002 sq. Vulgo:

Mores leges perduxerunt iam in potestatem suam,
Magis quis sunt obnoxiosae, quam parentes liberis.

Sed nusquam in superioribus ita προσωποποιοῦνται Mores. Homines eius aevi quaevis flagitia more in se admittere dicit servus, itaque etiam h. l. haud dubie intulit: More leges perduxerunt (homines) iam in potestatem suam, quî (i. e. quo, more) leges magis sint obnoxiosae

(ipsis hominibus), quam — parentes liberis; qui iocus est inexpectatus, nam contra liberos parentibus obedire dictum iri existimaveris. Cf. et 1011 sqq. Mss. versu posteriore: Magis qui sunt.

1007. Et. Sic reponendum esse, suboluit Acidalio: nam libri vett.: Sed, finali litera antecedentis verbi ad hoc pertinente.

1008. Neque prius e elidit. Cf. supra 995.

1011. hominibus. Sic vett. edd.; nam Mss. omnibus, quod frustra defendit Scioppius Suspp. Lectt. pag. 269. Cf. supra 150 et 993. Hominibus etiam Hermannus.

1014 Hunc versum inter et sequentem vulgo 1019 inculcatur, cum vel coeco appareat, ad exemplum haec pertinere, quod 1020 sq. de debitore suo affert Stasimus. Gnatho ille Terentianus Eun. 2, 2, 1 sqq.:

> Di immortales, homini homo quid praestat! stulto intelligens
> Quid interest! Hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi.
> Conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc atque ordinis etc.

Et sic passim a sententiis generalibus ad specialia descenditur.

1018. Vel liquescit utroque loco. Cf. supra 995.

1019. Libri interpretantes, numeris quidem parum venustis:

> Hoc qui in mentem venerit mihi, re ipsa modo commonitus sum.

Vid. ad Amph. 168.

1022. rebus curem. Vide Parei lexic. Plaut. v. Curare rebus alienis, nos ad Amph. prol. 87.

1024. Libri immisso glossemate ἀμέτρῳ: — Char. At ego te stare volo, ad quam faciem et Truc. 222 legitur, versu iambico tetrametro cat., ubi trimetro opus est:

> Per hortum transilivit ad nos. eum volo convenire.

Reliquit Plautus, ut ibi: eum volo, ita h. l.: At ego te volo, h. e.: A. e. te volo convenire, quomodo usurpari solet Velle. Vid. h. v. Parei lexic. Plaut. G. Hermannus, correpta prima syllaba in illico, quod fieri non potest, ut monui ad Rud. 467:

> 'Eo domum. Char. Heus tu, asta íllico. audi heus.
> Sta. Non sto. Chrr. 'At ego stare te volo.

1026. Operarum vitio excusum qui pro quoi, quod sic eliditur, ut Capt. 79; ad quem locum vide quae annotamus, et rescribe Trin. 1026

1027. Da magnum malum. Libri male: Damnum malum. Correxit I. Gulielmius Quaestt. in Trin. cap. 2. Nec male alii: Da damnum malum.

1028. certus (intell. sum). Vid. ad Amph. 168. Vulgo: certum est, cui non congruit, quod respondet servus: Nisi quidem es obnoxius.

1029. ut. Ita Mss., ἐμμέτρως quidem; id quod sensit etiam Hermannus. Vulgo: uti.

1033. Vulgo interpretatione κακομέτρῳ: Si eris meritus etc. Cf. 1028. G. Herm. secundum edd. vett.:

Sí eris meritus, fíet. respice ád me huc. ego sum Chármides.

Verum bene habet Sed particula, de qua vid. ad Amph. 938.

1037. mī. Vid. ibid. 149.

1039. Omitte. Sic. vett. edd., in his Iunt. Ald., merito quidem probante Acidalio Divv. in Plaut. pag. 524. „Praecidit enim," inquit, „servi gratulationem senex, et hanc aliaque omittere iubet, de liberis autem respondere." Miratur suo more Taubmannus, quas edd. dicat Acidalius, qua de re vid. ad Merc. 476, 748 Stich. 264. Vulgo: omitto.

1043. Hermannus, dum obliviscitur, te pronomen, sub ictu positum, non elidi, frustra fecit: Quo tu agis te? O Bentleium μαινόμενον! Improbavit hanc mutationem etiam criticus supra laudatus ad 148 pag. 574.

1047. Árgentí. Cf. Asin. 159 Cist. 69.

1048. Vulgo, minus suaviter concurrentibus vocalibus: Qui eas emit? Emendavit ex veteri codice Camerarii Taubmannus, auscultante etiam editore Lipsiensi.

1052 sq. Edd.:

Char. Ego miser meis periculis sum per maria maxuma
Vectus capitali periclo —.

Ecquid pinguem sentis atque soloecam orationem? Nam suis periculis aliquid se fecisse, quis, quaeso, unquam dixit? Et fac, ita dici posse, quod nego, quid sibi volunt, quae sequuntur, capitali periculo? Ἀσύστατα haec et ineptiarum plena. Atqui Mss.: Ego meserum meis periculis. Aio, continue scripta Ego miserminumeisvehiculis paulatim sic degenerasse, altero m in minumeis, h. e. minumis, forte intercepto a simili litera praegressa, vehiculis vero gradatim transiente in behiculis, pehiculis, periculis, de quibus mutationibus vid. ad Men. 736: nam b et p literas facile inter se permutari, non est quod multis probem; postquam autem semel exaratum esset pehiculis, vicisse se rati sunt, qui ipsius sententiae causa reponerent, quod certe intelligi posset, periculis. Minime igitur ineleganti oppositione scripsit Plautus:

Ego miser minumis vehiculis sum per maria maxuma
Vectus capitali periclo,

quomodo Aratus apud Longinum περὶ ὕψ. sect. 10:

— — — — ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει,

et Catullus carm. 22:

Et insolenter aestues, velut minuta magno
Deprensa navis in mari, vesaniente vento.

et Horatius Od. 1, 3, 9 sqq.:

Illi robur et aes triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem.

et Fridericus Magnus Poëmatis de arte bellica capite 1, Pacem alloquens: „(Gieb), daſs unsre leichten Schiffe den Schooſs der Wellen durchschneiden, ohne andere Feinde zu fürchten, als die Fluten und Winde."

1058. hōc. Cf. Amph. 136.

1061. Ter nomine appellatus senex ridicule respondet tribus συνωνύμοις fideli, fido, magna fide.

1063. Codd. hiante versu: si. Cf. Amph. prol. 149. Hermannus immisso tu pronomine:

Credo ómnia istaec, sí ita est, ut tu praédicas.

1064. Vulgo frustra asperato versu: Sed quis iste est et reliqua.

1066. Duriore libri numero: — sed intus narrabo tibi. Correxit Herm. Cf. tamen, quae nos ad Amph. prol. 74.

1070. Minus bene legitur: imperaverim. Vid. ibidem 81.

1073. Vulgo nullis numeris:

St. Nihil est morae. Ch. i, i, ambula! actutum redi.

Morai recte censor Trinummi Herm. in ephemeridd. Ienenss. a. 1805 pag. 590. Vett. autem edd.: N. e. m. Ch. tu ambula etc., quod opponitur sequentibus: sequere tu hac me intro.

1077 sq. Vulgo libri:

— — — — — — fide.
Quanquam labores multos * * *
Sed hic unus, ut ego suspicor, servat fidem.
Ob rem laborem eum ego cepisse censeo.

Haec et depravata esse et male ex se nexa, unusquisque videt. Secutus igitur sum vett. edd., quae sic:

St. Hic meo hero amicus solus firmus restitit, neque demutavit animum
De firma fide, hic unus, ut ego suspicor, servat fidem.
Quanquam labores ob rem eum ego cepisse censeo.

nisi quod delevi verba ob rem eum (primitus fuerit hoc: eam) ego, quae ex glossa mihi videntur irrepsisse. G. Hermannus pro arbitrio:

— — — — — — fide.
Sed hic únus, ut ego súspicor, servát fidem.
Quamquám labores múltos ob rem herí mei
Et líberum eius eum égo cepisse cénseo.

1079 sq. G. Hermannus, non intelligens, hos versus esse anapaesticos tetrametros, quod vidisse Reizium commemorat praefat. pag. 9, frustra turbat, verbis aliis deletis, aliis additis, aliis transpositis, ut in canticis solet coecutire. Sic autem haec reformavit, trochaïcos tetram. effecturus:

Hic homo est hominum ómnium antepoténs voluptatibus gaudiisque.

Cómmode ea, quae cúpio, eveniunt: quód ago, assequitur, súbest, subsequitur.

De omisso verbo praecipuus sic vir doctus praefat. pag. 12: „V. 1117. praecipuus locum occupaverat eum, quem possidere debebat antepotens, cuius illud explicatio est." Sed hoc modo quaecunque verba συνώνυμα videbuntur, delere fas erit in scriptoribus, quod dii averruncent. Ceterum non male Commode reposuit vir doctus, cui tamen praestare puto id, quod ipse dedi, Commodo, utpote vulgato Commoda similius. Dixi de hoc metro supra pag. 206 ad Cas. 535 et ad Stich. 294. Proceleusmaticum (hominum ŏmni-: cf. Cas. 690) locum habere in anapaestis, auctor est Hephaestio. Transposui autem verba omnium hominum (nam sic libri), ut gravius omnium sub ictu poneretur. Verborum voluptatibus gaudiisque alterum o elidit, alterum prius i, de quo vid. ad Amph. prol. 74. Pro subest vulgato subit iam Acidalio in mentem venit Divv. in Plaut. pag. 524. De correpto Hic cf. Amph. 136. Ἀμέτρως haec tota scena iacet in vulgatis.

1081. Vulgo:

Subsequitur: ita gaudiis gaudium suppeditat.

Haec et ipsa in mensuram anapaesti dimetri, quem pro clausula tetrametro rite adhibuit, redigi possunt, i litera elisa in gaudium, qua de re, sicut et de gaudiis δισυλλάβως pronuntiando vid. praecedens annotatio. Sed sententiam aeque ac numeros iuvat, quod rescripsi, gaudia suppeditant. Male Hermannus, creticum facturus:

'Ita mihi gaúdiis gaúdium súppetit.

Edd. quidem vett.: suppetat; sed hunc errorem puto librariorum. De compositis facetia Plautina similibus adsequitur, subsequitur, non male confert Acidalius l. modo l. Amph. 395 et fragm. 1. Astrabae.

1082. Ἀμέτρως libri: — convenit: is Mihi dixit. Possis tamen et reponere: convenit: mi is dixit, sicut sequente versu.

1083. Codd. immisso glossemate ἀμέτρῳ: — advenisse Charmidem. Nunc et reliqua.

1085. Simili vitio membranae: eo. sed fores Hae sonitu —. Hae dictum δεικτικῶς, sicut hasce ambas Most. 442, harum Stich. 314 etc. Nam nimis manifesta in his forma trochaïcorum tetram. acat., generis versuum affectui vehementi iuvenis convenientissimi; quae in eiusmodi catalecticos ita transformavit editor fabulae Lipsiensis:

Ac me Stasimus Lesbonici servos convenit modo:
(Male dedit Ac, quasi novam quandam rem dicturo Lysitele, cum haec pertineant ad praegressa, ut quibus causa tantae laetitiae aperiatur.)
Is mihi dixit, suum herum peregre huc advenisse Charmidem.

Nunc mi is propere conveniendust, ut, quae cum eius filio
Egi, ei rei fundus pater sit potior. eo iam. sed fores
(iam nusquam legitur, nisi apud Hermannum.)
Haec sonitu suo moram mihi obiciunt incommode.

1086. Libri invecto cretico pro pede τρισήμω vel τετρασήμω: neque esse quemquam; nisi priorem syllabam in esse corripi iubeas cum Hermanno; id quod fieri nullo modo potest. Vid. ad Rud. 467.

1091. Vulgo secundum Camerarium, sententia frigida et metro aegre explicando:

Nam beneficium, homini proprium quod datur, proprium sumpseris.

Mss.: N. b. h. p. q. datur prosumpserit. Edd. vett.: N. b. h. p. q. datur, proprium erit. Nihil iuvant interpretes, nisi quod Acidalius Divv. in Plaut. pag. 525, ceterum probata Camerarii coniectura: ,,Scribendum," inquit, ,,sumseris, proximus (versus) suadet:

Quod datum est utendum, id repetendi copia est, quando velis.

imo non suadet, sed cogit. Nisi contra velit in ipso dicas ad illius exemplum faciendum. Vtrumque quidem verbum eodem terminatu esse debet; sed potior, ut ego censeo, personae secundae." Nam quis Hermanno obtemperet, audacissime rescribenti:

Nám beneficium, quód datur homini próprium, pro proprió perit.

Membranarum igitur lectionem consideranti mihi subito animum percussit, tralatitia praepositionum prae et pro, per compendia similia scribi olim solitarum, inter se permutatione exaratum esse prosumseris pro praesumseris, h. e. praevideris, ante existimaveris, quam beneficium conferas, quomodo Virgilius dixit Spe praesumite bellum, et pro quod datur aeque facili conversione reponendum esse quoi datur. Sic enim sensus optimus existit et aptissimus loco hic: Existimandum esse beneficium proprium homini, apud quem collocetur; sed quod utendum tantummodo detur, eius repetendi esse copiam, quando velis.

1092. Vulgo immisso interpretamento, quod versus respuit: Quod datum utendum est, id repetundi —; neque pro facilitate sermonis Plautini est Hermanni ratio, sic legentis:

Quod datum utendumst, repetundi id copia est, q. v.

1099. occessit. Bene pro vulgato accessit, quod componi non solet cum obviam, hoc reposuit I. Gulielmius Quaestt. in Pseud. cap. 2, sicut legitur Asin. 395:

Quisque obviam huic occesserit irato, vapulabit:

ibid. 393:

Nae tu hercle cum magno malo mihi obviam occessisti;

Pseud. 243: Occedamus obviam; Stich. 641:

Bona scaeva strenaque obviam occessit mihi.

1112. hic. Vid. Amph. 136.

Charmiden. Ita vett. edd., haud ineleganter et minuto verborum numero m litera finitorum. Cf. Capt. 60.

1214. salute. Sic Mss. et vett. edd. Nonius pag. 479 edit. Mercer., cumulata s litera: Non ego sum salutis dignus? quod nunc obtinet. Frustra quoque Hermannus: Non ego sum dignus salutis.

1116. Codd. hiante versu:

Deos volo consilia vostra recte vortere.

Recta interversum a simili sequente recte. Terentius Andr. 2, 1, 9:

Facile omnes, quum valemus, recta consilia aegrotis damus.

Et Eun. 4, 7, 14: Consilium illud rectum est. Παρονομασία quoque Plautinissima. Hermanni vobis, quod consilia inter et vostra inculcavit, quomodo factum esse dicamus ut exciderit?

1117. Libri in ordinem recepto glossemate ἀμέτρῳ: F. m. t. desponsatam esse audio. Hermanno placuit: desponsam. Quod iambicum trimetrum hunc esse et de industria mistum aliis censet Acidalius, falli videtur. Quanquam cf., quae nos ad Epid. 197 sq. Stich. 285.

1119. Philippum prius i elidit. Cf. Amph. prol. 74.

1120. placenda. Vide interpretes ad h. l., nos ad Epid. 71.

1120. Codd. pravo numero: Póstremó, quod vis etc. Correxit Herm.

1123. dari. Haud male Acidalius Divv. in Plaut. pag. 526: dare.

1124. item. Minus bene vulgatae: idem. Sic et infra 1140 et saepius erratum. Cf. Cas. 83 Most. 372.

1125. suscensui. Ita Mss., sicut ubique reponendum esse, dudum alii docuerunt. Vulgo tamen: succensui et mox succenseas.

1127. voluntate τρισύλλαβον. Cf. Amph. prol. 74.

1132. Perverse libri et peiore numero: — ne te leviorem erga me putes.

1133. Vulgo:

Miserum'st (, Herm.) male promerita, ut merita (, Herm.) si mihi (mi Herm.) ulcisci non licet.

Sed Mss.: M. m. p. ut merita si nis ulc. n. l., in quibus deprehendi seni, quod longe elegantius vulgato mihi: nam sic patres audire in comoediis monui ad Epid. 40. Seni pronuntiandum ut S'ni metri gratia. Cf. 1127. — Vt merita. H. e.: V. m. sunt. Vid. ad Amph. 168.

1134. Male hic versus antecedenti praeponitur in libris: nam verba Miserum est — licet apparet pertinere ad illa Quom ille ita est, ut esse nolo, id crucior;

sequentia vero Non gravabor — vis referenda ad Denegem — putes. Ergo utraque eodem ordine ponenda.

1136. Ἀμετρως libri: — foras Evocate. Delent τὸ foras, tanquam glossema, Reizius et Hermannus. Sed non prae se fert ea vox speciem glossematis. Imo rescribendum Foras vocate, et Foras pronuntiandum μονοσυλλάβως, sicut interdum fieri docuimus Amph. prol. 74 Mil. 997.

1138. Satine salve? Recte sic Hermannus: nam edd. vulgatae itidem ἀμέτρως: satin' salve, Mss.: satinst s., edd. vett.: satin est s. De formulis Satin' salve et Recte cf. inttpp. ad h. l.

1140. liceat. Pessimus operarum error, qui ex editione Taubmanni in Gronovianam atque Ernestinam et sic in meam propagatus est. Lege licet, quae est omnium librorum veterum scriptura.

1144. Codd. corrupto metro:

Haec tibi pacta'st Callicli filia. Le. ego ducam, pater.

Transponendum verba potius, quam putide interpolandum, ut supra 326:

Lesbonico huic adolescenti, Charmidae huius filio,

ita h. l.:

Haec tibi pactast Callicli huius filia;

quod fecit novissimus fabulae editor. De forma Callicli cf. Rud. 4. Sed malim nunc, verbis non traiectis:

Haec tibi pacta est Calliclaï filia . . . . Les. Ego ducam, pater.

sicut supra l. l. reposuimus Charmidaï et Epid. 497 Periphanaï.

1146. Ἀμέτρως libri: — Imo huic parum est. Metro convenit ἐμφατικὸν illud Huiic, de quo vid. ad Amph. 128. Nec male Hermannus: Imo huic est parum, nisi quod hoc modo vox gravissima huic prorsus in thesi occultatur.

1149. Libri versu ὑπερμέτρῳ:

Les. Numquid caussae est, quin uxorem cras domum ducam? Char. optumum'st, licet.

Mss. et vett. edd.: causa, quod aeque bonum, si numquid pro num accipias, de quo usu particulae vid. Horatius Tursellinus v. Num §. 10. Optuma est pro Optumum est reponendum esse h. l., docuit Gronovius ad Capt. 2, 2, 104 (284), probante etiam critico laudato supra ad 148 pag. 591. De voce licet bene et male Acidalius, ut sunt „bona mixta malis," quod ille ait: „Abesse et per versum et per sensum potest. neutri tamen nimium gravis est, si scias commode metiri." Sed talpa coecior in re metrica ceteroquin oculatissimus Valens noster. Glossatoris est licet, quod recte omisit etiam Hermannus.

ANNO-

ANNOTATIONES IN TRVCVLENTVM.

Extremum hunc, o Musa, mihi concede laborem!

ARGVMENTVM.

V. 4. supposivit. Recte hoc priore editione dedit Pareus, quod posteriore, ob ineptam Taubmanni reprehensionem, rursus exulare iussit et α [illegible]ον librorum lectionem supposuit postliminio reduxit. Vid. ad Epid. 354 Pseud. 543.

9. Lege meliore numero:

Tandem cognoscit omnia compressae pater

Vulgata lectio ita expediri potest, ut a litera in pater elidatur, qua de re vid. Amph. prol. 74 Capt. arg. 1.

PROLOGVS.

V. 3. Vulgo:

Athenas quo sine architectis conferat,

quasi ad σκευοποιΐαν non requirerentur architecti. Sic autem legendum censuit Camerarius: nam Mss.: A. q. s. arcuſpletiſ (vel arcuſ pletis, ut V. C.) c.; vett. edd.: A q. s. arcus peltis c. Monstrosam vocem arcuspletis clamat Taubmannus, et cuius nullus meminerit grammaticorum. Contra I. Lipsius Antiqq Lect 1, 15: „Antiquitatis," inquit, „in Plauto vestigia multa superant, plura per exscriptorum imperitiam mutarunt. Habuit enim prisca illa et horridula aetas ut verba quaedam propria, ita et scribendi peculiarem modum. Quae in libris antiquis et reconditis sincere inventa quidni tanquam vetusta signa aut nummos miremur? — Verbum quidem antiquae notae in Prologo (Truculenti) per iniuriam deiectum est illo versu:

Athenas quo sine architectis conferam.

Nam duo Vaticani diserte sine arcuspletis conferam, tertius autem arcuspetis, supra tamen eadem manu L addito, ut fieret arcuspletis. De quo ignoto sane verbo nihil ultra habeo dicere, quam illis testibus probum videri et antiquum." Mediam inter utrumque horum viam ineundam nobis vidimus: nam etsi corruptam istam vocem fatemur cum Taubmanno, tamen servandam cum Lipsio contendimus, sed emendatam. Nihil autem vicinius veteri scripturae, nihil aptius ad sententiam, quam id, quod excudi iussimus:

Athenas quo sine arcis pletis conferat.

Ridicule homo postulat parvum locum, quo urbem Athenarum conferat sine arcis impletis eius aedium, templorum, gymnasiorum; quae lepidissima descriptio est σκευοποιΐας. Verbum antiquum Pleo pro eo, quod est Impleo, exstat apud Festum. Lucretius 2, 631:

Ludunt, in numerumque exsultant sanguine pleti.

Litera i, praesertim sine apice scripta, more aevi medii, quam facile in u transeat, non est quod multis probem.

5. Libri minus bono numero: Meditor equidem. Mss.: melior me quidem; edd. vett.: meliorem quidem.

6. orĕm? Vid. ad Amph. 341.

10. Vulgo:

Athenae istae sunto, ita ut hoc est proscenium.

Item haec coniectura Camerarii. Mss. et vett. edd.: Athenis tracto ita ut hoc est p. Inde exsculpo: Athenas tractitatum hoc it proscenium. Tractitatum, ut dictitatum, factitatum etc., h. e. tractatum, actum, ob oculos positum.

12 Vett. edd.: – nomen cui (vel quoi) est Phron., quod ferri possit. Vid Capt. 79. Sed scriptorum lectio elegantior.

15. Recte sic Camerarius, nisi quod relliquum utroque loco, de quo vid. ad Ba. 1055. Inepte libri: Sed reliquam dat etc.

19. Αμέτρως iidem: auferat.

20. Interpolavit Camerarius:

Quid multa? aetas huic si superet mulieri,

quod versui non convenit, nisi legatur multad. Sed V. C.: quid multa . . . stuic superet muliere, h. e., ni fallor, τῷ uita a simili, quod antecedit, -ulta intercepto, verbis autem sihuic in siuic, mox stuic mutatis, de quibus mutationibus cf. Asin. 492 Men. 483, sed hoc in iis latere puto: quid multa? uita si huic superet mulieri, recte quidem, nisi quod scribendum est huic si cum metri gratia, tum ne vox gravior huic in thesi occultetur; ne dicam, elegantiorem quoque hunc esse verborum positum. Nam alioqui reponi posset sid huic, de quo cf. Amph. prol. 149. Decurtatus: quid m.? superet mulierem; vett. edd.: Q. m.? superem mulierem.

21. Vulgo nullis numeris:

Is cum anima ad eam habentiam everrerit.

Mss.: Hiscum cum anima ad eum habenti erceteritur (Decurt.: erteteritur); vett. edd.: his, cum (vel quom) anima ad eam habenti euorterit. In istis Hiscum cum deprehendere mihi visus sum Hisce etiam, in eum: sum, perperam pro suam scriptum, de quo vide Capt. prol. 3 Merc. prol. 16, in habenti: habentiam cum aliis, denique in erteteritur, quae est lectio emendatioris libri: exterebrabitur, quod facile in exterebritur et sic porro mutatum fuerit. Vidd. de hoc verbo lexica, inprimis Parei Plautinum vv. Exterebra et Exterebrare. Dissimiliores codicum scripturis aliorum coniecturae, quas enarrare longum est. Ad pro eo, quod est praeter. Vid. Horat. Tursell. de particc. lat. orat v. Ad. §. 20.

Apparet, mutilum esse prologum.

ANNOTATIONES IN FABVLAM.

V. 8. Vulgo, secundum Taubmannum:

— — — — — — — iracundiae
Sunt! quot sui pericla amanda! di vostram fidem, hui!

Ἄμετρον istud Sunt de glossa esse, facile intelligitur. Ceterum codd.: quid (nam sic V. C per compendium; Decurt.: quot) sui perclamanda, h. e. quid sũe (sume pro summe) proclamandũ, sicut praepositiones per prae pro misceri solent. Vid. Stich 445. Vett edd.: quot sunt perclamanda. Cicero Verr. 5, 42 princ.: Adsunt, defendunt, proclamant, et reliqua.

9. Inusitate libri: perierandum. Vel dicendum Periurare, vel Peierare.

10. Corrupte legitur: Primum dum miros annua. Merces bene reposuit Gronovius, quia solebant conducere annuas meretricum operas, in quam rem laudat Asin. 213 sq. 697, 729 sq. Ba. 1054 Ba. fragm. 9. Quod rescripsi Primodum, cf. Capt. 92.

11. Vulgo: O. e. t. n. utor; sed Mss.: O. e. t. n. dutor (pro dātur, ut opinor) vel tūtor; vett. edd.: O. e. t. n. ducunt.

12. Inepte libri Aut aera et reliqua: nam quid est tentare aera, vinum, oleum, triticum? Imo amatorem tentare dicitur meretrix ad aera etc., h. e. quod attinet ad aera etc., de quo usu praepositionis vid. Horat. Tursell. de partt lat. orat. v. Ad §. 10. Ad, at, aut facile inter se permutantur.

Ἀμέτρῳ autem interpretatione legitur: oleum. Ecthlipsin cessare in vinum, versus postulat.

14. rete iaculum. Cf. Asin. 86.

16. Inepte libri:

Sin iecit rete, pisces ne effugiant, cavet,

quod alii aliter tentarunt.

17. Corrupte legitur in vulgatis:

Dum huc dum illuc reti eos (Mss. reteor, edd. vv. rete ore, sicut r pro s perperam scribi solere monui Men. 590) impedit.

Bene I. Scaliger: Tum hic tum illic irretitos imp., nisi quod huc servari poterat, copulae vero et sententiae et inprimis metri causa addendae erant.

19. Si. Absurde Gronovius Ernestiusque Sed secundum codicem decurtatum; nam V. C. set, quod pro sei non male accipit Taubmannus.

22. Minus concinne libri: mere. Sic merum ius, merum lac, mera mendacia, mera scelera, et similia, de quibus vide vel Parei lexic. Plaut. I et e literas misceri monitum Mil. 53.

26. Codd. metro depravato:

Bis periit amator, ab re atque a. s.

Fecerunt Bis perit a. ab re atque ab a. s., quam lectionem probant I. Gulielmius Quaestt. in Truc. cap. 1. et G. Hermannus De Mettr. pag. 159. Sed altero ab carere possumus: vid. ad Amph. prol. 149.

27. Vulgo soloece et metro nullo:

Sin alter alteri potior est, idem perit.

Mss.: Sin alter (Decurt: aliter) alteri potius est, idem perit, unde fecit Camerarius: S. alter alteri potitus est, itidem perit, quod ne latinum quidem est. Recte tamen itidem eum reposuisse arbitror, tum sententiae tum metri *) causa, pro vulgato idem. Pareus posteriore editione nobis dedit: S. alter alteri potiust, itidem perit, propius quidem manu scriptos, sed item soloece. Reponendum haud cunctanter:

Sin potius alterum altero est, itidem perit.

H. e. Sin alterum altero potius habetur ab amatore, sive animus re, sive res animo. Vidd. sequentia.

30. Vulgo secundum Camerarium:

Ita disciplina in aedibus est lenoniis.

Aliud cantant Mss., hoc: Iteca in aedibus lenosis, Ita et in aedibus lenosis. Edd. vett.: Ita et in aedibus lenoniis. Videntur mihi continue scripta Itaēetatē̄iaedibus lenoniis ĭta degenerasse, sicut passim similia similibus offecerunt, t vero et c literas misceri observavimus ad Most. 1080 Aetatem pro semper in usu fuit priscis: vid. ad Curc. 549. Quod attinet ad emendationem Camerarii, cum de restituenda lectione germana et hoc loco et aliis multis in hac comoedia prorsus desperaret cum Turnebo Adverss. 11, 21, Lipsio Antiqq. Lectt. 1, 5, aliis: satis habuit dare, quod

---

*) Vid. ad Amph. 365.

intelligi posset, cum praesertim metuere coepisset, hanc operam in scriptura veterum librorum consideranda, disponenda, expendenda positam, ne in tali re nimiam et culpandam collocasset, ut ait in Annotationibus ad Truculentum.

32. Alterum a u t abest scriptis, ut et e s t versu 35.

36. patret. Hoc vicinius manuscriptorum lectioni depravatae p e t r a, et aptius vulgata p e r e a t; quomodo patrare promissa vel iussa dicimur.

37. Inepte atque invitis Mss. et edd. vett. legitur:
Atque haec celamus nos damna una industria.

41. temperent. Hoc reponendum iam alii viderunt. Mss.: temperint, quae terminatio praesentis et perfecti subiunctivi non nisi in tertia coniugatione locum habet, quomodo dicuntur edim, duim, ausim, axim, faxim. Edd. vett.: temperant.

43. Vulgo auctore Camerario:
Faxim lenonum et scortorum ut plus est, minus
Et minus etc.

quae ne latina quidem sunt. Atqui Mss. et vett. edd.: F. l. et scortorum plus est Et minus etc. Vicinas a et l literas in scriptis, et quam saepe s i t et e s t misceantur, sciunt, qui circa codd. assidui. Satis igitur probabiliter p a u s a s i t pro vulgatis p l u s e s t reposuisse me arbitror, sententia ipsa id suadente. L e n o n u m neque hic neque versu 45 liquescit, qua de re vid. ad Amph. 341.

45 sq. Vulgo pravis numeris et bis illato e s t, quod semel posuisse sufficit:
Nam nunc lenonum et scórtorúm plus est fere,
Quam olim muscarum est, cum caletur maxume.

Vid. praeced. annot.

48. Depravate libri: S c o r t i l e n o n e s q u a s i.

50. Sic (vel potius Eri plus etc., quod eodem redit) Mss.; vett. autem edd. dilucide: Aeri plus etc. quod recte declarat Lipsius Antiqq. Lectt. 5, 3: „quasi dicat, argentarias sic obsideri a scortis, ut aes iam minus ponderum habeat, quam eiusmodi nebulonum.“

51. quàm. Cf. 43.

54. Codd. sine sensu:
Accipiat dico (peius edd. illico) expensa, neque censeat.

Rectissime atque ingeniosissime Acidalius Divv. in Plaut. pag. 532:
„A c c e p t a d i c o, e x p e n s a n e q u i c e n s e a t.
— Ait Dinarchus, nescire se, quid in argentariis scorta haberi referat, et in quem usum esse possint, nisi si forte pro tabulis usurpentur, in quibus rationes et usuraria aera perscribantur; sed aera quidem accepta se dicere, ne quis putet de expensis loqui. dicto hoc magisne argentarios an scorta perstringens? Vtrosque videtur. nam et alibi trapezitae insimulantur accipere lubentius, quam expendere, et

suum strenue reposcere, alienum nemini reddere. Magis tamen in meretrices hic hoc dictum putem, quae accipiunt semper, nec unquam capiunt satis, semel autem acceptum nunquam dimittunt postea: quod hac fabula et inferius (705 sq.) ab Astaphio de ipsis praedicatur:

> Nam itidem ut Acherunti hic ratio accepti scribitur:
> Intro accipimus; quando acceptum est, non potest ferri foras.

Quod ioco sic innuit Dinarchus, cum aera in illis quasi tabulis perscribi posse ait, sed accepta, non expensa."

55. Vulgo, refragantibus Decurtato et vett. edd.: — populo, in multis hom.

58. Ἀμέτρως libri: Nam mihi haec mer.

59. emovit. Ita vett. edd. Mss.: exmovit

Verba Phronesium, nam Phronesis est sapientia recte damnat, tanquam glossema, Gul. Canterus Novv. Lectt 7, 10. Sic solebant graeca interpretari.

64. Vulgo secundum vett. edd., pessumdato quidem metro:

> Quem infestum ac odiosum sibi esse memorabat mala.

Mss.: Quem manifesta ac od. etc. Acidalius Divv. in Plaut. pag. 533: Quem senium ac odium f. e. m. m.; bene, quod odium. Ceterum nunc reponendum censeo:

> Quem manifestum odium sibi esse memorabat mala.

Sibi pro monosyllabo: vid. ad Amph. prol. 74.

69. Minus concinne libri: Eum esse etc.

70. Vulgo: Quid isti supposit. p. op. pess. Sed libri vett.: Eum isti etc.

75. Ἄμετρα libri interpretatione: S. h. q. m. est? A. e. a. Codd. et vett. edd. mirifice: S. h. quibus melius est? A. e. a.

77—82 Vid. de hoc genere versuum troch. supra pag. 185 ad Cas. 67.: nam in hoc metrum nullo negotio redegi locum, cum non pauca mutanda fuerint G. Hermanno De metris pagg. 96 et 202, ut bacchiacos exsculperet senarios duos, reliquos tetrametros; quomodo et sequentia usque ad 107, parum quidem feliciter, tentantur a viro docto. Eius coniecturarum potiores tantummodo hic commemorabo, et eas, quae veritati visae fuerint consentaneae.

77. adserva. Sic antiquae edd. Etiam codex Camerarii vetustior: adservas; et Priscianus De metris comicis pag. 1326 Putsch.:

> Ad fores auscultate, atque asservate aedes.

Vulgo: serva.

78. qui. Reposuit hoc Hermannus, quod magis ἔμμετρον est, quam vulgatum quis. Quanquam vide, quae nos ad Amph. prol. 74. Ceterum vulgo legitur: — abeat quam adveniat; sed in V. C.: abaetat qua adv., et apud Priscianum l. l.: abeat atque adv., quod merito probavit modo

dictus criticus. Veteris codicis scriptura etiam sic explicetur: abbitat quam adveniat, de qua coniectura vid. ad Merc. 113 Poen. suppos. 1 Stich. 245 Trin. 592, et de forma Abbitere pro Abire ad Epid. 295. Sed minus probi numeri (ábbitát).

80. O. litera in foras liquescit. Cf. Amph. prol. 74.

81. Quippe. Vulgo: quin ei; sed alienum quin, cum non in eo sit, ut novum aliquid inferat Astaphium, sed superius dicta his probatum eat, ubi locum habet Quippe. Vicinae autem p et n literae in codd. Vid. ad Ba. 107 Rud. 226 sqq.

82. Vt semel. Hoc proximum scripturae veterum codicum Vt senec. Vulgo: Vt simitu, quod accipiunt, nescio quo iure, pro Simul ut.

84. Sententia gravior metro proprio effertur. Vid. ad Epid. 197 sq.

85 Vulgo, secundum Lambinum et Douzam:

Dum illi agunt, quod agunt, sunt ceteri cleptae.

Vett. libri ignorant illa quod agunt, et pro agunt Mss.: agant, pro sunt V. C. ss vel sst, quod quidem compendium esse videtur eius verbi; sed recte fiunt reposuisse arbitror Hermannum l. l. ad 77 sqq., vocem illi similem sententiaeque et metro aptiorem, de quo vid. ad Stich. 312. Quanquam nec male rescripseris, pro clausula horum iamborum usurpato eiusmodi versu dimetro hypercat., quod genus metri usitatissimum:

Dum ille agitat, ceteri sunt cleptae.

Nam agit quidem vel agitat legendum esse, dubium non est; cum de uno agatur congerronum, qui scortum subagitet.

87 sqq. Dixi de hoc metro supra 157 ad Capt. 140. 'Αμέτρως legitur: custodem: Vid. Amph. prol. 87.

89. Inepte libri: — pol (hoc abest vett. edd.) haec vos me haud mentiri. Reponendum nos, cuius glossema est me additum.

92. Item ex interpretatione legitur: — aggerunt ad nos, quae admitti vetat metrum.

93. Libri: Me illis quidem haec verberat verbis. Ferri posest: Me illis quidem haec verbis verberat, i in quidem liquescente, de qua figura prosodiaca vid. supra ad 80.

94. eumpse. Ita hoc loco et infra 109 reponendum duxi pro vulgatis eum ipsum, quae de glossa mihi videntur esse, quomodo dicuntur eapse, eumpse et similia.

95. 'Αμέτρως libri hic et 97: Respice. Cf. Pseud. 1071 Stich. 243. Nec melius eadem de causa: Dato, si vis esse. Vid. ad Aul 64.

97. Minus ἐμμέτρως libri: io! enicas. Mss., teste Pareo; io t'enicas, h. e., ni fallor, io tu enicas.

98. Clausula trochaica.

99. I liquescit. Vid. ad Ba. 716. Cf. infra 152, 172.

100. Clausula cretica minus usitata. Cf. Amph. 81.

101. Vulgo:

— — — — is est. it ad nos. Di. et tu fer contra manum, et pariter
Gradere.

Mss.: — is ertis (vid. ad Men. 590. Decurt. estis) ad uas lissituli fer etc. Scatet graecis vocabulis hic poëta, quae latine scribebantur.

102. imperiis. Mss.: imperis, sicut literas easdem bis exarandas semel ponere solent librarii, ut monuimus Aul. 388 Rud 765 Stich. 371. Vulgo inusitate: imperii.

103. Vulgo: — peregre cum advenis, coena detur. Quoniam, quod magis ἀμέτρως, Decurt. et vett. edd. Deinde Mss. non coena detur, sed centur, h. e. cenetur. Iocum explicui ad Stich. 449.

104 Vulgo corrupto metro:

Di. Benigne dicis. As. at enim amabo, sine me ire, quo iussit. Di. eas.

Sed V. C.: B. dicis. astat cum ambo etc; vett. edd.: B. d., asta te amabo. Enim elegans in principiis sententiarum, sicut monui ad Rud. 961. — Iussit. Intelligendum: hera. Nisi legendum sit: — quo ire iussa (sum), de quo cf. Amph. 168.

105 Sed quid ais? Cf. Merc. 481, infra 165.

106. Achivam. Vulgo: Archivam, verbo inaudito. Achivam, h. e. Graecam. Graeci medici, Graecae obstetrices.

107. Vulgo: solens sum: ea est disciplina Sed Mss.: soles unies disciplinam, m pertinente ad sequentem vocem. Vett. edd.: soleo, una est d.

109. Libri minus lepida παρονομασία: — dixeras eum ipsum, non eampse. Cf. supra 94, infra 136.

110. Inepte libri: – mala es! Di. praestigiator. V. C.: — mala est praestigiator. Vett. edd.: mala. Praestigiatrix etc. Hoc verissimum, siquidem nihil neque fecit neque dixit, quamobrem praestigiator dicendus sit Dinarchus; sed praestigiatricem ipse vocat Astaphium propterea, quod virum in mulierem transformavit.

112. Vulgo interpretatione ἀμέτρω: N. p. arb. hominem esse te. Di. quianam arb. Mss.: quinam, non quianam. Te pronomen ibi non legebatur.

113 Codd. hiante versu: cibo. Cf. Amph. prol. 149; et de formula loquendi Mil. 983

114. Libro immisso trochaïco pentametro:

Di. Vos me reddidistis otiosum As. quid iam, amabo? De. ego expedibo.

ego abest Decurtato et vett. edd.

115 Recte sic locum supplevit Camerarius: nam verba cum re non comparent in libris vett. Ἀμέτρως autem vulgo, suasu Gulielmii Quaestt. in Truc. cap. 1., edunt: Rem perdidi apud vos. cum re m. n. a.

117. Itidem ἀμέτρως libri: H. p. se postulas etc. -se in posse male repetitum. Sensum loci perspexit Grono-

vius, quem vide. Intelligendum te in Habere, non perscribendum, quod placet Acidalio Divv. in Plaut. pag 534.

120. ob meam scripturam. H. e. ob scripturam, quam ei debebam, vel dare promiseram; pro scriptura, a me danda. Nihil hic mutarim.

121. At vulgo abest, non sine detrimento versus. Soloece autem legitur: rei male gerentes.

125 sq. Recte secundum Varronem arvum agrum interpretantur consitum vel conserendum. Recte quoque pascuum accipiunt pro eo, qui est communis ad pascenda pecora. Nam etsi non desunt loca, ubi arare in genere est συνουσιάζειν, velut Asin. 848 (5, 2, 24) fundum alienum arare dicitur cum meretrice rem habens senex, ad quem locum vide interpretes, hic tamen, ubi distinguitur inter agrum aruum et pascuum, necesse est aruum proprie explicari eum, qui conseritur, cui opponit serva pascuum, quem conseri opus non est in terra fertilissima, Italia; cumque haec dicantur figurate, aruum agrum apparet significare arvum genitale, ut cum Marone loquar, pascuum vero meretrices, quibus voluptatis tantum, non liberorum procreandorum, causa consuescunt. Hoc posito facile intelligitur, non recte arationes quaerere iuberi Dinarchum apud pueros, ut qui non magis arentur sensu proprio, quam scorta: sed reponendum est pueras, h. e virgines honestas, quas ducas, ex iisque sobolem suscipias: nam nunquam ante aevum Augustinum et poëtas elegiacos puerae seu puellae vocatae sunt meretrices, sed factum hoc demum gliscente morum depravatione. Non autem abstinuisse Dinarchum a puellis ingenuis, ipsum fabulae argumentum docet; neque satis ex sententia id commercium ei cessisse, inde colligas, quod suo compressu gravidam factam Calliclis filiam deseruit. Inde convicia in puellas iacta, sicut male audire solent in comoediis dotatae. Male igitur libri h. l.:

Habituris, qui arari solent, ad pueros ire melius,

et in sequentibus Vtroque, illi periuriosi, illi sunt improbi, et illorum vicem, quae omnia simul corrigenda erant, postquam semel de sententia loci constitisset.

quae. Vid. ad Amph. 149.

127. Hunc: agrum pascuum. Illi: agro aruo. Cf. 125. Alii: cognati virginum ingenuarum, eaeque ipsae.

129. illi. Ἀμέτρως libri: illic. Cf. Amph. 596.

130. Sed liquescit. Vid. ibid. prol. 74. Cf. infra 159.

131. paret. Vulgo ex interpretatione, ut opinor: apparet, quod vix admittit versus.

134 Vulgo nullis numeris:

Malaeque. As. quae in nos illosque, ea omnia tibi dicis, Dinarche.

Sic locum interpolavit Camerarius, cum Mss. et vett. edd.

exhiberent: Malaeque in nos illis (vel illi, ut editio Sarracen. anni 1499) ea etc. Vide, an rem tetigerim.

omnia. Cf. Amph. 1.

136. eumpse. Codd. minus probo numero, de quo vid. ibid. 889: eum ipsum, quae mihi videtur interpretatio. Cf. supra 94.

137. ted. Vid. ad Amph. prol. 149. Ἀμέτρως libri: te. Male Mss.: habeamus.

138 sq. Cf. Asin. 188 sqq.

140. Vulgo: D. v., h. n.: ubi mortuus est, q. Sed Mss.: D. v., h. noveras siat me, quod primitus fuisse videtur: D. v., h. noveris; si ecmo . . . .

142. Libri immisso interpretamento, cui metrum refragatur: Qui potis est, amabo etc.

148. Vulgo: longe aliter. Acidalius Divv. in Plaut. pagg. 534 sq.: „Non," inquit, „violo τὸ aliter, veram fortasse, certe bonam lectionem. [Rarissime quidem Aliter, pro Alius adhibitum, verbo substantivo iungi, observat Horatius Tursell. v. Aliter §. 2., velut Terentius dixit Phorm. 3, 2, 44 sq.;

— — — — ego hunc esse aliter credidi.
Iste me fefellit; ego isti nihilo sum aliter ac fui.
Bo.]

Nescio quis tamen mihi Genius insusurrat, a Plauto scriptum alter. Alter est alius in ipso Captivorum limine [prol. 8], atque ibi notavimus, uno tantum aliunde Claudiani exemplo allato; quod huc multo etiam magis quadrat:

Altera Romanae longe rectoribus aulae
Conditio.

Addo nunc simillimum ex Sidonio Apollinari:

Concretum gerat ipse caput: longe altera nostri
Gratia iudicii est: scit se, non laesus, amari.

Neque sic Horatius abhorruit uti Epist. ult. [174]:

Permutet dominos et cedat in altera iura.

Neque Iuvenalis Sat. 3. [254 sqq.]:

— — — — modo longa coruscat
Sarraco veniente abies, atque altera pinum
Plaustra vehunt.

Plautus autem in hoc usu creberrimus omnium: cuius illud nunc unum etiam succurrit ex Milite [288]:

Atque ego illi aspicio osculantem Philocomasium cum altero
Nescio quo adolescente."

Cf. ibid. 313, 320, Horat. Tursell. v. Alter §. 6. Sane verisimillimum, non aliter, sed alter reliquisse h. l. Nostrum. Hoc itaque reddendum ei existimavi.

150. Ἀμέτρως libri: Non hercle occid. mihi etc. Vid.

ad Merc. 701, et de pyrrhichio pro iambo in caesura versus ad Amph. 1.

152. I. Cf. supra 99.

153 si quidem h. f. a. a. Haec secum mulier, quod addita lineola indicavi.

155. Edd metro depravato: Lacteque: corda felle sunt lita a. a. a. Faciendum fuit Lacti a forma masculina Lactis, qua etiam Ba. 1089 Hic utitur, quamque olim accusativo sing. et Lactim et Lactem extulisse puto. Cf. Priscian. pagg. 756 sq. Putsch., G. I. Vossii gramm. lat. pag. 48. Nisi legendum sit, cum V. C. praeferat: Fac atque corda, Decurtatus: vacatque corda (vett. edd. horum nihil habent):

Facta atque corda in felle sunt sita atque acerbo aceto,

ut Facta Orationibus, Corda Linguis opponantur; quomodo etiam in proximis dicitur: corde amarefacitis Amantis, et 199: male corde consultare. Verius hoc iam puto. Nam in quidem praebent vett. edd., et inferendum concinnitatis causa in felle, ut in melle. Lita pro sita temere suasit I. Gulielmius Quaestt. in Truc. cap. 2.

156. Vulgo: corda amare facitis Amantes. Amarefacio dictum ut Aegrefacio, Arefacio, Frigefacio, Benefacio, Malefacio.

159. Sed. Cf. supra 130. Sententia haec est: Non in me benignum contemtus plena ista conveniunt dicta tua, sed in parcos.

161. Ain', obsecro? Vulgo: Nam obsecro? quod quid sibi velit, haud intelligo. Notum Ain' illud admirantis vel εἰρωνικὸν, de quo vid. ad Mil. 841.

162. Minus recte libri: Quid tandem? Qui: quamobrem. omnibus. Cf. supra 150, infra 165.

163. Vulgo, invitis Mss., si qua Pareo fides, certe metro perdito: P. t. s. mihi. sed quid ais etc. De hac quidem formula loquendi cf. supra 105.

164 sq. Libri mancis et invenustis numeris:

Di. Estne intus nunc Phronesium? As. tibi quidem intus.
Di. Valetne? As. imo edepol melius credo fore, ubi te videbit.

Alterum intus ex interpretamento irrepsisse, metrum arguit. Iam posteriore versu praebent Mss. et vett. edd. De pyrrhichio fore cf. supra 750; de ubī Aul. 152.

166. perimus. Vehementer amamus, ut hic iuvenis.

168. Inepte libri et ἀμέτρως: — credimus: nae, ut in aestu, mutuamur (mutuantur, motuantur) ira. Mss. et vett. edd. ne ut etc., h. e. nedum ut etc., quomodo Ne pro Nedum usurpari solet. Verba frequentativa magno in usu fuisse apud veteres, monui ad Merc. 641 Stich. 413. Aestuitante pro aestivante legendum censeo etiam Colum. 11, 2, 69.

169. Ἀμέτρως legitur: ain', sed in Mss.: anin, h. e. aiin', de quo vid. ad Amph. 128.

171. Edd. primae: quotiens. Cf. Mil. 186.

172. I. Cf. supra 99. Ceterum codd. hiante versu: — iam, amabo.

176. Vulgo: C. m. te illa, ne sibi p. Sed libri vett.: C. metuebatque teuaut ne sibi etc. De caesura huius versus cf. Rud. 605.

177. Edd.: — puerumque ut enecaret, quod germanum esse nequit, si recte aut reposui in praecedente versu, de quo vix dubitare licet.

178. Minus ἐμμέτρως libri: T. p. i. p. quis est pater? — Pol liquescit: vid. ad Amph. prol. 74.

182. Inepte legitur: N. t. e. noster es etiam iam nunc, Dinarche etc. Mss. et vett. edd.: N. t. e. noster set iam (edd. sed iam) nunc etc.

183. rĕcipis. Vid. ad Asin. 375. — Profecta quo sum. Cf. Rud. 749.

184. Redĭ. Cf. Asin. 731.

185. Male hic actum secundum incipiunt editores, sicut et in hac fabula et in reliquis Plauti errare solent, nobis raro, si unquam, notantibus.

De seorsim posita interiectione Hahaha vid. ad Mil. 951.

Eccere pro vulgato Hercle rescribendum esse, quia mulier loquitur, quam nefas per Herculem iurare, dudum viderunt viri docti.

i in quia eliditur. Cf. supra 178.

186. Libri nullo numero:

Nunc quidem meo arbitratu loquar libere, quae volam et quae lubebit.

In nostra lectione verba quidem et lubet similiter liquescunt, ac quia in antecedente versu. Sed glossema rarioris volam mihi nunc videntur verba et quae lubebit, ut haud invitus reposuerim:

Nunc libere quidem loquar, meo arbitratu, quae volam.

187. Restituenda vetus lectio: — nos neniam dixit de bonis, siquidem facilius i liquescit in neniam, quam o in bonis Vid. ad Amph. prol. 74.

188. ob amoris prandium. Cf. Trin. 233 sq.

189. istunc. Ἀμέτρως libri: hunc. Male autem hic versus τῷ Magisque clauditur, sicut praecedens voce Verum.

190. consiliariŭs. Vid. Amph. 1. — hĭc. Vid. ibid. 136.

192. Itidem ἀμέτρως legitur: Iste nunc id habet. Mss. et vett. edd.: istine id h., istinc id h., quod primitus fuisse videtur: Istic id h.

habuimŭs. Cf. 190.

193. Edd. corrupto numero: mutarier. Mss.: mutavit.

194. memininŭs. Cf. item 190. — istunc. Ita, vel

istum, edd. vett. Me invito excusum illunc pro istunc. Vulgo: eum, quod ἄμετρον.

195. Libri nullis numeris: — sit, qui id admiretur. Mss. et vett. edd.: — sit (vel sic), quid ita miretur.

196. Vulgo:

Si eget, necesse est nos patiatur ali; ita aequom factu est.

Sed Mss.: — nos patiar auita equo me factum est; edd. vett.: — nos patier a uita aeq. factum est. Pati non liquescit: vid. ad Amph. 341.

197. Soloece libri: rei male gerentum.

201. Vulgo hiante versu et sententia minus concinna: — profecto a. m. a. d. dari.

203. Item inconcinne libri: mittas. Vid. ad Amph. prol. 87.

204. Vulgo immissa interpretatione, quam metrum respuit:

Neque unquam quisquam probus erit amator, nisi qui rei inimicu'st suae.

205. Libri nullo sensu: N. s., nisi quod modo cum ded.

206. Vel -tur syllaba in amatur producenda est metri gratia, vel hic corripiendum. Vid. Amph. prol. 38 et 140. Legitur autem vulgo: — quod dedit, id oblitu'st datum; sed in Mss.: — nos, quid quod edit iobiatus datum; et in editionibus: — nos, qui, quod edit iocatus d., — nos, qui quod dedit Iocatur d.

208. quî. Cf. Amph. 149.

211. Satis inepte libri:

Nosque esse avaras. quaeso, num qui male nos a. t.?

Mss. et vett. edd.: N. e. a. qui si nunquam (Decurt.: quisim umquam) alenos (Decurt. et vett. edd.: alienos) ag. t. De Enim a nobis reposito cf. Rud. 961.

214 sq. Exhibetur vulgo Lambini haec interpolatio, quae in numeros ipsos peccat:

Nam quando sterilis est amator a datis, improbus est.

Si negat se habere quod det soli pernoctandum est.

nam a libris quidem veteribus absunt ista verba, quae latioribus literarum interstitiis excudi iussi. Apparet autem, iam hic ad iambos senarios transiri.

217. novos mnonosyllabum. Vid. ad Amph. prol. 90.

218. Vulgo: Q. d. th. i. demunt, danunt. Mss. pro demunt exhibent: demus, vett. edd.: dona. Camerarius et Pareus fecere demum, quod prorsus alienum. Reponendum: domus, vel pleniore numero domuis, de quo numero vid. ad Amph. 355. Gellius N. A. 4, 16: „M. Varronem," inquit, „et P. Nigidium, viros Romani generis disertissimos, comperimus non aliter locutos esse et scripsisse, quam senatuis et domuis et fluctuis, qui est patrius casus ab eo quod est senatus, domus et fluctus. hinc senatui, domui, fluctui, ceteraque his consimilia pariter

dixisse. Terentii quoque Comici versus in libris vett. itidem scriptus est [Heaut. 2, 3, 46]:

Eius anuis causa, opinor, quae erat mortua." —

221. Codd. versu manco et inepte illata Sed particula:

Sed is, clam patre, etiam hanc noctem illac
Per hortum etc.

222. Vulgo versu ὑπερμέτρῳ:

Per hortum transilivit ad nos. eum volo convenire.

Egi de hoc loco ad Trin. 1024.

223. unus. Vid. ad Capt. 795.

224. Inepte libri: —— aedis, hac si aggredias. Cf. Asin. 24.

adgredias. Sic Progredio est apud Priscianum pag. 799 Putsch. Vid. nos ad Amph. 82 et lexica.

225. absterret, abigit. Male vett. edd.: absterret et abigit. Vid. ad Capt 336.

227. Prius Ecquis i liquescente pronuntiandum est, sicut Quis sequente versu, de qua pronuntiatione cf. Amph. prol. 74.

229. Quid ego . . . . ? H. e. Quid ego video? Prae ira non absolvit orationem.

230. Vid. de hac loquendi forma ad Amph. 563. Frustra autem est bis infertur hoc modo: — aut pultatio est?

233. Id. V. C.: Ad, Decurt.: aut, vett. edd. At. Sane hoc reponendum. — debetur. Cf. Amph. 235, 851 Rud. 1002. Minus enim recte sic distinguitur in vulgatis: Id volo scire. (vel;) quid d. h. t. n. domi?

234. Absurde legitur: tu, quae solita es, comprimas. Mss. et vett. edd.: tuque (edd. tu quem) solitas comprimas. Non mulierum est Comprimere hoc sensu, quem explicat, quicunque adscripsit ista Imprudens — stuprum, quae nimia patientia Plautinis adhuc accensuere viri docti. Recte I. Lipsius Antiqq. Lectt. 4, 6: Te, qui solitust, comprimat. Cf. Amph. prol. 87.

235. Vulgo:

As. I. d. STRA. ut esse coepisti, si dem, si est una altera.

V. C.: — ut esse cep sidem sistun alteram; Decurt. et vett. edd.: — ut esse cepisti fidem si est una altera; Iunt.: — ut esse coepisti quidem, si est una altera. Eiusmodi locos, quibus scatet Truculentus, cogitabat, opinor, Camerarius, cum haec scriberet de hac fabula in Annotationibus: „Est ita depravata et corrupta a librariis, ut aliquoties fuerit mihi in animo, me illam editurum non esse." Non inepte me arbitror reposuisse: Vtessis cassidem, sid is huc alteras, h. e. Opus tibi erit casside, si alias huc ibis; quomodo Labrax iste Rud. 704 sq.:

Eheu, scelestus galeam in navi perdidi!
Nunc mi opportuna hic esset, salva si foret.

Minatur enim, se illam probe deverberaturum, si redierit, ut opus fuerit casside, ne cerebrum ei excutiatur. Cf. infra 257—259. Vtessis antiquae formae futurum est ab Vto, quod etiam apud Catonem legitur, quomodo dixerunt Amasso, Prohibesso, Expetesso. Vid. G. I. Vossii gramm. lat. pag. 99. Vti cum accusandi casu item frequentatum priscis, de quo vid. Parei lexic. Plaut. h. v. Quod sid reposui, consules nos ad Amph. prol. 149. Denique Alteras pro Alias in usu fuisse olim, Festus auctor est.

240. Vulgo:

As. Rus merum hoc quidem est. St. pudendumne? tu vero clurinum pecus.

Rectius edd. vett.: pudendum, quod ad superiora referendum esse, facile intelligitur. Pro tu vero eaedem: et vero. Sed legendum haud dubie: ain' vero? de qua formula vid. ad Mil. 841. Pro clurinum alii larinum, alii aelurinum. Bene habet clurinum a clura, πιθηκος. Vid. inprimis Meursius Exercc. critt. 1 pagg. 147 sqq.

241. Male hic versus vulgo 251 inter et 252 inseritur.

242. Corrupte libri:

Advenisti huc sistentatum cum exornatis ossibus.

Interpretum de hoc loco coniecturae omnes infeliciores, quam quae serio expendantur. Accedere ad fores iubet Stratilax ancillam tentatum sive expertum, an intromittatur ad suum dominum minorem; quod si faciat, nihil ei profutura ossa exornata, quin ab se vapulet. Qua sententia nulla profecto vel loco aptior, vel quae facilius ex mendosa scriptura codicum eruatur. Sis imperativis addi solet, sicut monui ad Mil. 181.

243. Quia tibin'. Recte sic Acidalius Divv. in Plaut. 536 et Meursius Exercc. critt. 1 pag. 249 per tmesin pro Quiane tibi. Qui et bene reposuerunt suaso pro vulgato insuaso secundum Festum v. Suasum.

244. Libri sententia obscura:

— — — — — pallulam. (vel;)

An eo bella es, quia accepisti?

Ar recte defendunt viri docti. Priscianus lib. 1 pag. 559: „Antiquissimi pro ad frequentissime ar ponebant, arvenas, arventores, arvocatos, arfines, arvolare, arfari dicentes pro advenas etc.; unde ostenditur recte arcesso dici ab arcio verbo, quod nunc accio dicimus, quod est ex ad et cio compositum.“ Ceterum vulgo me legitur, hiante quidem versu. Vid. ad Amph. prol. 149.

245. Inepte libri et ἀμέτρως:

Stra. Quam me illi velim. As. mentiris. Stra. dicis quod te rogo?

V. C.: dicis quidquid t. r.; Decurt. et vett. edd.: dicis (edd. dices) quid quod t. r. Si me audis, Stratilax, εἰρωνείαν servae bene assecutus, tam se illi placere dicit, quam velit, h. e. minime; quomodo tam saepius intelligendum esse monui ad Trin. 541. Verba autem Dices, quidquid te

rogo? (nam sic legendum puto) Astaphio tribuenda, quaesiturae, an domi sint mulieres, quod infra facit 254, hic quidem a truculento servo interpellata.

246. Vulgo:

Mancupium qui accipias, gesta tecum penos annuos.

quae quid sibi velint, iuxta scio cum ignarissimis. Atqui Mss.: tecum henos anuos; vett. edd.: — tecum hae nos, an uos. Recte Turnebus Adverss. 10, 25: — tecum ahenos anulos. Sed praeterea legendum Mancupio quos accipias, vel metri gratia Quos mancupio accipias. Neque ad id, quod rogatus est, respondet iratus servus, et ubi aliquid boni videtur optaturus mulieri, quod ei mancipio detur, optat catenas. Cui irritata ancilla: Dignis dant.

247. Laverna -- victorias. Libri nullo sensu: Laviniae hic sunt, quas habes victorias? Laviniae profecto nihil hic debetur. Sed nec placeat Lamiae Meursii, neque aliorum coniecturae Lanuviine hic sunt, quas h. v.? -- Dignis dane. abin'? Stra. io, heic sunt, q. h. v.? - D. d. Stra. veraene hic sunt, quas habes viriolas, quae Gronovii emendatio ἀμέτρος et omnino infelicissima, de qua sic ipse: „Erant, ut nunc quoque sunt, aliae ex veris et pretiosis gemmis, aliae mangonizatae et nullius pretii." Cum serva respondisset, dignis catenas dari: Stratilax, „Laverna," inquit, „illa scit, quas habes victorias, h. e. praedas; dea furum scit, unde ista habeas vestimenta tua pretiosa et ornamenta. Furata es ea omnia tuis amatoribus, itaque tu ipsa sane digna, quae gestes aheneos annulos." Laverna illaec, et illic Iupiter Amph. 305, ad quem locum vide quae annotamus. — habes pro habeas. Cf. supra 233.

248. Ἀμέτρως libri: N. a. m. Stra. tangam? ita me am. s. Cf. 244.

249. mĕ. Vid. ad Amph. 149. Patulum recte Mss. et vett. edd., non patalem, sicut vulgo.

250. Insulse legitur:

Cumque eo ita noctem i. s. p. p.

Mss. et vett. edd. Cumque ita noctem etc. Simili vitio hic perscriptum iti, mox ita, pro eri, atque itim vel itym pro erim Capt. 116 in codd. Guelferbytano et Helmstadiensi, quos versavimus, editionibusque vett.

253. huc. Ambigue libri: hoc. — quotienscunque vett. edd. Vid. ad Mil. 186. Vulgo: quotiesc.

258. Iàm Cf. 249.

260. Vulgo immisso glossemate ἀμέτρῳ: Q. a. fores nostras ung u. e. a. a.

264. ulli. Vidd. lexica et Priscianus pag. 678 Putsch.

265 Libri depravate: B. rubricae; cera omne c. intinxit t. Mss.: rubrice ceta omne —, rubriceta omne —, quomodo et vett edd Intinxti reponendum vidit Scaliger, creta Pareus in lexico Plaut. h. v Cretam in fucis fuisse notum est. — omne: reliquum praeter buccas.

266. Vulgo

266. Vulgo secundum Decurtatum et edd. vett.: P. e. As. quid est, q. v. pessumae haec * * * St. Scio etc. Sed V. C.: — pessume hec ma scio, in quibus haec deprehendere mihi visus sum: pessumae? dic mihi. Scio. Certe non admodum dissimiles d et h literae in scriptis, i autem et e inter se permutari monitum ad Mil. 53. Sed malim nunc:

Pessumae estis! As. Quid est, quod vobis pessumae? — Hic mastigia!
Stra. Scio ego plus, quam me arbitrare scire. As. Quid id est, obsecro,
Quod scias?

Continue scripta mastigiafcioego facile depravari poterant, stioego pro scioego forte exaratis et simili -stigia officientibus. Secum autem ancilla ista: Hic mastigia (est)!

269. Malam prius a elidit. Cf Amph. prol. 74.

272. perdiderunt. Sic Mss. et vett. edd. Vulgatae metro pessumdato: perdidere. Perdiderunt penultima correpta pronuntiandum, de quo cf. Poen. prol. 21. — nudis. Ita Gruterus, nec male, cum invenisset utuis vel ut ius. Sed ferri potest: — si volunt, ut ius, licet. Vt ius (est): ut aequum est.

273 Ἀκριβῶς libri: novi. Frustra Pareus: E. non hunc novi etc. Cf. Amph. prol. 149.

Veron'? — Serio. Cf. Cas. 637.

274 Quid maceria. Ita vett. edd., per interrogationem, quod placuit etiam Acidalio Divv. in Plaut pag. 557. Quod apud Priscianum libro 5 (pag. 673 Putsch.) sic legi tradit Meursius Exercc. critt. 1 pag. 231, fallitur: nam ibi quidem extat lectio vulgata Quin maceria; quanquam fieri potest, ut manu scriptum quendam Priscianum penes se habuerit vir doctus, ab excuso dissentientem. Mss.: qui in maceria.

Quid maceria illa ait etc.? Cf. Pers 676 Trin. 733. In instrumentis quidem musicis rebusque, quae sonum edunt, minus mira eiusmodi translatio, velut Ennius dicit apud Prisc. lib. 8. pag 842 Putsch:

At tuba terribili sonitu Taratantara dixit.

275. Vulgo: qua iste ad vos. Mss.: qua isti vos; vett. edd.: qua is ad vos.

276. Libri minus concinna sententia et peiore numero: Non mirum, vetus est etc. Vt interversum a simili ue-, quod sequitur.

277. Ἀμέτρως legunt: Ain'. Cf. Amph. 128.

278. homō. Vid. ibid. 473. Cf. infra 286.

duarum rerum. Divini et humani, ut recte Turnebus Adverss. 18, 25. De constructione verborum cf. Amph. 507.

280. Vulgo: Suam non enim ille mer., quo loco sententiae haud scio an unquam ponatur Enim. Accedit metri ratio, verbum, cuius syllaba prior longa sit, desiderantis.

281. Moeniendis. Hoc a Pareo, de quo vid. Trin. 1. Codd.: moniendis, monendis. Vulgo ex interpretatione: muniendis.

282. Vulgo: D.: quae nunc ad vos iam exp., p. Sed Mss.: D. quae duo sciam exp. pess., h. e.: D. quae ad uos scio nc̄ (nunc) exp p. Vett. quoque edd.: Duritiae aeque quae nunc duo sciam. Exportantur pess.

283. Soloece libri: Hem tu, o sexung. Nec convenit vulgatum Male vivitis, siquidem non male vivere solent malae istae merces, quamdiu amatores inveniunt; convenit Male vivatis, quod reposui.

284. Edd. ἀμέτρως: I. enim eccere ibo in forum. Mss.: I. enim exercere ibi in f.

285. Vulgo ineptissime:

Neque istuc in se gestit, ergo coget exanimem mali.

Multae multorum de his coniecturae, quas infelices omnes sciens praetereo. Egregie Lipsius Antiqq. Lect. 4, 6:

Istuc ipse gestit, ergo coget examen mali,

sicut p et n literas saepe inter se permutari monitum Ba. 107 Rud. 226 sqq. „Examen," inquit Lipsius, „mali, vis mali. Poëta vetus:

Classis cita texitur, exitiûm examen rapit."

Hunc tamen locum ita emendandum puto:

Classis citatur; exitium examen rapit,

ut classe citata in inimicos Exitium, tanquam deus, examen suum malorum secum rapere dicatur. Sed hoc in transcursu. Ad rem ipsam pertinet, quod retraxi fugitivum Namque: nam hoc latere in vulgato isto Neque, non Oedipo opus est coniectore. Ceterum similiter Parmeno apud Terentium Eun. 944 sq.:

— Iamdiu aliquam causam quaerebat senex,
Quamobrem insigne aliquid faceret iis; nunc reperit.

Male autem illuc pro istuc excusum in hac editione.

286. Sī. Cf. supra 249. — homō. Vid. ad 278.

287 sq. Vulgo usurpato asyndato parum suavi:

— at pol hero benevolens ut is est suo!
Verum ego illum, quanquam violentus est, spero etc.

Vicina Vertam et Verum.

290. Libri sententia perabsurda, cum iumenta omnia sint domita:

Vidi equidem ex iumentis domita fieri, atque alias beluas.

Mss.: V. e. exinem intu domito fieri a. a. b., h. e., ni fallor, V. e. exanimatas domitas fieri aeque alias beluas. Exanimatas: vid. ad Cas. 456.

296. H. e.: Si id verum, amari mulieres proinde ut diu lavent, opus est, balneatores fieri amantes, ut itidem diu amentur a mulierculis.

299. Mihi quoque. Malim faciliore numero: Mihique. Cf. Asin. 191 Mil. 1161.

300. Codd. hiulce: hercle. Vid. ad Merc. 701. I liquescit. Cf. Ba. 716.

301. Codd. corrupto metro:
Me adesse. tu i propere, et suade iam ut s. l.
Mss.: M. adesse tu prop. etc., h. e. Me adesse. i propere etc., sicut t literam interdum male addi vocibus monui ad Mil. 380.

302. Audin' etiam? Quaesiturus est, cur tam diu ante aedes steterit; sed se reprimit.

303. Qui. An Ci pro Si scriptum in Cvi, et hoc in Qvi, degeneravit? Certe Qui videtur alienum.

305. mora. Recte hoc repositum, quamvis absit manuscriptis et editionibus vett. — Mora morae. Παροιμιακῶς ἰα.

306. hīc. Vid. ad Amph. 140.

308 Illum student iam quasi etc. Sic Mss. et vett. edd, Pareo recte auscultante, Taubmanno stolide obloquente, dum blanditur Camerario incurioso, cui sic placuit rescribere:
Illud est. vide ut iam quasi volturii t.
Studere aliquem vel aliquid usitatum dicendi genus.

311. ubi istic venerit. Vulgo: ubi iste huc ven.; sed Mss.: ubi is est huc ven.; vett. edd.: ubi is huc ven.

314. Vulgo: quia antep. perd.

319. Cf. Ba. 468, 474.

321. Edd. pravo numero: Sed est vocis sat: sentio a. f. Mss.: Sed est nof adsentio a. f. Edd. vett.: Sed adsentio a. f. Non male vocis sat ex his eruere sibi visus est optimus ille Francus. Quid vero, si reliquit Plautus:
Sed adeste vos iam: sentio aperiri fores.
Vicina sed et ad- errorem obiecerint. Vos: spectatores. Cf. Amph. prol. 151 Merc. 308.

326. infacetus. Ita vett. edd. Vulgo: inficetus. Vid. ad Amph. 28.

327. Edd. hiante versu:
Non des amicae, Dinarche suavium;
nec placent, qui corrigunt, invenuste traiectis verbis:
— — — — Lemnod adveniens, tuae
Qui non amicae des, D., s.

328. egō. Cf. supra 278.

330. Ἀμέτρως libri: coenas. Vel legendum: hiccine.

337. nĕ. Cf. supra 249.

339. ēs. Vid. ad Amph. 863.

340. Bene ambulavisti. Vid. Capt. 833 Most. 829, Acidalii Divv. pag. 540, Parei lexic. Plaut. vv. Bene ambula et Bene ambulavisti?

341. Quom. Edd. ἀμέτρως: Quoniam. Mss.: Quam; vett. edd.: Quando Cf. Men. 879.

341. Vulgo invitis libris vett. et metro:
Di. Libens. ah, hoc est mel melle dulci dulcius.

344. Dane savium, H. e. Da savium: nam Danere pro Dare priscis in usu fuit. Frustra, Acidalium secuti, editores: Dane suavium? pro eo quod est Dasne s.? Ἀμέτρως autem interpretatione legitur: imo vel decem; nec proba sunt sequentia in vulgatis haec: Ph. haud istoc pauper es.

Mss.: utem istoc pauper esse; vett. edd.: utinam istoc p. essem Legendum, improbato commento isto Camerarii: utine (h. e quomodone) istuc pauperis (est: vid. ad Amph. 168), plus pollicere etc.?

345. Itidem ἀμειζως libri: quam. Vid. ad Amph. prol 69.

346. rĕ. Cf. supra 249. Vulgo rei, de glossa quidem, ut opinor.

347. reparco. H. e., monentibus viris doctis, Non parco, quomodo dicuntur Resero, Revelo, Refigo, Relino, Resuo, Regero, Retexo, Returo, et Lucretius scripsit 1, 666:

> Quod si forte ulla credunt ratione potesse
> Ignes in coetu stingui mutareque corpus:
> Scilicet ex ulla facere id si parte reparcent:
> Occidet ad Nihilum nimirum funditus Ardor
> Omnis, et ex Nihilo fient, quaecunque creantur.

H. e. Si ex ulla parte id facere non parcent, Si ex ulla parte id facient, sicut, observante Creechio ad eum locum, Parco dicere significat Nolo dicere, vel potius Non dico. Dedi autem reparco pro vulgato reparcis, ipsa sententia id postulante, cum oscula prodigere non dicatur in superioribus Phronesium, sed Dinarchus. Valde autem parcus saviorum sibi videtur adolescens, cum decem tantum daturum se promiserit mulieri amatissimae, cui vel centum et plura alias obtulerit, velut est apud Catullum carm. 5:

> Da mi basia mille, deinde centum,
> Dein mille altera, dein secunda centum,
> Dein usque altera mille, deinde centum,

et reliqua. Hoc non assecuti sunt interpretes.

349. Libri corruptis numeris:

> Di. Iam lavisti? Ph. iam pol mihi quidem atque oculis meis,

nisi lavisti, elisa u vocali, μονοσυλλάβως pronuntiandum existimes; quod mihi duriusculum videtur. Vide tamen ad Amph. prol. 90. Sed verisimillimum est, librarium, cum forte scripsisset Iam lavisti pro Lavisti iam, Iam expungere noluisse. Cf. Most. 60 Rud. 1026 Trin. 9

351. Vulgo: V. t. memini cum q. f. Libri vett.: V. t. memini q. f. Interceptum enī (enim) a simili, quod praecedit, -ini.

353. Recte sic Gruterus. Vulgo: Cum i. n. s. unus alteri. Mss. et vett. edd.: C. i. n. sorderemus alteri. Item simile simili offecit.

354. Vulgo oratione incongruente:

> — — — — — — — tuum,
> Quod tu hic, me absente, novi negotii gesseris?
> Cumque etc.

nec recte suadent, deleto verbo salva, quo nihil germanius, et servato negotii, quam terminationem genitivi abhorrere ab usu aevi prisci monui secundum Bentleium ad Terentii Andr. 292 et supra ad Asin. 485:

Quod tu hic, absente me, novi negotii
Gesseris (vel gesti), cumque bene provenisti, gaudeo.

Primum concinnius nobis visum hinc quam hic vulgatum. Deinde rescribendum vidimus gesseras pro eo quod est gessisti, de quo usu plusquamperfecti exposuimus ad Amph. prol. 81. Tum locum rectius, nisi animus fallit, interpunximus. Pro salva vett. edd: sane.

361. Vulgo: anno; sed Mss.: anno um, h. e. annum, quomodo non semel ou pro u brevi legitur in membranis, praesertim in Gallia scriptis, velut infra 372 V. C praetert: soupponatur. Nam de u longo constat, scripsisse priscos illos iniourias, iouserunt, Fourios et similia, Graecorum more — Senseram. H. e. sensi. Vide superiora.

362. Quid liquescit. Cf. Amph. prol. 74.

363. Vulgo: V. e. aliquis laqueus et red. Sed V. C.: V. e. a. laqueust et r.; Decurt.: V. e. a. laqueusque est et r.; vett. edd.: V. e. aliqui si aquae usque est et r.

370. Edd. homoeoteleuto, quo carere nobis licet: Quoniam iam decimus etc. V. C. Q. non dec., h. e. Q. nunc dec. Cf. Asin. 84 Most. 335.

374. Vulgo: N. nostram, quae modo erga aedes h. Sed illud modo nusquam est, nisi apud Camerarium. Mss.: N. n., quem (h. e. que nc̄, quae nunc) erga aedem sese habet. Nostras recte Douza. Melius autem haec interrogantur.

375. Ita Mss., h. e. tanquam mulier operaria; cui lectioni cur editionum haec una opera c. p. f. praeferatur, non intelligo.

circŭmit. Cf. Amph. 341.

381. Vulgo minus perspicua sententia: Nunc tu etc.

384. Synchysis, de qua vide ad Amph. 378. — Quaestum non patitur ecthlipsin. Cf. ibid. 341.

389. Vulgo immisso versu septenario:

Postidea ego tota tecum, mea voluptas, usque ero.

V. C.: Postida, Decurt. et vett. edd.: Postid vel Post id. Deinde vett. edd.: P. e. totum tecum, mea etc. unde apparet, verborum totum et tecum alterutrum ex altero natum esse. Atqui totum alienum.

397. boni pronuntiandum, ut b'ni. Cf. supra 362.

399. Perverse libri et metro deteriore:

Vt cuius me non poéniteát, mittas mihi.

400. Libri duriore numero: Num quippiam me vis aliud? De formula cf. Aul. 129.

401. Codd. hiante versu:

Tibi sit, ad me revisas. Di. valeas. Ph. vale.

Fac a simili, quod antecedit, -sas interceptum puto. Cf. Capt. 164 sqq. et ibid. prol. 3, item Merc prol. 16.

403. Minus ἐμμέτρῳ libri interpretatione: sociae.

408. si vivat. Inepte legitur: se viva. Mss. ne (vel: se) vivat; edd. vett.: dum vivat.

410. Ἀμέτρως libri: desit.

411. Vulgo:

Ego isti non munus mittam? iam modo ex hoc loco.

Sed recte I Gulielmius Verisimm. 2, 13: „Numeri," inquit, „evagantur supra plantam, ut aiunt, et vacillat sententia. Non enim a via, ubi tunc erat, perferri munus ad meretricem iussurus erat; sed a domo. Quare restituo iam domo eloco Iubebo etc. Eloco et ilico promiscue triverunt Latini veteres, ut eosdem illum, ellum, ollum indifferenter usurpasse testimonio sunt Grammatici et exempla scriptorum. Hoc cum nescirent librarii (quid autem illi non nesciunt?) pro captu suo emendarunt, si pervertere emendare est Significant autem eae particulae et tempus, ut hic et plerumque alibi; et locum, vi veriloquii. Est enim Eloco quasi Eo loci, et ab illico adverbia τοπικὰ descendunt Illic et Illi etc."

413. Edd. vulgatae pravo numero:

Praeterea obsónarí duntaxat ad minam.

Vett: P. o. d. hic mina.

419. Libri inepte (nam cur primum se tam communem sententiam dixisse putet prudens Phronesium?) et metro nihili: ego prima domi modo docta dictito. Modo conflatum ex utrinque vicinis vocibus. Pro dictito Mss. dicito, h. e. dicto — O vocalis in domi elidenda. Cf. supra 362.

423 Itidem ἀμέτρως libri:

Studeo vitae, quae ausa sum tantum clam dolum aggrediri.

Mss et vett edd.: S v., quae hunc (edd.: hoc) ausa sum tantundem dolum adgrediar (V. C. a manu secunda, si Taubmanno fides, aggrediari, altero a inducto). Tantum clam bene reposuit Camerarius.

424. avarā. Vid. ad Aul 108—111.

427. ἀμέτρως legitur: Nisi astute etc.

428. Pronomen ego metri causa ex sequente versu arcessivi, ubi vulgo legitur post puerperio.

429. Libri: me, quod versui non sufficit.

430. Vulgo invitis scriptis et veteribus edd.: — nisi id efficere p.

432. Bene si. Ita Mss., non Si bene, ut vulgatae, minus quidem eleganter, et Bene in thesi occultato.

433. occepērunt. Cf. supra 272.

434 Libri nullis numeris: — si quid occeperint benefacere. V. C.: occeperunt.

435. opus. Vulgo subabsurde: onus. Non semel sic peccatum. Vide nos ad Mil. 678.

439. Ἀμέτρως libri: Iste hic haud. Mss.: Istic aut. Edd. vett.: Istic haut.

440 Vulgo: Eumque gero ornatum, ut etc., quae est interpolatio Camerarii: nam Mss. Eumque ornatum etc.; edd. vv. Cumque ornatu. Simile simili, ut passim alibi,

ita et hoc loco fraudi fuerit. Ornavi ornatum dictum κατ' ἰδιοπάθειαν, de qua cf. Mil 480 sq. Rud. 214.

443. Edd. metro depravato: F u. accumbam: accede. adiutare s. d. p. Scripserant, opinor, acedū (acedum) pro agedum, sicut c et g literas misceri monuimus Curc. 682; id transiit in acede vel accede.

444. Codd. corrupte:

Soleas mihi duce, pallium iniice in me huc, Archilis. ubi es.

Vicina mihīdue (mihindue) et mihiduce. Modo cubare voluit, aegrotam faciens coram ipsa familia sua, mulier callidissima. Nunc omissum consilium repetit sacrificandi deae puerperarum, ut inconstantes esse solent, qui sunt infirma valetudine. Male igitur Taubmannus: „At quis," inquit, „credat, puerperam nudis pedibus processisse? Certo certius, auctore Pistore, est, legendum soleas mihi deme. Volebat accumbere: ideo soleas sibi demere iubet. Ita supra Dinarahus, cum in lectum se inscendere velle simulat [318]: Iam rediit animus: deme soleas. Contra, cum surgere volebant, poscebant soleas; quod Phronesium facit act. 2, 8 [591]. Ευλογως. nam in Ms. utroque non date [sicut in edd. vett., unde Acidalius Divv. pag. 542; dato. Bo.], sed duce legitur, quod teneri debet." —

446 Soloece libri: — nunc ecastor ut veniret miles velim. Malim autem nunc, probiore quidem numero, venat quam veniát. Vid. ad Aul. 109.

448. duelli. Cf Capt prol. 68.

450. Libri et inusitate et soloece:

Et Homeronidae Poetillae mille memorari potest.

Mss.: Et Homeronidā et post illā (vel post illam) mille etc. Vett. edd.: Et Homeronidam et postilam illi mem. p. Verum hic videre, cuiusvis erat, nedum Gronovii, qui et accipit Homeronidas, ut glandionidam et pernonidem in Menaechmis (127), nec male sententiam loci sic enarrat: „Mille militum Homeri et post illa auctorum in scriptis laudatorum memorari potest, quibus magno mendacio tanta fortitudo adscribitur." Soloecum autem mihi videtur potest, quod frustra corrupto loco Poenuli, 1218, defendit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 545 Reposui: potis, h. e. potissunt. Cf. Amph. 168.

452 sq. Vulgo ταυτολογικῶς:

Non laudandus est quoi (Mss. cui: vid. ad Aul. 387) plus credit qui audit, quam qui videt.
Non placet, cum illi plus laudant qui audiunt, quam qui vident.

Secutus igitur sum priore horum versuum vett. edd., ut et credulos auditores vituperet Stratophanes, et vanarum gloriarum plenos, praesertim milites, qualis ipse est.

457 Neque liquescit. Cf. Amph. prol. 74.

461 Quaĕ. Cf. Amph. 149. Ἀμέτρως autem libri: se.

463. Inepte edd. vulgatae:

Ph. Vide quis loquitur. As. iam propinque miles, mea Phronesium,
Tibi adest Stratophanes.
nec melius veteres: Ph. V. q. l. As. iam propinquat miles, mea Phronesium, tibi adest Strat. nam et, si quis alicubi adest, propinque adesse consentaneum est; et rursus qui propinquat, nondum adest, ut perperam haec coniungi, tanquam συνώνυμα, facile intelligatur. Recte itaque Acidalius Divv. in Plaut. pag. 543, sicut hic excusum; nec refellitur vir doctus versu 539, ad quem videbis monita.

465 sq. Libri inepte et metro perdito:
T. a St. n. t. o., aegram ut tu te assimules. Ph. tace.
Quid adhuc egeo tui, malum, ammonitricis? an me m. v. e.?
Mss. posteriore versu: cui adhuc ego tu mala meam emonet (Vaticani apud Lipsium Antiqq. Lectt. 1, 5: malum eam emonet) ruri a me maleficio (Decurt. mafficio, Vaticc. matitio) v. e; unde vulgatam lectionem nobis concinnavit Lipsius, nec male, nisi quod ad hoc pro adhuc sententiae causa reponendum, et admonitrice metri. Priorem versum in modulum trochaici tetram. acat. mihi redigendum vidi, qui quam sit aptus huic loco, vid. ad Amph. 596.

467. Hiulce edd.: As. vin' adeam hominem? Mss et vett. edd.: uin ad ea aut hom., uina dea aut hom., h. e.: vin' adeam ad hom., sentientibus pridem Pio et Gronovio.

471. Ferri potest vulgata lectio Quin, ubi natust, ea lege, ut pro porrecto habeatur -bi in ubi, de quo vid. ad Aul. 152.

472. Frigide vulgatae et metro duriore: Nimium quidem sim. Frequens Nimis quam seu Nimium quam pro eo, quod est Valde.

473. lectat. H. e legit. Sic Mss. et vett. edd. Vulgatae male: electat; nec melius: quem spoliare velit, quod versui etiam refragatur.

474. Itidem ἀμέτρως edd.: Quid postea? Expressi Decurtatum.

476. Affectum iuvat, si versus hic habeatur pro iambico tetram.

478. Ἀμέτρως legitur:
Ph. Vbi illa, obsecro, est, quae me hic reliquit atque abstitit?
Mss. et vett. edd.: — reliquit eabse (vel ab se) abisti. Quid a praecedente -quit interceptum et bis ponendum versus causa, de quibus vocum repetitionibus patheticis dixi ad Aul. 587 Curc. 274 — ab se: ab ea, Phronesio. Cf. Cas. 91. Personarum notas temere vel addi vel omitti vel etiam mutari solere, monui ad Aul. 280.

482. Minus recte libri et ἀμέτρως:
Gratulor, cum mihi tibique magnum dedisti decus.

Exaratum cuimihi pro quimihi degenerasse puto in cum mihi. Cf. supra 452, et de qui posito pro quibus ad Cur. 69. Pro dedisti Mss.: deristi, h. e. donasti. Nugatur Taubmannus cum suo decisti pro eo, quod est decidisti, et ipse se refellit ad Cas. 2, 3, 21.

486. Αμέτρως libri: — voluptas, tibi obvenit istic labos, siquidem obvenit est perfectum.

487 Haud melius eodem nomine edd.: — oppl. opust trit. gran

489. extinxit. H. e. extinxerit, sicut alibi legitur faxit, parsit, adduxit, respexis. Vid. Pareus lexico Plaut. v. Syncope.

490 Minus ἐμμέτρως libri: — savium sis pete hinc a me. nequeo caput. Mss.: s s. pete hinc ab neq. c.: vett. edd.: s. s. p hinc ab me, n. c.

491. egō. Vid. ad Amph. 475.

493. ἀμέτρως libri: — pigeat me, mel meum. Me interpretis.

495. tibi liquescit metri gratia, sicut Sed sequente versu Cf Amph. prol. 74.

496. huc Ambigue libri: hoc, ut passim.

497 fuerunt. Hoc versus postulat, non vulgatum fuere.

498. Pronomen mi a me additum metri gratia.

499. Vulgo et minus perspicua sententia et perverso metro:

— — — — — — — iam?
Quine etiam super adducas, quae mihi comedint cibum? St. hoc quidem
Hercle si ingratum est donum, cedo tu mihi illam, puere, perulam.
Hem, mea voluptas etc.

Mss.: Quine etiam men super adducas, h. e. Qui nē (nunc) etiam insuper add., sicut saepissime ne et nunc permutantur; quod vidit etiam I. Gulielmius Quaestt. in Truc. cap. 2, nec tamen recte rescripsit:

Quine etiam nunc usuper ádducás, quae m. c. c.

Vox donum est de glossa

501. Libri nullis numeris:

— — — — — — — eccam pallulam ex parva Graecia tibi.
Tene tibi etc.

504 506 Edd., item nomine metri pravi damnandae:

Etiamnum me vilipendit. ad id purpuram ex Sara tibi
Attuli, et induvias Ponto amoenas. tene tibi voluptas mea.
Accipe hoc, abduce hasce hinc e conspectu Suras.

Mss. et vett. edd. versu primo: Etiamnum mali pendit. (edd.: E nihili p.) addit purp. —; secundo: attuli tua (edd. tuas) sponte am. etc. Scribendum autem Sarra, Sarranus; non Sara, Saranus. Vidd. interpp. ad Virgilii Georgg. 2, 506.

508. Vulgo: Ne mihi verbum quidem unum dixit. Sed V. C.: Nemonum verbum quidem num d.; Decurt. et vett. edd.: Ne unum v. q. num d. Sanasse locum videor, non persanasse: nam quid, quaeso, est, quod de muliere loquitur Stratophanes tanquam ea, quae nihil sibi adhuc dixerit, cum saepius sit interlocuta? Foedius hic ulcus restat, quod vide an sic curari possit, ut reponatur:

Nae mihi nunc verum quidem unum dixit!

Roganti, an se amaret, respondit mulier: ,,Nihil ecastor, neque meres.“ Hoc unum sibi verum dixisse ait miles, cetera semper mentitam esse. Quo quid potuit aptius lepidiusque? Similiter de Thaïdis amore dubitans Thraso iste Terentianus Eun. 3, 1, 56:

Si quidem me amaret, tum istuc prodesset, Gnatho.

ad quem locum Donatus: ,,Hoc,“ inquit, ,,miles ut sapiens locutus est. Ergo meminisse convenit, ridiculas personas non omnino stultas et excordes induci a poëtis comicis: nam nulla delectatio est, ubi omnino, qui deluditur, nihil sapit.“ Vocabula verum et verbum subinde mixta, velut Terentii Phorm. 3, 2, 16 verbis pro veris legitur in codice Ms. chartaceo, qui servatur in bibliotheca Reg. Berol., et in codicibus Phaedri Fabb. 2, 6, 14 Verbis inducor, quod correxit Gronovius.

511. Ἀσέργως libri: — numne vis me, vol. m.

514. Codd. lapsu proclivi (nam lapsum esse, metrum est indicio): Quis homo est etc. Deinde pompa ducitur, non inducitur: ergo vera esse nequit vulgata lectio qui inducit pompam.

516. Vulgo:

Ite, ite hac simul, muli aeris damnigeruli, foras gerones.

quae Scaligeri est coniectura: nam Mss. et vett. edd.: I. i. h. s. mulierei (edd. mulieri) damnigeruli. Finxit vocem poëta ex tribus compositam, sicut Vaniloquidorus, Tedigniloquides et similia Pers. 694 sqq., ad quem locum vide annotata. Delevi autem alterum ite, quod salva sententia abesse potest metroque officit, de quo cf. Amph. 422 et infra 531 sqq. Acidalio Divv. in Plaut. pag. 544 in mentem venit muneridamnigeruli.

517. Libri; Bonorum hamaxagogae. Sed V. C.: Bonorum macagoce, Decurt.: Bon. axagogae; Mss. Lipsii et vett. edd.: Bon. exagogae, vere, si quid sentio. Bonorum retineri potest, priore o litera elisa, quem locum induxi ad Amph. prol. 74; sed facilius expeditur contractione.

518. Satin', si | quis amat. | Vulgo: Satinne qui amat. Sed libri vett.: Satin se quis am.

520 qui id. Libri difficiliore numero: quis id. Ceterum maioribus mutationibus haec in formam trochaïcorum tetram. redigi possent. Sed cui rei? Vel sic autem vel similiter tunc legenda essent:

Ite, ite hac simul, mulieridamnigeruli, forasgerones, t. t.
(verbo foras μονοσυλλάβως pronuntiato, de quo vid. ad 517.)
Bonorum exagogae. Satisne, si quis amat, nequit quin nihili
(Bonorum elato ut B'norum neque eliso, de quibus figuris prosodiacis vid ibid. et ad Amph. 341.)
Siet atque inprobis se expoliat artibus? Nam hoc qui sciam, t. t. c.
Ne quis id ex me quaerat, domi est, qui facit improba facta, amator. t. t.

Vox domi pari modo liquesceret, vel reponendum esset est domi, elisa o litera in domi. Vid. ad versum Bonorum exagogae. Sed longe facilior altera nostra ratio.

522. Vulgo in ordinem receptis duobus interpretamentis, quae versui gulam interstringunt, nec recte exarato sit pro fit, de quorum verborum permutatione cf. Capt. 164 sqq.:

Qui bona sua pro stercore habet, foras iubet ferri: metuit
Publicos. mundissumum sit. puras etc.

Quod attinet ad ista foras iubet ferri, quanto elegantius Geta in sequentibus: domi quidquid habet, verritur ἔξω! Vocem sua iam alii sustulere.

525 sq. Libri perversis numeris:

— — — — — quandoquidem ipsus perditum se it,
Secreto hercle equidem illum adiutabo. neque mea quidem
Opera unquam nihilominus propere, quam potest, peribit.

Pro perditum se it Mss.: perditum sit, edd. vett.: perditust. Hoc et metro convenit, neque ab sententia abhorret. Hilo minus recte reposuit Lambinus. Vulgatum potest ἄμετρον, estque haud dubie de glossa.

526. Itidem ἀμέτρως libri: mina.

527. partem non elidendum metri gratia. Cf. Amph. 341.

528 qui. Vid. ibid. 149.

529. Libri nullo numero: — ea aqua abeat in mare. De forma abitat sive abbitat, cuius glossema istud abeat, cf Epid. 295.

530. misere ; qué perit. Cf. Asin. 159 Cist. 69. — bona omni Mss. et vett. edd., non omni bona, ut vulgatae, ἀμέτρως quidem.

535. Vulgo:

— — — — — — nec unquam
Abundat at hoc saltem servat mare quod illi subest, apparet: huic des
Quantumvis etc.

Mss. et edd. primae: abundat. hoc saltem servat mecum illi subeste (edd subest), apparet des quant. Iuntina et eius ordinis edd.; ab. h. s. s. me, quom illi subest, apparet, des qu. In corrupto illo mecum haud dubie latet iniectum, quod sero animadverti, ut potius legendum sit: — Ast hoc saltem servat iniectum, ei subest; huic Des et reliqua. Vox apparet ex sequente versu huic illata explicationis causa, quam vocem metrum respuit.

536. captrici. H. e. ei, quae capit, quomodo captor legitur in poëta quodam veteri apud Pithoeum. Libri minus μετρίως: acceptrici, quod mihi videtur interpretamentum.

537 sq. Libri metro corrupto:

Velut meretrix meum herum miserum sua blanditia intulit in
Pauperiem, privavit bonis, luce, honore, atque amicis.

Quod reposui honored, cf. Amph prol. 149.

539. Piget, servasse me distinctionem horum, quae est in vulgatis neque probari potest, si vera sunt, quae supra disputavi ad 4'5. Sic interpunges: Attat eccam, adest! Propinque crede audisse h. m. l.

541. uti. Ἀμέτρως libri: ut.

543. Vulgo putida ταυτολογία: H. m., o. t. ad te ferre me haec iussit tibi Dona. Mss. et vett. edd.: at te ferre. Hoc ortum puto ex scriptura compendiaria ãteferre, id est anteferre, quomodo legitur in codd. homĩeſ, oĩe, lamẽtarie, sũt pro homines, omne, lamentariae, sunt. Anteferri haec dona iussit Dinarchus, dum ipse Phronesium conveniret.

544. Vulgo: Dona, quae illos ferre vides, et h. q. a. m. Sed Mss. et vett. edd.: D., q. vides illos ferre, etc.

545 Invenitur hoc metri genus etiam alibi apud Nostrum, velut Stich. 312 sq.: nam supra versum 85 iam huc pertinere non existimo, sicut monui ad eum locum.

547. Inepte libri: Grata aequaque ecastor habeo. Sic Gruterus, cum in V. C. invenisset Grata acaque e. h., ex quibus Camerarius fecerat secundum versum 578: G. acceptaque e h., quae lectio nimium devertit a scriptorum: nam Decurt et vett. edd., omissa voce depravata: Grata ecastor habeo. Istud acaque, priorem a literam ad praecedens verbum pertinere putans, accipio pro caeque, h. e. quaeque, sicut c pro qu scribi solere monui ad Cas. 449.

547 sq. Vid. de his metris supra pagg. 52 sq.

549. Iusto impudentius Geta in vulgatis: desiccari lubet. Mss.: d. iubet; vett. edd.: d. iube. Nihil aeque solenne atque i et l literarum permutatio. Cf. Aul. 108; et de t perperam addito supra ad 501.

550. Impudens (es) mec. Vid. ad Amph. 168. Ceterum legitur hoc versu secundum vett. edd.: — mecastor, quanti est negotii? GE. tun' (vett. edd.: Tu) bona fide, Tune

ais etc. Mss.: immo pudet mecastor cuam est egori tu bona fide —, quod primitus fuisse mihi videtur: impudens mec. GE. quiam (quinam) est? egone? PH. tu. GE. bona fide? Certe huic lectioni propior scriptorum. Vid. supra 547 et Aul. 280

Bona fide? Εἰρωνεία.

De genere hoc versuum cf. Rud. 114.

552 sq domi pro monosyllabo est. Vid. supra 495. Ἀμέτρως legitur: — ob haec dona, quae Ad me miserit, nec recte sic distinguitur: — omnium hominum: Ergo etc. Ergo, revera. De metro cf. supra 547.

554. Inepta est lectio librorum haec: Ergo meumque honorem illum habere etc.

555. Ἀμέτρως exhibetur: Atque, ut huc vemiat, obs. Ilicet. Peristi his blanditiis, Dinarche! Inescabit te illis meretrix! Haec secum servus.

556. sese. Itidem ἀμέτρως libri: se.

557. animo hercle homo. Molossus pro cretico. Vid. ad Capt. 153.

558 Vulgo: — dignus est mecastor. GE. quid est? Sed Mss. et vett. edd.: d. e. m. GE. ne quid (edd. ecquid) est? h. e.: nā (nam) quis est, quod et metro congruit:

559. olim. Vulgo: illic; V. C. depravate: ilitic. Locum non habet illic.

med. Libri: me, hiante quidem versu. Cf. Amph. prol. 149.

560. Libri et absurda sententia et vitiato metro: — pueri illic est. usque ad ientaculum Iussit etc. Mss.: p. i. e. usque adectaculum, usque ad iectaculum. Primum ille reponendum vidi metri gratia. Deinde, cum b d et t literas confundi scirem, ut monui Aul. 17 Epid. 279 Curc. 657, ad forte pro ab perscriptum ratus, dedi Abiectaculum, vocem ita derivatam ab eo, quod est Abiecto, ut Spectaculum a Specto. Similiter autem dicuntur Deiecto Iniecto et quae sunt alia huiusmodi; neque inepte puer ille audit abiectaculum, h. e. is, qui abiicitur vel abiiciendus sit potius, quam alatur.

561. Vulgo sententia obscura et versu μείουρῳ:

Iussit ali. mansi, auscultavi, observavi. GE. quem pernam,
Novi etc.

Postrema Taubmannus dubitat an non accipi possint per tmesin duplicem pro eo, quod est quemnam pernovi, quam coniecturam durissimam mirum est placere potuisse Gronovio. Sed nihil is habuit melius; nos habere speramus, hoc: — observavi, inquam, — perulam. Ioco festivo mulier, postquam clara voce dixit observavi, inquam, in quibus verbis abiectaculum ex superioribus intelligere spectatores consentaneum est, submissa addit perulam, peram seu marsupium militis. Cf. supra 500, infra 843. Sic passim Observare. Trin. 148 sqq.:

Adesurivit mage et inhiavit acrius
Lupus; observavit: dum dormitaret canes,
Gregem universim voluit totum avortere.

Neque ineleganter, ut in ἐπεξηγήσει, usurpavi Inquam, quomodo infra legitur 583 sq.:

Quid tibi huc ventio est? quid tibi hanc aditio est?
Quid tibi hanc notio est, inquam, amicam meam?

562. Ἀμέτρως libri: intuetur, quod de glossa.

568. Lubitum. Similiter sequente versu meretrix: Lubitum. Vulgatum Lubido est refragatur metro.

569. Lubitum Vulgo; Lubitum est; sed V. C.: lubitunt. Eodem verbo quasi compacto respondent servulus et mulier.

570. Ain' tandem? Vid. ad Mil. 841.

pusilli. Mss. pertilli, pentilli; vett. edd.: tantuli; vulgatae: tantilli.

572. Quae haec res? Vid. ad Asin. 458.

576. cluis Sic explicanda veterum editionum scriptura ciuis; et hoc magis ἐμμετρον quam vulgatum clues. Vid. Parei lexic. Plaut. v. Cluo et Clueo. Porro legitur: at ego in culina Ares. Huius lectionis auctor I. Lipsius, qui Antiqq. Lectt. 5, 21: „Veteres," inquit [intelligit autem Mss. Bo.], „in culina ave [imo ciue, mi Lipsi; h. e. cluo. Bo.]; alii [libri olim editi.] aves; Roverii codex ares. Et id germanissimum arbitror. Ares graece Mars." Sic ille, cui non erat quod obtemperarent: nam de ave isto vidimus; Ares vero cur potius dicatur a Latino deus belli, quam Mars, non intelligo. Sed ἄμετρον, quod est in Mss., cluo, cui recte clueo substituit Camerarius.

580. Putide vulgatae: Quid nunc ergo hic odiose es, c. o. r.? quomodo nemo unquam locutus est, sed Quid ergo hic restas? quid nunc vis tibi? quid mihi molestus es?

581. ni. Ἀμέτρω. libri: nisi.

Etiam — minitare? Vid. ad Curc. 187, 607.

582. Inepte libri et metro perdito: — offatim iam, iam, iam concip.

583 sq. Cf. Amph. 363.

584. Minus ἐμμέτρως legitur: Emoriere!

585 sq. Omnino male libri:

Ge. Quid, manu nicerim? St. fac, quod iussi. mane. iam ego te hic
Offatim conficiam. Ge. occidi! optumum est. captio est: istam
Machaeram et reliqua.

Nam primum locutionem Manu nicere non est quod miretur Geta. Ergo reponendum: Quin (h. e. Cur non) manu nicerim? Deinde nihil adhuc iussit miles, sed hoc ipso demum loco manere iubet servolum, ut offatim ab se conficiatur. Ergo legundum: Fac, quod iussim: mane etc. Postremo ineptissime exclamet Geta: Occidi! optumum est,

tanquam is, cui nihil videatur morte optabilius, cum statim ventre salvo se subducere properet. Occidi (te a me) optimum est, inquit Stratophanes, gladio invadens Getam, ut ex sequentibus colligitur.

587. Ἀμέτρως vulgo: quam. Vid. ad Amph. prol. 69. — haec. Quamnam machaeram hanc dicamus, quam servus sic ad manum habeat? Credo nequitiam subesse, et τὴν πόσθην digito monstrari ab homine pessimo. Cf. Pseud. 1182.

588. Itidem ἀμέτρως libri: sed verum sine dum petere.

589. Vulgo, verbis inter se non cohaerentibus: Ibo domum ego tecum etc. Tum demum, h. e. ubi veru attulerit, arbitrum se capturum et cum milite pugnaturum ait Geta.

591. Vulgo: Datin' soleas? atque me intro actutum ducite. Et sic quidem Mss. Rectius edd. vett.: Date iam soleas, siquidem haec una est oratio. Sed ἄμετρον istud iam.

592. misere. Ita Mss. Vulgo: miserae.

594. Hem, sic datur! Inepte haec Stratophani tribuuntur in vulgatis. Phronesium intro ducta ab ancillis et rogata, an abierit, hoc per fenestram respondet militi deriso. Cf. infra 710 Men. 506.

595. Potin' vulgatum metro non sufficit. Nec continue scribendum, sicut vulgo: Quo pacto excludis? sed seorsim ponenda verba Quo pacto, quae formula eadem frequentiori Quo modo? cuius potestatem declaravimus ad Amph. 200.

598. Vulgo: Vt ego suffringam hisce talos t. ae. Sed Mss. et vett. edd, voce hisce sub ictu posita: Vt ego hisce suffr. t. t. ae.. Rescribendum igitur metri causa ita, ut hic factum est.

totis aedibus. Cf. Mil. 310.

599. morem. Vulgo: mores, quod frustra exercuit viros doctos. Vide nos ad Amph. prol. 87. Recte autem perstringi censet Acidalius Divv in Plaut. pag. 547 commune vitium mulierum, a filiorum partione plerumque animis elatiorum.

601. Nec te iubeo nec veto etc. Formula rem aliquam non curantis. Similiter Curc. 143: Si lubet. Neque veto neque iubeo.

604. Verbum. H. e. Verborum.

607. Inepte libri:

Post illoc (vel: illuc) veni, quam advenit (si dis placet)
Ad villam etc.

nec ferendus Acidalius, qui censet l. l. ad 599, accipiendum hoc esse per tmesin pro eo, quod est Postquam illuc veni. Legendum sine controversia Postilla venio, quom advenit etc., h. e. Postea redeo, cum etc., sicut passim Venire usurpatur: vidd. Parei lexic. Plaut. h. v., nos ad Terentii Eun. 92.

609 sqq. Vulgo:

Qui ovis Tarentinas erat mercatus de patre.
Quaerit patrem: dico esse in urbe. interrogo,
Quid eum velit: homo cruminam sibi de collo detrahit.

Horum versuum primus et tertius prorsum ἄμετροι, ut de corruptione loci non sit dubitandum. Delevi igitur verba erat et de patre, quae verisimile est adscripta esse a glossatore.

Homō. Vid. ad Amph. 475.

615. propere. Recte hoc repositum ab Angelio, probante etiam Mureto Varr. Lectt. 9, 15. Vulgo: perperas; sed Decurtatus et vett. edd. perpera, perpere, h. e. propere, sicut praepositionum per prae pro compendia misceri solent. Vid. supra ad 8 Stich. 415. In veteri quidem codice Camerarii versus huius tres postremae voces desiderabantur.

616. Libri nec bene iunctis sententiis et metro nullo:

Nunc ego istos mundulos urbanos amasios.

620. Nunc: igitur. Vid. ad Ba 73.

feram. Vulgo efferam, quod in ritum funebrem trahit Taubmannus, quasi significet Strabax, de hoc argento iam conclamatum esse. Ferrem explicationem, si simpliciter diceretur Nunc hodie id efferam, neque adderetur Ad hanc, quae dubito an in illum sensum possimus interpretari. Recte itaque, si quid sentio, Acidalius l. l. ad 599: „Repone," inquit, „feram. Iam enim extulerat, porro laturus ad amicam. Literae superfluentes adhaeserunt a proximis utrinque vocibus, quarum in altera e postrema, in altera f prima."

622. Minus recte libri et de sententia et de metro Tat! ecquis est? nulla est? ecquis aper. hoc ost.? Mss.: Tat ecqui si etc. Non solum feminis constare familias meretricum, colligas ex Trin 228 sqq., ut vix et ne vix quidem verum esse possit nulla est?

624. Ἀμέτρως legitur: extemplo.

629. Minus recte libri: C. est hic i. c. s.

630. Pol l quescit. Cf. Amph. prol. 74.

631—633. Haec vulgo hoc ordine leguntur: — adspexerit. St. Nimio — Iam — Quid —. Versum Iam se ui debere ista Quid vis etc. suboluit etiam Acidalio. Hoc perspicue verum. Sed non minus certum est, ante utrumque horum versiculorum inferenda esse ista Quid vis? et reliqua, siquidem sic inclamat servam servus, simul atque adspexit eam, quod fore praedixerat Astaphium. Ceterum metri sarciendi causa primo versu Quid bis perscripsi, sicut verba repeti solere παθητικῶς monui ad Aul. 587 Curc. 274; postremo autem nenu excudi iussi pro vulgato non, quod illius interpretamentum ἄμετρον. Vox haec bonae fidei antiqua, quae etiam alibi fortasse reddenda fuerit Sarsinati.

634. Impera etc. Vid. ad Aul. 99 sqq.

635. Novos pro monosyllabo. Cf. 630.

638. Vulgo:

638. Vulgo:

Habent? St. parasitum te fortasse dicere.

Haben' sibi poscere sententiam, iam olim intellexere. Sed sic quoque in his ne mica quidem salis, nisi aliter ac vulgo explicetur verbum parasitum. Dicam, quod sentio. Rogavit Astaphium ad se alludentem Stratilacem, an habeat, h. e. an habeat argentum, quo conducat scortum; sicut habere Graecorum more dicuntur κατ' ἔλλειψιν, quibus res est. Cf. infra 671. Ibi truculentus noster, ut facetum se faciat, aliorsum, ac quo voluit mulier, vocem Haben' interpretatus, quasi illa quaesierit, an id habeat, quod inprimis necessarium ad venerem, ioco et se ipso et ancilla meretricis dignissimo: „Parasitum," inquit, „tu fortasse dicis;" et monstrat eam partem, qua viri sumus. Ridicule enim vel ea dici potest conviva (nam is proprie parasitus) propterea, quod nobiscum semper est; vel etiam parasitus seriore et usitata vocis potestate, siquidem invocata adesse solet, quod de isto genere hominum affirmatur Capt. 2 sqq.; quo fere sensu Althingius in fabulis quibusdam pessimae notae Milesiis partem eam vocat den kleinen Freund. Scatent eiusmodi iocis liberis, praesertim in sermonibus servulorum, Aristophanes et Plautus. Cf supra 537, infra 644, Pseud. 1182, 1189 etc.

641. villator. Vulgo: cavillator, quo verbo si usus est Stratilax, locum non habet quaestio ancillae, quid id sit, quod dicat. Recte igitur Muretus apud Lipsium Antiqq. Lectt. 5, 7: iam sum villator probus. „Rusticum enim illum," inquit Lipsius, „truncasse capita dictionum, ut Rabonem pro Arrabonem et Coniam pro Ciconiam diceret, sequentes versus docent. Ab eodem igitur exemplo hic (inquiebat Muretus) Villator pro Cavillator erit."

644. Vulgo auctore Camerario legitur:

St. Ita, ut pauxillum differat a cavillulis.

quae facetia quid sibi velit, iuxta scio cum ignarissimis. Aliquanto melius modo laudato loco Lipsius: I. u. p. differat a caululis, ut „homo a villa et rure sumserit quiddam de copia domestica, caulas ovium suarum." Sed aliud habent Mss. et edd. antiquissimae: cavillibus. Reposui caulibus eo sensu, quo colis legitur apud Celsum 6, 18 n. 2. Iocus similis illi, quem supra 638 visus mihi sum deprehendere. Dedi quoque at p. id differt pro vulgatis ut p. differat, quae ne intelligi quidem possunt. Pauxillum non eliditur. Cf. Amph. 341.

645. 'Αμέτρῳ libri interpretatione: Tene hoc tibi.

649. Vide de Praenestinorum barbarie ad Trin. 576.

653. Libri hiante versu:

Heu edepol hominem nihili! As. anne autem, ut soles?

Vide nos ad Poen. suppos. 40.

954. I liquescit. Cf. Ba. 716.

656. mea mihi. Cf. Capt. prol. 5.

657. potest. Mss. et vett. edd.: potes. Fuerit hoc potis (h. e. potis est: vid. ad Amph. 168), quod non spreverim.

658. Prius aut vulgo abest, non sine detrimento versus.

659 sq. Vulgo putide et nullis numeris:

Dii magni! ut ego laetus sum, et laetitia differor! ita
Ad me magna nuntiavit Cyamus hodie gaudia.

Dictum de forma Divi ad Ba. 595.

661. Mea do | ná dĕa | mata etc. Cf. Asin. 159 Cist. 69 Amph. 341. — apud μονοσυλλάβως efferendum. Cf. Amph. prol. 74.

664. erit. Recte hoc placuit Taubmanno. Mss. mendose prit, edd. perit.

665. plane interbitem. Mss.: pane uriem; edd. vett. plane esuriam; vulgatae: plane intercam. Recte Acidalius Divv. in Plaut. pag. 548: „Pro pane," inquit, „certum iam olim est plane faciendum. Huic autem quid verbi omnino additum? Non hercle esuriam, quod veteres cusi; neque intercam certe [utpote ἄμετρον. Bo.], quod suos Mss. habuisse testatur Lambinus. Enimvero pro glossa hoc ego duco verbi aequivalentis, sed antiquioris notae, ex quo superest adhuc Camerarianum vicem in eius libris [h. e. in Camerarianis Plauti editionibus, in quibus h. l. legitur pane vicem. Bo.]. Id mihi non dubium, Plauti germanum esse, literula tamen una minus. Vitem enim fuit, quod est bitem. Cui addita praepositione, quae in lituris delituit, inter, exsurgit Plautinissimum interbitem, cuius interpretamentum est, ut dixi, scriptura Lambinianorum codicum intercam. Vsus eo Plautus et alibi et Most. Sc. Quis homo (1047):

Hic ego tibi praesidebo, ne interbitat quaestio."

Vid. etiam ad Capt. 611 Pseud. 247.

668. Obscure libri:

Quia nihil habeo, unum animos movit mihi; omnia agam precario.

Desperantis neque ratione amplius utentis est, quod reposui: Q. n. h., unum, animus, me movet. Trin. 272 sqq.:

Qui homo cum animo inde ab ineunte aetate depugnat suo,
Vtrum ita se esse mavelit, ut eum animus aequom censeat,
An ita potius, ut parentes eum esse et cognati velint;
Si animus hominem pepulit: actum est: animo servit, non sibi;
Si ipse animum pepulit: dum vivit, victor victorum cluet.

669. Libri metro pessumdato:

— — — — — — — vide intus modo ut tu tuum
Item efficias. —

Tu ortum ex sequente verbo. De proceleusmatico vidĕ modo ut cf. Asin. 731 Amph. 356.

671. ei re obsecundes. Mss.: ei rei secundas; edd. vett.: ei obsecundes. Ex utraque lectione tertiam conflavit I. Gulielmius Quaeft. in Truc. cap. 3, hanc: ei rei obsecunda, quam hactenus probo, ne subiunctivum imperativo muiem, cum hi modi promiscue usurpari soleant. Nec vulgatae praetulerim obsecundans, quod olim in mentem venit, etsi non male legeretur:

— — — — — — istum exinani, nunc, dum isti lubet, dum
Habet, tempus, ei re obsecundans.

et eo pertinere videatur manuscriptorum lectio secundas.

672. Libri corrupto metro

Prome venustatem amanti tuam, ut gaudia compares.

Vid. ad Amph. prol. 87.

673. Itidem ἀμέτρως libri:

Ego interim hic restitrix his praesidebo etc.

Mss. et vett. edd. E. i h. restititricis (restitricis, restriticis, restricis) pr., h e. E i. h. restitrics p., quomodo nugaces pro nugax scriptum in V. C. Trin. 785, et infra 733 verberantes pro verberans.

674. Istic. Vulgo Iste, quod versus spernit.

675. ludere. Bene hoc repositum a Douza. Inepte libri: — tu perge, ut lubet ludin' istos.

676. Vulgo invitis Mss. et metro:

Di. Qui est iste? eia, Astaphium, indica: qui perit? As. amabo, hiccine tu
Eras? —

678. Libri duriore numero: nam nisi qui nobis usu est, nobis molestus Mss.: usus. Hoc usui fuisse puto.

679. volam. Edd. vulgatae: volo; sed V. C. volom, Decurt. volti.

680. Clausula. Vid. ad Epid. 197 sq. Ceterum libri aegre explicando metro: Nam quid est? etc.

681—685. libri vel minus apte vel ἀμέτρως: Di. quid? amator etc. — sed tu (Mss. et vett. edd.: diu) taceto. novisti tun' hunc Strabacem? — Perii hercle ego idem.

Non mu. Lucilius apud Charisium pag. 213 Putsch.:

Non laudare hominem quemquam, neque mu facere unquam.

h. e. neque nihil facere unquam, interprete I. Gulielmio l. l. ad 671. Similis est locutio Mut non facere audet, quam ex Apuleii De proverbiis libro 2 profert Charisius l. l. pag. 214

687. Edd. novissimae: T. q. etiam in lamentando lessum fecit filio. Mss. et vett. edd.: T. q. etiam lam. lau-

sum f. f. Recte Mercerus ad Nonium pag. 103 fecit: pausam. Versa forte p litera exstitisse istud lausum credibile est.

689. etenim. Minus ἐμμέτρως libri: enim. Etenim interiici nonnunquam orationi notum est, quomodo et Pseud. 29 pro vulgatorum librorum lectione ἀμέτρῳ hac:

Lege vel tabellas redde. Ps. Imo enim perlegam.

reponendum vidi:

Lege vel tabellas redde. Ps. Imo etenim perlegam.

Vtroque loco enim est a correctore male feriato. Ceterum Mss. plus enim se introm. An rescribendum, plus sese accepto pro plus eo, milite, vel plus, h. e. saepius, quam miles:

Quia enim plus dedi. As. Plus enim sese intromissus, quom dabas.

Cf. Cas. 91 Amph. 168. Sane haec potior mihi nunc ratio videtur.

690. operam utier. Ita vett. edd., non illepida παρονομασία. Vulgo: operis utier, quod ne versum quidem intrare potest.

692. Libri, inepte usurpato verbo argumentari, et ni pro ne, dedi pro didici, perperam illatis:

Di. Discant, dum mihi argumentari liceat, ni oblitus siem,
Quod dedi. —

Mss.: argentarilliceam, argentari illic eam. Argutari (nam hoc relictum a Planto arbitror) nihil aliud sonat quam meditari vel, quod eodem sensu positum h. l., commentari, h. e. μελετᾶσθαι, quomodo argutari pedibus pro eo quod est exercere pedes dixit Titinnius apud Nonium. Ne et didici sunt ab Acidalio Divv. in Plaut pag. 549.

694. Vulgo immisso glossemate ἀμέτρῳ:

Volt interim illa itidem commentari etc.

695. Item ἀμέτρως libri:

Dedi equidem hodie ei quinque a. d. m.

Cf. Men. 410 Mil. 298.

696. Minus recte libri: — obsonatum. As. idem istoc delatum scio.

697 sq. Vulgo corrupte et depravato metro:

De eo nunc bene sumus tua virtute. Di. illine ut inimici mei
Bona istic edant? mortuum hercle me, quam ut id patiar, mavelim.

Mss.: — virtutem imeme uti niem ci mei bona etc.; edd. vett.: — virtute. Di. immo (vel: imo) et inimici etc. Hoc est ambiguitate facetissima: D. e. n. b. s. tua virtute minuma (quasi dicas: virtute minarum, quas deferri ad nos iussisti) Di. Vt inimici mei Bona edint istaec? M. h. me, quam id patiar, mavelim. Vid. ad Pseud. 322.

699. Ἀμέτρως libri:

Mavelim mihi inimicos invidere, quam me inimicis meis.

Cf. Amph. prol. 149.

701. Haud melius eodem nomine edd.:

Qui invident, egent: illi, quibus invidetur, rem habent.

Mss.: — invidetur irem hab., h. e. inv., ii rem hab., unde colligas, illi ad praecedentia esse referendum.

702. Vulgo asperiore metro: Stultus es. Di. quid est? opperire etc. Mss.: Stultus. quid etc. Cf. Amph. 168. Verbum id a praecedente interversum. Cf. 680.

703. Edd. vulgatae secundum Gruterum:

Di. Non licet de obsonii mna me participem fieri?

Mss.: N. l. do obsoni me part.; edd. vett.: N. l. da obsonii me part. Legendum haud dubie: N. l. de obsonio meo me p. f. Mna obsonii nec latinè dicitur, et abhorret ea forma genitivi ab usu prisco, ut monui secundum alios ad Terentii Andr. 292 et ad Merc. 10.

705. Năm. Cf. Amph. 149.

707. 'Αμέτρως legitur: Amitte intro.

708. Vulgo nullis numeris:

Di. Imo istoc ad vos. As. iri non potest. Di. nimium potest.

Mss.: Di. I. i. a. v. As. irem non p. etc. Edd. vett.: — potest. Di. immo potest.

710. Aeque male libri:

Dicam adesse, ni occupata est. Di. resiste, hem! As. frustra es. Di. redin' etc.

V. C.: — occupata est. Di. resistat ex ex frustra sit; Decurt.: — occ. est. Di. resistat et frustra sit; vett. edd. — occ. e. Di. resiste, hem frustra fit. Pareo placuit: Di. Resiste. As. Oh! exi, exi! frustra fit. Ceterum sic rescribes: Resta! — Exi! Rursus exire iubet Astaphium Dinarchus, postquam intus abiit; quae pauca etiam ei respondet per fenestram. Cf. supra 594.

711. Rĕdin'. Vid. ad Asin. 375 Vulgo autem obtinet pessimum glossema hoc: quam potes, quod post verbum potest nescio quis sciolus inculcavit.

quae in me plus potest. Cf. Cas. 168.

712. eloquere. Sic libri vett. et Camerariani. 'Αμέτρως alii: eloquar.

713 Haud meliore numero legitur in vulgatis:

Vnum aiebas, sed tria dixti verba, atque mendacia.

V. C: V. a. stridia dixit etc., Decurt. a manu prima: stria iā dixti; unde recte Camerarius: V. a., tria iam dixti, sicut d et a literas misceri monitum ad Cist. argum. 7. Sed praeterea vel reponendum: verbad, ac mend., de quo cf. Amph. prol. 149.; vel secundum alios: — verba, atque ea mend.

716. pluribus. Inepte libri: plurimis Licebat sane meretricibus, accipere a plurimis argentum seque vulgo prostituere; verum id lege cautum fuit, ne pluribus simul

copiam sui facerent; quod quae in se admisisset, poena quadrupli, quae in furtum constituta erat, afficiebatur.

717. Prius a in voce m a g i s t r a t u s elidendum est metri gratia. Cf Amph. prol. 74.

720. Ἀμέτρως libri:

Nihili me! perdidi omne quod fuit. f. i.

Mss. et vett. edd.: Nihil me.

721. Recte sic rescriptus locus a viris doctis; sed minus recte explicatus. Nihil ad rem laxi calcei; sed his vel illis calceis uti dicuntur, Graecorum loquendi more, qui hoc vel illud agunt, et quibus vel hoc vel illo modo negotium aliquod successit. Pindarus Osymp. 6, 12 sqq.:

Ἴστω γὰρ ἐν τούτῳ πεδίλῳ
Δαιμόνιον πόδ᾽ ἔχων
Σωστράτου υἱός.

ad quem locum vetus scholiasta: Ὁ δὲ νοῦς· εἰ δὲ ἐν τῷδε βεβηκὼς τῷ τρόπῳ ὁ τοῦ Σωστράτου παῖς, Ἀγησίας κ. τ. λ. Cf. etiam Olymp. 3, 9 et Erasmi Adagg. 4, 8, 95.

725. Vulgo hiante versu: De nihilo illi est irasci, q. t. n. f. f.

731. Egon'. Ita vett. edd. et Pareus, tanquam ex Mss. Palatt. Vulgo, usurpato proceleusmatico: Egone tibi etc. Vid. ad Amph. 356. Putide autem atque invito versu legitur: — dicam, aut tibi adeo male velim? Mss.: — dicam, ad te (h. e., ni fallor, adeo) male v. Vett. edd.: — dicam, aut tibi male v.

733. Legitur ineptissime et versu manco:

Rogitavi ego vos verberantes et pendentes simul.

Mss. et vett. edd.: R. e. v. verberantis bas (vel has) pendentis simul, in quibus a m b a s deprehendit etiam Taubmannus. Cf. 736. R o g i t a v i non convenit metro, convenit R o g i t a v i n'. Ceterum cf. supra 673.

735. Minus recte libri: Hic nunc volo etc.

739. subigit. Ἀμέτρως legitur s u b e g i t.

741. Restitues veterem lectionem:

Nisi quia timeo tamen. An. ego nec quid peccavi scio.

nisi quod verba E g o — s c i o tonstrici attribuenda sunt, cum ancilla iam eo se redactam fassa sit in superioribus, ut verum fateri velit. Versum sic dimetiere:

Nisi qui | a time | o ta | men. Ego | etc,

producta o litera in t i m e o; qua de re vid. ad Amph. 136. Q u i d p e c c a v i usurpatum ex Graecorum consuetudine pro eo, quod est Q u i d p e c c a v e r i m. Cf. ibid. 255, item 851 et Rud. 1002. Q u i a pro Q u o d, N e c pro N o n positum, more veteri, de quo monui Capt. 136 Merc. 611.

743. istac volo. Minus aperta legunt sententia: istuc volo. Alteri feminarum hoc dicit senex, dum eam in diversum ab alterius locum ducit; quomodo Terentius Heaut. 3, 3, 27: Abi sane i s t a c, istorsum, quovis.

744. Vulgo: Neve inter vos etc. Sed Mss. et vett. edd.: Ne inter vos —.

745. Edd.: — puero factum. Mss.: puero datum, h. e. puerod actum, ut recte coniecit Gruterus, quae emendatio confirmatur editionum vett. lectione puero actum.

746. Vulgo: — rerum mihi expedite. Sed libri vett. pronomen haud agnoscunt. Vox rerum non liquescit. Cf. Amph. 341. Vni autem mulieri hoc edicit Callicles, non ambabus simul: ergo legendum expedito.

Istae. Vid. ad Mil. 356.

747. tū. Cf. Amph. 149.

748. Minus apte libri: satis est fassa.

749. levorem. Rectissime hoc repositum a Pistori pro alieno isto librorum publicatorum livorem. Nihil aeque usitatum librariis, quam literas e et i inter se permutare, quem locum induxi Mil. 53. Convenientius quoque sententiae Nam videtur mihi quam Iam vulgatum.

753. Vulgo invitis libris vett.: — accepisti. An. hera mea rogavit me minor. Mss.: .eram ero uit minor. Vett. edd.: hera me rogavit minor, bene, nisi quod rogitavit reponendum metri gratia. Saepissime haec confusa. De d ephelcystico in advenistid cf. Amph. prol. 149.

754. ferretur. Sic libri vett., tam scripti quam excusi. Vulgo: P. ut afferretur.

757. Usurpavit poëta versum troch. tetram. acat. ad exprimendum gliscentem Calliclis affectum. Vid. ad Amph. 596.

758. Vulgo: — nisi quod te rogo, nisi Ea quae exquiro. Sed Mss.: n. q. t. r., n. Ea te exquiro, h. e. Ex te exq. Quod reposui exquaero, cf. Epid. 681 Pers. 607.

759. Legitur corrupto numero:

Ca. Plus quam dudum, inquam, loquere. An. plus tu rogitas. Ca. responde ocius.

Inque ex sequente versu forte huc translatum est, quo facto Inquam sententiae causa reponendum esse sibi persuaserunt.

760. Libri imperfecto numero:

Quid illa, cui donatus est? An. supposivit. Ca. cui? An. sibi.

Liquescit autem Quid. Cf. Amph. prol. 74.

761. Vulgo:

Pro filiolo. Ca. pro filiolo? Di o. v. f.

Mss.: Pro filio lo toni pro fil. etc.; h. e., nisi omnia me fallunt: Pro filiolo. ca. in (Pro filiolo. Ca. ain'?) pro fil. etc. Vid. de formula Ain'? ad Mil. 841.

762. natum. Sic vett. edd., a quo nec multum abludunt Mss., in quibus ut num. Vulgo: alienum, putide quidem, cum statim inferatur Haec labore alieno puerum etc.

767. Vir elidendum metri gratia. Cf supra 760. Ceterum libri: — fecit. Ca. et idem ego istuc scio. Sed pri-

mum copula et prorsus otiosa. Deinde nemo, assensum suum et, idem se scire seu sentire cum altero, significaturus, sic loquatur hiatu subabsurdo: eandem istam rem ego scio, quasi verendum sit, ne nescio quae alia res intelligatur, quam ea ipsa, de qua sermo fuit; sed ita dixerit: item ego istuc scio, h. e. similiter ac tu scire te id dixisti, et ego scio. Hoc igitur hoc loco relictum a Sarsinate arbitror.

770. 'Αμέτρως legitur: hercle. Cf. Merc. 701.

772. Vulgo: — quivi, ut is quis esset, d. Sed Mss.: — quivi, ut quinisquis esset dicere (Decurt.: diceret); vett. edd.: — quivi, ut cuius quis e. diceret. Vid. supra ad 301.

778. locus frigidior et ab interpretibus non perceptus. Exanimatus metu ac dolore Dinarchus in parietem aliquem se reclinaverat, cum commovere se atque aufugere non posset, ut modo dixit. (Cf. et sequentia.) Hinc ancilla: ,,Video," inquit, ,,te, qui propter malefacta tua patronus es parietis," h. e.: qui, scelerum conscientia fractus adstas parieti, sicut patroni sive advocati clientibus adesse atque adstare solent in iudicio. Piget excutere febriculosas aliorum interpretationes.

781. Edd. metro pessimo:

Dicin' an non? An. Dinarchus, quoi illam prius despoponderas.

Nunc a simili non est interversum. Cf. Asin. 84 Most. 335. Pro despoponderas autem Mss. et edd. vett.: dicis ponderas. Etiam quo dedi meliore numero, sicut quo dedisti nuptum legitur Stich. 130, et ibid. 128: ad virum nuptum datur. Vid. nos ad Aul. 145 sq. Ferri tamen potest vulgatum quoi, si elidatur, quod fieri nonnunquam monuimus ad Capt. 79.

787. Verba hominibus et homines absunt a vetustis libris, quae recte supplevit Camerarius.

788 sq. Vulgo:

— — — — — — verum qui improbus est, sive subbibit,
Sive adeo caret temeto, tamen etc.

Mss.: — iam probus est si quam si bibit. Hoc haud dubie fuit: improbus (est: cf. Amph. 168), si (pro sive, quod adscriptum pro interpretamento genuinam vocem expulit: cf. Men. 700. Corripitur tantum si, utpote sub ictu positum monosyllabum: cf. Amph. 149.) aquam subbibit. Quod si vere divinavi, iam neque caret in sequentibus probum esse potest, siquidem aquam bibenti non recte is opponitur, qui temeto caret; sed rescribendum est levissima mutatione scatet, ut qui improbus sit, improbus esse ingenio dicatur, sive aquam sive vinum bibat.

790. ob noxiam. Bene sic repositum a viris doctis. Libri minus apte ad sententiam: obnoxia.

798. Eundem, qui eras causam; quod Trin. 213 dicit: iudex sim reusque ad eam rem.

802. meliust. H. e. bene est, opus est. Cf. Aul. 288.

803. potis. Libri immisso glossemate minus ἐμμέτρως: potest.

807. Nihil est. H. e. Frustra est: inficias ire non potest, ut quae mihi ipsa ultro fassa sit hanc rem omnem de suppositione pueri. Cf. Asin. 408.

808. Vulgo, loquendi forma minus usitata:

> Sed nimium pol opportune ecce ab sese egreditur foras.

Mss. et vett. edd.: S. n. p. o. e. ab se greditur (egreditur) f.

812. Item inusitate libri: Nam mihi dividia est. Est rapuit e literam praecedentem.

813. Ἀμέτρως legitur: Ea dixit, eum Dinarchi etc. Quae si scriptorum lectio est, malim equidem nunc: Ea dixit, meum Dinarchi puerum inventum filium; meum puerum h. e. puerum, quem mihi supposui. Sin ex codicibus Pall. ediderunt, ut videtur, Camerarius et Pareus:

> Ea dixit, eum Dinarchi puerum esse inventum filium:

sic potius reponam:

> Ea dixit, eum Dinarchi esse puerum inv. f.

Vtram harum lectionem eligas, verba per synchysin, de qua monui ad Amph. 378, accipies pro eo quod est: Ea dixit eum (vel meum) puerum inventum (esse) Dinarchi filium. Cui quidem duumvirorum illorum commentum placuerit, is neque verbi dixit acutam mirabitur posteriorem syllabam, illorum memor, quae nos ad Asin. 159 Cist. 69, neque accentum nominis Dinarchi culpabit, qui iam sequente vocali litera retrahitur. Sonat autem graece Δείναρχος. Vid. ad Asin. 143.

814. Inepte libri:

> Vbi id audivit, quam penes est mea omnis res et liberi:

nam si dicentem audiit Dinarchus Phronesium de invento suo filio, audierit quoque necesse est de tonstrice, quae rem enarravit. Imo nunc primum mulierem conspicit Dinarchus, sicut sequente versu illum meretrix, neque igitur dubium esse potest, quin corruptione laborent verba Vbi id audivit. Facile autem auidāadivo (h. e. avidam adivo, scriptum id quidem pro avidam adibo, de qua literarum b et v inter se permutatione dictum ad Men. 736) sic degenerare potuisse, norunt, qui libros norunt.

815. Vulgo:

> Ph. Video eccum, qui manstutorem me adoptavit bonis.

Et sic quidem Mss.; nam olim cusi: V. e., qui meis tutorem m. a. b. Barbaram vocem manstutorem alii defensum eunt, sed frustra; alii infeliciter mutant, certatim reponentes manitutorem, suis tutorem etc. Sicut interdum excidisse literas monuimus ad Merc. 279: ita et

h. l. factum est, ut scriptura continua exararetur quimanstutorem pro eo quod est qui amans tutorem, quomodo supra 788 offendimus in codd. si quam, cum legendum esse si a quam, ipso sententiae monito intelligeremus Amans, h. e. propter amorem insanissimum, tutorem bonis suis adoptasse dicitur Dinarchus Phronesium.

816. Libri et inepte et ἀμέτρως:

Di. Mulier, assum: profectu'st. Ph. q. a., v. m.?

Correxit Acidalius Divv. in Plaut. pag. 553. Voluptas o literam metri gratia elidit. Vid. ad Amph. prol. 74.

818. Minus εμμέτρως legitur: S. m., q. v., et quid postules etc. Copulas addere est librariorum. Vid. ad Pseud. 171.

819. Haud melius libri:

Me videre vis, et me te amare postulas etc.

822. Vulgo minus probabili asyndeto:

Et tibi uxorem ducendam iam esse: alibi iam animum tuum.

Particulam et pro ēē, ni fallor, habuerunt, quod est compendium verbi esse in codicibus.

826. Legitur sententia minus concinna: Quia si unum ost. obsideatur, a. p. gerit.

829. Inepte libri: — Minume. Ph. iam amabo etc. Mss.: — minume iamabo. Ἀμέτρως autem exhibetur Quid opust? Nec recte se habere puto vulgatam lectionem E re mea est, cum Mss. praeferant Iuremea, quod fuisse initio videtur In rem meā.

831. Male hic versus post sequentem inculcari solet; et interpretis est, quod ibi additur, ἄμετρον id quidem, a Milite: nam sic vulgo:

Si auferes puerum, a Milite omnis tum mihi spes animam efflaverit.

832. Re. H. e.: Rei. Hoc vulgo abest, interceptum, ut videtur, a simili voce, quae praecedit, numero quidem duro et languente.

835. Legitur metro nullo:

Ph. Multum amabo te ob istam rem mecastor. ubi domi metues malum.

Et rectius, apud quam beneficium non collocandum in posterum, sed iam collocatum est, amare se beneficum dicat, quam amaturam.

839. Edd. vulgatae:

Ph Nunquid vis? Di. Fac valeas. operae ubi mihi erit, ad te venero.

Sed Mss. et vett. edd.: N. v. Facultas opere ubi etc. quod cur spernamus?

840. abiĭt. Vid. ad Amph. 483.

841. Vbi non elidendum, si metrum salvum velis. Est autem proprie porrecta i litera in hac voce, quo facilius id fertur. Vid. ibid. ad 341.

842. Vulgo depravate, secundum Mss:

Propter hunc spes etiam se hodie * * ri militem.

Edd. primae: P. h. s. e. se hodie tantum iri mil., in quo verum deprehendit Petitus. Aliorum coniecturas de hoc loco enarrare longum est.

843. Similis est locus supra 561 ex nostra emendatione.

844. Minus concinne legitur: Quae cum multum etc.

845 - 848. Corrupte libri:

Ita sunt gloriae m. As. aha tace! Ph. quid est, o.?
(vett. edd. ha tace. Litera u intercepta a praecedente m in meretricum: nam u h a saepe pro v a h legitur in codd. Vah autem sententiae convenit, non Aha.)

As. Adest pueri. Ph. sine eum ipsum adire huc: sine, si is est modo.
Sine eum ipsum adire, ut cupit, ad me hac recta. si venerit,
(Mss. et vett. edd.: — recta, si tenent. Rectam [viam] tenere locutio usitatissima.)
Nae istum ecastor hodie astutis confectum fallaciis.

Postremo versu c o n f e c s i m pro c o n f e x i m exaratum ita degenerasse arbitror. Cf. Trin. 785.

852. Q u i d liquescit. Cf. Amph. prol. 74.

853. Soloece atque ἀμέτρως libri:

Potin es ut mihi molestus ne sies? St. quid, Astaphilitium, est?

855. Ergo. Ἀμέτρως libri: Ego, quod ne sententiae quidem aeque aptum.

856. Vulgo: S. a. t. h. minam f. auri. si mihi rides, espice.

quae est Palmerii coniectura, Spicilegg. fol. 97 proposita. Sed Mss.: — si mihi ridespice, h. e. si mihi rides. Spice; id quod pridem alii animadverterunt, sed perperam distinxerunt: — auri. si mihi rides, spice. Non adspicere se iubet mulierem Stratophanem, si sibi rideat, quod absurdum est; sed minam auri se illi ferre dicit, si sibi rideat. Nihil clarius.

860. Vulgo:

Vt dies noctisque potet: opust igne, opus est carbonibus.

Quid? igne? Quis hoc in sumtibus numeret, quod ubique gratis haberi potest? Mss.: o p u s t i c n o, h. e. o p u s l i c n o, sicut c pro g antiquitus scripsisse monui ad Curc. 682. Edd. quoque aliquot antiquae: o p u s l i g n i s. Noster Cas. 140 sqq.:

— — — detur nuptum nostro villico,
Servo frugi, atque illi ubi bene sit l i g n o, aqua calida, cibo,
Vestimentis.

Et sic passim.

[illegible] educari. Ἀμέτρως libri: educier. De usurpato a nobis versu trochaïco tetram. acat. cf. Amph. 596.

865 sqq. Itidem ἀμέτρως et soloece legitur:

St. Respice ergo, accipe hoc, qui istuc efficias opus. Ph. cedo:
Quanquam parum est. St. addam minam adhuc istic postea. Ph. parum est.
St. T. a., q. iubebis, id dabitur. da nunc savium.

Extremo versu Mss. et vett. edd. forma prisca: — iubebis, addabitur. Dane pro danĉ (da nunc) videntur habuisse.

869. Libri itidem hiante versu:

Plus decem pondo amoris paux. perd.

Mss. et vett. edd.: P. d. p. moris p. p.

873. Sed elidendum metri causa. Cf. Amph. prol. 74. Alterum heus versus expetebat, ut etiam mihi illud fugitivum, quod ex manuscriptis retraxi, in quibus deprava- te legitur: — quid agis mille quis illic h. e.?

874. Similiter bis ponenda intellexi verba Quam me? Vid. ad Aul. 587 Curc. 274.

877. ibàm. Cf. Amph. 541.

879. te. Vulgo: tuo; sed Mss. et vett. edd.: tu.

880. Edd. corrupto metro:

Ph. Vine te amplectar, et savium dem? Str. quidvis face, gaudeam.

883. Vulgo:

Nisi si te mea manubia machaera et h. v. e.

Sed Mss. et vett. edd.: N. s. t. manu ui in (Decurt. manu ui absque in; edd. vett.: manu in) macera (edd.: machaera) et reliqua.

886. Libri hiante versu: A. h. f. deterrere potes, ne amet, Stratophanes.

nĕ Cf. Amph. 149.

886. quaĕ. Vid. ibidem.

887. Ἀμέτρως circumfertur: V. i. mentem tibi, quod v. i. c. d. h.

888. Inepte libri: — callent, et fastidiunt.

890. Sic verba ordinantur in Mss. et edd. vett. Vulgo parum expedito metro:

Quanquam hic horridust, quanquam hic squalidust, scitus bellum init.

Mss.: Quāquā hic quali est, quam hic horridus citus bellum hi. Vide, an recte coniectarim.

891. Hic versus vulgo 899 inter et 900 insertus legitur, quem etsi non male huc transtulisse videar, cum sane ad vim spectent ista militis verba contemtus plena Qui, malum, bella aut faceta es, quae ames hominem istimodi? et quae sequuntur, Hunccine hominem te amplexari, tam horridum atque squalidum? malim tamen nunc abstinere a violentiore medicina, et ni-

nil hic mutare, nisi quod huic versui praeponendum illum puto, qui vulgo eum sequitur, ut locus sic legatur:

Ph. Campas dicis: abi, abi, consultatum istuc, nihili homo!
St. Volgo ad se omnis intromittit. — Abstinc istac, tu, manum!
Stra. Cave faxis volnus . . . . St. Tibi nam? Stra. Quoi sunt dentes ferrei! —
Iam hercle cum magno malo tu vapula, vir strenuos!
St. Dedi ego etc.

Nempe ita se res habet. Phronesium postquam, simulata ira, abire iussit militem consultatum, quid sibi donandum sit, in amplexus Strabacis ruit, ut ζηλοτυπίας aculeo pungatur Stratophanes. Quo viso hic exclamat, vulgo omnes ad se illam intromittere, iamque gladio stricto rusticum invadit. Sed hic monet eum ut quiescat, ne rastris dentatis, quae rure secum attulit (nam sic dentes recte interpretari Pium arbitror), vulneretur. Et cum his, magis etiam despicientis isto Tibi nam (tam nihili viro?) irritatus, vibrat ea; militemque resilientem contra contemnit verbis Iam hercle cum magno maló tu vapula, vir strenue! Omnia haec in actione posita.

893. istanc. Metro non sufficit hanc vulgatum.

895. Inepte libri, nec metro salvo:

Quid ista debet, nisi tria? St. quae tria nam? Stra. unguenta, noctem, savium.

V. C.: Quid isti debe isi tria etc., h. e., ni fallor: Quid ista debet tibi? Tria —. Deinde vett. edd. non quae tria nam, sed quaenam tria, ut facile intelligatur, alterum tria pro glossemate adscriptum esse.

896 sq. Vulgo numeris debilibus:

Ph. Par pari respondet. verum nunc saltem si amas, mihi
Da tu de tuis deliciis summis q. p.

Mss.: Dan tu mihi de tuis etc. Alterum mihi non agnoscunt.

898. Vulgo legitur:

St. Quid id, ai, amabo, est, quod dem? dic dum: si superet, feres.

Sed non sic interponi solet ai. Mss.: quid ita alabo (abavo) quod idem dictum superfert; h. e., si quid video: quid ita, amabo? quid itidem dem? Dicdum etc. Idem pro itidem scriptum, ut saepe factum expertus sum in Mss., verbo dem fraudi fuit.

899 sqq. Dixi de hoc loco ad 891, qui locus in vulgatis sic se habet:

Ph. Campas dicis: abi, abi: consultaui istuc. St. mihi homo

(Mss. et vett. edd.: consultam, quod fuisse mihi videtur consultatū, h. e. consultatum: nam consultavi alienum; nec placet Acidalii commentum hoc: — consultavi istuc mihi, mi homo. Vidd. eius Divv. in Plaut. pag. 556.)

Cave faxis vulnus, tibi iam cui sunt dentes ferrei.

Vulgo ad se omnes intromittit: abstine istac tu manum.

Stra. Iam hercle iam magno tu vapula, vir strenuus.

St. Dedi ego etc.

902. Verba aurum et argentum metri gratia non sunt elidenda. Cf. Amph. 341.

905. Vulgo: Lepidus ecastor mortalis, quod ferri potest, intellecto es, qua de re cf. ibid. 168. Quanquam vett. edd. L. e. m. est.

907 Inepte libri:

St. Age prior, tiro, da aliquid. Stra. imo t. p. p. e. p.

Mss.: A. p. tirot aliquid, A. p tyranno al. Vett. edd: A. p. tyro al. An fuit: Age, prior trahe aliquid, quomodo pecuniam trahere dixit Sallustius Catil. 21? Vel potius: Age, prior tere te aliquid, h. e. perde te aliquantum, pereas, cui convenit simile responsum Strabacis: Imo tu prior perde et peri! quomodo Naevius dixit apud Priscianum pag. 681 Putsch.:

Vt illum di terant, qui primus olitor cepam protulit!

ubi vulgo, minus expedito metro, legitur primum. Verissimum omnium hoc nunc arbitror.

908. Philippicum prius i elidit. Cf. Amph. prol. 74.

909. Tanto melior. Vid. ad Men. 338 sq.

910. Vulgo:

St. Vbi est, quod tu das? Ph. provocatur. St. Quid times?

Correxit Acidalius Divv. in Plaut. pagg. 556 sq. „Dederat," inquit, „miles Phronesio talentum, provocatus a Strabace, qui eum iusserat non minaciis, sed minis secum certare. Iam cum ipse dedit, paria facere vicissim iubet Strabacem: et, Heus tu provocator, inquit, ubi habes, quod tu des? solve zonas. quid vero turbatus haeres? Excusat ille: illum peregrinum esse, necessario pecuniis instructum; se hic habitare, neque zonam aere gravidam circumferre." —

911. Vulgo pravis numeris:

STRA. Tu peregrinus: hic habito: timeo meos. non ego ambulo.

Atqui Mss.: T. p. h. habito nunc meos. nego ambulo. Rogat Strabax Phronesium, an sua esse velit. Quo quid negat subiratus miles, hominemque ambulare iubet. Quo quid fingi possit vel rei aptius, vel scripturae codicum similius, non reperio.

913. Inepte et metro nullo legitur:

ST. Quid dedi? ut distrinxi hominem! STRA. imo ego vero, qui dedi.

Quae si genuina sunt, quaerit, quid dederit, qui dedit, Stratophanes, tanquam is, qui nihil dederit, et stolide gloriatur, adversarium se distrinxisse, quod alio modo fieri non potuit nisi donis maioribus in meretricem conferendis. Et rursus Strabax dedisse dona se affirmat, qui nihil adhuc donavit mulieri. Miror, eiusmodi ineptias tam diu mussitasse editores.

914. Edd. vulgatae:

PH. I nunc intro, amabo, et tu ergo hac mecum. ST. tu eris mecum quidem.

Mss.: In intro etc., edd. vett.: I intro etc. I liquescit: vid. ad Ba. 716.

915. Libri metro nihili:

STRA. Quid tu, quid ais? cum hoccine? ST. ego posterior dedi.

Edd. vett.: — ais? Mi. (Miles.) tun hoc (?) an ego post. d. Acidalio l. l. placuit: ego enim post. dedi, quod in ordinem recepit Pareus. Sed ne sic quidem constant numeri. Vid. de quid ter illato ad Aul. 587 Curc. 274, de forma aiis autem ad Amph. 128.

916. hic male omissum in libris veteribus. Credo ic scriptum, de quo scribendi genere monui ad Asin. 492, voces vicinas similes intercepisse.

918. Fiat. Vid. ibid. ad 805.

919. Vulgo: M. q. te lectum certe o. n. s. Malim nunc equidem, voce lectum non elisa, de qua figura prosodiaca vid. Amph. 341:

Meum quidem te certe lectum occupare non sinam.

Frustra Acidalius l. l.: lectulum. Non lectulus convenit tali stipiti, qui omnia magna crepat, sed lectus ingens et ilignus, qui eiusmodi onus sustinere possit.

920. Ἀμέτρως codd.: mecastor. Correxit Acidalius.

921. Vulgo, nec sententia nec metro salvis:

Meamque ut rem bene gestam, vostram r. b. g.

Mss.: M. ut rem debere ne gestam etc., h. e., ni fallor: M. ut rēuideobene gestam, sicut edidi. Acidalius quidem hic sibi non constat, cum secundum edd. vett., in quibus

Aeque legitur pro Mecum, sic rescribit Divv. in Plaut. 557:

Aequum, mea uti re bene gesta v. r. b. g..

922. Vulgo itidem ἀμέτρως:

Verum, amabo, si quid animatu's facere, fac iam ut sciam.

Mss.: Romabo si quid etc.; vett. edd.: — geram, Amabo si quid etc. Re: re ipsa, non verbo tantum, sicut Re usurpari solet. Cave autem elidas vocem, sub ictu positam. Cf. Amph. 149. Amabo extremam syllabam porrectam habet. Vid. ibid. 136.

923. eius monosyllabum. Vid. ad Aul. 243.

ANNO-

ANNOTATIONES
IN PLAVTI FABVLARVM FRAGMENTA.

I. Fragmenta fabularum superstitum.

AMPHITRVO.

1. Vid. de hoc versu ad Amph. 659.

3. matulam. Ita Mercerus ad Nonium. Libri metro depravato: matellam.

5, 2. Vulgo:

Quaese adveniente morbo nunc medicum tibi.

Sed vett. Nonii edd.: Quaeso a. m. iure medicabis. Quaeso etiam Mercero placuit prae altera lectione.

6. Quisquam. Vulgo: Quoique; sed eaedem edd. Cuiusque, quod mihi videbatur fuisse Quisquam, h. e. Quaequam, more Plauti et priscorum. Tecte sic Alcmenam tangit maritus verecundus.

9, 2. Vulgo: N. c. dico. verum qui ius. p. Sed editio Nonii Paris. a 1511: N. c. d. rerum non simules p.; neque aliter Aldus, nisi quod: verum.

14. Haec vulgo in Asinariae fragmenta referuntur, et legitur: Qui etiam etc. Sed similia non pauca de uxore dicit Amphitruo in fabula cognomine, cum in Asinaria quidem vix et ne vix quidem locum his invenias. Ad Amphitruonem igitur pertinere puto.

Ceterum fragmentis huius comoediae vulgo addunt ista, quae tanquam Plauti laudat Nonius in Mactare:

At ego certe cruce et cruciatu mactabo: exi o foras, mastigia.

Sed emendatiora haec leguntur principio suppositae Amphitruoni scenae Tun' me, carnufex vol. 1. pag. 75.

AVLVLARIA.

1. eram. Mendose libri: eam.

2. Nihil adscribes huic versiculo praeter notam metri trochaici: nam eiusmodi tetrameter quidem catal. non est, nisi vox δισύλλαβος addatur mensura iambi vel pyrrhichii. Legitur autem vulgo: qua voluptate.

4. Ἀμίτρῳ libri interpretatione: halec.

IV.

5. Ecfodiebam sine ecthlipsi pronuntiandum metri gratia. Cf. Amph. 341.

Fragmentis huius fabulae adnumeratur etiam versus Pro illis crocotis etc., quem profert Nonius in Strophium. Sed videbis nos ad Aul. 477.

Quod autem nonnulli versum Hinc ex occulto, quem incertarum fabularum 27 numeravimus, Aululariae inculcarunt 617 inter et 618, suo periculo fecerunt.

Iam qui sequuntur, versus 152, ex opusculo quodam non magni pretii dramatico, sed Plautum mentiente, depromti sunt, quod primus inter Germanos ex typographeo Hieronymi Commelini edidit 1595 Conradus Rittershusius Brunsvicensis. Est autem prosa oratione conscriptum, neque in versus id redigere voluisse scriptorem, quisquis fuit, quem haud inepte ad aevum Theodosianum *) referre mihi videtur Rittershusius, indicio sunt hominis verba in prologo haec: „Prodire in agendum non auderemus cum clodo pede, nisi magnos praeclarosque in hac parte sequeremur duces.“ Sed versus inserti sunt, in iisque satis boni, credo non eius, qui totum posuit, sed poëtarum antiquorum neque ignobilium, inprimisque Plauti, ut cuius per vestigia investigatam suam fabulam et Latinorum vetusta suo tempori reculta dicat ibidem scriptor. Eorum igitur versuum aliquot, in numeros suos nullo fere negotio a me restitutos, communicare cum lectoribus operae pretium existimavi; iamque, quomodo horum quidque et in editione Rittershusii et in vetere Plauti codice Camerariano, in quo primum locum obtinuit haec fabula, legatur, tribus verbis dicendum mihi esse intelligo.

1. Vulgo: — cognitum filio coheredem etc., sicut haec scatent interpretamentis.

2. V.: si eidem thesaurum occ. sine fr. ost.

5. V.: Parasitus magus domum etc.

6. V.: Sed ubi primum libere ornam inspexit etc.

---

*) Philippus Pareus, qui hanc scriptionem postremus, quod sciam, publicavit in altera sua Plauti editione, mentionem eius fieri monet non modo apud Luitprandum (a. Christi 950) Historiae rerum in Europa gestarum lib. 1 cap. 3 et Ioannem Sarisberiensem, qui mortuus est a. Christi 1180, Policrat. lib. 2 cap. 25, verum etiam apud Servium ad Virgilii Aen. 3 pag. 279 edit. P. Danielis, ubi laudatur versus Cuncti alas, quem hic a nobis positorum 122 fecimus. Vixit autem Servius sub imperatore Honorio, ineunte seculo post Christum natum quinto, ut vel hoc testimonio convellatur opinio Marquardi Freheri et ipsius Parei, propter aliquam stili similitudinem comoediam hanc Gildae Sapienti attribuentium, monacho Britanno, qui diem obiit a. Christi 565 vel 570.

7—15. Haec ita habent in libris: Bustum quod simulabatur credidit, atque irrisum se putat. Inde ut aliquatenus se ulcisceretur, ornam Queroli in domum callide et occulte obrepens per fenestram protulit: qua explosa et comminuta bustum in pretium vertitur. Itaque thesaurum contra rationem et fidem cum lateret (an: haberet?) perdidit; cum perisset, reddidit. Postea re comperta Parasitus revolat et partem petit. Sed quia quicquid abstulerit, confitetur, quicquid retulerit, non docet: primum furti, post etiam sepulcri violati est reus. Exitus hic est: Ille Dominus, ille Parasitus, denuo fato atque merito conlocantur sic ambo ad sua.

16—20. Vulgo: Pacem quietemque vobis (V. C.: a vobis), spectatores, nostros (V. C.: noster) sermo poëticus rogat, qui Graecorum disciplinas ore narrat barbaro, et Latinorum vetusta vestro recolit tempore. Praeterea precatur et sperat non inhumana voce, ut qui vobis laborem indulsit, vestram referat gratiam.

21. V.: Materia vosmet reficiet, si fatigat lectio.

22. V.: — dictis antiquam nobis veniam exp.

23. sibi. V.: sibimet.

25. V.: Nemo aliquid etc.

28. V.: fatorum.

32. V.: Quanti hoc aestimas?

38. V.: — trunca et aestate.

39. carceres. V. C.: calceos. In aliis deest carceres. Rittesh.

40. Cessat ecthlipsis in voce linguam. Cf Amph. 341 et infra 51, 88, 104.

45—52. V: pariter u. et ventis credito. Qver. Istud egomet nunquam volui. Da mihi saltem vel [huius verbi interpretamentum est saltem. Bo] capsas Titi. Lar. S. i. e. p. T. Qver. Minime. Lar. Neque tu capsas continges Titi. Qver. Neque istud volo. — advena. Lar. Habes nunc plane, tota mente quod rogas. Suscipe, quod exoptas, toto cum choro, suscipe Paphien, Cytheren, Briseïden, sed cum pondere Nestoris. — sortem petisti. Heo Querole, nunquam etc. Ceterum recte Rittershusius: „Quis," inquit, „hic sit Titus, ignoratur. Alludit autem ad verbum vulgare, Pecuniosos podagra laborare." Et nomina Veneris accommodata monet scortis, ut Horatius amicam Phrynen vocet. Pondus autem esse herniam, sicut apud Iuvenalem, Augustinum De civ. Dei cap. 8, Arnob. lib. 7.

53. V.: Etiam hinc respondeo. V. C. recte: huic.

58. V.: prius est ut hae pateant.

60. V.: gratias, quod ἄπειρον.

61. V.: tŭ. Cf. Amph. 149.

64—68. V.: Incertus ego sum factus magis hodie, quam semper fui. Quid ergo nunc f. c. r. h? Cuiusquamne [Gruterus et Pareus: Cui usquam.] oraculum tale unquam datum est, ut ipse sibimet mala quaereret, aut non excluderet, — miseriam?

73 sq. V.: Nonne iudex iure optimo pessumdabit, tanquam latronum conscium? Sed ubinam fures ipsos modo etc.

75. fuliginosa, vulcanosa. Recte fures a furvo describit. unde etiam dictos voluerunt quidam e ICtis. Vulcanosa, id est noctivaga. Sic noctem Horatius describit 1. Carm.: dum graves Cyclopum Vulcanus ardens visit officinas Rittersh.

77. V.: Vbi illi sunt, qui urbane fib. subd. etc.

78—80. V. Num quodnam meritum nunc meum, ut mihi potissimum res divina ostenderetur? Hic nescio quid est praestigii Vereor hercle, ne furtum, quod denunciabat, iam perfecerit.

82. V.: — feras, vel fugaces bestias, aut vestigiis insequuntur, aut cubilibus deprehendunt, aut casu opprimunt.

84. V.: S. q. h.? Divites et potentes et litteratos maxime.

85. V.: — omnium longe praest. Omnium prima syllaba brevi est. Cf. Cas. 690.

89-93 V.: — ego te iam nunc explodo cum verbis tuis. Nocte ista ego insomnis funus vidi. Ma. D. t. s. hic bene. Sard. Et nos ipsi funus illud nescio quo ferebamus. Ma. Optime. Sard. Etiam insuper deflebamus defunctum — tamen. Ma. Audin' tu istaec, stulte homo? Talia — somnia.

94. Vide Artemidori Ὀνειροκριτικά. Rittersh.

95—98. V.: Ego autem meum vobis narrabo somnium, prorsus manifestissimum. Dicebat nescio quis somnianti nocte hac mihi, servari manifesta fide, nec cuiquam alteri concessum esse aurum illud invenire, nisi mihi. Sed insuper adiecit, ex istis opibus hoc tantummodo mihi profuturum, quod consumsisset gula.

99. V.: Felicem te, Mandrogerus, nosque etc.

101. V.: Attat, quam humiles hic fenestras video! Euge etc.

105. V.: Heia nunc, Sycofanta noster, tuque, Sardanapale, si quid etc.

107. V.: ego, tanquam Cynicus magister, inventa et inclusa trado gaudia.

(Cynicus magister, h. e. tanquam κυνῶν δεσπότης, magister canum, venator. Nove dictum ambiguitatis causa, quae inest verbo Cynicus.)

109. signa. V.: sigilla.

115 sq. V.: Ego istuc in parte hac deambulatum ibo: illinc obs. o: atque ubi res vel ratio post., cont. hic adero.

(De forma illim cf. Ba. 285.)

118. Sic V. C. Male omissum vos in vulgatis.

120. V.: quoniam laudaris ac diligeris pl. m. t.

123. Nescio de quibus simiis loquitur magus Mandrogerus; quod nomen (simiae) reponendum puto pag. 26 versu 25, ubi legitur furiae. Cf. Capt. 164 sqq. Truc. 522.

124 sq. V.: Aliqui somnulentos nos esse credunt, q. s. d. d.: nos autem id facimus etc. Ceterum servus loquitur Pantomalus.

126. V.: Nihil unquam melius in rebus humanis fecisse naturam q. n. p.

131 — 134. V.: O. Mandrogerus, fateor, nunquam fieri posse hoc credidi: pot. t. c. r. ipsa res probat: arcula istaec iamdudum a me introlata est. quam levis mihi soli fuit, et nunc quam gravis est duobus.

136. V.: Enarrari subito hoc non potest: Ceterum solet evenire etc.

138. V.: Iam istinc ergo ministri nunc mei lustrum istud in f. d.

141. V.: Nec dii sinant. „Plautinum est Istuc ne dii sirint. Ibid. Vna sit illi istaec et perpetua via. Formula execrandi, quae adhuc durat: nam cum alicui maledicimus, abigentes eum a nobis, vota facimus, ut tam longe a nobis abeat, ne unquam redire possit. Sic Cicero in Pisonem: An, quod tibi proficiscenti evenit, ut omnes execrarentur, male precarentur, unam tibi illam viam perpetuam esse vellent. Sic Turpilius Comicus Thrasyleonte apud Nonium:

> Age, age, egredere, atque istuc utinam perpetuum itiner sit tibi!

[Minus ἐμμέτρως libri: utinam istuc. Etsi cf. nos ad Amph. 341. Bo.] Vide de hoc devovendi modo P. Victorium lib. 2. Var. Lect. c. 1.“ Rittersh. Hisce Gruterus addit alterum istud Ciceronis ex Sestiana: Quibus utinam evenissent ea, quae homines precabantur. „agit enim,“ inquit, „et ibi de Pisone et Gabinio, qui paludati cum malis exierant omnibus.“

142. Veteres post lustrationes seu expiationes triduum religiose observabant, ut videre est etiam apud Euripidem Alcestide. Sic hodie Christianorum vulgus sumta coena sacra triduo fere, ac ne vix quidem triduo, probum et religiosum videri amat, quasi non studium probitatis tota vita constans et perpetuum esse debeat. Rittersh.

Legitur autem vulgo: Triduo ergo istuc periculum tibi est, ne haec ad te redire tentet res mala. Tu igitur universo hoc triduo domi clausus esto nocte ac die; nihil de domo tua foris nunc dederis, nihilque intra aedes recipias.

150 sqq. V.: indigna quae frangeretur. T. h. n. m. f. Magna plane aula et memorabilis uno atque eodem tempore domino fidem persolvit, furtum fecit furibus.

Bacchides.

Leguntur haec inter Fragmenta huius fabulae:

— — nam et ex mari timida ecce ego
Pavitare —

Scilicet Donatus ad illud Terentii Hec. 3, 1, 40: Vxorem Philumenam Pavitare nescio quid dixerunt: „Pavere," inquit, et timere et ad corporis et ad animi perturbationem veteres referebant. Plautus in Bacch. (1, 1, 73) Nam et ex mari timida ecce ego pavitare, aegrotare, quia sic horruisse ac palpitare venis." Sed legendum, maxima ex parte secundum Westerhovium: „Nam ut in navi vecta es, credo, timida es. Ergo Pavitare aegrotare: quia sic horruisse ac palpitare visa est:" ut haec nihil differant ab illis, quae habentur Bacchidum l. l.

2. Vulgo: Q. i. animi utibile, est modicum e. s. v. Prius et inculcavit Acidalius Divv. in Bacch. c. 10 extremo.

4. Vid. de hoc metri genere supra pag. 53.

6. Tam saepe hallucinatum scimus Nonium, ut manus pruriat rescribere servitudo. Certe sic ea describi solet. Men. 866 sqq:

Recordetur: qui sunt nihili, quid iis preti
Detur ab suis heris, ignavis, improbis
Viris: verbera, conpes, molae, lassitudo
Fames, frigus durum.

Saevitudo si germanum esset, foret ἅπαξ λεγόμενον. Male autem legitur mole.

7. Ἀμέτρως libri: spes mea.

9, 2. Eodem nomine postulandum vulgatum sese.

10 sqq. Vulgo: opinor, quod itidem in metrum peccat. Cf. Cas. 424. Nec melius valet Ne ista aetate.

13 sq. Codd. metro perdito: — Vlyssem anteit, Qui illico etc. Antideo pro Anteeo Plauto et priscis valde usitatum. De Quia pro Qui a nobis reposito cf. similem locum, qui est Aul. 388.

Captivi.

Pessime fabulae fragmentis haec adnumerant:

Fac fidele: cave fluxam fidem feras,

quae pertinent ad Capt. 369.

Huc pertinere existimatur etiam illud apud Fulgentium v. Auctio:

Auctionem facio parasiticam,

quod depromtum haud dubie ex Stich. 207.

Casina.

1. ille. Ἀμέτρως libri: illic.

2. Vulgo numeris vix et ne vix quidem explicandis:

Intro ad uxorem, sufferamque meum tergum ob iniuriam.

Poenvli

fragmentum contineri videtur 2 trochaïcis hypercatalectis, de quo metri genere monitum Ba. 584 sqq.

Psevdolvs.

Minus ἐμμέτρως legitur: Nisi carcerem etc. Quanquam cf. Amph. 124.

Rvdens.

1. Priscianus l. l.: Homullulus et ex argilla et ex luto.

2. Diomedes l. l.: „Sunt," inquit, „quaedam verba, quae nequaquam ex se derivata habent praeterita. Vtimur tamen proximis, velut Ferio perfecto Ferii non dicimus, sed Percussi. Item Sisto Steti vel Statui, quoniam duplici sensu fungitur. Item Furis furit; Furisti nemo dicit, sed Insanisti. Item Tollo Sustuli; quanquam nonnulli ex hoc tentaverunt perfectum facere Tuli; quale ex eo, quod est Fero, Tuli: quoniam Sustuli ab eo videtur proficisci, quod apud veteres reperimus, Sustollo. Item Affero Attuli quoniam et Fero Tuli dicimus. Quanquam et id perfectum, quod est Attuli, ab alio verbo proficisci reperimus apud veteres, ex eo quod est Attulo, ut Naevius in Tabellaria Dotem ad nos nullam attulat. Plautus compositum efficit in Rudente Aulas abstulas, ut sit instans Abstulo."

Haec quoque proferuntur, tanquam ex Rudente:

Quid murmurillas tecum, et te discrucias?

Sed Nonius, apud quem leguntur: „Murmurillum," inquit, „murmuratio. Plautus Rudente: Nolo ego murmurillum neque susurrum fieri. Idem: Quid murmurillas etc." Eundem igitur scriptorem dicit, eandem comoediam non dicit. Quamobrem satius mihi visum est ponere hoc fragmentum inter fabularum incertarum §. 28.

Stichvs.

Similiter, monente ipso Charisio, Terentius Phorm. 939:

Non hoc publicitus scelus hinc deportarier
In solas terras?

II. FRAGMENTA FABVLARVM DEPERDITARVM.

"Axapi stvdivm.

Vulgo Acari Studium, quod ne intelligi quidem potest. Correxerunt alii.

Agroicvs.

Vossius: „Hunc," inquit, „versum citant Festus et Nonius; sed hic pro infractos habet desertos [hoc est procul dubio defectos. Bo.], atque addit, esse ex comoedia Abroico, sive, ut legi debet, Ἀγροίκῳ. Nam "Αγροικος erat inter comoedias Plauto adscriptas, sed quas ei abiudicaret Varro, ut testis Gellius l. 3 cap. 3."

Artamon.

1. Non opus addi hic, ad efficiendum versum iambicum tetram. cat., sed vel haberi potest pro asynarteto, composito ex 2 anacreonteis, de quo genere metri dictum supra pag. 53 versibus 5 sqq., vel, quod malim, pro asynarteto, qui constet ex dimetro iamb. acat. et dim. troch. brachycat., qualem catalecticum laudat Victorinus pag. 2590 Putsch. hunc:

Beatus ille, qui procul tollor in montes vagus.

Astraba.

Astraba vehiculum est παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι, quo titulo et Plautus fabulam inscripsit, in qua mulieres in eiusmodi vehiculis inductae. Probus in vita Virg. Infinitis prope locis Plautum in Cistellaria citant grammatici, cum tamen, quae ipsi adducunt testimonia, desiderentur in ea, quae hodie exstat eius nominis fabula. — Parvum mendum est, quod huius fabulae titulum occupavit: nam Clitellaria pro Cistellaria legendum. Facilis fuit lapsus, ut in Cistellariam, notissimam fabulam, degeneraret. Est autem eadem atque ea, quam graeco titulo inscripserat Astrabam. ἀστράβη enim clitella. Sic invenies eundem Plautum citatum in Lipargo et Parasito pigro; Terentium in Heautontimorumeno et Seipsum excruciante, ut apud Ciceronem; Caecilium Nauclero vel Portitore, Obolostate vel Foeneratore, Harpazomene vel Rapta, Hypobolimaeo vel Subditicio; Laberium Cropio vel Sarcularia, Belonistria vel Frugione, Scylace vel Catularia; Pomponium Hetaerisca vel Prostibulo; Varronem Κριομαχίᾳ vel Caprino proelio. Scalig.

2. Festus: „Axitiosi factiosi dicebantur, cum plures una

quid agerent facerentque. Axint autem pro Egerint; unde Axites mulieres sive dii dicebantur una agentes."

Cf. Scyth. lit. 1.

5. 'Α[illegible]ως libri: T. m. sit et subscudes a.

7, 1. limaces. Cf. Bacchidum fragm. 8.

2. scoenicolae. Vel schoenicolae. Cf. Poen. 137 et ad eum locum interpp. — miraculae. Festus: ,,Miracula, quae nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus ponebant." Commate, quod vocant, distinguendum post miraculae

3. Hunc versum vulgo ad Nervolariam referunt, sed Varro ad Cistellariam, h. e. Clitellariam, si recte divinavit supra Iosephus Scaliger. Varie autem legitur: Scraptae, scrupedae strictivellae, sordidae (Non. Paris. 1511); Scraptae, crupedae, strictibilae, sordidae (Idem in edit. Aldi a. 1513); Scractiae, scrupedae, rutabulae, tantulae (Varr. ibid. pag. 1090); Strateae vel Strattae, scrupedae, strativolae, sordidae (Gell. l. l.); Scranciae, scrupedae, strictivellae, tantulae, sicut vulgo. Festus: Scraptae, inquit, dicebantur nugatoriae ac despiciendae mulieres, ut ait Verrius etc. Sed ne is quidem locus grammatici videtur sanus. De primo igitur horum verborum rem in medio reliqui, nisi quod eam lectionem dedi, quae et ad Varronis, auctorum, qui haec laudant, antiquissimi pariter atque eruditissimi, quam proxime accederet, et versum intrare posse videretur. De secunda voce sentio cum Scaligero, scrupedas quasi crupedas dictas existimante, ut tritavus stritavus etc. ,,κρούπετα enim," inquit, ,,quae et κρούπεζα, graece dicuntur sculponeae; a quo homines duris pedibus et ligneis vocabantur κρουπέζοι, κρουπέζαι Vid. Hesych." Strictibulgae ipse excogitavi, ut significentur mulieres, quae bulgam, h. e. ventrem, stringunt cingulis fasciisque, ne corpulentiores videantur. Terentius Eun. 2, 3, 21 sqq.:

Haut similis virgo est virginum nostrarum, quas matres student
Demissis humeris esse, vincto pectore, ut gracilae sient.
Si quae est habitior paulo: pugilem esse aiunt, deducunt cibum;
Tamenetsi bona natura est, reddunt curatura iunceas.

Denique etiam quarto loco Varronis scripturam praetuli, sed item emendatam. Edentulus haud semel usurpavit Noster.

9. aut. 'Αμέτρως libri: vel.

10. Inepte legitur:

Quae nisi sic biteris, nimium is vegrandi gradu.

Festus l. l. in editionibus Aldi et Dacerii: Qui nisi iteres, et in Parisina a. 1511: Qui nisi iturus, ex quibus Quin is, si iturus es recte fecit Pareus in lexico Plaut.

v. Quin mandantis et indignantis. Es quoque pro vulgato is idem dedit ibid. v. Gradu celeri esse. De es intelligendo in iturus vid. ad Amph. 168. Neque hoc habent libri vett.

11. Vulgo:

— — — — — — exercita;
Reliquum, ad cursuram sum tardiuscula.

Sed edd. aliquot Nonii antiquae, in his Aldina in Perotti Cornucopiae: P. a. c. m. m. sum exercitare quam a cursura s. t. Sequor Muretum Varr. Lectt. 18, 10.

14. Vulgo hercle, quod ἄμετρον. Vid. ad Merc. 701.

15. Vulgo: purgitans, intellecto, ut videtur, es, qua de re cf. 10 et Amph. 761. Sed facilior nostra ratio.

16. Vulgo:

Intro ad bonam meretricem: adstat ea in via
Sola: proſtibula sane est.

Sed Mss. Merceri: Intro abo; nam mer. —, et vett. edd. Nonii Paris. et Aldi annorum 1511 et 1513: — meretricem adstare in via Solam etc. Mercerus faciebat:

Intro ibo: nam meretricem adstare in via
Solam, prostibuli sane est.

Meretricem non liquescit: cf. Amph. 341.

18. Vulgo sine sale et ἀμέτρως:

Potin' es tu homo facinus facere strenuum?
N. Aliorum est affatim qui faciant. Sane ego
Me volo fortem perhiberier virum.

22. Vulgo nescio quo sensu: — negotioli senecis soletis esse. Senes negotium saepe exhibere dicit, quo nihil sane frequentius in comoediis. Trin. 812:

Viden', egestas quid negoti dat homini misero mali?

23. Glossema videtur ventus.

24, 3 nihili vir es. Corrupte legitur apud Priscianum: nihil iures.

BACCHARIA.

Vid. de metro ad Artamonis 1. Ἄμετρα haec vulgo iacent.

BIS CONPRESSA, seu BOEOTIA.

Nisi hae duae fabulae fuerint diversae. Vid. infra annotata ad Condalium.

7. Inepte libri: N. e. quod est, non est, nisi soli lubet. Non estur pridem Salmasius. Sed quod illud simul corrigendum erat.

9. Ἀμέτρως libri:

Maior pars populi aridi reptant fame.

Non autem de urbe Roma in his cogitasse puto comicum nostrum, sed Antiphanem in Βοιωτίᾳ plane expressisse.

CARBONARIA.

1. Verba Secundum ipsam aram non sunt elidenda metri gratia. Cf. Amph. 341.

2. Egeo. Vulgo: Esto, quod quem locum hic habere possit, non intelligo. Apud ipsum quidem Festum legitur: Ego pernam etc.

3. Ita Lipsius Electt. 1, 18. Libri corrupto metro: — deinde affigar cruci.

COECVS seu PRAEDONES.

1, 1. luxu. Inepte libri: luco.

2. Sic verba ordinat Charisius, ut haud dubie recte fecerim, cum med reponendo (nam me legitur) versum iambicum restituerem. Vulgo autem: N. e. a me invito u. a.

4. Charisius l. l.: „Peregre," inquit, „dicimus, cum abit quis in locum, ut Titinnius in Tibicina:

Vt hinc legatus abiit peregre publice.
(Male libri: Vt hic l. abit p. p. Bo.)

Plautus quoque in Praedonibus aut in Coeco: Peregre est etc."

5. Addit istis haec grammaticus: „Cicero quoque: plure venit. Lucilius: Plure foras vendunt, quod pro minore emtum, antique."

6. Probat Charisius hoc loco Nostri et alio M. Catonis, Prorsum olim dictum esse. Sed hoc nemini dubium esse potest, qui Plautum et Terentium aliosque paulo vetustiorum legerit.

7. Vulgo et sententia obscura et metro nullo:

Velim te arbitrari factum. R. sedulum est: submoventur hostes, removentur lapides.

Vt iam descripti sunt hi versus, Velim μονοσυλλάβως pronuntiandum est figura prosodiaca, quam illustravi ad Amph. prol. 74. Nec nolim tamen, usurpato bacchiaco tetrametro:

Velim te arbitrari, factum sedulo esse b. t.
Submoventur hostes, removentur lapides. t. tr.

De trochaïcis trimetris monitum ad Cas. 67. Vtram harum rationum metricarum inieris, certe syllabam re- in removentur habebis pro porrecta. Vid. ad Asin. 375.

10. His usum Mu interiectionis declarat grammaticus.

CONDALIVM.

Fabula Menandrea, cui nomen graece fuit Δακτύλιον. Argumentum ignoratur, sicut fere omnium harum fabularum Plauti deperditarum.

Ceterum Gellius N. A. 3, 3: „Marcus," inquit, „Varro in libro de comoediis Plautinis primo verba haec ponit:

Nam nec Gemini, nec Lenones, nec Condalium, nec Anus Plauti, nec Bis compressa, nec Boeotia unquam fuit, neque adeo Ἄγροικος, neque Commorientes, sed M. Acutici (Aquilii?).“ Sed Commorientes quidem Plauti esse dicit Terentius in prologo Adelphorum.

1. feram. Vulgo: fere.

De forma Lampada pro Lampas vid. ad Cas. 677.

Conmorientes.

Priscianus l. l.: „Antiqui,“ inquit, „Ancipes et Praecipes et Bicipes proferebant in nominativo, et sic secundum analogiam sequebatur genitivus, Ancipes ancipitis, ut Sospes sospitis. Plautus in Commorientibus“ et reliqua.

Cornicvlaria.

1. Diomedes l. l.: „Oleo oles: apud veteres Olant. Plautus in Cornicularia: F. o. a. A., perinde quasi Olo olis sit dicendum.“

3. Sic Nonius Paris. a. 1511 et Merceri. Vulgo desiderantur verba hoc nobis, quae auferri sibi vetat versus.

4. Vide. Sic edd. Nonii Iun. et Merc. Nam vulgo sine sensu:

Te obsecro, Lyde, pileum meum, mi sodalis, m. s.

5. Cf. Mil. 979.

6. Vox ancillam non est elidenda, ut metrum constet. Cf. Amph. 341.

Foeneratrix.

2. Agit ibi Diomedes de verbis „vulgo,“ ut ait, „passivo more declinatis, quae apud veteres diversa reperiuntur denunciata declinatione;“ quem locum inducit Priscianus lib. 8 pag. 799. Vid. ad Amph. 82. Eiusmodi igitur verborum plura variorum scriptorum exempla profert Diomedes, et in iis hoc Plauti, Populo pro eo quod est Populor.

Fretvm.

2. 3. arietinum — vapulabo. Sic vett. aliquot Gellii edd., in his Ioann. Tornaesii, quae prodiit 1621. Vulgo legitur arietini et vapulavero, quorum illud obscurum, hoc et minus ἔμμετρον est, nisi rescribas vapularo, et in consecutionem peccat temporum verbalium, cum eodem modo dicendum sit Vapulabo, si faxo, quo Peribo, si non fecero.

Frivolaria.

1. Exemplum adverbii Commodo, dicti pro Commodo.

5. 'Αμέτρως legitur:

— — — — — — sequimini hac
Sultis legiones omnes Lavernae. ubi rorarii
Estis? en sunt. ubi sunt accensi? ecce * *
Agito (Pareus: Agite nunc) subsidite omnes, quasi solent triarii.

6. primulum. Vulgo: primitus; sed Aldus: primum. Primitus nusquam apud Nostrum legitur, Primulum non semel et apud eum et apud Terentium aliosque. Verbum multis, quod vulgo abest, ex Ms. addidit Dacerius.

8. Libri inconcinne: Strebula agnina tene.

Gastron.

Hoc potius voluisse mihi videtur Varro, quam vulgatum. Caro strebula, vitellina est: coenabis. quae est arena sine calce.

Lenones Gemini.

Ita Festus. Vulgo secundum Priscianum: Dolet hic puellus s. v. d.

Medicus.

1. De metro vid. supra ad Artamonem.

2. Exemplum formae Caseum.

Cum virgis. Ridicule. H. e. cum fascibus, tanquam consuli, seu praetori.

3. 'Αμέτρῳ libri interpretatione: reliqui. Vid. ad Amph. prol 81.

Nervolaria.

2. Vulgo:

Prohibent, quom moenia aliunde ego fungor mea.

Curc. 33:

— — Nemo hinc prohibet nec vetat,
Quin, quod palam est venale, si argentum est, emas.

3. Ocissume etiam alios dixisse, notum est.

6. Vid. ad Most. 838. Valde mihi suspectum est de glossa.

Parasitus Piger sive Liparcus.

1, 2. Corrupte libri: — tramite recta via. In Perotti Cornucopiae legitur: — tramite dextre via.

3. Cf. Rud. 211.

4. Priscianus l. l.: „In do (desinentium verborum) unum anomalum invenitur, Edo es est. Vetustissimi tamen Edo edis edit dicebant, correpta prima syllaba. Naevius in Carbonaria:

Tibi servi multi apud mensam adstant; ille
ipse adstat, quando edit. (i. t.)

Non potest enim in hoc iambo penultima syllaba longa esse, ut intelligatur praeteritum, ne sit σκάζων. Plautus in Lipargo: Nil etc. corripitur enim penultima" etc. Quasi vero non semper corripiatur E litera in Edo, h. e. Vescor. Sane Priscianus nusquam minus Priscianus, quam hoc loco.

Plocion.

Saepe apud Marcellum commemoratur Caecilius Plocio, Plautus hoc uno loco. Quid, si alterum pro altero nominavit Nonius, quem haud raro memoria falsum scimus? Quanquam et Pomponius Asinariam scripsit, et Naevius Nervolariam etc. Ceterum quale huius fabulae argumentum fuerit, ignoratur.

petilus, habrus. Vulgo: petilis labris; sed vett. edd. Nonii, in his Parisina et Aldina annorum 1511 et 15 3: petilis, habris. Errorem hominibus obiecisse videtur literarum similitudo, ut reponendum existimaverim petilus, habrus, h. e. ἁβρὸς, delicatum aliquem et bellum describi ratus. Festus: Petilam suram siccam et substrictam vulgo interpretantur. Nonius: Petilum: tenue et exile.

3 Ἀμέτρως legitur in editionibus vulgatis: M. t. e. video. qui glaber etc.

4. Vulgo itidem corrupto metro:

Succenturia; centum require, qui te delectent domi.

Dedi requie, h. e. requiei vel in requiem seu voluptatem, quomodo Cicero dixit: ad requietem animi delectationemque, et Horatius:

Et sibi dum requiem, dum risus undique captat.

Nec deterius foret: Succenturia centum, requiem qui tuam delectent domi. Nisi require sit glossema verbi Succenturia. Ἐπέχω.

Scytha Litvrgvs.

Recte Σκύθην λειτουργὸν interpretantur stipatorem seu potius apparitorem, qualis introducitur ab Aristophane in Θεσμοφοριαζούσαις. Laudatur autem ab Athenaeo Antiphanes Σκύθῃ, quam fabulam Hic transtulerit.

1. Vulgo ineptissime:

Mulier es, uxor. Quoia, vir? ego novi, scio: axiosa es.

Legitur apud Varronem: M. es uxorculavit ego novi scio axitiosam. B et V literas commutari monuimus ad Men. 736. More autem librariorum semel ponendi similia, bis perscribenda, exaratum uxorculavitego pro uxorcula, avi! (h. e. abi!) te ego. Abi hoc contemnentis explicatum ad Mil. 1097 Stich. 575. De voce Axitiosus cf. Astrabae fragm. 2, et de formula Ego te novi Men. 543.

2. Sic. Ita vett. Festi edd. Daceriana: Sit. Vulgo: Sin.

TRIGEMINI.

Exemplum formae Praemorsi pro Praemordi.

VIDVLARIA.

Non inepte simili argumento duas conscripsisse arbitrantur Plautum fabulas, Vidulariam et Rudentem, nisi duo tantum tituli fuerint unius, a qua opinione non abhorreo.

1. Probat inde Nonius, Pedem dici nonnunquam Pediculum.

2. Priscianus l. l.: „In VM," inquit, „desinentia, sive etiam composita, diversas habent formas. Quaedam enim vocalem habent e longam ante tum, quaedam i correptam ante um: e, ut olivetum, vinetum, coryletum, rosetum, dumetum, quercetum, esculetum, myrtetum. quamvis feminino genere Plautus Vidularia hoc protulit: Nescio" etc.

3. Similis locus est Rud. 197.

4 Priscianus l. l.: Quis etiam communis esse generis putaverunt vetustissimi, sicut apud Graecos ʽΟστις. Terentius in Eunucho (623 sqq.) Hunc oculis nostrarum quisquam non vidit, Phaedria. Nostrarum quisquam dixit pro quaequam. Plautus in Vidularia: Dic mihi" etc.

5, 3 sq. Idem pag. 692 Putsch.: „In ER," inquit, „correptam desinentia, s et t antecedentibus, nisi sint possessiva, quorum in IS desinant feminina, ER in RI mutando [putide libri: mutant et Bo.] faciunt genitivum, ut hic Auster huius Austri, hic oleaster huius oleastri, hic apiaster huius apiastri. Excipitur sequester sequestris, quod duplici ratione compellitur secundae esse declinationis, quoniam et t et s ante r habet, nec est possessivum; et quod in A facit femininum, id est sequestra. Virgilius in XI. (133): Et pace sequestra. Tertiae tamen invenitur declinationis apud plerosque. Cicero in II. Verrinarum: Aut sequestres, aut interpretes corrumpendi iudicii. Sed Plautus hoc quoque secundum analogiam declinavit, ut in Vidularia Animum advortite — sequestrum."

Legitur autem apud eundem pag. quidem 692 Putsch.: Donicum res iudicata erit haec; sed ibidem pag. 959: Donicum res diiudicata sit.

6. Exemplum formae Hic algus, huius algus pro eo, quod usitatius dicitur Hic algor, huius algoris.

7. Accusativus in VM nominis graeci in EVS desinentis, qualis nominis graeco magis accusativo utuntur auctores.

8. Exemplum formae Posivi pro Posui. Vid. nos ad Epid. 354 Pseud. 543.

10, 2. Priscianus l. l.: „In IS productam graeca et latina, masculina et feminina vel communia, ut hic delphin huius delphinis, hic Aris proprium huius Arinis. Cicero

pro Scauro: Arinis uxorem. haec Soteris huius Soterinis. Plautus in Vidularia: Immo" etc.

11, 2. miserantur. Absurde legitur: ministrantur. Mercerus reposuit: — immiserantur illhunc irrid. m. Sed haec non cohaerent. Illum: mortuum; hunc: mendicum.

13. Exemplum formae Lucto pro Luctor. Vid. ad Amph. 82.

16. Profert haec Philargyrius eo consilio, ut Plautum leonem feminam dixisse leaenam probet.

Notanda etiam forma obsoleta Parire pro Parere. Vid. ad Aul. 108—111.

III. FRAGMENTA INCERTA.

6. Vulgo, in ordinem recepta interpretatione putida et ἀμέτρῳ:

Oggannuit odiosus omni totae familiae.

7. Legitur vulgo apud Nonium: Plautus Scematico, quasi sic inscripta fuisset aliqua eius fabula. Sed recte, nisi fallor, Lipsius Epistoll. Quaest. 1, 18: „Ausim," inquit, „legere: Plautus σχηματικῶς: Nam pater etc. Illud σχηματικῶς dico a Nonio additum, qui monere nos voluit, figurate a Plauto dictum Limare caput pro συνεσιάζειν. Certe Scematicum Plauti nemo homo praeter Nonium hic appellat." Dedi autem schematice, sicut legitur scenice, pancratice, athletice, dulice, comoedice.

12. Sic etiam Varro canitudinem usurpavit pro canitie.

13. Exemplum verbi rarissimi Coecultare pro eo, quod apud alios dicitur Coecutire.

19. Legem Cinciam dicit, de qua vidd. interpp.

20. Festus: „Nervum appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes impediuntur; quanquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait" etc.

22. Non ego te novi? Cf. Amph. 362. Columbar de homine dictum, ut lupanar apud Catullum, carcer apud Lucilium, monente Scaligero ad hunc Festi locum, item Scelus Flagitium et similia, Graecorum more, res pro personis dicentium.

23. Deconciliares illi. Hoc est, ni fallor, Inconciliares illum, ut item loquuntur prisci, vel Incommodares illi, ut Terentius et Cicero.

Persibus recte reposuit Scaliger. Festus: „Sibus Callidus vel acutus." Derivata vox de graeca Σοφός.

24. Pro-

24. P r o f a n u m non elidendum metri gratia. Cf. Amph. 341.

25. Festus: „Subverbustam Veribus ustam significat Plautus, cum ait Vlcerosam" et reliqua.

28. Cf. fragmenta Rudentis.

29. Vulgo: N. machaera audes d. f. Sed. vett. edd. et Merceri: machaeram.

31. Donatus l. l.: „H a e c h i n c f a c e s s a t. Pro H i n c s e f a c i a t, id est: abeat; ut H u c s e f a c i a t Huc accedat significat. — Plautus: A r g e n t u m h i n c f a c i t e." —

32. Notatur Properare active dictum.

35. Vulgo: F. se amare suspicavere. Correxit R. Bentleius ad Terentii Hec. 3, 1, 33. Vid. ad Merc. 771.

37. Cf. Pseud. 14 sq.

39. Exemplum passivi Veneor, quod minus usitatum.

40. Exemplum vocis antiquae Donicum. Legitur autem vulgo: Inimicus esto etc.

43. Peplum Minervae in ludis Panathenaicis.

49. Vereor, ne haec perperam Plauto adscribantur. Certe Diomedes l. l. eum non nominat, sed ita scribit: „Hietare et Hiatare veteres dixerunt. S i q u a f o r t e" etc.

50 Scholiasta: „Privum," inquit, „est, quod unius est; unde et privilegium; ut hoc Plautinum indicat C i l i x" etc.

51. inbellis. Vulgo: in pellis, quod non intelligo.

52. Cette. Cf. Merc. 952.

53. Diomedes l. l.: „Decollo decollavi. Hoc verbum apud veteres Decipio significat, ut apud Plautum V n a e s t, d e c o l l a v i t. item Lucilius XII.: quibus fructibus me decollavi? victus. [an: — decollavit vir tuus! et sensu et iambo senario restitutis? Bo.] Quae significatio apud Fenestellam invenitur in libro Epitomarum secundo: Q u e m a d m o d u m C a e s a r a p i r a t i s c a p t u s s i t, u t q u e e o s i p s e p o s t e a c e p e r i t e t d e c o l l a v e r i t. Veteres autem [leg. etiam. Bo.] securi caesos dicebant."

56. P u l v e r e t ibi significare monet Gellius, non, quod pulvere impleat, sed quod ipsum pulveris sit plenum, sicut passim verba activa usurpentur pro passivis.

57. Exemplum formae Surum pro Surus.

58. R e g l i s c i t ἅπαξ λεγόμενον, ut videtur. Male autem legitur Regiescit. Festus: „Regliscit apud Plautum significat Crescit."

62. Lege: Fest. fragm. v. Scrutillus.

65. Probus: „E," inquit, „litera unum nomen reperitur terminatum generis neutri, declinationis tertiae: IS enim facit genitivo, hoc lac [leg. lacte. Bo.] lactis. Quidam putant, hoc lact debere dici, sed non legimus, nisi in

Varrone de lingua latina. Virgilius (ecl. 2, 22): Lac mihi non aestate novum, non frigore defit. Plautus hoc lacte declinavit ubique, sic lacte lactis simile est, numero tantum singulari" etc.

66. Idem l. l.: „Hoc praesepe," inquit, „huius praesepis. hoc enim genere declinatur: nam quod Plautus Haec praesepes mea est genere feminino, sicut apud Graecos [φάτνη inculcandum puto. Bo.], auctoritas est, non ratio."

71. 72. 73. Horum fragmentorum fides sit penes Pontanum.

Ceterum quae huc referuntur, verba Instare factum, suo loco leguntur Merc. 238. Vocabulum vero Pedibus quod attinet, non Plautum, sed Ciceronem de Senectute et Sallustium adverbialiter id posuisse monet Charisius pag. 192 Putsch.; in quo fallitur, siquidem in verbis Ingressus iter pedibus et Pedibus in sententiam (nam haec illorum profert) ne vestigium quidem est adverbii.

LOCI QVIDAM PLAVTINIS

SIMILES

EX POETIS GRAECIS.

Asin. 73. Alexis Μάντεσιν Excerptt. Grotii p. 579.

Ὦ δυστυχεῖς ἡμεῖς μὲν, οἱ, πεπρακότες
Τὴν τȣ̃ βίȣ παῤῥησίαν καὶ τὴν τρυφὴν,
Γυναιξὶ δȣ̃λοι ζῶμεν ἀντ᾽ ἐλευθέρων!
Ἔπειτ᾽ ἔχειν προῖκ᾽ ȣ̓χὶ τιμὴν φάσκομεν
Πικράν γε καὶ μεστὴν γυναικείας χολῆς;

O nos profecto vere miseros coniuges,
Qui emancipata libertate ac gaudiis,
Ingenui nati, mulierum servi sumus,
Et dotem habere dicimus, quae nil nisi
Auctoramentum est plenum bile uxoria!

Grot.

Aul. 486. Incertus apud Grotium l. l. pag. 930 ſq.:

Νύμφη δ᾽ ἄπροικος ȣ̓κ ἔχει παῤῥησίαν.
Sine dote nupta ius loquendi non habet.

Grot.

Ibid. 670. Menander ibid. pagg. 756 ſq.

Θεῷ δὲ θῦε, διὰ τέλȣς δίκαιος ὢν,
Μὴ λαμπρὸς ὢν ταῖς χλαμύσιν ὡς τῇ καρδίᾳ.

Deo sacrifica semper ingenio probo,
Neu tu albam vestem mage quam mores induas.

Grot.

Bacch. 351 ſq. Incertus apud Grotium pagg. 946 ſq.:

Οὐκ ἔϛιν ἐδὲν κτῆμα κάλλιον φίλε.
Nulla est amico pulcrior possessio.

Grot.

Ibid. 1150 ſqq. Amphis Γυναικοκρατίᾳ:

Πίνε [δὲ Bo.]
Καὶ παῖζε· θνητὸς ὁ βίος· ὀλίγος οὑπὶ γῆς
Χρόνος, θάνατος δ' ἀθάνατός ἐϛιν, ἢν ἅπαξ
Τις ἀποθάνῃ.

Lude ac bibe:
Mortalis vita: exigua in terris aevitas;
Mors immortalis autem, postquam evenerit
Semel moriri.

Grot.

Vexat postremo horum versuum τις encliticum a fronte positum, quod nusquam fit. Vide, an haec fuerit manus Comici:

— — — Πινέτω καὶ παιζέτω·
Θνητὸς γὰρ ὁ βίος, ὀλίγος οὑπὶ γῆς χρόνος,
Θάνατος δ' ἀθάνατός ἐϛιν, ἢν τις ἀποθάνῃ.

Sane sic haec longe concinniora. In verbis Πινέτω καὶ παιζέτω intelligendum τις, ut passim. Ἅπαξ, quod salva sententia abesse potest, a glossatore additum videtur.

Capt. 243. Menander Excerptt. Grot. pagg. 758 ſq.:

Ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών.
Quando ipse praesens deus inspectat omnia.

Grot.

Ibid. 257. Menander ibid. pagg. 752 ſq.:

Βέλτιϛε, μὴ τὸ κέρδος ἐν πᾶσιν σκόπει.
Amice, ne tu quaestum ubique respice.

GROT.

Incertus ibid. pagg. 934 ſq.:

Τὰ δ' αἰσχρὰ κέρδη συμφορὰς ἐργάζεται.
Habent mala lucra calamitates pedisequas.

GROT.

Ibid. 743 ſq. Menander ibid. pagg. 756 ſq.:

Σφάττει με, λεπτὸς γίνομ' εὐωχȣ́μενος.
Τὰ σκώμματ' οἷα σοφά τε καὶ ϛρατηγικά!
Οἷος δ' ἀλάζων ἐϛὶν ἀλιτήριος!

Necat ille macrum faciens me conviviis.
Dicta autem quam sunt cata, quam induperatoria!
Tum vero quam ipse gloriosus carnifex!

GROT.

Ciſtell. 19. Philoxenus Cyclope, Excerptt. Grot. pagg. 866 ſq.:

Ἀπώλεσας τὸν οἶνον, ἐπιχέας ὕδωρ.
Corrumpis vinum, dum sic admisces aquam.

GROT.

Men. 139 ſq. Bene Muretus Varr. Lectt. 11, 8 cum his comparat Eubuli versus illos apud Athenaeum I p. 8 B:

Εἰσὶν γὰρ ἡμῖν τῶν κεκλημένων δύο

Ἐπὶ δεῖπνον ἄμαχοι, Φιλοκράτης καὶ Φιλοκράτης·
Ἕνα γὰρ ἐκεῖνον ὄντα δύο λογίζομαι,
Μᾶλλον δὲ τρεῖς.

Quos sic vertit Grotius Excerptt. pagg. 658 ſq.:

Ad coenam nobis invitati sunt duo
Homines invicti, Philocrates et Philocrates:
Namque unus cum sit, esse eum duco duos
Aut tres, et magnos, potius.

Ibid. 662 ſqq. Ariſtoph. Vesp. 460 edit. Invernizz.:

Εἶτα δῆτ' οὐ πόλλ' ἔνεστι δεινὰ τῷ γήρᾳ κακά;
Hem viden', quantas senectus calamitates adferat?

Grot.

Menander Excerptt. Grot. pagg. 758 ſq.:

Ὦ γῆρας ἐχθρὸν σωμάτων ἀνθρωπίνων,
Ἅπαντα συλῶν καλὰ τῆς εὐμορφίας,
Καὶ μεταχαράττον τὴν μὲν ἀνδρίαν μελῶν
Εἰς ἀπρεπὲς, τὸ δὲ τάχος εἰς ὄκνον πολύν!

O mala senectus, advorsatrix corporis
Humani, despoliatrix elegantiae:
Tu vegetos artus squalido turpas situ,
Tu celeritatem mutas pigritudine!

Grot.

Mil. 872 ſq. 878 ſqq. Incertus apud Grotium pagg. 914 ſq.:

Γνώμην πονηρὰν τῇ γυναικὶ μὴ δίδου·
Ἐλαφρὸν δὲ τὸ γένος ἐστὶ καὶ λίαν κακόν.

(Pravis numeris legitur posteriore versu:

Ελαφρὸν γάρ ἐστι τὸ γένος καὶ λίαν κακόν.

Quidquid enim aliis videtur, mihi quidem liquet, spondeum a paribus iamborum Graecorum regionibus etiam in comoediis et fabulis satyricis plane abhorrere. Δὲ glossemati suo cessit, sicut passim.)

Malum consilium feminae nunquam duis:
Leve namque genus est, et plus quam satis est malum.

GROT.

Poen. 173 ſq. Incertus apud Grotium pagg. 928 ſq.:

Γυναικὶ κόσμος ὁ τρόπος, κ' ȣ̓ χρυσία.

[Malim meliore numero: Γ. κ. ὁ τ. ἔς', ȣ̓ χ.]

Non ornat aurum feminam, ut mores probi.

GROT.

Pseud. 612. Incertus Excerptt. Grot. pag. 916 ſq.

Ὅταν τι μέλλεις τὸν πέλας κατηγορεῖν,
Αὐτὸς τὰ σαυτȣ͂ πρῶτον ἐπισκέπτȣ κακά.

In alium si quid es paratus dicere,
In te quid dici possit, antidea vide.

GROT.

Ibid. 684 ſq. Incertus ibid. pagg. 796 ſq.:

Εὐμετάβολος μάλ' ἐςὶν ἀνθρώπων βίος.
Ουκ ἔςι βίος, ὃς ȣ̓χὶ κέκτηται κακὰ,
Λύπας, μερίμνας, ἁρπαγὰς, ςρέβλας, νόσȣς.
Τȣ́των ὁ θάνατος καθάπερ ἰατρὸς φανεὶς
'Ανέπαυσε τȣ̀ς ἔχοντας ἀναπαύλης ὕπο.

(Legitur vulgo ἀναπαύλης ὕπνῳ, quod ne graecum quidem est. Nescio, annon hunc

locum iam alii emendarint, cum huiusmodi collectionum solam Grotianam usurpare mihi nunc liceat. Quod eo monere visum est, ne muli quidam literarii me aliorum doctorum scrinia compilasse perperam arbitrentur.)

Vita hominum res est admodum mutabilis.
Nulla usquam vita est, plena quae non sit malis,
Furtis, dolore, morbis, tormentis, metu.
Tantis malis, ut medicus, mors intervenit,
Requiemque fert hominibus in somnum datis.

GROT.

Stich. 166. Incertus apud Grotium pagg. 934 ſq.:

Πολλῶν ὁ λιμὸς γίνεται διδάσκαλος.
Rebus magistra plurimis una est fames.

GROT.

Ibid. 186 ſqq. Ibid. pagg. 940 ſq.:

Πολυπραγμονεῖν τἀλλότρια μὴ βȣ́λȣ κακά.
Ne curiose alterius inquire in mala.

GROT.

Trin. 10. Incertus Excerptt. Grot. pagg. 942 ſq.:

Ὡς πάντα τιμῆς ἐςὶ πλὴν κακȣ̃ τρόπȣ!
Vt cuncta iam sunt cara, nisi mores mali!

GROT.

Ibid. 812. Diphilus Parasito:

Εὖ γ᾽ ὁ κατάχρυσος εἶπε τȣ̃τ᾽ Εὐριπίδης·
Νικᾷ δὲ χρεία μ᾽, ἡ κακῶς τ᾽ ὀλȣμένη
Γαςήρ.

Egregie, ut multa, dixit bonus Euripides:
Me dira egeſtas subigit et miserabilis
Venter.

Grot.

G. Hermannus praefat. Trin. pagg. 26 ſqq.: „Quoniam," inquit, „Trinummus e Philemonis Thesauro expressa est, operae pretium videtur Philemonis versus, qui ad hanc fabulam pertinere videntur, subiicere. Vnum dumtaxat fragmentum Thesauri addito fabulae nomine commemoratur; idque ab Athenaeo IX. pag. 385 E.

οὐκ ἔςʼ ἀληθὲς παραλογίσασθʼ, οὐδʼ ἔχειν
ὀψάρια χρηστά.

Scribendum videtur:

οὐκ ἔςʼ ἀληθῶς σε παραλογίσασθʼ, οὐδʼ ἔχειν
ὀψάρια χρηστά;

Nisi Philemo scripsit ὥςτʼ ἔχειν. Plautus v. 472 [440]:

edisne, an incoenatus cum opulento accubes?

Ex incertis fragmentis fortasse haec ad Thesaurum pertinuere: XXX.

ἀθάνατόν ἐςι κακὸν ἀναγκαῖον γυνή.

Id fortasse exſtitit in illo loco, ubi Plautus v. 55 (33) habet:

Ca. eho, tua uxor quid agit? Me. immortalis est.

XXXV.

βούλου γονεῖς πρὸ παντὸς ἐν τιμαῖς ἔχειν.

Plautus v. 279 (250):

feceris par tuis caeteris factis, tuum
si patrem percoles.

LXXIX.

κρίσει δικαίᾳ καὶ δίδου καὶ λάμβανε.

Plautus v. 487 (455):

nunc conditionem hanc, quam ego fero,
et quam abs te peto,
dare atque accipere, Lesbonice, te volo.

XXIA.

Κἂν δοῦλος ᾖ τις, οὐδὲν ἧττον, δέσποτα,
ἄνθρωπος οὗτός ἐστιν, ἢν ἄνθρωπος ᾖ.

Apud Plautum non Stasimus, sed Philto haec dicit v. 562 (530):

quid censes? homost.
volt fieri liber.

Quod si eo pertinent Philemonis verba, fortasse is scripsit δεσπότου.

LXXVII.

μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον·
ἔλεγχός ἐστι τῆς ἀχορτάστου τύχης.

Plautus v. 702 (670):

mea opera hinc proterritum te meaque
avaritia autument.

INDEX

RERVM MEMORABILIORVM.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

V.

EMENDANDA.

Vol. 2 pag. 87 vers. ult. leg.: ecce.
Ibid. p. 259 v. 2 l.: Sed quid ais?
— p. 352 v. 474 leg.: dicis.
— p. 360 v. 601 l. et pro at.
— p. 380 v. 882 l.: utrumque.
— p. 499 v. 890 in fine l.: as. constans ex t. d. et i. d. h.
— p. 592 v. 798 l.: prope.
Vol. 3 p. 31 v. 249 l.: exorarier.
Ibid. p. 34 v. 279 l.: es.
Vol. 4 p. 8 v. 23 l.: Merc. 777.
Ibid. p. 9 v. 27 delenda verba: cibo Most. 890.
— p. 10 v. ult. adde: Cf. Rud. 467.
— p. 28 v. 2 adde: Vid. etiam ad Mil. 554 sq.
— p. 30 v. 3 adde Merc. 748.
— p. 36 v. 17 adde: nos ad Curc. 550. — Ead. ad v. 362 adde: Men. 543 ibique nos.
— p. 39 v. 15 adde: nos ad Men. 661 sq.
— p. 40 v. ult. leg. Capt. 429 sq.
— p. 41 v. 40 adde: et ad Merc. 688.
— p. 42 v. 27 leg. Capt. 417 et dele verba Men. prol. 37.
— p. 43 ad v. 545 locis laudatis adde Terent. Ad. 4, 1, 12 ibique Bentleius.
— p. 49 annotat. ult. l. 851.
— p. 53 v. 15 l.: Men. 670 sq. Ead. v. 35 l.: Pseud. 1285 sqq.
— p. 56 v. ult. adde: Cf. et Rud. 329 sq.
— p. 64 v. 6 adde: Vid. inprimis nos ad Mil. 28.
— p. 75 v. ad vers. 458 adde: Sed non semper: cf. Mil. 1329.
— p. 80 v. 26 l.: meminit.
— p. 95 v. 41 l. 389. — Ead. v. ult. adde: Num quidpiam vis aliud? Truc. 400.
— p. 96 v. 18 leg.: Est. Hoc etc.
— p. 103 v. 27 post 274 adde: et 396, ubi ridicule coquus Congrio iurat per Lavernam.
— p. 106 v. 49 leg.: filiam.
— p. 107 post annot. ad 439 adde: 440—44. Quo illae nubent — Quo lubeat, nubant. Vid. supra ad 145 sq. Ead. v. 50 l.: 448.
— p. 108 v. 35 adde: voce Strophium.
— p. 112 v. 14 dele prius t.
— p. 115 v. 26 adde: quanquam similiter Men. 781.:

Lumbi sedendod, oculi exspectando dolent,

ubi male, Angelium secuti, Gron. et Ern.: spectando, quae rarioris verbi interpretatio.
— p. 139 v. 43 adde Poen. 1127.
— p. 142 v. 6 l.: 858. Abeo. Praesens pro futuro positum, et reliqua.
— p. 143 v. 17 l.: causa. — Ead. v. 30 l.: propius.
— p. 147 v. penult. adde: Vid. etiam ad Curc. l. l.
— p. 155 v. 10 post verba Vide nos inculcabis ad Curc. 605, item —
— p. 157 v. antepen. adde: Truc. 87 sq.
— p. 160 v. 285 adde: Similiter Terentius Ad. 952:

Di tibi, Demea, omnia omnes semper optata offerant.

— p. 171 v. 19 l.: ductus.
— p. 173 v. 13 l.: correctoribus et adde: Merc. 128.
— p. 174 v. 18 l.: liquescat.
— p. 178 v. 28 adde: quia vox upupa est tribrachus.

Ibid. p. 192 v. 6 adde: Mil. 395.
— p. 203 v. 11 adde: Cf. Mil. 370.
— p. 213 v. 21 adde: Merc. 677. Ead. v. 26. l. sicut.
— p. 214 v. 22 l.: fame.
— p. 226 v. ult. l. Aul. 64.
— p. 247 v. 5 infra l.: intellexisses.
— p. 265 v. 30 dele verbo.
— p. 271 v. 13 l.: aequiparabile.
— p. 272 ad v. 187 adde: Merc. 189.
— p. 273 v. 8 l. Helienol. et v. sequ. meliorem.
— p. 279 v. 16 l. Timocles.
— p. 280 v. 21 l. clarius.
— p. 287 v. 1 l. Quas.
— p. 289 v. 19 adde: Sed etiam nos ad Poen. 930.
— p. 293 v. 5 l. heredem.
— p. 299 v. 32 l. Percontari.
— p. 309 v. 1 dele Amph. 907. Adde Pers. 659 (?).
— p. 311 v. 36 l.: Noster.
— p. 316 v. 24 adde: Cf. Pseud. 981, ubi legitur: Vt vestitus est perfossor parietum! — Ead. ad v. 330 adde: Cf. Pseud. 582 sqq. 768.
— p. 317 v. 5 infra adde: Cf. Mil. 13 sq.
— p. 321 v. 33 adde: sed cf. Poen. 1023.
— p. 327 v. 12 l.: ex dimetris. Adde: Cf. Most. 84.
— p. 347 v. ult. l. scirpo.
— p. 353 v. 27 l.: stulti. — Ead. v. 38 lege: — et sc, item c et sc (cf. Mil. 485) ante etc.
— p. 363 v. 26 adde: Cas. 637 Merc. 378, 651, 669 etc.
— p. 371 v. 18 adde: Vid. Addenda ad p. 113 v. 25.
— p. 374 v. 13 adde: Cf. nos ad Mil. arg. poster. 8.
— p. 387 v. 4 l. fallor.
— p. 392 v. 1 l.: natum. — Ead. v. 6 adde: Cf. Mil. 483.
— p. 417 v. 21 l.: gaudia.
— p. 429 v. penult. l. est paniculam.
— p. 433 v. 42 l.: Flaccum.
— p. 441 v. 5 l.: τήν.
— p. 499 v. 16 l. ingeniosissimorum.
— p. 517 ad v. 419 adde: Imponere alicui.
— p. 527 v. 27 l. liquescit.
— p. 540 v. 13 l. censeas.
— p. 546 post v. 14 adde: quomodo Poen. 530: Potare, amare volt.
— p. 553 v. 28 l. oratio.
— p. 560 v. 4 l. coenum.
— p. 575 adde: Poen. versu 6. Vid. ad Trin. 787.
— p. 580 v. 23 l. ἑνικῶς.
— p. 587 v. 39 l. qui.
— p. 605 v. 14 l. in principio.
— p. 611 v. 31 l. Etiam.
— p. 618 ad Pseud. v. 29 adscribes: Vid. ad Truc. 689.
— p. 634 v. 15 l. Livio.
— p. 651 v. 34 l. Summae.
— p. 653 v. 36 l. h. e. nunc. 38 l. Reizius.
— p. 655 v. 5 infra leg. hic et Most. 879 sq. inveni.
— p. 726 v. 10 infra l. loquendi.
— p. 753 v. 33 l. Lipsiensis.
— p. 777 v. 22 l.: maiorum.
— p. 800 v. 29 l. ut pro et.
— p. 866 v. 8 infra adde: metra varia pro vicissitudine affectuum, praesertim in canticis, pag. 53 infra, Trin. 212 sqq.
— p. 871 vv. 3 sq. dele verba sis — Cas. 802.

